This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

[redacted]

29.168 Bd. Apr. 1894.

Harvard College Library

FROM

DENMAN W. ROSS,

OF CAMBRIDGE,

Received ~~16 January, 1883.~~

21 Mar. 1892.

[redacted]

ΑΙΣΧΥΛΟΣ

ΚΑΙ

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

ÆSCHYLI ET SOPHOCLIS

TRAGŒDIÆ ET FRAGMENTA.

GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS.

PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ

ΚΑΙ

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

ÆSCHYLI ET SOPHOCLIS

TRAGŒDIÆ ET FRAGMENTA.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΑΙΣΧΥΛΟΣ

ΚΑΙ

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

648-1

ÆSCHYLI ET SOPHOCLIS

TRAGŒDIÆ ET FRAGMENTA.

GRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS.

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC LXIV.

Ga 9.168

Harvard College Library,
r h . , 1892.
Gift of
Denman W. Ross,
of Cambridge.
[1-2]

ΑΙΣΧΥΛΟΣ.

ÆSCHYLI TRAGŒDIÆ

SEPTEM

ET PERDITARUM FRAGMENTA,

EDITIONEM LIPSIENSEM GUIL. DINDORFII RECOGNOVIT,

TRANSLATIONEM LATINAM CONDIDIT,

FRAGMENTA POST WELCKERUM ET HERMANNUM DISPOSUIT ET EXPLICUIT

E. A. I. AHRENS,

GYMNASII COBURGENSIS PROFESSOR.

ADDITI SUNT INDICES NOVI.

Ga 9.168

PRÆFATIO.

ÆSCHYLI tragœdias quum latine verterem in usum eorum quibus lectio sufficit cursoria neque tempus est neque voluntas accuratius ut inquirant poetam, non inter minimas difficultates, quibus opera mea obsideretur plurimis, referendum putavi, quod verba ipsa ubique ita constituenda erant etiam in iis locis, qui sunt corruptissimi, ut aliquid saltem significarent, quod neque abhorreret a sententia legibusque linguæ græcæ conveniret neque indignum esset gravitate Æschylea. Neque me fefellit provinciam a me susceptam multo difficilius geri quam si Æschylum denuo ederem vel commentariis instruerem vel ex codicibus emendarem. Nam si edis scriptorem veterem, ubi nihil novi habeas aut verum quid sit affirmare non possis, tacere licet, alia corrupta dicas, multa obscura, nonnulla etiam ejusmodi, ut sine novis subsidiis explicari nequeant. Quæ non eodem modo faciat interpres, cui ubique hoc munus impositum est, ut exprimat saltem aliquam sententiam adaptatam iis quæ antecedant et sequantur neque abhorrentem ab institúto poetæ. Qua in re ut satisfacerem quam plurimis idque cum minimo meo periculo facerem atque paucissima a me ipso postularentur : artificio usurus, Dindorfii editionem ubique sequendam initio decreveram quæ et bene emendata plurimis locis videretur et quam proxime ad codicum scripturam accederet et pauca relinqueret, quæ intelligi non possent. Verum mox intellexi spem meam deceptam esse. Neque enim desunt in illa editione loci, in quibus auctoritas codicum bona et haud contemnenda spreta sit, editione Glasguensi nimis fideliter expressa; neque omnia ita cohærere dixeris, ut sententiæ bene congruerent copularentque sensa poetæ. Et quomodo deteriora asciscas

ubi satis scias meliora et in promptu esse et ab aliis ascita? Rejecta vero Dindorfii editione nulla alia fuit, quam prorsus sequerer. Itaque nihil erat reliquum nisi ut codices ipsos consulerem ipsamque Dindorfii editionem ita sequerer, ut locos, in quibus necessarium videbatur, corrigerem vel codicum subsidio vel ex conjectura. Verum totam rem adornavi hac lege, ut non ubique mea quæ scripserim prorsus vera esse pronunciare velim. Longe corruptior est Æschylus et abstrusior quam ut tuto constituas quid ab illo scriptum sit. Permulta sane necessitate coactus ascivi ut si nihil aliud sententiam tamen efficerem. Si autem putaveris editionem meam longius recedere ab auctoritate codicum quam reliquas; valde falsus eris. Ubicumque, quoad fieri potuit, antiquos libros secutus etiam speciosissimas conjecturas virorum doctorum rejiciendas putavi, quas tum demum ascivi ubi manifesto aliquid conjectura asciscendum fuit. Hæc vero ipsa ita a me administrata sunt, ut omnia precario scriberem paratusque essem illa ipsa rejicere, si meliora in medium afferrentur. Céterum ne quis consilio meo ignorato me accuset, multa aliena a me recepta esse omisso nomine ejus qui primus occuparit: illud sane negligentia mea factum est, quia oblitus sum nomina adscribere eorum qui repererunt editioni Wellauerianæ qua utebar, idque feceram multo ante quam mihi in mentem venerat edere Æschylum. Quocirca bona quæ protuli, aliena puta; quæ minus, adscribe mihi.

Codices plerique sunt ejusmodi ut nunquam fere satis tuto iis confidas deprehendasque ubique indicia plurima correctorum, in primis Triclinii. Inter omnes tamen eminet codex Mediceus: post eum Guelpherbytanus et Regius Parisinus 3521, ab Askewio collatus, et ii quibus usus est Robortellus. Dolendum vero est quod nullus horum ita collatus est ut ubique certo scias quid in illis scriptum sit: quæ res multo difficiliorem reddit operam corrigendi. Quæ quum ita essent, codices hos, quos in primis consului, ita secutus sum, ut nunquam iis confiderem nisi diserte eno-

tatas eorum scripturas viderem. Itaque nemo mirum censeat quod multa intacta reliqui, quæ divinationibus virorum doctorum correcta essent. Hæc plerumque nimis dubia videbantur. Ita quod mireris ne Hermanni quidem *aperta operta* ascivi, quia non sine periculo id me facturum videbam. Ita Hermannus in Persis v. 1000,

Ἔταφον ἔταφον· οὐκ ἀμφὶ σκηναῖς
τροχηλάτοισιν, ὄπισθεν ἑπόμενοι,

latine vertit : *miror, miror; non sunt circa tentorium pone sequentes.* Verum Xerxes *solus* adest neque convenit choro illud *miror, miror.*

In interpretatione latina id potissimum secutus sum ut Æschyli verba brevissime et accuratissime latine redderem, poetam ratus facillime intelligi, si eadem orationis brevitate eadem sensa excitarentur. Neque dubito quin Æschylus eo melius exprimatur quo magis verbis ipsis institeris. Ita facillime vim poetæ assecutus sis retinuerisque brevitatis decus quod non inter minima referendum sit. Brevitas quidem obscuritatem parit : verum diminui, ut puto, hoc incommodum additis brevibus interpretationibus. Deinde vero Æschylus non is est qui a somnolento et oscitante lectore intelligi possit. Quare qui volet cognoscere Æschylum non deterritus cogitandi labore : ei hæc interpretatio satis erit facilis et perspicua. In reliquis satis habebo si mea quoque opera aliquid eo contulerim ut frequentius poeta legatur, quo sublimiorem lectuque digniorem antiquitas habet neminem.

Sed jam necesse est ad illa redire quæ aut innovavi, aut intacta reliqui. Quæ dum expono, meum non esse censeo ut alios redarguam. Satis habebo pro instituto meo brevitatis illa commemorasse et ubi fuit necessarium defendisse.

PROMETHEUS.

Ad Prometheum quod attinet perpauca habeo quæ dicam. Versus 50 offensioni fuit viris doctis. Schol. explicat ἐπράχθη vocibus ὥρισται, τετύπωται. Itaque ἐκράνθη verum putavi, quod postea a Reisigio conjectum esse cognovi. Schæferus in App. ad Dem. I, p. 876 scripsit ἐτάχθη. Sed recte ἐπράχθη. Sententia est : omnia in deorum utilitatem effecta et parata sunt; Jovi parent dii ut quibus imperium non contigit. De πράσσω cf. Eum. 122 et 928.

76. Pedicæ intelliguntur quæ carnem penetrant quo arctius pedem constringant.

235 cod. Med. ἐγὼ δὲ τολμησ' ἐξ. Valckenarius ἐγὼ δ' ἐτόλμησ' ἐξ. Deteriores codices ἐγὼ δὲ τολμᾷς vel ἐγὼ δ' ὁ τολμῶς, quæ manifesto correctio est.

313 sunt qui χόλον improbent, cui ὄχλον substituant. Recte libri. Sunt labores, quibus Prometheus exantlandis irascitur.

430. Valde incerta est hujus versus scriptura; ὑποστενάζει in libris manu scriptis. Reisigius defendere conatus est his verbis : Fundamenti loco habendum ὑποστενάζει, tum propter auctoritatem librorum, tum quod de prosa oratione petitum est ὑποβαστάζει. Ita autem σθένος non habet quo referatur. Quod autem Wellauerus cogitat de figura, quam ἓν διὰ δυοῖν dicunt, de eo multimodis fallitur : ita enim nec τέ ponere licet pro καί, nec præmittere attributivum nomen : deinde βάρος dicendum erat de cœlo, non σθένος : præterea ne sic quidem quam instituerit grammaticam verborum structuram intelligitur. Scripturæ discrepantia notata nulla est, præterquam quod Ἄτλα θ' reperitur apud Scholiastam. In eo autem vocabulo ipsa corruptela cernitur emendandusque Æschylus sic est :

> Ἄτλαντος αἰὲν ὑπείροχον σθένος κραταιὸν
> οὐρανόν τε πόλον νώτοις
> ὑποστενάζει.

Ita Reisigius, qui interpretationem deinde Germanicam addidit. Quæ quum subtilius quam verius explicata mihi viderentur, non dubitavi Dindorfii et facilem et elegantem emendationem asciscere.

578. Vide Hermanni Opusc. vol. IV, p. 334.

617 quod hodie legitur πᾶν γὰρ ἂν, ex conjectura H. Stephani profectum est; verum minime rejiciendum est πᾶν γὰρ οὖν, ex codice Mediceo enotatum. Est enim lene imperium vel potius exhortatio : « Dic quid velis, nam non est quod timeas : exquiras ex me omnia. » Cf. Soph. Œd. C. 43, ubi immerito ἂν interpositum est. Est enim votum illius qui loquitur ut ne unquam populus Atheniensis Eumenidas alio nomine vocet.

712 codices omnes γύποδας. Hermannus ἀλλὰ γυῖ' ἁλιστόνοις.

770, ita interpretes. Codex optimus πλὴν, quod minime rejiciendum est et fortasse melius quam quod receptum est.

791 lacunæ signum est appositum; verum si ἡλιοστιβεῖς pro verbo accipias, eo supersedere poteris.

880 sunt qui ἄπυρος *candentissimum* explicent. Non recte. Intelligitur enim stimulus qui quamquam sine igne est, tamen ardet vehementissime.

1013 μεῖζον in codd.; μεῖον conjectura Stanleii refutata ab Wellauero.

1050 ἡ τοῦδε τύχη Dindorfii, ni fallor, conjectura est. Cod. Med. ἦ τοῦδ' εὐτυχῆ, in margine εἰ τάδ'. Alii aliter.

SEPTEM AD THEBAS.

V. 13 copula post ὥραν deest in omnibus fere codicibus; itaque eam rejeci. Eteocles in maximo patriæ periculo omnes ad arma capienda evocat, etiam pueros et senes qui a bellis alio tempore vacationem habebant. Juvenum nulla mentio faciendâ erat, quia hi omni tempore ad urbem defendendam armis parati esse debebant. Itaque ut aliquid diceret, quo majus periculum patriæ imminens ostenderet, juvenes commemorare omisit. Quos si voluisset nominare, procul dubio id non strictim et obiter copula τέ tam levi et tenui addita fecisset, ut tantummodo ὥραν τ' ἔχονθ' ἕκαστον diceret. Itaque ὥραν omissa copula scribendum fuit. Deinde ὥς τι codices optimi. Stanleius ὥς τε; quod quum paulo incertiorem comparationem faciat, ὡς τὸ præferendum judicavi, i. e. *quemadmodum officium uniuscujusque est ut patriam defendat.*

83 sententia et versus postulant ἑλεδέμας. Codices ἑλεδεμνάς.

125 construe : γενοῦ Λύκειος ἀϋτᾶς στόνων. Dubitari enim non potest, quin λύκος sive λύκη vel simile quid sit fundamentum vocis ex quo Λύκειος sit derivatus. Quod si est, Λύκειος significat aliquid quod affinitatis aliquid habeat cum radiis solis. Vid. Dunc. Lex. Hom. Pind. v. Λύκος.

161 codices τέλος. ἐν μάχαισί τε. Dindorfii conjectura est ἐν μάχαις· σύ τε, quæ fortasse propius accedat ad ductus literarum quæ sunt codicum, si scribatur ut scripsi : ἐν μάχᾳ· σύ τε. Pronomen σύ enim necessarium est : nam omnes deorum invocationes ab hac vocula incipiunt.

Versus 195 deest in codice Mediceo. Sed Guelpherbytanus τοιαῦτά τ' ἄν. Itaque recte Blomfieldius τοιαῦτά τἄν.

205 Med. ὅτι γε. Cod. Reg. Par. 3521 ὅτε τε. Deest τε in Aldina. Itaque scripsi omissa τέ particula, quam versus non fert, id quod sententia postulat. Constructio verborum: ἔδεισα ἀκούσασα ὀτοβον ὅτε σύριγγες ἑλίτροχοι ἐκλαγξαν, (ὀτοβόν) τε ἱππιαῖων ἀὖπνων πηδαλίων, πυριγενετῶν χαλινῶν διὰ στόματα.

225 codd.: μᾶτηρ, γυνή, σωτῆρος. Hermanni emendationem recepi. Olim ex Scholiasta τύχης pro γυνή conjeceram.

292 λεχαίων recepi. Codices λεχέων.

315 codd. καὶ τάν; editorum quidam ἄταν conjecerunt. Ego αἰχμάν prætuli, quum codicum scriptura ferri non posset.

323 vulgo δαυλείαν.

364. Vulgo hæc ita scribuntur:

τλήμονες εὐνὰν αἰχμάλωτον
ἀνδρὸς εὐτυχοῦντος ὡς
δυσμένους ὑπερτέρου.
Ἐλπίς ἐστι κἀτερον τέλος μολεῖν
παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίρροθον.

472 alii σὺν τύχῃ δὲ τῷ καὶ δὴ πέπεμπται, *Fortuna favente jam adversus illum missus est.* Verum neque τῷ placet pro αὐτῷ neque καὶ δὴ illo loco tulerim. Deinde πέπεμπτ' οὐ habent, quod ad sensum ineptum est legibusque linguæ contrarium.

562 quum illud ἂν productum offenderet, recte fortasse scribitur ex sententia Seidleri:

πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ πτόλιν
θεῶν θελόντων ἆ'ν ἀληθήσαιμ' ἐγώ.

Accedit quod illud δ' post ἂν in multis codicibus desideratur.

577 suspicor ὄμμα esse in codice Mediceo, quod multo melius est quam quod vulgo legitur ὄνομα.

628 vulgo ἐκτρέποντες γᾶς πρὸς ἐπιμόλους. Sed πρός deest in multis codicibus. Fortasse ita legendum est:

κλύοντες θεοὶ δικαίους λιτὰς
ἡμετέρας τελεῖθ' ὡς πόλις εὐτυχῇ
δορίπονα κάκ', ἐκτρέπων τε γᾶς
ἐπιμόλους πύργων τ' ἔκτοθεν βαλὼν
Ζεύς σφε κάνοι κεραυνῷ.

695 τελεῖν Turnebus et post eum alii. Libri τελεῖ vel τελεῖα.

700 retinui vulgatam scripturam. Codd. δόμον vel δόμων; posterius fortasse recte: *Furia atram procellam ciens a domo non discedet.*

762 cod. Med. ἀλκάν.

766 παλαιφάτων quum repertum sit in codice Mediceo et in editione Aldina, non dubitavi illud recipere correcta voce ἀραί. Vulgo enim παλαίφατοι ἀραί legitur.

785 τέκνοις ἀραίας vulgo legitur. Correxi versum, ut antistrophico responderet.

804 seqq. Codices dant hoc ordine versus:

ΑΓΓΕΛΟΣ.
Πόλις σέσωσται, βασιλέες δ' ὁμόσποροι
ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων...
ΧΟΡΟΣ.
Τίνες; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
Φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος...
ΧΟΡΟΣ.
Οἵ ἐγὼ τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
Οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι.
ΧΟΡΟΣ.
Ἐκεῖθι κῆλθον; βαρέα δ' οὖν ὅμως φράσον.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
Οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν.
ΧΟΡΟΣ.
Οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
Αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος.
Τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα·
πόλιν μὲν εὖ πράσσουσαν, οἱ δ' ἐπιστάται
διασὼ στρατηγὼ διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν·
ἕξουσι δ' ἣν λάβωσι ἓν ταφῇ χθονὸς
πατρὸς κατ' εὐχὰς δυσπότμους φορούμενοι.
Πόλις σέσωσται· βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν
πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

826 codices quantum sciam omnes πόλεως ἀσυνεᾶ σωτῆρι.

837 δυσμόρους vulgo. Quod qua auctoritate nitatur ego nescio. Codices plerique δυσμόρως: alii δυσφόρους, alii δυσφόρως.

911 non ausus sum quidquam audaciæ poeticæ imminuere. Aliter *percussos* scripsissem.

915 vulgo: δόμων μάλ' ἀχὼ ἐπ' αὐτούς. Cod. Guelph. ἀχὼ μάλ' αὐτούς, Med. μάλ' ἀχάεσα. Ex his μάλ' ἀχάν reposui.

926 δαΐ ex codice Med. Vulgo δαΐδι.

928 vulgo δυσδαίμων σφιν.

935 vulgo διατομαῖς οὐ φίλαις, id quod nullo modo ferri potest. Itaque olim scribendum esse censui διαντομαῖς. Verum Etymol. Magn. voce ἄρταμος et Prometh. 1023 me induxerunt, ut διαρταμαῖς præferrem.

948 vulgo ἀχέων.

953 vulgo τελευτᾷ δ' αἴδ' ἐπ'.

965 editiones pleræque προκείσεται. Quod recepi. Conjectura Hermanni est, nisi fallor.

968 codex Mediceus παντάκρυτέ σου. Ex quo

ut compleas versum, facias ἰὼ ἰὼ δάκρυτε σύ. Verum quum alii habeant πολυδάκρυτε, hoc vocabulum haud secus quam illud prius πανδάκρυτε explicatio Scholiastæ esse mihi videbatur aliudque ibi latere magis reconditum et inusitatius. Quum igitur suggereretur πάνδυρτε, non dubitavi illud asciscere.

984 vulgo δύστονα. Sed quum utriusque luctus indicetur, δίστονα scribendum est.

990 ceteræ editiones: σὺ τοίνυν οἶσθα.

996. Plerumque hæc ita:

ΙΣΜΗΝΗ.

ἰὼ κακὰ

δώμασι καὶ χθονί, πρὸ πάντων δ' ἐμοί.

991 δυσπότμων ex codd. enotatur. Alii δυστόνων vel δυστάνων, quod est in codice Mediceo. Reliqua plerumque ita leguntur:

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ ἰώ, δυστόνων κακῶν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ ἄναξ Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ ἰώ, πῶ σφε θήσομεν χθονός;

1047 vulgo ἤδη.

1070 non dubitandum quin Καδμείων vel potius Καδμογενεῖ in omnibus codicibus exciderit.

PERSÆ.

Perpauca sunt quæ mutavi in Persis, non quo tragœdiam integriorem servatam putarem, sed quia pleraque incertiora erant quam ut receptis scripturis substituere mallem. In quo non silendum est duo novos codices esse collatos a. 1817 Romæ et Florentiæ a Collectionis hujus auctore Firmino Didot ex Græcia revertenti, quorum neuter est ejusmodi, ut inter præstantiores referri posset; tamen uterque non est inutilis. Atque id quidem satis opportune mihi accidit quod alter uno saltem loco, v. 576, conjecturam meam confirmavit.

167 ὅσον a quibusdam causaliter, ut dicunt, accipitur, id quod minus sententiæ adaptatum est.

386 ἠχῇ est in optimis codicibus et plurimis; pauci iique deteriores habent ἠχεῖ. Editores ἠχοῖ prætulerunt; ego codices sequendos duxi.

571 ἔρρανται auctore Hermanno huc transpositum est, quum in codicibus post v. 580 reperiatur: τοκέες ἄπαιδες ἔρρανται δαιμόνι' ἄχη.

676. Hæc ita plerumque scripta reperiuntur in editionibus Æschyli:

Περὶ τᾷ σᾷ δίδυμα
διάγοιεν ἁμάρτια
πάσᾳ γᾷ σᾷ τάδε.

Correxi διάγοι' ἄν, quia illud διάγοιεν sine sensu est. Et διάγοι a Didoto in codice Florentino repertum est.

598 ἔμπορος optimorum codicum auctoritate nititur, quamquam Scholiasta alteram lectionem ἔμπειρος explicat, quæ itidem in quibusdam codicibus iisque deterioribus reperitur. Aptior tamen vox est loco, quo pleraque sunt de mari sumta, multoque est versui convenientior et ad explicandum difficilior. Neque facile quisquam dixerit, quomodo, si ἔμπειρος ab Æschylo scriptum fuisset, in ἔμπορος abire potuerit.

710 codex Mediceus ὡς ἕως τ' ἔλλευσσες. Itaque quum hoc ἕως τ' bene responderet voculis νῦν τε, quæ sequuntur, Mediceum sequendum duxi.

815 codices habent ἐκπαιδεύεται, de quo vide Jahn. Supplem. Annal. Phil. 1836, fasc. 3.

1000. Vide Hermannum Opusc. vol. IV, p. 336.

AGAMEMNO.

1. Nunquam mihi persuadere potui, ut custodem sine ulla ratione loqui putarem, præsertim quum accederet, quod illud ἰοὺ ἰού, quod ex v. 25 ante v. 22 transpositum est ab Hermanno, ne sic quidem commodum locum obtineret. Atque illud quidem est prorsus contra consuetudinem Græcorum, ut aliquid ita subito introducant ut est splendor flammæ e longinquo visæ. Itaque dubitandum esse non putavi quin flamma ab initio statim conspecta sit non magna fortasse, at tamen talis qualis indicio captæ urbis esse potuerit. Quare facile intelligitur, quomodo factum sit, ut orationis tenor et calor in initio et exitu idem sit neque nuncius gaudio abripiatur. Retinui igitur ἰοὺ ἰού illo loco, quo in codicibus reperitur.

Versum 10 reddidi latine, ut solent; nescio tamen an rectius ita vertas: «sic enim fidenter animus mulieris sperat.»

101 σαίνουσ' conjectura ortum est. Libri φαίνουσ'.

102 et 103 ἄπλειστον τὴν θυμόφθορον λύπης φρένα. codices præbent, id quod alii aliter correxerunt.

120 δισσοὺς «dissentientes» explicant. Minus recte. Calchas quum vidisset duas aquilas leporem devorantes, duos Atridas in illo augurio agnovit Trojam devastaturos. Perit compara-

tio altera explicatione. Eundem leporem aquilæ comederunt, eandem urbem Atridæ petituri sunt.

143 plerumque interpungunt ὀδρικάλοισι, πρηνά.

205 dedi ex conjectura τότ'. Codices τόδ'.

222 βροτοὺς retinui, quamquam nollem librorum scripturam βροτοῖς ab editoribus damnatam esse. Significat enim *inter homines*.

251 codices τὸ δὲ προκλύειν ἐπιγένοιτ' ἂν ἡ λύσις.

304 χαρίζεσθαι in codicibus reperitur.

374 ἐγγόνοις de conjectura. Libri ἐγγόνους vel ἐκγόνους.

410 σιγὰς ex codicibus; editores σιγᾶσ'. Recte omnia ut exhibent libri antiqui. Ex reliquis satis apparet Menelaum solum esse intelligendum, qui quum verba ἰὼ δῶμα καὶ πρόμοι, ἰὼ λέχος καὶ στίβοι φιλάνορoι præcedant, multo commodius aptiusque quam Helena commemoratur.

511 ita ex conjectura. Vulgo ἦλθες, quod versum disturbat, idque eo magis reprehendendum est, quod verba ὁ Πύθιος ἄναξ v. 509 facilius tertiam quam secundam personam requirant.

542 recepi ἔστε ex codice Mediceo, id quod legibus linguæ Græcæ requiritur. Editiones habent ἦτε.

624 vulgo ἀνὴρ.

656 alii τυφῷ.

673 vulgo ταῦτ'.

714 Hermannus ita correxit librorum scripturam παμπρόσθη.

837 codices ἡδονάς. Quod quum minus intelligerent interpretes, κληδόνας scribebant. Codicum scriptura interpretatione latina, quam exhibui, satis defenditur.

905 vulgo νῦν δ'ἐμοί.

930 alii πράσσοιμ' ἄν.

937 vulgo αἰδεσθείς. Codex Farn. αἰδεσθῇς, recte.

Versum 983 conjectura emendavi. Vulgo χρόνος ἔστι πρυμνησίων ξυνεμβόλοις.

1047 ἐκτός ex Hermanni emendatione. Vulgo ἐντός.

1091 ita ex emendatione Dindorfii. Codices πικρὸνα κακὰ κἀρτάναι.

1120 ita de conjectura dedi. Vulgo ἅτε καὶ ὁρᾶσα

1132 vulgo τις.

1133 vulgo στέλλεται.

1147 editiones pleræque περιβάλοντο γάρ οἱ στερροφόρον δέμας θεοί.

1172 codices et pleræque editiones θερμόνους πέλ' ἐμ (sic codd.; ἐν editt.) πέδῳ.

1202. Versus transpositi sunt sine codicum auctoritate.

1216 ἐφημένους cod. Med., εὐφημίοις ex conjectura.

1261 codices ἐνθήσει. Hermanno debetur, quod recepi.

1267 codices πεσόντ' ἀγαθὼ δ' ἀμείψομαι.

Versum 1290 Hermannus huc transposuit.

Versus 1304 et 1305 quum vulgo inverso ordine legerentur, Hermannus transposuit.

1340 scripsi ἅταν τ' pro ἄγαν, quod est in libris. Sequenti versu si quis τίς ποτ' ἄν scribet, metro satisfaciet.

1347 vulgo κοινωσώμεθ' ἄν solœce; κοινωσαίμεθ' ἄν Porsonus proposuit, quod non multo melius est neque sententiæ satisfacit, etiamsi a legibus linguæ non abhorreat. Quod exhibui, diu est ex quo scribendum censui.

1368 vulgo μυθοῦσθαι, quæ est forma nihili, ut videtur.

1428 editiones εὐπρέπειαν τίετον. Cod. Farn. εὖ πρέπει ἀτίετον, Med. ἀντίετον.

1434 scribunt ex codicibus φόβου, quod sententiæ non convenit.

1483 scripsi αἰνόν pro αἶνον, quod posterius, nisi αἰνεῖς αἶνον conjungas, defendi non potest. Gravius illud est.

1544 ψυχῇ τ' pro ψυχὴν ex conjectura scripsi.

1605 codices ἐπὶ δέκ' ἀθλίῳ.

1657 codd. στείχετε δ' οἱ γέροντες πρὸς δόμους πεπρωμένους τούσδε. Quod ego dedi, ex editione Glasguensi receptum est.

1658 codd. πρὶν παθεῖν· ἔρξαντα καιρόν.

CHOEPHORŒ.

Sæpissime in Choephoris Hermanni emendationes recepi, quod eo libentius feci quod nulla tragœdia ad emendandum difficilior mihi videbatur.

59 plerumque legitur φοβεῖται δέ τις, quod nimium debile est in loco, cui poeta maximam vim tribuit.

79 ἀρχὰς ex codice Mediceo aliisque multis receptum est.

126 δωμάτων Stanleii conjectura est. Libri δ' ὀμμάτων.

184 ἄφρακτοι optimorum codicum scriptura est. Vulgo ἄφραστοι.

224 ita ex Arnaldi conjectura. Codd. τάδ' ἐγώ σε προυνέπω.

244 μόνος codd. Vulgo μόνου vel μόνον, quod cum sequentibus versibus conjungunt.

251 θήρα πατρῴα optimi libri; editiones θήραν πατρῴαν.

289 ex codice Mediceo διώκεσθαι recepi pro vulgato διώκεται.

294 litera τ' ab Hermanno interposita est.

360 codices ἧς, quæ est forma valde dubia. Ex codice Robortelli ἣν recepi, quod et legibus linguæ satisfacit et ad sensum egregium est.

374 cod. Medic. φωνεῖ ὀδυνᾶσαι γάρ; neque aliter alii libri.

399 ita ex Hermanni conjectura. Codd. τετιμέναι.

415-17 vulgo ita leguntur,

ὅταν δ' αὖτ' ἐπαλκὰς
θρασεῖ' ἀπέστασεν ἄχος
πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς.

Cod. Guelph. θραρι'; Med. θραρέα πεστ. Plurimæ sunt virorum doctorum conjecturæ.

418 vulgo τί δ' ἂν εἰπ. Cod. Med. τί δ' ἂν πάντες.

424 codd. νόμοισι λεμιστρίας. Hermanno debetur quod recepi.

439 plerique codices, inter quos Mediceus, ἐμασχαλίσθης. Robortellus ἐμασχαλίσθη.

441 pro κτίσαι, quod Stanleii conjecturæ debetur, codices dant κτεῖναι.

472 pleræque editiones ita:

τῶν δ' ἑκὰς οὐδ' ἀπ' ἄλλων
ἔκτοθεν ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν.

Codex Medic. τῶνδ' ἄκος, quod recipiendum duxi.

480 αἰτούμενος scriptura codicum est.

510 plerumque Electræ hos versus continuant. Sunt autem Chori. Pro ἐτείνατον editiones ἔτεινα τὸν, codices δέ τινα τὸν.

544 versus omnium corruptissimus. Vulgo legitur: ὅφις τε πᾶσιν σπαργάνοις ὡπλίζετο, quod maximam partem, ut videtur, Victorio, qui usus est codice Farnesiano, debetur. Si ex codice recepit, manifesto correctio est grammatici, quia in aliis codicibus plane alia leguntur. Cod. Med. οὐ φεῖσε πᾶσα σπαργάνη πλείζετο. Idem est in codice Guelph., edit. Robort. et varia scriptura apud Stephanum. Facile intelligitur syllabam in duobus posterioribus verbis deesse. Quum literæ Λ litera Α sit simillima, α excidisse putavi. Itaque correxi σπάργαν' ἡπαλίζετο, ἁπαλίζειν, quamquam alibi non reperitur, non minus recte dici ratus quam μαλακίζω idque diversum non esse ab ἁπαλύνεσθαι. Reliqua audaciora sunt; ἐπὶ eodem modo usurpatum est ab Euripide Iph. A. 112, Herodoto 2, 55 et 8, 52, Soph. OEd. Col. 1491, Thuc. 7, 37.

591 ex Hermanni conjectura fluxit quod recepi. Editiones et codices παιδοβάμονα κἀνεμοέντων.

708 ex codice Med. φιλίᾳ recipiendum cum aliis putavi.

785 Scholiastes explicat: δός μοι εὐτυχίαν εὐτυχῆσαι. Facile perspicitur aliud quid ab illo lectum esse quam quod est in codicibus; sed esse id ejusmodi, ut a vulgari orationis tenore nonnihil recederet. Quod nisi id ita fuisset, in animum non induxisset explicare locum. Cujus explanationem secutus locum constituï. Libri scripti impressique habent:

τύχας τυχεῖν δέ μοι (vel μου) κυρίως
τὰ σώφρονσιν εὖ μαιομένοις ἰδεῖν.

Cod. Med. τὰ σωφρονευμαιομένοις ἰδεῖν.

816 κρυπταῖος ex codice Medic. pro vulgato κρύπτ'.

842 cod. Med. δαιματοστάγ' ἐς.

939 cod. Med. ἔλαβε. Vulgo ἔλαχε vel ἔλαχε.

953 τάνπερ ex conjectura. Codd. τάπερ.

956 vulgo ἄξεν. Est ἄξειν ex codice Mediceo.

957 vulgo βλαπτομέναν χρονισθεῖσαν. Codicem Mediceum secutus sum.

1020 vulgo ἐς pro ἔξ.

1021 ita ex conjectura dedi. Hermannus ἄλλος τάδ' εἰδὴ. Erfurdt. ἄλλος φανεῖ δῆτ', οὐ γὰρ οἶδ' ὅπτη τελεῖ. Codex Med. ἄλλος ἂν εἰ δὴ τοῦτ'. Quem secutus ἄλλως correxi, id quod versus postulat.

1040 codd. Medic. et Guelph. καὶ μαρτυρεῖν μοι μενέλεως. Robort. μοι δ'. Quod recepi, conjecturæ debetur.

EUMENIDES.

76 ἀν' ex Hermanni emendatione. Vulgo ἄν.

103 codices plerique καρδίᾳ σίθεν vel καρδία σέθεν. Hermannus καρδίας ὄθεν correxit. Quum plerumque post σίθεν interpungeretur, colon posui post καρδίας, non quo interpunctionem extra omnem dubitationem esse censerem, sed ut verba teneri possent.

119 vulgo οὐκ ἐμοῖς. Quod recepi, ab Hermanno est propositum. Deinde explica προσίκτορες sensu passivo, ut dicitur. Neque vero vulgatam scripturam prorsus rejiciendam esse censuerim. Φίλοι cognati sunt iique hoc nomine cari et amici. Quodsi Clytæmnestra primo loco filium intelligit, idem verbum supplet postea ut se suosque qui ab ipsius parte stent, intelligat. Quo fit, ut ἐμοῖς non multum diversum sit ab ἡμῖν, quo aliis locis usa est: *Adjutores sunt exorati amicis cognatisque, at non meis, i. e. iis qui mecum faciunt.*

164 θρόμβον Hermannus; vulgo θρόνον.

169 restitui librorum scripturam.

177 libri μιάστορ' ἐκείνου πάσεται. Hermann. μιάστορ' ἔστιν οὗ π.

220 τίνεσθαι ex Hermanni conjectura. Libri γενέσθαι.

231 ita Hermannus. Vulgo κἀκκυνηγέτις.

311 librorum scriptura est ἁμά

312 libri εὐθυδίκοι.

316 libri ἁλιτρῶν.

336 vulgo τοῖσιν αὐτουργίαι.

357 codices ἐπὶ τὸν ὦ διόμεναι. Litera una correcta restitui quod sententia postulat. Hermannus deinde emendavit librorum scripturam κρατερὸν ὄνθ' ὁμοίως ita ut exhibui in contextu verborum.

362 vulgo σπευδόμεναι.

405 πώλοις codices. Wakefieldius emendavit.

429 quum vulgo legeretur οὐ δοῦναι θέλει, idque bene explicari non posset, jam olim correxi οὔ δοῦναι θέλει, cujus scripturæ explicationem in interpretatione apposui.

446 in codicibus ἐφεζομένη vel ἐφημένη. Hermanni conjecturam recepi.

505 vulgo ὑπόδοσιν. Herm. correxit.

506. Locus nondum persanatus. Vulgo ἄκεα cum sequentibus verbis conjungunt.

519 plerumque editur δειμανεῖ. Hermannus correxit.

562 vulgo λέπαδνον. Hermanno debetur quod recepi.

681 vulgo τήνδε.

661 quod vulgo editur οἷσι μή, id ita correxi ut exhibui.

697 libri περιστέλλουσα.

755 Ἀργεῖος ἀνήρ scribendum esse, non Ἀργεῖος ἀνήρ, jam olim docui.

782 ἰὼν ἰών ex Hermanni sententia repositum est pro ἰοὺ ἰού, quod in codicibus legitur.

839 et 872 μῖσος pro μύσος Hermannum secutus scripsi.

845 libri δαμιᾶν. Hermanno debetur correctio.

849 καίτοι γε μὴν σὺ κάρτ' codices, id quod corrigendum fuit, ut sententiæ conveniret.

932. Locus difficillimus, in quo operosum est exponere virorum doctorum sententias. Ego ut saltem tenerem quod enotatum est ex codicibus, accentu mutato βαρεῶν scripsi. Forma adjectivi quidem inusitata est, at non inaudita. Antatticista ex Philemone (fragm. p. 109) θρασέα γυνή, et Theogn. 535 Br. ταχεῶν Ἁρπυιῶν. Æschylus a formis ionicis minus abstinuit.

940 γόνος τε γᾶς Herm. Vulgo τε γᾶς abest.

961 ita Hermannus. Codices θεαὶ τῶν Μοῖραι.

985 codices κοινοφελεῖ.

988 ita Robortellus. Cod. Med. φρονοῦσα, alii φρονοῦσι. Deinde εὑρίσκεις ex codice Mediceo recepi.

993 vulgo καὶ γῆν καὶ πόλιν ὀρθοδίκαιον πρέψετε.

1044 vulgo ἑνδαιδες.

1045 ita Herm. Codices ἀστοῖσι Ζεὺς παντόπτας, ut Mediceus et Robortellus; vel πανόπτας, quod est in plerisque editionibus Æschyli.

SUPPLICES.

V. 3 retinui λεπτοψαμάθων, quod Pauw. conjecit pro librorum scriptura λεπτοβαθῶν, quamquam manifesto falsum est. Itaque interpretatione latina expressi quod sententia postulat. Cf. Prom. 847.

54 vulgo legitur : τεκμήρια τά τ' ἀνόμοια οἷδ' ἄελπτ'. Verum illud οἷδ' et sensum pessumdat et metrum corrumpit. Itaque non dubitandum esse censeo, quin ex geminatione postremarum literarum vocis ἀνόμοια ortum sit, quum OIA et OIΔ facile confunderentur.

83 codices ἄρης pro ἄρος. Varie viri docti locum correxerunt. Quum neque conjectura ulla neque interpretatio satisfaceret, ἄρος scripsi, quod sententiæ congruere videtur.

109 με τιμῶ codices; με τιμᾷ editiones.

119 et 130 εὖκ κοννεῖς ex codicibus recepi pro εὐακοεῖς quod editiones habent.

123 ἐπίδρομος scripsi pro vulgato ἐπιδρόμως ex codice Mediceo, qui habet ἐπιδρόμῳ πόθι θάνατος ὅπη.

148 codex Med. aliique iique optimi libri et Scholiastes habent ἀσφαλέας. Itaque restitui pro ἀσφαλίας.

169 ἐνεύξεται codices optimi; editiones ἐνέξεται.

266 libri μηνεῖται δ' ἄκη. Dindorfius correxit.

272 vulgo τ' ἄν.

287 sunt qui κρεοβρότους scribant, quod nescio an codicum scriptura sit.

362 vulgo οὔπερ pro οὐ πένει. Codex Mediceus οὖν περ. Scholiastes : αἰδόμενος] οὐ πτωχεύσεις. Cui explicationi convenit πένει, nisi πενεῖ præferas. Quod ego quoque prætulissem, si exemplum formæ in promptu mihi fuisset.

444 editur plerumque ἄτης γε μείζω καὶ μέγ' ἐμπλήσας γόμον. Sed omnes codices ἄτην et deinde γόμου. Itaque has duas formas restitui et deinde ἐμπλῆσαι correxi.

471 ἐσέβηκα codices ut videtur omnes. Editiones ἐσβέβηκε. Ego ἐσβέβηκα codices secutus reponendum putavi.

564 vulgo θείας. Ex codice Mediceo θυιάς recepi quod in reliquis quoque codicibus exstare suspicor.

616 vulgo Διὸς pro Ζηνὸς, quod posterius in codicibus reperitur.

661 στάσις addidi, postremis literis vocis ἐπιχωρίοις, a quibus absorptam vocem esse existimavi, inductus.

694 vulgo εὔφημον δ' ἐπιβοῶμεν. Cod. Med. εὐ-

φημίοις ἐπὶ βωμοῖς; cod. Guelph. εὔφημον δ' ἐπὶ βωμῶν. Quibus verbis quid lateat, nescio. Ego vero scripsi quod sententiæ satisfacere videbatur. In quo formam ionicam ab Æschylo alienam esse non putarim.

697 libri φυλάσσοι τ' ἀτιμίας τιμάς, quo metrum confunditur. Vocibus transpositis τιμὰς κἀτιμίας φυλάσσοι. Id enim civitati bene compositæ et institutæ convenit, ut honores plurimi habeantur diminutionesque capitis recte et legitime observentur.

745 scripsi πολεῖ ex emendatione Stanleii pro πόλει.

750 vulgo δολόφρονες. Sed cod. Med. δουλόφρονες. Deinde δολιομήτιδες ex conjectura Wellaueri recepi.

763 κράτος etiam *valde* significat; quod si præferas, versum ita latine reddideris:

Ut qui habeant belluarum affectus vehementer cavendi sunt.

Codices vero ἔχοντες habent.

764 cod. Med. ταχεῖαι. Itaque fortasse rectius legas:

οὔτοι ταχείᾳ ναυτικοῦ στρατοῦ στολῇ
οὐδ' ὅρμος οὐδὲ κ. τ. λ.

795 libri ἐρεμὰς pro κρεμάς.

807 libri λυτήρι'.

846 codices et editiones γομφοδέτῳ τε δορὶ δι' ὅλου αἱμονες ὡς ἐπ' ἀμίδα ἠσοδουπία τἄπιτα. Correxi locum hoc modo, ut similitudinem pronunciationis sequerer.

854 vulgo ἴδοιμ' vel εἶδοι.

864 libri βάτεαι βαθμὶ πρὸ κακοπαθῶν. Quibus in verbis nescio quid lateat. Ego vero primum ex AI feci NAI; deinde BAΘ retinui, at in MI latere AAI putavi. Deinde πρὸ ex compendio scripturæ ortum esse indicavi priusque fuisse πρὶν. Reliqua utcunque correxi, dum meliora in medium proferantur.

885 Locus non minus corruptus. Libri: πάτερ βροτιοβαροτάβαι μαλδαάγει. Eustathius p. 1422, 19 (Odyss. p. 63, 2 s. p. 65, 42 edit. Lips.): ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρῶ καὶ ἄρος τὸ ὄφελος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἱκετίσι· βρότεος ἄρος ἄτα ἤτοι τὸ εὖ τῶν βροτῶν καὶ τὸ ὄφελος ἄτη ἐστίν. Verum sequens ι nescio quid sit et unde venerit. Quod eo minus videbatur explicari posse, quum ἀαγεῖ facile pro dativo recognoscitur, qui substantivum requirat. Itaque haud cunctanter ἄτᾳ prætuli. Remanet ἀλδ', quæ est forma nihili. Ego ex A feci A scripsique ἄαδ', non quo verum esse censerem, sed ut ita tamen aliquid appareret. Hesychius habet ἀαδεῖν, quod explicat ὀχλεῖν, λυπεῖσθαι, ἀδικεῖν. Ac Scholiastæ explicatio docet tale quid olim hoc versu lectum fuisse. Ἡ τῶν βρετέων, inquit, ἐπικουρία βλάπτει με.

930 vulgo εἰδῆς, quod quum in nullo codice reperiatur, alterum εἰδώς optimorum codicum auctoritate confirmetur, non dubitavi posterius admittere.

939 Schütz. et ed. Glasg.: ἴσωσον αὐτός. Vulgo ἴσθι γ' αὐτός. Med. εἴσθι γ' αὐτός. Guelph. et margo Medicei ἴσως γ' αὐτός. Ald. ἴσως οὐ αὐτός. In his verum latet εἶση σύ τ' αὐτὸς χοί.

950 similis corruptela eodem modo emendanda est. Vulgo ἴσθι τάδ' ἤδη. Medic. et Guelpherb. ἴσθι μὲν τάδ' ἤδη. Hinc voce τάδε ejecta corrige εἶση σὺ μὲν δή. Quæ si minus placeant, repone εἶση τάδ' ἤδη. Verum σύ facile excidit post εἶση, cujus posterior syllaba eodem sono oris proferebatur. Deinde αἱρήσῃ in editionibus est. Cod. Med. ἐρεῖσθε; idemque Guelph. habet. Hinc αἱρεῖσθαι Robortellus, quod fortasse verum est. Ego admisi conjecturam Porsoni probatam a Burgessio et Elmsleio.

976 τῶν ab Hauptio bene interpositum est.

989 codd. τυγχάνοντας. Stanleius emendavit

999 vulgo βροτοί τι μιν. Cod. Med. τιμὴν, in quo verum continetur.

1002 vulgo legunt: κἄλωρα κωλύουσαν sine sensu, in quo etiam illud ignoratur, quid sit κἄλωρα vel, si licet id dicere, καὶ ἔλωρα vel ἔλωρα. Non dubitavi quin κάλωρα compositum sit ex καλός et ὥρα. Itaque κωλύουσ' ἄν scribendum fuit. Est autem vox κάλωρος addenda lexicis.

1044 vulgo φυγάδας, codices φυγάδες, quod neque versui neque sententiæ satisfacit. Correxi igitur φυγάδεσσιν, quod utrique convenit.

Scripsi Coburgi in Saxonia, die XII Oct. MDCCCXXXIX.

MONITUM.

Distractis exemplis quæ anno 1842 chartæ imprimi jusseramus, formas diligentissime emendandas curavimus. Quod si nunc editio prodit sine ullo fere mendo typographico, multis autem locis scite correctis, ejus rei gratia habenda est amico Nostro N. Σ. Πικκόλῳ, qui gentis suæ scriptoribus antiquis antiquo animo legendis otium impendit. Addimus quas idem elegantis ingenii vir nobiscum communicavit observationes de locis aliquot Æschyli et Sophoclis.

MARGINALIA QUÆDAM.

ÆSCHYLUS.

Agam. v. 3. Prudenter, ut aliis in locis, Ahrensius hic quoque a prioribus discessit editoribus, ἄγκαθεν qui contractum putant ex ἀνέκαθεν vertuntque *desuper*. Testantur sane grammatici Æschylum ἄγκαθεν dixisse κατὰ ἀποκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἀνέκαθεν, sed ad hunc locum referri ea testimonia non debebant. Custos ἄγκαθεν, *ex ulnis* quibus caput innixum habebat, astra spectabat *canis ritu*, quiete observantis capite inter anteriores pedes demisso. Hoc bene perceptum indicavit Dumbar, *Greek and English lexicon*, voce Ἄγκαθεν.

Choeph. v. 655. Τόδε jungendum esse cum τρίτον quo clarius indicetur, præfero distinctionem Maltbyi (Thesaur. poes. Gr. v. Ἐκπέραμα),

τρίτον τόδ', ἐκπέραμα δωμάτων καλῶ,

cum interpretatione scholiastæ, ἐκπέραμα de concreto intelligentis, τὸν διάκονον τὸν εἰσιόντα καὶ ἐξιόντα πρὸς τὰς ἀποκρίσεις.

Ibid. v. 785 scribendum puto :

δὸς τύχας, κυρίως δ' εὖ τύχοι
τὰ σώφρον' εὖ μαιομένοις ἰδεῖν.

Nisi malis per se stare votum κυρίως δ' εὖ τύχοι, παρενθέσεως signis cingendum. Est autem totum hoc carmen (783-837), si quod aliud Æschyli, incertæ scripturæ et plurimis criticorum divinationibus tentatum, sed « nondum (verba Dindorfii sunt, Metra scenicorum Gr. p. 51) ita emendatum, ut metra per totum describi possint », et sententia ubique appareat dictioque Æschylea. Quare meum quoque periculum ali-

quod in commune conferam, ductuum manu scriptorum apices rimans modeste, non evagatus liberiore musa. Versus sunt 796 et 797 in quibus muto aliquid, sed ob ea quæ apud Ahrensium leguntur locum paullo altius repetam, a v. 789,

πρὸ δὲ δῃχθρῶν
τῶν ἔσω μελάθρων, ὦ Ζεῦ, θές·
ἐπεί νιν μέγαν ἄρας
δίδυμα καὶ τριπλᾶ
παλίμποινα θέλων ἀμείψει.
Ἴσχε δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ-
νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι
πημάτων ἘΚδρόμῳ, προστιθεὶς
μέτρον, ΤΙΣΕΙ σωζόμενον ῥυθμὸν
τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον,
ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα.

Turnebus intellexit ἀμείψει esse secundam personam, quam Pauwius interpretatur *vicissim accipies* vel *accipere poteris*. Idem Pauwius sententiam instaurasse videtur restituto Ἴσχε v. 794 pro ἴσθι. Dübneri est v. 796 ἐκδρόμῳ, quod quemvis fere librariorum offendere debebat, ut ἐν δρόμῳ ponerent quæ est codicum scriptura. Vocabulum testatur Pollux I, 219 : Ἔστι δέ τις ἵππου δρόμος ἔκδρομος, ὅταν ὑπὲρ τὸ τεταγμένον τοῦ δρόμου μέτρον ὑπὸ βύμης φέρηται. Ego posui v. 797 τίσει pro edito τίς ἄν. Quæ sic verto et explico : *Eumque ante hostes qui in domo sunt Jupiter, constitue : nam quum magnum hunc extuleris* (i. e. antea exulem ea potentia instruxeris, ut jam sese opponere hostibus et ultionem patris aggredi possit), *duplicem et triplicem retributionem* (scelerum in regem Διογενῆ commissorum) *redditam accipies lubens. Verum inhibe cari viri* (Agamemnonis) *pullum orbum astrictum currui calamitatum ultra metam evaganti, modum* (moderationem) *apponens, ut in ultione justam mensuram servari hoc solum videat, ad quod facti gressus tendebant* (sive *factorum gressuum successum*). Scholiastarum unus, μηδὲ ὑπερδραμὼν ἐν τῷ δαπέδῳ διαῤῥῆξῃ τὸν χαλινόν, videri potest allusisse ad ἐκδρόμῳ : certius est eum legisse ῥυμόν pro ῥυθμόν : sed ῥυμόν illud quum primam syllabam producat, perdit versum dochmiacum. Cogitavi etiam de reponendo v. 797, τίταν (pro τίς ἄν) σωζόμενον ῥυθμόν, ut legitur v. 67, τίτας φόνος. Ex scholiastis unus in suo codice legit ἴδοι, non ἰδεῖν v. 798 : quod si verum est, fortasse ita scribendum :

Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ-
νιν ζυγέντ' ἐν ἅρματι·
πημάτων εἰ δρόμῳ προστίθης
μέτρον, τίσει σωζόμενον ῥυθμὸν
τοῦτ' ἴδοι δάπεδον,

ἴδοι pro ἴδοι ἄν.

Eumenid. v. 103. Codicum scriptura,

ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίᾳ σέθεν,

præferenda mihi videtur omnibus quæ de hoc versu prolatæ sunt conjecturis. Καρδία, ut alibi, positum est pro φρήν, γνώμη : *Aspice plagas hasce animo tuo*, quasi dicas *animi oculis* : dormiunt enim Furiæ quæ his verbis monentur, neque juberi possunt oculis inspicere vulnera Clytæmnestræ. Sed si τῇ καρδίᾳ inspicere jubentur, vides quam apte et suo loco convenienter adjiciantur verba

εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται,

confirmantia simul et explicantia dativum quem tuemur καρδίᾳ.

Ibid. v. 941. Conjeceram τάμοι πέραν ὅρον τόπων, sed neque metaphora neque rhythmica modulatio mihi satisfecit. Deinde cogitavi τόπων ejusmodi vocabulum esse quod ab homine metri defectum animadvertente potuerit adjici; τό autem reliquias esse posse optativi, quem hic locus postulat, hoc fere modo :

φλογμός τ' ὀμματοστερὴς φυτῶν τρέποιτό μοι
[πέραν ὅρων

(trochaicus tetrameter cum spondaica basi, ut strophici versus 918, 919 in unum jungendi). Alii fortasse feliciores erunt in versu corrigendo, quem quia sic ut editur ab Æschylo scribi non potuisse credo, cœpi tentare.

SOPHOCLES.

Electræ versus 214-217 sic legendos puto :

Οὐ γνώμαν ἴσχεις ἐξ οἵων
τὰ παρόντ', ΟΥΔ' ΟΙΑΣ εἰς ἅτας
ἐμπίπτεις οὕτως αἰκῶς;

Vulgo τὰ παρόντ' οἰκείας εἰς ἅτας, in quibus τὰ παρόντα accipiunt tanquam phrasin adverbialem, quacum Ellendtius comparat τὰ νῦν, pro ἐν τῷ παρόντι (χρόνῳ). Nemo vel unum hujus usus verborum τὰ παρόντα exemplum protulit, neque mihi ullum est in promptu. Consultone an casu, hæc ipsa vocabula Brunckius omisit in translatione, quam rara cum diligentia raraque felicitate elaboratam suæ editioni adjecit : *Non cogitas quali e statu* QUALES *in ærumnas sponte tua incidis adeo indigne?* Quæ scripta esse dixeris secundum conjecturam nostram. Nimirum sentiebat Brunckius sententiæ inesse oppositionem quandam, in græcis qualia feruntur non expressam : sensit etiam scholiastes : Οὐ γινώσκεις ἐξ οἵων ἀγαθῶν εἰς τί ἀνιαρὸν ἐλήλυθας; Nihilominus ille vocabulum οἰκείας tenuit, vocibus *sua sponte* reddens, alteram explicationem hujus scholii non fauste secutus : οἰκείας δὲ, ἤτοι τὰς συγγενικὰς, ἢ ἀπὸ σοῦ ἐσομένας καὶ οὐκ ἀλλαχόθεν. Vides ex quanto tempore vox illa οἰκείας torserit homines doctos : nimirum ea loco non suo sese ingessit, atque adeo fefellit sollertem sagacitatem Hermanni; qui ejusmodi notam scripsit : Οἰκείας *significat Electram asperitate sua non illis quibus irata est, sed ipsi sibi malum parere*, ab aliis criticis in suas quoque editiones receptam, haud dubie quia tam venerandi nominis præsidio utuntur.

Œdip. Tyr. v. 153. Hermannus rectissime constituit notionem vocabuli ἐκτέταμαι, in annotatione ad Eurip. Hecub. p. 70.

Philoct. v. 641. legendum est ex pulchra emendatione Hermanni,

Οὐκ ἀλλὰ κἀκείνοισι τάδ' ἐναντία;

Ibid. v. 695. Scribo : παρ' ᾧ πόνον ἀντίτυπον..., hoc adjectivum ea significatione accipiens qua est Reluctans, Resistens, Durus. Notum est confundi ab librariis πόνος et στόνος, πολύπονος et πολύστονος. Alioquin hæc vocabula sæpe pro synonymis sunt. Sic v. 777 scholiastes πολύπονα explicat πολύστονα, πικρὰ, αἴτια κακῶν. Versu 1326 Philoctetæ morbus indicatur vocabulo ἄλγος, illius πόνος synonymo : Σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης.

Ibid. v. 1132. Vox ξύννομον mutari debet in ἄρθμιον, quæ Erfurdtii est evidens correctio inepti hoc loco vocabuli ἄθλιον.

Ibid. Versus 1304 membra ab editore violenter transposita sunt sine necessitate ulla. Restituenda est scriptura codicum, cum leni correctione Brunckii τόδ' ponentis pro τοῦτ' :

Ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἐστὶν, οὔτε σοί.

Fragmenta. Pag. 297, fr. 270, scribendum est ὥς τις ἀγείρου, βιοτὰν...

Pag. 380, fragm. 826. Mirum est quod dicam, sed verum, uti spero, atque evidens. Longioris fragmenti hujus ne unus quidem versus est Sophoclis.

Omissis fragmentis addendum est Ὄμπνιος (ὄμπνιον νέφος). Vid. Suidas et Photius apud Ellendt. Lex. s. v.

N. Σ. Π.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ

ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ.
ΗΦΑΙΣΤΟΣ.
ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.
ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ.
ΩΚΕΑΝΟΣ.
ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ.
ΕΡΜΗΣ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.
Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς
ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις
ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι
ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις.
Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν· τοιᾶσδέ τοι
ἁμαρτίας σφὲ δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,
ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Κράτος Βία τε, σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς
ἔχει τέλος δὴ κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι·
ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν
δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ.
Πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδέ μοι τόλμαν σχεθεῖν·
ἐξωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ.
Τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἱπυμῆτα παῖ,
ἄκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ,
ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὄψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ
χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος· ἀσμένῳ δέ σοι
ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος·
πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν·
ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ
τρύσει σ'· ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.
Τοιαῦτ' ἐπηύρου τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.
Θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον
βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης.
Ἀνθ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν,
ὀρθοστάδην, ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ·
πολλοὺς δ' ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς
φθέγξει· Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες·

PROMETHEUS

VINCTUS.

PERSONÆ FABULÆ.

ROBUR ET VIS.
VULCANUS.
PROMETHEUS.
CHORUS VIRGINUM OCEANIDUM.
OCEANUS.
IO, INACHI FILIA.
MERCURIUS.

ROBUR.

Ad remotum terræ terminum pervenimus
in tractum Scythicum, in inaccessam solitudinem.
Te vero, Vulcane, necesse est mandata curare,
quæ pater peragenda tibi imposuit, ut hunc ad saxa
alte prærupta maleficum constringeres
in ferreorum vinculorum invictis compedibus.
Tuum enim florem, ignis cuivis arti idonei jubar,
furatus mortalibus præbuit. Hujusmodi profecto
peccati diis eum oportet pœnas dare,
ut Jovis imperium discat
reverenter colere et a benefico hominum studio desistere.

VULCANUS.

Robur et Vis, ad vos quod attinet, mandatum Jovis
consummationem profecto habet, neque quidquam amplius
ego autem cognatum deum non audeo [restat:
vi ad præruptum (*montis*) hiatum procellosum religare.
Verum omnino hujus rei audaciam subire necessitas me ju-
nam negligere patris jussa grave est. [bet:
O justæ consultricis Themidis excelse fili,
invitum te invitus indissolubilibus catenis
ad hanc hominibus inaccessam rupem affigam, [ciem
ubi neque vocem *audies* neque cujusquam mortalium fa-
videbis, sed solis lucida flamma lente tostus
coloris florem mutabis. Lubenti vero tibi
variegata stellis nox lucem diei abscondet;
et rursus sol matutinam pruinam dissipabit:
semper autem præsentis miseriæ gravis acerbitas
te atteret; qui enim te relevaturus est, nondum exstat.
Tales fructus ex benefico tuo hominum studio percepisti.
Deus enim quum esses, iram deorum haud reveritus
mortalibus ultra fas honores tribuisti.
Pro quo facto hanc illætabilem rupem excubiis tenebis
erecto stans corpore, insomnis, non flectens genu,
multasque lamentationes et inutiles ploratus
edes; Jovis enim animus est ægre placabilis.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

[illegible]

[illegible]

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

[illegible]

[illegible]

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

[illegible]

[illegible]

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

[illegible]

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

[illegible]

ΚΡΑΤΟΣ.

[illegible]

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

[illegible]

ΚΡΑΤΟΣ.

[illegible] ἀσφαλῶς, ἵνα
[illegible] Διὸς νωθέστερος.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον
στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐρρωμένως.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Αἰαῖ, Προμηθεῦ, σῶν ὕπερ στένω πόνων.

ΚΡΑΤΟΣ.

Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ

Unusquisque vero asper est, qui imperium novus obtinet.

ROBUR.

Age, quid cunctaris frustraque hunc miseraris?
quid diis invisissimum deum non odisti,
qui tuum munus mortalibus prodidit?

VULCANUS.

Consanguinitas magnam vim habet et consuetudo.

ROBUR.

Aio, contemnere autem patris jussa
qui possis? nonne id magis metuis?

VULCANUS.

Semper profecto tu saevus et audaciae plenus.

ROBUR.

Nullum enim remedium est hunc deflere; tu vero,
quae nihil profutura sint, ea noli frustra moliri.

VULCANUS.

O multum invisum manuum ministerium!

ROBUR.

Quid illud detestaris? malorum enim, ut vere dicam,
praesentium causa nulla in tua arte est.

VULCANUS.

Veruntamen alii cuipiam eam obtingere oportuit.

ROBUR.

Omnia diis parata sunt nisi quod imperium iis denegatum est;
liber enim praeter Jovem nemo est.

VULCANUS.

Scio, hisque quod contradicam nihil habeo.

ROBUR.

Quin igitur festinabis, ut huic vincula circumdes,
ne te tergiversantem pater aspiciat?

VULCANUS.

Atqui parata vincula videre licet.

ROBUR.

Cape ea et circa manus (*manibus circumjecta*) valida vi
malleo tunde, affige ad saxa.

VULCANUS.

Transigitur jam neque segniter opus perficitur.

ROBUR.

Tunde fortius, comprime, nullo modo laxa.
Vafer est enim ad inveniendum ex re inextricabili exitum.

VULCANUS.

Hoc quidem brachium indissolubiter alligatum est.

ROBUR.

Hoc quoque jam affige firmiter, ut
πήμασι συγκάμνουσι θνητοί·
Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι Στρ. β'.
παρθένοι, μάχας ἄτρεστοι,
καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς
ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν,
Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος, Ἀντ. β'
ὑψίκρημνόν θ' οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται,
δαΐος στρατὸς, ὀξυπρῴροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.
Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις Ἐπῳδ.
δαμέντ' ἀκαμαντοδέτοις Τιτᾶνα λύμαις
εἰσιδόμαν θεὸν Ἄτλαν',
ὃς αἰὲν ὑπέροχον σθένος κραταιὸν
οὐράνιόν τε πόλον νώτοις ὑποστεγάζει.
Βοᾷ δὲ πόντιος κλύδων
ξυμπίτνων, στένει βυθὸς,
κελαινὸς Ἄϊδος δ' ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς, [τρόν.
παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν στένουσιν ἄλγος οἰκ-

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μή τοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ
σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.
Καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
τίς ἄλλος ἢ 'γὼ παντελῶς διώρισεν;
Ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ· καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν
ὑμῖν λέγοιμι· τὰν βροτοῖς δὲ πήματα
ἀκούσαθ', ὡς σφᾶς νηπίους ὄντας τὸ πρὶν
ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.
Λέξω δὲ, μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων,

OCEANUS.

Num ejus qui nuper omnipotentes sedes obtinuit?

PROMETHEUS.

Hujus cave ne unquam animus offendatur.

OCEANUS.

Tua fortuna, Prometheu, mihi magistra est.

PROMETHEUS.

Abi, propera, serva præsentem mentem.

OCEANUS.

Festinanti mihi hæc verba dixisti;
nam viam latam aeris radit alis
quadrupes ales, ac lubens certe
in stabulis domesticis genu inclinaverit.

CHORUS.

Deploro te ob exitialem fortunam tuam, Prometheu; lacrimisque stillantem ex teneris oculis laticem effundens genas humidis fontibus irrigavi. Calamitosa enim hæc mala Jupiter propriis legibus ordinans superbam diis prioribus hastam (*potentiam*) ostentat.

Jam vero tota regio lugubriter insonuit, magnificamque antiquam tuam consanguineorumque dignitatem deflent et quotquot vicinam sanctæ Asiæ sedem mortales incolunt, magno gemitu tuis miseriis tecum dolent;

et Colchidis terræ incolæ, virgines in pugnis intrepidæ (*Amazones*), et Scytharum multitudo, qui terræ extremam oram circa Mæotidem paludem tenent,

Arabiæque Mavortius flos, quique in confragosis rupibus sitam arcem prope Caucasum, bellicosa multitudo, præacutis fremens hastis, incolunt.

Solum prius alium in calamitatibus oppressum indissolubili contumelia deorum Titanem vidi, Atlantem, qui semper immensum robur, validum et cœlestem polum, humeris sustinet. Resonat autem æstuatio marina collisa; gemit profundum, aterque Orci recessus terræ subtus tremit, et fontes sancte fluentium fluviorum cladem miserabilem lamentantur.

PROMETHEUS.

Nequaquam existimate fastidio aut insolentia
me tacere, sed cogitatione cor mordeor,
quum me ita contumeliose afflictum videam.
Quamquam diis istis novis munera
quis alius præter me universis distribuit?
Sed ea taceo: etenim illa scientibus
vobis dicerem; verum quæ in hominibus mala fuerunt,
ea percipite, quomodo illos, quum insipientes antea essent,
prudentes intelligentiæque compotes reddiderim. [habeam,
Dicam vero hæc, non quo hominibus ullam reprehensionem

ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος·
οἱ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
κλύοντες οὐκ ἤκουον, ἀλλ' ὀνειράτων
εἰδώλοισι μορφαῖσι τὸν μακρὸν χρόνον
ἔφυρον εἰκῇ πάντα, κοὔτε πλινθουφεῖς
οἴκους προσείλους ἦσαν, οὐ ξυλουργίαν
κατώρυχες δ' ἔναιον ὥστ' ἀήσυροι
μύρμηκες ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.
Ἦν δ' οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ
οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος οὔτε καρπίμου
θέρους βέβαιον, ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
Καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων
ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
μνήμην θ' ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτιν.
Ζεύξας πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
ζεύγλαισι δουλεύοντα· σώμασίν θ' ὅπως
θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
γένοιντ', ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιλήνιους
ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.
Θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα.
Τοιαῦτα μηχανήματ' ἐξευρὼν τάλας
βροτοῖσιν, αὐτὸς οὐκ ἔχω σόφισμ' ὅτῳ
τὴς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Πέπονθας αἰκὲς πῆμ', ἀποσφαλεὶς φρενῶν
κἀπῳδᾷ, κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον
πεσὼν ἀθυμεῖς καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσει πλέον,
οἵας τέχνας τε καὶ πόρους ἐμησάμην.
Τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις εἰς νόσον πέσοι,
οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστόν, οὔτε πιστόν, ἀλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρὶν ἐγὼ σφίσιν
ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,
αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους.
Τρόπους δὲ πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα,
κἀπαρτα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὕπαρ γενέσθαι, κληδόνας τε δυσκρίτους
διώρισ' αὐτοῖς· ἐνοδίους τε συμβόλους
γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν
εὐώνυμοί τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ συνεδρίαι·
σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονήν,
γλαῆς λοβοῦ τε πουλίην εὐμορφίαν,
κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτά· καὶ μακρὰν
ὀσφὺν πυρώσας δυστέκμαρτον εἰς τέχνην

sed ut eorum, quæ dedi, benevolentiam explicem.
Qui primum quidem videntes frustra videbant,
audientes non audiebant, sed somniorum
simulacris similes longo tempore
omnia temere commiscebant; neque latericias
domos soli expositas norant, non fabricam materiariam;
sed subterranei habitabant, more agilium
formicarum, in antrorum recessibus tenebricosis.
Erat vero nullum iis neque hiemis signum
neque florigeri veris neque frugiferæ
æstatis certum, sed sine cognitione quidlibet
transigebant, donec ego iis ortus
siderum notatuque difficiles occasus monstravi.
Ad hæc numerum disciplinarum præstantissimum
illis inveni et litterarum compositiones [ctricem.
memoriamque omnium musiparentem (*ingeniosam*) effe-
Et junxi primus jugis jumenta
helcio servientia; utque corporibus suis
maximorum laborum vicaria mortalibus
fierent, sub currus duxi frenigeros
equos, prædivitis fastus ornamentum.
Nec ullus alius præter me pontivaga
velivola navicularium vehicula invenit.
Talia commenta postquam miser excogitavi
mortalibus, ipse astum aliquem non reperio, quo
a miseria nunc præsenti liberer.

CHORUS.

Sustines indignam calamitatem, mente destitutus
fluctuaris; malus vero tanquam medicus in morbum
lapsus animum despondes nec potes
invenire, quibus tu remediis sis curabilis.

PROMETHEUS.

Reliqua si ex me audieris, magis mirabere,
quales artes et commodorum rationes excogitaverim.
Ac maximum quidem, si quis *ante* in morbum incidisset,
non erat remedium ullum neque esculentum,
non quod inungi neque quod bibi posset, sed remediorum
inopia contabescebant, prius quam ego illis
salubrium medicamentorum mixturas ostendi,
quibus jam omnes ab se morbos defendunt.
Multos vero modos divinandi institui,
primusque discrevi ex somniis quæ deberent
vere evenire, vocesque obscuras
iis explicavi, incidentesque in vils occursus
aviumque aduncis præditarum ungulis volatum accurate
definii, quænam essent natura sua dextræ
et quæ sinistræ, tum quemnam victum
singulæ haberent et quæ ipsis invicem
et odia et amores et consessus essent,
viscerumque lævitatem et quo colore
prædita cœlitibus accepta essent,
fellis jecinorisque variam formæ faustitatem,
et adipe cooperta membra; longumque
lumbum comburens ad artem cognitu difficilem

ὦδωσα θνητούς· καὶ φλογωπᾶ σήματα
ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.
Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ'· ἔνερθε δὲ χθονὸς
κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα,
χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς
φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ;
οὐδεὶς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλῦσαι θέλων.
Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην μάθε,
πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

ΧΟΡΟΣ.

Μή νυν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα,
σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος· ὡς ἐγὼ
εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος
κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω·
τέχνῃ δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς οὖν ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστρόφος;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτων ἄρα Ζεύς ἐστιν ἀσθενέστερος;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

ΧΟΡΟΣ.

Τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τοῦτ' οὐκ ἔτ' ἂν πύθοιο μηδὲ λιπάρει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ πού τι σεμνόν ἐστιν ὃ ξυναμπέχεις;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς
καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
ὅσον μάλιστα· τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ
δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

ΧΟΡΟΣ.

Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων Στρ. α'.
θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεὺς,
μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις θοίναις ποτινισσομένα
βουφόνοις, παρ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἄσβεστον πόρον,
μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις·
ἀλλά μοι τόδ' ἐμμένοι
καὶ μήποτ' ἐκτακείη.
Ἡδύ τι θαρσαλέαις Ἀντ. α'.
τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, φαναῖς
θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις. Φρίσσω δέ σε δερκομένη
μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον ***.
Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων
ἐν ἰδίᾳ γνώμῃ σέβει
θνατοὺς ἄγαν, Προμηθεῦ.

viam mortalibus monstravi, et signa ignea,
quum antea essent obscura, revelavi.
Talia quidem hæc. Subter terram vero
hominibus abdita emolumenta,
æs, ferrum, argentum aurumque, quis se
hæc ante me reperisse dixerit?
Nemo, satis scio, nisi temere sese jactare velit.
Brevi autem dicto omnia conjunctim accipe:
omnes artes mortalibus a Prometheo contigerunt.

CHORUS.

Noli igitur homines *porro* ultra quam convenit adjuvare
teque afflictum negligere; nam ego
spero fore ut ex his tu vinculis aliquando
liberatus nihilo minus Jove valeas.

PROMETHEUS.

Non ut hæc ita Parca efficax
perficiat, fato ea destinata est, sed infinitis miseriis
calamitatibusque confectus, ita demum vincula effugiam.
Ars vero necessitate multo est debilior.

CHORUS.

Quis ergo est necessitatis gubernator?

PROMETHEUS.

Parcæ triformes memoresque Erinnyes.

CHORUS.

His igitur Jupiter est debilior?

PROMETHEUS.

Non sane ille fatalem necessitatem aufugiat.

CHORUS.

Quid enim aliud Jovi fatale est nisi perpetuo imperare?

PROMETHEUS.

Hoc tu non resciveris neve precibus insta.

CHORUS.

Num forte sanctum aliquod est, quod *ita* adoperias?

PROMETHEUS.

Alius sermonis memineritis; hunc vero nequaquam
tempestivum est efferre, sed occultandus est
quam maxime; hunc enim ego si mecum retineo,
vincula ignominiosa et calamitatem effugio.

CHORUS.

Utinam nunquam Jupiter, universi rector, meæ voluntati suam potestatem opponat! neve cessarim deos purisboum mactatorum epulis ad patris Oceani fluxum inexstinctum adire, neve verbis delinquam: sed hoc mihi immaneat nec unquam extabescat.

Jucundum est longam vitam plenâ fiduciæ spe protendere, dum animum lucida hilaritate nutrias. Horresco autem te intuendo, quum infinitis malis atteraris.***** Jovem enim non reveritus, tuo consilio fretus mortales nimiscolis, Prometheu.

Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος, εἰπὲ, ποῦ τίς ἀλκά; Στρ. β'.
τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης
ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν,
ἰσόνειρον, ᾗ τὸ φωτῶν
αἰαῖον *** γένος ἐμπεποδισμένον. [λαί.
Οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι βου-
Ἔμαθον τάδε σὰς προσιδοῦσ' ὁλοὰς τύχας, Προμη-
θεῦ. Ἀντ. β'.
Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
τόδ' ἐκεῖνό θ' ὅτ' ἀμφὶ λουτρὰ
καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν
ὠτατι γάμων, ὅτε τὰν ὁμοπάτριον
ἔπεισας ἄγαγες Ἡσιόναν πιθὼν δάμαρτα κοινολε-
κτρον.

ΙΩ.

Τίς γᾶ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν
τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν
χειμαζόμενον;
Τίνος ἁμπλακίης ποιναῖς ὀλέκει;
σήμηνον ὅπη
γᾶς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.
Ἆ ἆ, ἔα ἔα·
χρίει τις αὖ με τὰν ταλαιναν οἶστρος,
εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς, ἄλευ' ἄ δᾶ
τὸν μυρωπὸν εἰσορῶσα βούταν.
Ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,
ἂν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει',
ἀλλά με τὰν ταλαιναν
ἐξ ἐνέρων περῶν κυνηγετεῖ,
κἀνᾷ τε νᾶστιν ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμον.
Ὑπὸ δὲ κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ Στρ.
ἀγέτας ὑπνοδότειραν νόμον· ἰὼ ἰώ, πόποι,
πᾶ, πόποι, ποῖ μ' ἄγουσι τηλέπλανοι πλάναι.
Τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε
παῖ, τί ποτε ταῖσδ' ἐνέζευξας εὐ-
ρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν πημοναῖσιν,
αἰαῖ, αἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;
Πυρί με φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἢ
ποντίοις δάκεσι δὸς βορὰν,
μηδέ μοι φθονήσῃς
εὐγμάτων, ἄναξ.
Ἄδην με πολύπλανοι πλάναι
γυμνάσασιν, οὐδ' ἔχω μαθεῖν ὅπη
πημονὰς ἀλύξω.
Κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πῶς δ' οὐ κλύω τᾶς οἰστροδινήτου κόρης
τᾶς Ἰναχείης; ἢ Διὸς θάλπει κέαρ
ἔρωτι, καὶ νῦν τοὺς ὑπερμήκεις δρόμους
Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται.

ΙΩ.

Πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις; Ἀντ.

Age, quam ingrata gratia, o amice, dic, ubi quodnam auxilium? quod præsidium diurnorum hominum? Ne vidisti quidem imbecillitatem infirmam somno similem, qua mortalium cæcum **** genus est constrictum; nunquam Jovis ordinem consilia hominum antevertent.

Cognovi hæc, quum tuam miseram fortunam intuerer, Prometheu. Discrepans ad aures meas carmen advolavit hoc et illud, quando circa lavacra et lectum tuum ritu nuptiarum canebam, quo tempore meo prognatam patre Hesionam, donis persuasam, uxorem tori sociam duxisti.

IO.

Quæ terra? quod genus? quem dicam me videre
istum in vinculis ad saxum
hiemantem?
Cujus delicti pœna conficeris?
ostende, ubi
terrarum ærumnosa errem?
Ah ah, eah eah!
pungit aliquis rursus me miseram asilus,
simulacrum Argi terrigenæ; averte, ah terra, *inhorresco*
illum innumeris oculis me observantem pastorem conspi-
cientem.
Ille vero incedit doloso oculo,
quem ne defunctum quidem terra occulit,
sed me miseram
ex inferis remeans exagitat
et famelicam per maritimum sabulum transversam agit.
Calamus vero cera compactus resonat
vocalis soporiferum carmen. Heu, heu, væ,
quorsum, heu, quorsum longinqui errores me agunt!
Quid tandem me, o Saturnie
fili, quid tandem delinquentem
conspicatus hisce calamitatibus implicasti,
heu, et terrore furorem concitante miseram
delirantem ita vexas?
Igne me combure, aut terra absconde, aut
marinis belluis pabulum me objice,
neve mihi invideas
vota, o rex.
Affatim me errores multivagi
exercuerunt, nec habeo unde discam quomodo
ærumnas aufugiam.
Audisne vocem virginis cornigeræ?

PROMETHEUS.

Quomodo non audiam puellam asilo percitam,
Inachi filiam? quæ Jovis urit animum
amore; et nunc istis nimis longis erroribus
Junoni invisa violenter exercetur.

IO.

Unde tu patris mei nomen pronuncias?

Εἰπέ μοι τᾷ μογερᾷ τίς ὢν, τίς ἄρα μ', ὦ τάλας,
τὰν ταλαίπωρον ὧδ' ἐτήτυμα προσθροεῖς,
θεόσυτόν τε νόσον
ὠνόμασας, ἃ μαραίνει με χρί-
ουσα κέντροισι φοιταλέοισιν.
Ἔ ἔ· σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις
λαβρόσυτος ἦλθον, Ἥρας
ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα. Δυσ-
δαιμόνων δὲ τίνες οἱ, ἔ ἔ,
οἳ' ἐγὼ μογοῦσιν;
Ἀλλά μοι τορῶς
τέκμηρον ὅ τι μ' ἐπαμμένει
παθεῖν, τί μῆχαρ, ἢ τί φάρμακον νόσου,
δεῖξον, εἴπερ οἶσθα·
θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅπερ χρῄζεις μαθεῖν,
οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,
ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.
Πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.

ΙΩ.

Ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς,
τλῆμον Προμηθεῦ, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἁρμοῖ πέπαυμαι τοὺς ἐμοὺς θρηνῶν πόνους.

ΙΩ.

Οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Λέγ' ἥντιν' αἰτεῖ· πᾶν γὰρ ἂν πύθοιό μου.

ΙΩ.

Σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασε.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Βούλευμα μὲν τὸ δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ.

ΙΩ.

Ποινὰς δὲ ποίων ἁμπλακημάτων τίνεις;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τοσοῦτον ἀρκῶ σοι σαφηνίσαι μόνον.

ΙΩ.

Καὶ πρός γε τούτοις τέρμα τῆς ἐμῆς πλάνης
δεῖξον τίς ἔσται τᾷ ταλαιπώρῳ χρόνος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.

ΙΩ.

Μήτοι με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀλλ' οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος.

ΙΩ.

Τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Φθόνος μὲν οὐδείς, σὰς δ' ὀκνῶ θρᾶξαι φρένας.

ΙΩ.

Μή μου προκήδου μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐπεὶ προθυμεῖ, χρὴ λέγειν· ἄκουε δή.

Dic mihi ærumnosæ, quis tu, quis igitur me, o miser,
miseram ita vero nomine alloqueris,
divinitusque immissum morbum
nominasti, qui me torrefacit
furialibus stimulis pungens?
Heu! saltuum vero famelicis flagris
concitata veni, Junonis
infensis consiliis domita. In-
felicium vero quinam sunt, qui, heu,
qualia ego, sustineant?
At mihi manifesto
indica quid me maneat
ut patiar, quod commentum aut quod remedium morbi sit,
doce, siquidem nosti:
Loquere, indica male vagabundæ virgini.

PROMETHEUS.

Diserte tibi omnem rem, quam scire cupis, dicam,
nihil ænigmatis implicans, sed oratione simplici,
sicut æquum est apud amicos os aperire.
Qui ignem mortalibus largitus est, Prometheum vides.

IO.

O tu, qui commune adjumentum hominibus apparuisti,
miser Prometheu, quam ob causam hæc pateris?

PROMETHEUS.

Vixdum meas ærumnas deflere desii.

IO.

Non igitur hanc gratiam mihi concesseris?

PROMETHEUS.

Dic, quamnam petis? nam quidvis a me sciscitaberis.

IO.

Indica, quis ad præruptum saxum te alligarit?

PROMETHEUS.

Decretum quidem Jovis, Vulcani vero manus.

IO.

Sed quorum delictorum pœnas luis?

PROMETHEUS.

Tantum tibi solum indicare potis sum.

IO.

Et ad hæc terminum mei erroris
ostende, quod erit tempus miseræ *erroris ultimum*.

PROMETHEUS.

Ignorare te ista satius est quam cognoscere.

IO.

Ne sane hoc me celaveris, quod passura sim.

PROMETHEUS.

At non invideo tibi hoc officium.

IO.

Cur igitur cunctaris, quin omnem rem edisseras?

PROMETHEUS.

Invidia nulla subest, verum animum tuum perturbare metuo.

IO. [*dire.*

Ne mihi ulterius prospicias; nam gratum mihi est *ista au*

PROMETHEUS.

Quoniam cupis, dicere me oportet; audi igitur.

ΧΟΡΟΣ.

Μήπω γε· μοῖραν δ' ἡδονῆς κἀμοὶ πόρε.
Τὴν τῇδε πρῶτον ἱστορήσωμεν νόσον,
αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας·
τὰ λοιπὰ δ' ἄθλων σοῦ διδαχθήτω πάρα.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν,
ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός·
ὡς τἀπαλαῦσαι καὶ ποδύρασθαι τύχας
ἐνταῦθ', ὅπῃ μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ
πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.

ΙΩ.

Οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρὴ,
σαφεῖ δὲ μύθῳ πᾶν ὅπερ προσχρῄζετε
πεύσεσθε· καίτοι καὶ λέγουσ' ὀδύρομαι
θεόσυτον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν
μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλία προσέπτατο.
Ἀεὶ γὰρ ὄψεις ἔννυχοι πολεύμεναι
ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς παρηγόρουν
λείοισι μύθοις, Ὦ μέγ' εὐδαιμον κόρη,
τί παρθενεύει δαρὸν, ἐξὸν σοι γάμου
τυχεῖν μεγίστου; Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
πρὸς σοῦ τέθαλπται καὶ ξυναίρεσθαι Κύπριν
θέλει· σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτίσῃς λέχος
τὸ Ζηνὸς, ἀλλ' ἔξελθε πρὸς Λέρνης βαθὺν
λειμῶνα, ποίμνας βουστάσεις τε πρὸς πατρὸς,
ὡς ἂν τὸ δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου.
Τοιοῖσδε πάσας εὐφρόνας ὀνείρασι
ξυνειχόμην δύστηνος, ἕστε δὴ πατρὶ
ἔλεξα γεγωνεῖν νυκτίφοιτ' ὀνείρατα.
Ὁ δ' ἐς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς
θεσπρόπους ἐπαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα.
Ἦκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους
χρησμοὺς ἀσήμους δυσκρίτως τ' εἰρημένους.
Τέλος δ' ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ
σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη
ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμὲ,
ἐρετὸν ἐλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις·
εἰ μὴ θέλοι, πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
πρανῆ, ὃς πᾶν ἐξαϊστώσοι γένος.
Τοιοῖσδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασιν,
ἐξῆλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων
ἄκουσαν ἄκων· ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.
Εἰθὺς δὲ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι
ἦσαν, κεράστις δ', ὡς ὁρᾶτ', ὀξυστόμῳ
γένυι χρισθεῖσ' ἐμμανεῖ σκιρτήματι
ἦιξον πρὸς εὔποτόν τε Κερχνείας ῥέος
Λέρνης ἄκρην τε· βουκόλος δὲ γηγενὴς
ἕπετο ὀργὴν Ἄργος ὠμάρτει, πυκνοῖς
ὄσσοις δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.
Ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν αἰφνίδιος μόρος
τοῦ ζῆν ἀπεστέρησεν. Οἰστρόπληξ δ' ἐγὼ

CHORUS.

Nondum quidem, sed partem voluptatis etiam mihi concede.
Primum hujus calamitatem exquiramus
ex ipsa perniciosam fortunam suam exponente;
reliquas deinde ærumnas a te doceatur.

PROMETHEUS.

Tuum est, Io, his exhibere hoc officium,
et alias ob causas et quia patris sorores sunt;
nam et deflere et deplorare fortunam
ibi, ubi quis lacrimas impetraturus est
ab auditoribus, dignam mora causam habet.

IO.

Nescio quomodo refragari vobis debeam,
sed perspicuo sermone omnia, quæ desideratis,
cognoscetis, quamquam mihi triste est narrare,
unde divinitus immissa perturbatio mentis et corruptio
formæ miseræ mihi acciderint.
Semper enim visa nocturna ventitantia
in cubiculum meum me exhortabantur
blandis verbis: O perbeata puella,
cur diu virginitatem servas, quum tibi liceat conjugio
summo potiri? Jupiter enim desiderii jaculo
per te incaluit, et frui tecum venere
cupit; tu vero, o puella, ne respueris lectum
Jovis, sed exi ad Lernæ profundum (*fertile*)
pratum patrisque pascua et stabula,
ut Jovis oculus a desiderio requiescat.
Talibus somniis per omnes noctes
occupabar misera, donec patri
nocturna visa narrare ausa sum.
Ille vero Pytho et ad Dodonæ oraculum crebros
consultores misit, ut intelligeret quo
facto dictove cœlitibus grata faceret.
Illi reversi retulerunt ambigua
oracula, non intellecta obscureque enunciata.
Postremo manifestum vaticinium Inacho est editum
quod perspicue præcepit eumque jussit
domo me patriaque pellere,
ut dimissa ad terræ terminos extremos vagarer;
et si non obtemperaret, a Jove venturum esse flammeum
fulmen, quod totum genus aboliturum esset.
Talibus Apollinis vaticiniis persuasus
me expulit exclusitque ædibus
invitam invitus; sed eum compulit
Jovis imperium, ut id coactus faceret.
Inde confestim forma mea et mens perversæ
erant; cornuta autem, ut videtis, ore mordaci
asili tacta, furibundo saltu
decurrebam et ad suavem haustu rivum Cenchreæ,
et Lernæ collem; bubulcus autem terrigena
immiti animo Argus sequebatur crebris
oculis vestigia mea observans.
Inopinatus autem exitus illum subito
vita privavit; ego vero furore percita

μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.
Κλύεις τὰ πραχθέντ'· εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅ τι
λοιπὸν πόνων, σήμαινε· μηδέ μ' οἰκτίσας
ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν· νόσημα γὰρ
αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα ἔα, ἄπεχε, φεῦ.
Οὔποτ' οὔποτ' ηὔχουν ξένους μολεῖσθαι λόγους
ἐς ἀκοὰν ἐμὰν,
οὐδ' ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα
πήματα, λύματα, δείματ' ἀμφήκει
κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν·
ἰὼ ἰὼ μοῖρα μοῖρα,
πέφρικ' εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πρό γε στενάζεις καὶ φόβου πλέα τις εἶ·
ἐπίσχες ἔστ' ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προσμάθῃς.

ΧΟΡΟΣ.

Λέγ', ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ
τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὴν πρίν γε χρείαν ἡνύσασθ' ἐμοῦ πάρα
κούφως· μαθεῖν γὰρ τῆσδε πρῶτ' ἐχρῄζετε
τὸν ἀμφ' ἑαυτῆς ἄθλον ἐξηγουμένης·
τὰ λοιπὰ νῦν ἀκούσαθ', οἷα χρὴ πάθη
τλῆναι πρὸς Ἥρας τήνδε τὴν νεάνιδα.
Σὺ δ', Ἰνάχειον σπέρμα, τοὺς ἐμοὺς λόγους
θυμῷ βάλ', ὡς ἂν τέρματ' ἐκμάθῃς ὁδοῦ.
Πρῶτον μὲν ἐνθένδ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
στρέψασα σαυτὴν στεῖχ' ἀνηρότους γύας·
Σκύθας δ' ἀφίξει νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας
πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις,
ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτημένοι·
οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλιστόνοις πόδας
χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.
Λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες
οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή·
ἀνήμεροι γὰρ οὐδὲ πρόσπλαστοι ξένοις.
Ἥξεις δ' ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,
ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν,
πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν
ὕψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
κροτάφων ἀπ' αὐτῶν. Ἀστρογείτονας δὲ χρὴ
κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν
βῆναι κέλευθον, ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν
ξξει στυγάνορ', αἳ Θεμίσκυράν ποτε
κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ', ἵνα
τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος
ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν·
αὗταί σ' ὁδηγήσουσι καὶ μάλ' ἀσμένως.
Ἰσθμὸν δ' ἐπ' αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σε χρὴ
λιποῦσαν αὐλῶν' ἐκπερᾶν Μαιωτικόν·
Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας

stimulo divino de terra in terram agitor.
Audis acta; si vero habes dicere quod
de malis reliquum sit, memora, neve misericordia ductus
verbis fictis me oblecta; pestem enim
turpissimam fictitias orationes judico.

CHORUS.

Desine, desine, abstine, heu!
Nunquam, nunquam putavi insolitam orationem venturam
esse ad aures meas,
neque tam tristia visu et tristia toleratu
mala, piacula, terriculamenta ancipiti
cuspide animum meum perfrigefacere.
Heu, heu sortem, sortem fatalem!
perhorrui fortunam Ius intuens.

PROMETHEUS.

Ante ingemiscis et plena timoris es.
Exspecta dum etiam reliqua cognoris.

CHORUS.

Dic, explica. Laborantibus sane jucundum est,
quidquid doloris reliquum, id perspicue ante rescivisse.

PROMETHEUS.

Prius illud, quod petistis, a me impetrastis
facile; nam primum hanc audire voluistis
suas ipsius ærumnas narrantem.
Nunc reliqua accipite, quæ mala oporteat
hanc puellam per Junonem perpeti;
tuque, gnata Inachi, verba mea
in animo repone, ut erroris terminos cognoscas.
Primum enim hinc ad solis ortum
conversa per inarata arva transi.
Ad Scythas autem pervenies pastoricios, qui tecta texta
sublimes in plaustris rotarum circulis bene instructis incolunt
longe jaculantibus sagittis exornati.
Quibus suadeo ne appropinques, sed pedes ad pulsatos mari
scopulos declinans per terram transeas.
Ad sinistram autem manum ferrarii
Chalybes habitant, a quibus tibi cavendum est;
sunt enim feri neque accessibiles hospitibus.
Pervenies vero ad protervum fluvium haud falso ita dictum
quem noli trajicere (non enim facilis est trajectu),
priusquam ad ipsum Caucasum perveneris, montium
altissimum, ubi amnis vim *aquarum* effundit
de ipsis *montis* temporibus (*cacuminibus*). Oportet vero
tum cœlo vicina] juga superantem in meridianam
viam te convertere, ubi ad Amazonum multitudinem
pervenies viros perosam, quæ Themiscyram aliquando
incolent ad Thermodontem, ubi
aspera ponti Salmydessia maxilla *prominet*
infesta nautis hospita, noverca navium.
Hæ tibi viam monstrabunt idque lubentissime.
Ad isthmum vero in ipsis angustis paludis ostiis
Cimmerium accedes, quo relicto audaci pectore
oportet te fauces Mæoticas trajicere.
Erit autem semper apud mortales ingens fama

τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
κεκλήσεται. Λιποῦσα δ' Εὐρώπης πέδον,
ἥπειρον ἕξεις Ἀσιάδ'. Ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ
ὁ τῶν θεῶν τύραννος ἐς τὰ πάνθ' ὁμῶς
βίαιος εἶναι; τῇδε γὰρ θνητῇ θεὸς
χρήζων μιγῆναι τάσδ' ἐπέρριψεν πλάνας.
Πικρᾶς δ' ἔκυρσας, ὦ κόρη, τῶν σῶν γάμων
μνηστῆρος. Οὐς γὰρ νῦν ἀκήκοας λόγους,
εἶναι δάκει σοὶ μηδέπω 'ν προοιμίοις.

ΙΩ.

Ἰώ μοί μοι, ἔ ἔ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζει· τί που
ὁράσεις, ὅταν τὰ λοιπὰ πυνθάνῃ κακά;

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ γάρ τι λοιπὸν τῇ ε πημάτων ἐρεῖς;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.

ΙΩ.

Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει
ῥιφεῖσ' ἐμαυτὴν τῇσδ' ἀπὸ σκύφλου πέτρας,
ὅπως κεῖνῳ σκήψασα τῶν πάντων πόνων
ἀπηλλάγην; κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν
ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις,
ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον·
αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή·
νῦν δ' οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον
μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.

ΙΩ.

Ἦ γάρ ποτ' ἐστὶν ἐκπεσεῖν ἀρχῆς Διός;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἡδοί' ἄν, οἶμαι, τήνδ' ἰδοῦσα συμφοράν.

ΙΩ.

Πῶς δ' οὐκ ἄν, ἥτις ἐκ Διὸς πάσχω κακῶς;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὡς τοίνυν ὄντων τῶνδέ σοι μαθεῖν πάρα.

ΙΩ.

Πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων.

ΙΩ.

Πῴῳ τρόπῳ; σήμηνον, εἰ μή τις βλάβη.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Γαμεῖ γάμον τοιοῦτον ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.

ΙΩ.

Θέρτον, ἢ βρότειον; εἰ ῥητὸν, φράσον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τί δ' ὄντιν'; οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τάδε.

ΙΩ.

Ἦ πρὸς δάμαρτος ἐξανίσταται θρόνων;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ τίκτεταί γε παῖδα φέρτερον πατρός.

transitus tui atque ab eo Bosporus nomine
vocabitur. Relicto autem Europæ solo
in Asiæ continentem terram venies. Ergone vobis videtur
deorum rector in omni re similiter
violentus esse? cum ista enim mortali deus [cit.
quum vellet commercium habere, in hos eam errores conje-
Acerbum vero, o puella, conjugii tui nacta es
procum; nam quam nunc audivisti narrationem,
ea tibi ne in exordio quidem esse videatur.

IO.

Væ, væ mihi, heu!

PROMETHEUS.

Tu vero rursus ejulas atque suspiras: quid tandem
facies, quum reliqua mala cognoveris?

CHORUS.

Num quid huic reliquum malorum dices?

PROMETHEUS.

Tempestuosum utique mare sævæ calamitatis.

IO.

Quid ergo mihi prodest vivere, at non cito
de hoc aspero scopulo me projeci,
ut solo allisa ab omnibus laboribus
liberata fuissem? Satius enim est illico mori,
quam per omnes vitæ dies adversa fortuna conflictari.

PROMETHEUS.

Profecto ægre labores tolerares meos,
cui mori per fata non est concessum:
hoc enim esset ærumnarum mearum effugium.
Nunc vero nullus terminus mihi propositus est
laborum, antequam Jupiter regno exciderit.

IO.

Num aliquando continget ut Jupiter regno excidat?

PROMETHEUS.

Gauderes, opinor, si hanc cladem videres.

IO.

Quidni, quæ ab Jove graviter affligar?

PROMETHEUS.

Hæc sane ita futura esse, a me cognoscas licet.

IO.

Per quem regio sceptro spoliabitur?

PROMETHEUS.

Ipse per sua inconsiderata consilia.

IO.

Quo modo? indica, nisi quid inest incommodi.

PROMETHEUS.

Tale inibit matrimonium, quo aliquando dolebit.

IO.

Divinum an humanum? si fas est, loquere.

PROMETHEUS.

Quid quodnam *interrogas*? non est fas hæc dicere.

IO.

Num per uxorem regno excidet?

PROMETHEUS.

Filium illa pariet patre præstantiorem.

ΙΩ.

Οὐδ' ἔστιν αὐτῷ τῆσδ' ἀποστροφὴ τύχης;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ δῆτα, πρὶν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς....

ΙΩ.

Τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐστὶν ἄκοντος Διός;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.

ΙΩ.

Πῶς εἶπας; ἦ 'μὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς.

ΙΩ.

Ἡδ' οὐκ ἔτ' εὐξύμβλητος ἡ χρησμῳδία.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μηδὲ σαυτῆς ἐκμαθεῖν ζήτει πόνους.

ΙΩ.

Μή μοι προτείνων κέρδος εἶτ' ἀποστέρει.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Δυοῖν λόγοιν σε θατέρῳ δωρήσομαι.

ΙΩ.

Ποίοιν πρόδειξον αἱρεσίν τ' ἐμοὶ δίδου.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Δίδωμ'· ἑλοῦ γὰρ, ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι
φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν
θέσθαι θέλησον, μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους·
καὶ τῇδε μὲν γέγωνε τὴν λοιπὴν πλάνην,
ἐμοὶ δὲ τὸν λύσοντα· τοῦτο γὰρ ποθῶ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐπεὶ προθυμεῖσθ', οὐκ ἐναντιώσομαι
τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε.
Σοὶ πρῶτον, Ἰοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω,
ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.
Ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον,
πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς ***
πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι
τρεῖς κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμ' ἐκτημέναι,
μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.
Πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι,
δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς,
ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰσιδὼν ἕξει πνοάς·
τοιοῦτο μέν σοι τοῦτο φρούριον λέγω.
Ἄλλην δ' ἄκουσον δυσχερῆ θεωρίαν·
ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας
γρῦπας φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ χρυσόρρυτον
οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου·
τούτοις σὺ μὴ πέλαζε. Τηλουρὸν δὲ γῆν
ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου

IO.

Neque est illi hujus fortunæ effugium?

PROMETHEUS.

Nullum profecto, antequam ego ex his vinculis solutus ero.

IO.

Quis igitur invito Jove te soluturus est?

PROMETHEUS.

Ex tua progenie aliquem id facturum esse fatale est.

IO.

Quid ais? meus ne filius malis te liberaturus est?

PROMETHEUS.

Tertius sane genere ad decem alias generationes.

IO.

Hoc vaticinium non amplius est facile intellectu.

PROMETHEUS.

Quin etiam tuas ærumnas ne quære cognoscere.

IO.

Noli mihi munus prætendens deinde me eo privare.

PROMETHEUS.

Duarum narrationum altera utra te remunerabor.

IO.

Utrius? ostende, delectumque mihi concede.

PROMETHEUS.

Concedo; elige enim, aut laborum quod tibi sit reliquum, aperte dicam, aut qui me liberaturus sit.

CHORUS.

Harum alteram in istam, in me alteram gratiam
conferre velis, neve verba *mea* spreveris.
Et huic quidem narra reliquam errationem,
mihi vero liberatorem; id enim cupio.

PROMETHEUS.

Quandoquidem hæc cupitis, non refragabor,
quominus omnia, quæ desideratis, exponam.
Tibi primum, Io, multiplices errores narrabo,
quos tu memoribus animi tabulis infigas.
Quando fluvium, utriusque continentis terminum, trajeceris,
ad ortum lucidum, Solis vias ***
ponti trajecto strepitu, donec perveneris
ad campos Gorgoneos Cisthenæ, ubi
Phorcides habitant, longævæ puellæ,
tres cygniformes, oculum communem possidentes
unumque dentem, quas neque sol aspicit
radiis suis neque unquam luna nocturna.
Prope vero sunt sorores harum, tres aligeræ
anguicomæ Gorgones, hominibus infensæ,
quas nullus mortalis conspicatus spiritum vitalem retinebit.
Talem tibi quidem hunc locum, quem caveas, dico;
aliud vero spectaculum, vix tolerabile, accipe.
Nam acutis rostris præditos mutos canes Jovis
Grypes cave et unoculum exercitum
Arimasporum equestrem, qui circa aurifluum
liquorem Plutonis fluvii habitant.
Ad hos tu cave ne accedas. In remotam vero terram
venies ad nigrum populum, qui ad solis

ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.
Τούτου παρ' ὄχθας ἕρπ', ἕως ἂν ἐξίκῃ
κατάβασμὸν, ἔνθα Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο
ἵησι σεπτὸν Νεῖλος εὔποτον ῥέος.
Οὗτός σ' ὁδώσει τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα
Νειλῶτιν, οὗ δὴ τὴν μακρὰν ἀποικίαν,
Ἰοῖ, κίπρωται σοί τε καὶ τέκνοις κτίσαι.
Τῶνδ' εἴ τί σοι ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον,
ἐπαναδίπλαζε, καὶ σαφῶς ἐκμάνθανε·
σχολὴ δὲ πλείων ἢ θέλω πάρεστί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ μέν τι τῇδε λοιπὸν ἢ παρειμένον
ἴχεις γεγωνεῖν τῆς πολυφθόρου πλάνης,
λέγ'· εἰ δὲ πάντ' εἴρηκας, ἡμῖν αὖ χάριν
ὡς ἥντιν' αἰτούμεσθα, μέμνησαι δέ που.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὸ πᾶν πορείας ἥδε τέρμ' ἀκήκοεν.
Ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου,
ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκεν φράσω,
τεκμήριον τοῦτ' αὐτὸ δοὺς μύθων ἐμῶν.
Ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,
πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,
τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
μαντεῖα θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διὸς,
τέρας τ' ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρύες,
ᾧ σ' ὦν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
προσηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ
μέλλουσ' ἔσεσθ', εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι,
ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,
ἀφ' οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις·
χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
σαφῶς ἐπίστασ', Ἰόνιος κεκλήσεται,
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσιν βροτοῖς.
Σημεῖά σοι τάδ' ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενὸς,
ὡς ὄρνεται πλέον τι τοῦ πεφασμένου.
Τὰ λοιπὰ δ' ὑμῖν τῇδέ τ' ἐς κοινὸν φράσω,
ἐς ταυτὸν ἐλθὼν τῶν πάλαι λόγων ἴχνος.
Ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονὸς,
Νείλου πρὸς αὐτῷ στόματι καὶ προσχώματι·
ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα,
ἐπαφῶν ἁπαρδεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον.
Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον· ὃς καρπώσεται
ὅσην πλατύρρους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα·
πέμπτη δ' ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντάπαις
πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται
ἠλύσπαρος, φεύγουσα συγγενῆ γάμον
ἀνεψιῶν· οἱ δ' ἐπτοημένοι φρένας,
κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι,
ἕψουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους
γάμους, φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός·
Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνου

fontes, ubi fluvius Æthiops, incolunt.
Hujus juxta ripas procede, donec perveneris
ad descensum, ubi de Byblinis montibus
Nilus venerandum potuque gratum laticem emittit.
Hic te deducet in terram triquetram
Niloticam, ubi remotam coloniam,
Io, tibi tuisque liberis condere fatis concessum est.
Horum si quid obscurum et intellectu difficile est,
illuc me revoca et planius exquire :
otii enim mihi plus est, quam volo.

CHORUS.

Si quidquam reliquum aut prætermissum huic
habes quod de ærumnosis erroribus narrandum sit,
narra ; sin omnia exposuisti, nobis etiam officium
præsta, quod petimus; et tu sane recordaris.

PROMETHEUS.

Totum errationis exitum hæc audivit.
Ut autem sciat non vane se hæc a me accepisse,
quæ prius, quam huc pervenerit, exantlaverit, narrabo,
ut hoc ipsum meæ orationis documentum exhibeam.
Copiam quidem maximam verborum omittam
et ad ipsum exitum errorum tuorum accedam.
Postquam enim in Molossa arva venisti
excelsamque Dodonam, ubi
oraculum sedesque Thesproti Jovis
et miraculum incredibile, fatidicæ quercus,
a quibus tu perspicue neque ullo pacto obscure
compellata es conjux Jovis inclyta
futura, si horum quid te arrideat,
inde furore concitata per maritimam
viam ad magnum Rheæ sinum devenisti,
unde retrogradis cursibus agitaris.
Postero autem tempore recessus marinus,
certo scias, Ionius vocabitur,
itineris tui monumentum omnibus mortalibus.
Hæc tibi sunto mentis meæ testimonia,
eam plus cernere quam quod clare appareat.
Reliqua vobis et isti deinceps communiter exponam,
in ipsa superioris sermonis vestigia reversus.
Est urbs Canopus terræ (*Ægypti*) extrema,
ad ipsum Nili ostium et *sabuli* aggerem *sita;*
ibi te Jupiter faciet mentis compotem
placida attrectans (ἐπαφῶν) manu et tantummodo attingens :
unde nominatum de Jovis generatione
nigrum Epaphum paries, qui *tanta* fruetur
terra, quantam latifluus Nilus irrigat.
Quinta ab illo progenies quinquaginta filiarum
Argos iterum non sua sponte redibit,
feminea, cognatas effugiens nuptias
patruelium; hi vero elati animos
ut accipitres a columbis non procul distantes
sequentur sectaturi non sectandas
nuptias; corpora vero iis deus invidebit.
Pelasga autem terra eos accipiet sanguineo feminarum

Ἄρει δαμέντων νοκτιφρουρήτῳ θράσει·
γυνὴ γὰρ ἄνδρ' ἕκαστον αἰῶνος στερεῖ,
οἴθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος·
τοιάδ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς ἔλθοι Κύπρις.
Μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει τὸ μὴ
κτεῖναι σύνευνον, ἀλλ' ἀπαμβλυνθήσεται
γνώμην· δυοῖν δὲ θάτερον βουλήσεται,
κλύειν ἄναλκις μᾶλλον ἢ μιαιφόνος·
αὕτη κατ' Ἄργος βασιλικὸν τέξει γένος.
Μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν τορῶς.
Σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς
τόξοισι κλεινὸς, ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ
λύσει. Τοιόνδε χρησμὸν ἡ παλαιγενὴς
μήτηρ ἐμοὶ διῆλθε Τιτανὶς Θέμις·
ὅπως δὲ χὤπη, ταῦτα δεῖ μακροῦ χρόνου
εἰπεῖν, σύ τ' οὐδὲν ἐκμαθοῦσα κερδανεῖς.

ΙΩ.

Ἐλελεῦ ἐλελεῦ, ὑπό μ' αὖ σφάκελος
καὶ φρενοπληγεῖς μανίαι θάλπουσ',
οἴστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος·
καρδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει,
τροχοδινεῖται δ' ὄμμαθ' ἑλίγδην,
ἔξω δὲ δρόμου φέρομαι λύσσης
πνεύματι μάργῳ, γλώσσης ἀκρατής·
θολεροὶ δὲ λόγοι παίουσ' εἰκῆ
στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς ὃς Στρ.
πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσσᾳ διε-
μυθολόγησεν,
ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ·
καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων
μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων
ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι γάμων.
Μήποτε μήποτέ μ', ὦ Ἀντ.
*** Μοῖραι λεχέων Διὸς εὐνάτειραν ἰδοισθε πέλουσαν·
μηδὲ πλαθείην γαμέτᾳ τινὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ.
Ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθενίαν
εἰσορῶσ' Ἰοῦς μέγα δαπτομέναν
δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πόνων.
Ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος Ἐπῳδ.
ἄφοβος, οὐ δέδια, μηδὲ κρεισσόνων θεῶν
ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προσδράκοι με.
Ἀπόλεμος δδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα
πόριμος· οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν·
τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ
μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐθάδη φρονῶν,
ἔσται ταπεινὸς, οἷον ἐξαρτύεται
γάμον γαμεῖν· ὃς αὐτὸν ἐκ τυραννίδος
θρόνων τ' ἄϊστον ἐκβαλεῖ· πατρὸς δ' ἀρὰ
Κρόνου τότ' ἤδη παντελῶς κρανθήσεται,
ἣν ἐκπίτνων ἠρᾶτο δηναιῶν θρόνων·

Marte per nocturnam insidiarum audaciam domitos:
femina enim quæque suum maritum vita privabit
ancipiti gladio in cæde madefacto.
Talis Venus hostibus meis veniat!
Sed unam puellam amor demulcebit, ne
consortem tori interficiat, sed obtundetur
ad consilium, et ex duobus alterum eliget,
ut potius imbellis audiat quam sanguinaria.
Hæc Argis regium genus pariet.
Ad hæc perspicue persequenda multis verbis opus est.
Ex hac tamen stirpe nascetur audax,
sagittandi peritia clarus, qui ex his laboribus me
liberabit. Hujusmodi oraculum antiqua
mater mihi edidit, Titanis Themis:
quo autem modo et ubi, hæc longo tempore indigent
ad narrandum, et tu cognoscendo nihil lucraberis.

IO.

Eheu, eheu, rursus me intus convulsio
mentemque percellens insania inflammat,
asilique aculeus me pungit igne carens;
cor vero præ timore præcordia verberat,
volutimque oculi rotantur,
et extra cursum abripior, rabiei
impetu vesano, linguæ impotens;
confusæ vero voces temere illidunt
ad fluctus gravissimæ calamitatis.

CHORUS.

Sapiens profecto, sapiens fuit, qui primus in animo hoc
volutavit linguaque edisseruit, affinitatem parem jungi
longe præstare, et neque divitiis superbientium neque ge-
nere elatorum matrimoniorum amatorem esse debere qui
mercede victum quærat.

Nunquam, nunquam me, o Parcæ ***, concubitricem
Jovis factam conspiciatis, neque copuler ulli marito cæ-
lestium; nam exhorreo inimicam viris virginitatem Ius in-
tuens acerbis Junonis erroribus ærumnarum vexatam.

Mihi vero, quia compar conjugium expers timoris est,
non metuo; sed potentiorum deorum amor, aspectus ine-
vitabilis, me non intueatur. Non expugnabile hoc bellum
est, viam dans inviis; nec habeo quid me fiat: nam non
video qua ratione Jovis consilium aufugerim.

PROMETHEUS.

Profecto aliquando Jupiter, quamvis sit animo pervicax,
humilis erit, quod tale instituit
conjugium inire, quod eum regno
solioque obscuratum deturbabit, et patris exsecratio
Saturni tum jam penitus rata fiet,
quam imprecabatur, quum diuturno imperio excideret.

τοιῶνδε μόχθων ἐκτροπὴν οὐδεὶς θεῶν
δύναιτ' ἂν αὐτῷ πλὴν ἐμοῦ δεῖξαι σαφῶς.
Ἐγὼ τάδ' οἶδα χὠ τρόπῳ. Πρὸς ταῦτα νῦν
θαρσῶν καθήσθω τοῖς πεδαρσίοις κτύποις
πιστὸς, τινάσσων τ' ἐν χεροῖν πύρπνουν βέλος.
Οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ
πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά·
τοῖον καλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται
ἐπ' αὐτὸς αὑτῷ, δυσμαχώτατον τέρας·
ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα,
βροντῆς θ' ὑπερβάλλοντα καρτερὸν κτύπον·
θαλασσίαν τε γῆς τινάκτειραν νόσον
τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος, σκεδᾷ.
Πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ μαθήσεται
ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ θην ἃ χρῄζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ' ἃ βούλομαι λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ προσδοκᾶν χρὴ δεσπόσειν Ζηνὸς τινά;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ τῶνδέ γ' ἕξει δυσλοφωτέρους πόνους.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δ' οὐχὶ ταρβεῖς τοιάδ' ἐκρίπτων ἔπη;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τί δ' ἂν φοβοίμην ᾧ θανεῖν οὐ μόρσιμον;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἄθλον ἄν σοι τοῦδέ γ' ἀλγίω πόροι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὅ τι οὖν ποιείτω· πάντα προσδοκητά μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοί.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί.
Ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.
Δράτω, κρατείτω τόνδε τὸν βραχὺν χρόνον,
ὅπως θέλει· δαρὸν γὰρ οὐκ ἄρξει θεοῖς.
Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν,
τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον·
πάντως τι καινὸν ἀγγέλων ἐλήλυθε.

ΕΡΜΗΣ.

Σὲ τὸν σοφιστὴν, τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον,
τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς, ἐφημέροις
τροφὰς τιμὰς, τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω·
πατὴρ ἀνωγέ σ' οὕστινας κομπεῖς γάμους
λέγειν, πρὸς ὧν τ' ἐκεῖνος ἐκπίπτει κράτους·
καὶ ταῦτα μέντοι μηδὲν αἰνικτηρίως,
ἀλλ' αὖθ' ἕκαστ' ἔφραζε· μηδέ μοι διπλᾶς
ὁδοὺς, Προμηθεῦ, προσβάλῃς· ὁρᾷς δ' ὅτι
Ζεὺς τοῖς τοιούτοις οὐχὶ μαλθακίζεται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως
ὁ μῦθος ἐστὶν, ὡς θεῶν ὑπηρέτου.

Horum laborum effugium nullus deorum
ei præter me certo indicare possit.
Ego hæc scio et quo modo. Proinde nunc
securus sedeat sublimibus *tonitruum* fremitibus
fretus manibusque ignivomum jaculum quatiens.
Nihil enim hoc eum adjuvabit, quo minus
ignominiose ruina non sustentata decidat.
Talem luctatorem nunc comparat
ipse adversus sese, monstrum ad oppugnandum difficillimum,
qui fulmine præstantiorem flammam inveniet
tonitruque superiorem validum fremitum;
marinumque terras concutiens malum,
tridentem, hastam Neptuni, dissipabit.
Illisus vero isti calamitati cognoscet
quantum et regnare et servire distent.

CHORUS.

Tu sane quodcunque libuit, contra Jovem effutis.

PROMETHEUS.

Quæ quidem evenient, et præterea quæ volo, loquor.

CHORUS.

Et estne exspectandum, ut Jovi aliquis imperet?

PROMETHEUS.

Etiam his profecto ille intolerabiliores ærumnas sustinebit.

CHORUS.

Quomodo autem talia efferre verba non vereris?

PROMETHEUS.

Quid verear, cui mori non est fatale?

CHORUS.

At laborem tibi hoc graviorem imposuerit.

PROMETHEUS.

Faciat ille igitur. Omnia a me exspectantur.

CHORUS.

Qui Adrasteam reverentur, sapiunt.

PROMETHEUS.

Reverere, invoca, assentare ei qui quoque tempore regnet.
Mihi vero Jupiter minus quam nihil curæ est.
Agat, imperet isto brevi tempore,
quo modo cunque vult; nam diu diis non imperabit.
At enim hic cerno Jovis cursorem,
illum novi regis ministrum.
Utique novi quid nunciatum advenit.

MERCURIUS.

Te veteratorem, acerbe acerbum supra modum,
qui adversus deos deliquisti, diurnis hominibus
tribuit honores, te ignis furem appello;
pater te jubet quasnam jactes nuptias
indicare et a quibus futurum sit ut ille imperio excidat;
et hæc quidem nullo pacto obscure
sed singula quæque expone, neve mihi duplices
vias, Prometheu, afferas. Vides autem
Jovem talibus rebus molliorem non fieri.

PROMETHEUS.

Grandiloqua et superbia plena
hæc oratio est ut ministri deorum.

Νέον νέοι κρατεῖτε καὶ δοκεῖτε δὴ
ναίειν ἀπενθῆ πέργαμ'· οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ἠσθόμην;
τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
αἴσχιστα καὶ τάχιστα. Μή τί σοι δοκῶ
ταρβεῖν ὑποπτήσσειν τε τοὺς νέους θεούς;
πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω. Σὺ δὲ
κέλευθον ἥνπερ ἦλθες ἐγκόνει πάλιν·
πεύσει γὰρ οὐδὲν ὧν ἀνιστορεῖς ἐμέ.

ΕΡΜΗΣ.

Τοιοῖσδε μέντοι καὶ πρὶν αὐθαδίσμασιν
ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν,
σαφῶς ἐπίστασ', οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγώ.
Κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ
ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον.
Οὕτως ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεών.

ΕΡΜΗΣ.

Χλιδᾶν ἔοικας τοῖς παροῦσι πράγμασι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
ἐχθροὺς ἴδοιμι· καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω.

ΕΡΜΗΣ.

Ἦ κἀμὲ γάρ τι ξυμφοραῖς ἐπαιτιᾷ;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεούς,
ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ' ἐκδίκως.

ΕΡΜΗΣ.

Κλύων σ' ἐγὼ μεμηνότ' οὐ σμικρὰν νόσον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Νοσοῖμ' ἄν, εἰ νόσημα τοὺς ἐχθροὺς στυγεῖν.

ΕΡΜΗΣ.

Εἴης φορητὸς οὐκ ἄν, εἰ πράσσοις καλῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὤμοι.

ΕΡΜΗΣ.

Τόδε Ζεὺς τοὔπος οὐκ ἐπίσταται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος.

ΕΡΜΗΣ.

Καὶ μὴν σύ γ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίστασαι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὲ γὰρ προσηύδων οὐκ ἂν ὀνθ' ὑπηρέτην.

ΕΡΜΗΣ.

Ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μὴν ὀφείλων γ' ἂν τίνοιμ' αὐτῷ χάριν.

ΕΡΜΗΣ.

Ἐκερτόμησας δῆθεν ὡς παῖδ' ὄντα με.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ γὰρ σὺ παῖς τε κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος,
εἰ προσδοκᾷς ἐμοῦ τι πευσεῖσθαι πάρα;
Οὐκ ἔστιν αἶκισμ' οὐδὲ μηχάνημ' ὅτῳ

Recens enim vos novitii imperium obtinetis vobisque sane
arces tristitiæ expertes incolere. Nonne ego ex his [videmini
duos tyrannos excidisse expertus sum?
hunc vero tertium, qui nunc imperat, aspiciam
ignominiosissime et celerrime *casurum*. Nunquid tibi videor
hos novos deos metuere ac reformidare?
Longe et omnino *ab hoc metu* absum. Tu vero
viam, quam venisti, retro repetas;
nam nihil eorum, quæ me percontaris, comperies.

MERCURIUS.

At tali etiam prius pervicacia
ad has calamitates te appulisti.

PROMETHEUS.

Tuum ministerium mea miseria,
certo scito, ego non permutaverim.
Satius enim esse arbitror huic saxo servire
quam Jovi patri esse fidum nuncium.
Ita adversus ignominiosos ignominiose agendum est.

MERCURIUS.

Gestire rebus tuis, ut nunc sunt, videris.

PROMETHEUS.

Egone gestiam? utinam ita gestientes ego meos
inimicos videam! et te inter illos refero.

MERCURIUS.

Num quid etiam mihi tuæ calamitatis imputas?

PROMETHEUS.

Ut simpliciter dicam, omnes illos deos odi,
quotquot beneficiis affecti injuste me affligunt.

MERCURIUS.

Animadverto te non exiguo morbo insanire.

PROMETHEUS.

Morbo laborem utique, si odisse hostes morbus est.

MERCURIUS.

Ferri non posses, si secunda fortuna utereris.

PROMETHEUS.

Heu mihi!

MERCURIUS.

Hoc verbum Jupiter non novit.

PROMETHEUS.

At docet omnia tempus senescens.

MERCURIUS.

Atqui tu tamen sapere nondum didicisti.

PROMETHEUS.

Te enim ministrum, *si saperem*, non alloquerer.

MERCURIUS.

Nihil eorum, quæ pater vult, dicturus videris.

PROMETHEUS.

Nempe Jovi obstrictus gratiam ei persolverim.

MERCURIUS.

Ludificaris me scilicet tanquam puerum.

PROMETHEUS.

An non tu et puer es et puero amentior,
si speras fore ut aliquid ex me comperias?
Non est cruciatus ullus neque machinatio, qua

προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.
Πρὸς ταῦτα βιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλὸξ,
λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασι
χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω·
γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥστε καὶ φράσαι
πρὸς οὕ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

ΕΡΜΗΣ.

Ὅρα νυν εἴ σοι ταῦτ' ἀρωγὰ φαίνεται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὅπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε.

ΕΡΜΗΣ.

Τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε
πρὸς τὰς παρούσας ἡμονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὀχλεῖς μάτην με κῦμ' ὅπως παρηγορῶν.
Εἰσελθέτω σε μήποθ' ὡς ἐγὼ Διὸς
γνώμην φοβηθεὶς θηλύνους γεννήσομαι
καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον
γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν
λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· τοῦ παντὸς δέω.

ΕΡΜΗΣ.

Λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν·
τέγγει γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ
λιτὰς δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεόζυγὸς
πῶλος βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει.
Ἀτὰρ σφοδρύνει γ' ἀσθενεῖ σοφίσματι.
Ἀθεβὴς γὰρ τῷ φρονοῦντι μὴ καλῶς
αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μεῖζον σθένει.
Σκέψαι δ', ἐὰν μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις,
οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία
ἕξει' ἄφυκτος· πρῶτα μὲν γὰρ ὀχρίδα
σὰρξγγα βροντῇ καὶ κεραυνίᾳ φλογὶ
πατὴρ σκεδάξει τήνδε, καὶ κρύψει δέμας
τὸ σὸν, πετραίᾳ δ' ἀγκάλῃ σε βαστάσει.
Μακρὸν δὲ μῆκος ἐκτελευτήσας χρόνου
ἄψορρον ἥξεις ἐς φάος· Διὸς δέ τοι
πτηνὸς κύων δαφοινὸς αἰετὸς λάβρως
διαρτεμήσει σώματος μέγα ῥάκος,
ἕλκτος ἄρπων δαιταλεὺς πανήμερος,
μελανόβρωτον δ' ἧπαρ ἐκθοινήσεται.
Τοιῶδε μόχθου τέρμα μή τι προσδόκα,
πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
γένῃ, θελήσῃ τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Ἅιδην κνεφαίᾳ τ' ἀμφὶ Ταρτάρου βάθη.
Πρὸς ταῦτα βούλευ· ὡς δδ' οὐ πεπλασμένος
ὁ κόμπος, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος·
ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα
τὸ σὸν, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ. Σὺ δὲ
σκόπτεινε καὶ φρόντιζε, μηδ' αὐθαδίαν
εὐβουλίας ἀμείνον' ἡγήσῃ ποτέ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται
λέγειν· ἄνωγε γάρ σε τὴν εὐθαδίαν

Jupiter me adigere possit ut hæc enunciem,
antequam vincula, quæ me affligunt, laxata fuerint.
Proinde candens flamma *in me* jaciatur,
alboque nivis turbine et tonitribus
subterraneis omnia *Jupiter* confundat et concutiat;
nam horum nihil me flectet, ut dicam
a quo fatale sit eum imperio privari.

MERCURIUS.

Considera, quæso, an hæc tibi profutura videantur.

PROMETHEUS.

Considerata hæc jamdudum sunt et decreta.

MERCURIUS.

Aude, o temerarie, aude aliquando
pro malis præsentibus recte sapere.

PROMETHEUS.

Molestus es frustra mihi, tanquam fluctui, persuadendo.
Nunquam tibi in mentem veniat me Jovis
consilio territum muliebrem animum induturum
istique invisissimo supplicaturum
ritu mulierum supinis manibus,
ut me ex vinculis solvat. Ab eo longe absum.

MERCURIUS.

Videor mihi, dum multa loquor, etiam frustra loquturus
Nihil enim mitescis neque mollior precibus redderis [esse.
meis, sed mordens frena tanquam recens domitus
pullus violenter reniteris contraque habenas pugnas.
At ferox es imbecillo consilio.
Pertinacia enim ei, qui non recte sapiat,
ipsa per sese nihilo plus valet.
Vide autem, si meis monitis non parueris,
qualis in te tempestas malorumque fluctus decumanus
inevitabilis irruet. Primum enim hæc confragosa *montis*
præcrupta tonitru et fulminis flamma
pater disrumpet, et abscondet corpus
tuum, petrosumque gremium te gestabit.
protervis jactatoribus invito animo,
longam viam emetientibus, ut *in fugam* se retro vertat,
Jove favente una *cum reliquis* abripietur.
Spero autem fore ut ne aggrediatur quidem portam,
non quo timidus sit vel animi ignavia (*retineatur*),
sed scit in pugna sibi pereundum esse,
si ei ullus fructus oraculis Apollinis contigit.
solent vero illa silentio tegere aut recta dicere.
Tamen vero ei virum fortem Lasthenem
inhospitalem portitorem opponemus,
senem prudentia, sed corpus ei juveniliter viget,
celer oculus est, nec manum remoratur,
quominus a læva nudatum ensem rapiat.
Dei vero donum est mortales rem feliciter gerere.

ΧΟΡΟΣ.

Κλύοντες θεοὶ δικαίους λιτὰς Ἀντ. γ'.
ἡμετέρας τελεῖθ' ὡς πόλις εὐτυχῇ,
δορίπονα κάκ' ἐκτρέποντες ἐς γᾶς
ἐπιμόλους· πύργων δ' ἔκτοθεν βαλὼν
Ζεύς σφε κάνοι κεραυνῷ.

CHORUS.

Exaudientes justas preces nostras dii,
date ut urbs rem prospere gerat,
atque bello adducta mala in advenas hujus terræ
avertite: de mœnibus autem dejectos
Jupiter illos fulmine perimat.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τὸν ἕβδομον δὴ τόνδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις
λέξω, τὸν αὐτοῦ σου κασίγνητον, πόλει
οἵας ἀρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας·
πύργοις ἐπεμβὰς κἀπικηρυχθεὶς χθονὶ,
ἀλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας,
σοὶ ξυμφέρεσθαι καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας,
ἢ ζῶντ' ἀτιμαστῆρα τὼς σ' ἀνδρηλάτην
φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον·
τοιαῦτ' ἀϋτεῖ καὶ θεοὺς γενεθλίους
καλεῖ πατρῴας γῆς ἐποπτῆρας λιτῶν
τῶν ὧν γενέσθαι πάγχυ Πολυνείκους βίᾳ.
Ἔχει δὲ καινοπηγὲς εὔθετον σάκος
δίπλοῦν τε σῆμα προσμεμηχανημένον.
Χρυσήλατον γὰρ ἄνδρα τευχηστὴν ἰδεῖν
ἄγει γυνή τις σωφρόνως ἡγουμένη·
Δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν, ὡς τὰ γράμματα
λέγει « κατάξω δ' ἄνδρα τόνδε καὶ πόλιν

NUNCIUS.

Jam septimum, qui ad portam septimam *stat*,
dicam, tuum ipsius fratrem, urbi
qualem fortunam imprecetur atque voveat:
optat ut in muros egressus atque terræ præconio editus,
pæanem expugnationis exorsus
tecum concurrat, atque postquam te occiderit, prope cadat,
aut pugnæ superstitem te, qui se ignominia sic affeceris tei-
exilio in eundem hunc modum puniat. [raque expuleris,
Talia vociferatur deosque gentilitios
terræ patriæ invocat, ut vindices precum
suarum omni ex parte fiant, fortis Polynices.
Gerit autem recens factum bene compositum scutum
duplexque insigne in eo expressum.
Virum enim ex auro factum, bellatorem aspectu,
femina aliqua cum gravitate præiens ducit:
Justitiam illa se esse ait, quemadmodum hæ literæ
indicant: « Reducam vero hunc virum urbemque

ἕξει πατρῴαν δωμάτων τ' ἐπιστροφάς. »
Τοιοῦτ' ἐκείνων ἐστὶ τἀξευρήματα.
Σὺ δ' αὐτὸς ἤδη γνῶθι τίνα πέμπειν δοκεῖς·
ὡς οὔποτ' ἀνδρὶ τῷδε κηρυκευμάτων
μέμψει, σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι ναυκληρεῖν πόλιν.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος,
ὦ πανδάκρυτον ἀμὸν Οἰδίπου γένος·
ὤμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφόροι.
Ἀλλ' οὔτε κλαίειν οὔτ' ὀδύρεσθαι πρέπει,
μὴ καὶ τεκνωθῇ δυσφορώτερος γόος.
Ἐπωνύμῳ δὲ κάρτα, Πολυνείκη λέγω,
τάχ' εἰσόμεσθα τἀπίσημ' ὅπῃ τελεῖ,
εἰ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα
ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν.
Εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς παρθένος Δίκη παρῆν
ἔργοις ἐκείνου καὶ φρεσίν, τάχ' ἂν τόδ' ἦν·
ἀλλ' οὔτε νιν φυγόντα μητρόθεν σκότον,
οὔτ' ἐν τροφαῖσιν, οὔτ' ἐφηβήσαντά πω,
οὔτ' ἐν γενείου συλλογῇ τριχώματος,
Δίκη προσεῖδε καὶ κατηξιώσατο.
Οὔτ' ἐν πατρῴας μὴν χθονὸς κακουχίᾳ
αἵμαί νιν αὐτῷ νῦν παραστατεῖν πέλας.
Ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας.
Τούτοις πεποιθὼς εἶμι καὶ ξυστήσομαι
αὐτὸς τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος;
ἄρχοντί τ' ἄρχων καὶ κασιγνήτῳ κάσις,
ἐχθρὸς σὺν ἐχθρῷ στήσομαι. Φέρ' ὡς τάχος
κνημῖδας, αἰχμὴν καὶ πετρῶν προβλήματα.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ φῦτατ' ἀνδρῶν, Οἰδίπου τέκος, γένῃ
ὀργὴν ὁμοῖος τῷ κάκιστ' αὐδωμένῳ·
ἀλλ' ἄνδρας Ἀργείοισι Καδμείους ἅλις
ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· αἷμα γὰρ καθάρσιον·
ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος,
εἰ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Εἴπερ κακὸν φέρει τις αἰσχύνης ἄτερ.
Ἔστιν μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσι·
κακῶν δὲ κᾀσχρῶν οὔ τιν' εὐκλείαν ἐρεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Τί μέμονας τέκνον; μὴ τί σε θυμοπλη- Σ. α'.
θὴς δορίμαργος ἄτα φερέτω· κακοῦ δ'
ἐκβαλ' ἔρωτος ἀρχάν.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα κάρτ' ἐπισπέρχει θεὸς,
ἴτω κατ' οὖρον κῦμα Κωκυτοῦ λαχὸν
Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαΐου γένος.

ΧΟΡΟΣ.

Ὠμοδακής σ' ἄγαν ἵμερος ἐξοτρύ- Ἀντ. α'.
νει πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν τελεῖν
αἵματος οὐ θεμιστοῦ.

habebit suam paternæque domus imperium. »
Hujusmodi illorum inventa sunt.
Tu vero ipse jam vide quem huic opponendum censeas.
Nam nunquam hujus viri (*i. e. meam*) in renunciando fidem
vituperabis : sed tu ipse vide quomodo urbem gubernes.

ETEOCLES.

O furiis exagitatum diisque invisum odium,
o lacrimosum meum Œdipi genus !
heu, patris diræ jam ad exitum properant.
At neque flere neque lamentari decet,
ne intolerabilior etiam gemitus nascatur. [dico,
Illi vero plane ex re nomen habenti [*vid.* 578], Polynicem
quo signum vertat, illico cognoscemus,
sintne eum aureæ literæ reducturæ
in scuto ebullientes cum mentis insania.
Si enim Jovis filia, Justitia virgo, adesset
illius factis consiliisque, facile hoc contingeret :
sed illum neque quum matris caliginem reliquit,
neque puerum, neque adolescentulum,
neque quum genæ barbæ copia replebantur,
Justitia salutavit neque ad quem se conferret diguum habuit.
Neque in patriæ terræ afflictione
nunc illi eam præsentem adfuturam esse spero.
Ac sane prorsus falso nomine esset nominata
Justitia, si cum viro quidlibet audente se consociaret.
His fretus abibo atque cum illo congrediar
ipse : quis alius potius majore id jure faciat ?
cum duce dux, cum fratre frater,
cum hoste hostis pugnabo. Age, affer quam celerrime
ocreas, hastam et adversus lapides tegumentum.

CHORUS.

Noli, carissime virorum, Œdipi fili, committere ut sis
ingenio similis viro turpissima vociferanti ·
sed cives Cadmeos cum Argivis satis est
manus conserere : hic sanguis est piabilis ;
virorum autem consanguineorum mutua cædes si ita fiat,
nulla ætas hoc piaculum deleverit.

ETEOCLES.

Obtemperabo, siquidem malum quis sine turpitudine susti-
Sic esto ; nam solum in morte lucrum est, [net.
neque vero ullam laudem eorum, quæ prava et turpia sint, [dixeris.

CHORUS.

Quid meditaris, fili ? Ne te noxa iræ plena, prœlii avida
abripiat. Perniciosæ cupiditatis principium abjice.

ETEOCLES.

Quandoquidem hoc negotium deus certe accelerat,
abito flabris secundis undam Cocyti sortitum
Phœbo invisam totum Laii genus.

CHORUS.

Nimis sæva cupiditas te instigat ad perpetrandum acerbi
fructus homicidium in effundendo sanguine, quem profun-
dere nefas est.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Φίλου γὰρ ἐχθρά μοι πατρὸς † τελεῖν † ἀρὰ
ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασιν προσιζάνει
λέγουσα κέρδος πρότερον ὑστέρου μόρου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ σὺ μὴ ποτρύνου· κακὸς οὐ κεκλή- Σ. β'.
σει βίον εὖ κυρήσας· μελαναιγὶς οὐκ
εἶσι δόμους Ἐρινὺς, ὅταν ἐκ χερῶν
θεοὶ θυσίαν δέχωνται.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Θεοῖς μὲν ἤδη πως παρημελήμεθα,
χάρις δ' ἀφ' ἡμῶν ὀλομένων θαυμάζεται·
Τί οὖν ἔτ' ἂν σαίνοιμεν ὀλέθριον μόρον;

ΧΟΡΟΣ.

Νῦν ὅτε σοι παρέστακεν· ἐπεὶ δαίμων Ἀντ. β'.
λήματος ἐν τροπαίᾳ χρονίᾳ μεταλ-
λακτὸς, ἴσως ἂν ἔλθοι θαλερωτέρῳ
πνεύματι· νῦν δ' ἔτι ζεῖ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα·
ἄγαν δ' ἀληθεῖς ἐνυπνίων φαντασμάτων
ὄψεις, πατρῴων χρημάτων δατήριοι.

ΧΟΡΟΣ.

Πείθου γυναιξὶ, καίπερ οὐ στέργων ὅμως.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Λέγοιτ' ἂν ὧν ἄνη τις· οὐδὲ χρὴ μακράν.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ λῇς ὁδοὺς σὺ τάσδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Νίκην γε μέντοι καὶ κακὴν τιμᾷ θεός.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Οὐκ ἀνδρ' ὁπλίτην τοῦτο χρὴ στέργειν ἔπος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' αὐτάδελφον αἷμα δρέψασθαι θέλεις;

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοι κακά.

ΧΟΡΟΣ. Στρ. ά.

Πέφρικα τὰν ὠλεσίοικον θεὸν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν,
παναληθῆ κακόμαντιν, πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν
τελέσαι τὰς περιθύμους κατάρας βλαψιφρόνως Οἰ-
Παιδολέτωρ δ' ἔρις ἅδ' ὀτρύνει. [διπόδα.
Ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος,
κτεάνων χρηματοδαίτας πικρὸς, ὠμόφρων σίδαρος,
χθόνα ναίειν διαπήλας, ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέ-
τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους. [χειν,
Ἐπειδὰν αὐτοκτόνως Στρ. β'.
αὐτοδαΐκτοι θάνωσι,
καὶ χθονία κόνις πίῃ
μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον,
τίς ἂν καθαρμοὺς πόροι,
τίς ἄν σφε λούσειεν; Ὦ
πόνοι δόμων νέοι παλαι-

ETEOCLES.

Cari enim patris inimica dira ad perficiendum
siccis lacrimarum expertibus oculis mihi instat,
vindictæ lucrum præstantius sequenti morte denuncians.

CHORUS.

At tu eam tibi ne excita; ignavus non vocaberis, si vitam pie recteque institueris; atram vero procellam ciens Furia domui tuæ non accedet, si ex tuis manibus dii sacrificium accipiant. (*i. e. si tibi dii non irascantur.*)

ETEOCLES.

A diis quidem jam quodam pacto negligimur, [noratur.
sed gratia una a nobis mortuis profecta (*salus patriæ*) ho-
Quid igitur porro exitiale fatum adulemur?

CHORUS.

Nunc cum maxime tibi tempus instat *ut mortem evites*: si quidem dea postera mentis conversione lætiore venti flatu fortasse afflet; nunc vero adhuc fervet.

ETEOCLES.

Efferbuerunt diræ Œdipi exsecrationes;
nimisque veraces nocturnorum visorum
species, quæ paternas opes dividebant.

CHORUS.

Obsequere mulieribus, quanquam eas haud ames tamen.

ETEOCLES.

Dicatis quorum perficiendorum copia sit; breviter autem
CHORUS. [oportet.
Noli hanc viam inire ad portam septimam.

ETEOCLES.

Asperatum me oratione non obtundes.

CHORUS.

Victoriam tamen etiam pugnandi expertem deus honorat.

ETEOCLES.

Non decet militem cataphractum tale verbum laudare.

CHORUS.

At tu fratris tui sanguinem vis profundere?

ETEOCLES.

Diis dantibus mala non aufugiet.

CHORUS.

Horror me incessit, ne gentis devastatrix dea, diis dissimilis, prorsus verax malorum vates, patris imprecatione vocata Furia iracundas exsecrationes Œdipi vesania mentis incitati perficiat. Hæc natos perdens discordia instigat.

Ant. a. Peregrinus vero sortes versat Chalybs a Scythis missus colonus, sævus opum divisor, crudele ferrum, terram habitandam sorte assignans tantam, quantam tenere etiam mortuis magnorum agrorum expertibus sufficiat.

Quum mutua cæde ipsi ab ipsis interemti occubuerint et terræ pulvis atrum sanguinem cædis hauserit, quis expiationem præbuerit? quis eos lustraverit? O calamitates novæ pristinis gentis malis admixtæ!

οἵσι συμμιγεῖς κακοῖς.
Παλαιγενῆ γὰρ λέγω Ἀντ. β'.
παρβασίαν ὠκύποινον·
αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει,
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος
βίᾳ, τρὶς εἰπόντος ἐν
μεσομφάλοις Πυθικοῖς
χρηστηρίοις θνήσκοντα γέν-
νας ἄτερ σώζειν πόλιν,
κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις Στρ. γ'.
ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ,
πατροκτόνον Οἰδιπόδαν,
ὅστε μὴ πρὸς ἀγνὰν
σπείρας ἄρουραν, ἵν' ἐτράφη,
ῥίζαν αἱματόεσσαν
ἔτλα. Παράνοια συνᾶγε
νυμφίους φρενώλεις·
κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει· Ἀντ. γ'.
τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει
τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύ-
μναν πόλεως καχλάζει.
Μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου
τείνει πύργος ἐν εὔρει.
Δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦσι
μὴ πόλις δαμασθῇ.
Τέλειαι γὰρ † παλαιφάτων ἀρᾶν † Στρ. δ'.
βαρεῖαι καταλλαγαί,
τὰ δ' ὅλοὰ πελόμεν' οὐ παρέρχεται,
πρόπρυμνα δ' ἐκβολὰν φέρει
ἀνδρῶν ἁλφηστᾶν
ὄλβος ἄγαν παχυνθείς.
Τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδ' ἐθαύμασαν Ἀ. δ'.
θεοὶ καὶ ξυνέστιοι
πόλεος ὁ πολύβοτός τ' αἰὼν βροτῶν,
ὅσον τότ' Οἰδίπουν τίον,
ἀνερπαξάνδραν
κῆρ' ἀφελόντα χώρας;
Ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων Στρ. ε'.
ἐγένετο μέλεος ἀθλίων
γάμων, ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν
μανομένᾳ κραδίᾳ
δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν·
πατροφόνῳ χερὶ τῶν
χρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη.
† Τέκνοισιν δ' ἀρὰς † Ἀντ. ε'.
ἐφῆκεν, ἐπικότους τροφάς,
αἰαῖ, πικρογλώσσους ἀρὰς,
κεί σφε σιδαρονόμῳ
δίᾳ χερὶ ποτὲ λαχεῖν
κτήματα· νῦν δὲ τρίτον,
μὴ τελέσῃ καμψίπους Ἐρινύς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Θαρσεῖτε, παῖδες μητέρων τεθραμμέναι·
πόλις πέφευγεν ἥδε δούλειον ζυγόν·

Vetus enim delictum commemoro celeriter punitum, sed ad tertiam ætatem manet, ex quo Laius invito Apolline, postquam ter eum oraculis in medio terræ umbilico editis Pythicis, morientem sine sobole, urbem servare jusserat,

sed amicorum temeritate victus sibi fatum exitiale genuit, parricidam Œdipum, qui semente in incesto agro, unde ipse enutritus erat, facta stirpem sanguinolentam suscepit. Insania conjuges amentes conjungebat;

malorum vero tanquam mare fluctus volvit, alterum cadentem, alterum autem tollit decumanum, qui etiam circa urbis puppim strepit. Interim ad præsidium per breve latitudine spatium mœnia protenduntur. Metuo autem ne cum regibus urbs intereat.

Ad exitum enim properant antiquarum exsecrationum graves vicissitudines. Perniciosa tempestas ubi exoritur, non præterit, sed nimis auctæ virorum industriorum divitiæ jacturas de nave afferunt.

Quem enim virorum tantum honorarunt dii civesque urbis multosque alens mortalium vita, quantum Œdipum honorabant, postquam virorum perditricem pestem (*Sphingem*) de terra sustulit?

Postquam vero infelix incesti conjugii gnarus factus est, dolore graviter commotus furibundo pectore duplex malum perpetravit: Manu, qua patrem occiderat, oculis, qui liberis cariores sunt, sese privavit.

Liberis autem diras, nutrimentum ira repletum, imprecatus est, heu, acerbas dictu diras, atque *vovit* ut armata manu aliquando opes cernerent. Nunc vero metuo ne flexipes Furia eas ratas faciat.

NUNCIUS.

Bono animo estote, filiæ matrum alumnæ,
hæc urbs servitutis jugum effugit.

πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀβρίμων κομπάσματα·
πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου
πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.
Στέγει δὲ πύργος, καὶ πύλας φερεγγύοις
ἐρραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις·
καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασι·
τὰς δ' ἑβδόμας ὁ σεμνὸς ἑβδομαγέτας
ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ', Οἰδίπου γένει
κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυσβουλίας.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει παρόν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

† Πόλις σέσωσται, βασιλέες δ' δμόσποροι... †

ΧΟΡΟΣ.

Τίνες; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Φρονοῦσα νῦν ἄκουσον, Οἰδίπου γένος....

ΧΟΡΟΣ.

Οἰ 'γω τάλαινα, μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐκεῖθι κῆλθον; βαρέα δ' οὖν δμως φράσον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Οὕτως ἀδελφαῖς χερσὶν ἠναίροντ' ἄγαν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐδ' ἀμφιλέκτως μὴν κατεσποδημένοι.

ΧΟΡΟΣ.

Οὕτως ὁ δαίμων κοινὸς ἦν ἀμφοῖν ἅμα;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αὐτὸς δ' ἀναλοῖ δῆτα δύσποτμον γένος.
Τοιαῦτα χαίρειν καὶ δακρύεσθαι πάρα·
πόλιν μὲν εὖ πράσσουσαν, οἱ δ' ἐπιστάται,
δισσὼ στρατηγὼ, διέλαχον σφυρηλάτῳ
Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν.
Ἔξουσι δ' ἣν λάβωσιν ἐν ταφῇ χθονὸς,
πατρὸς κατ' εὐχὰς δυσπότμους φορούμενοι. †

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ μεγάλε Ζεῦ καὶ πολιοῦχοι Στρ. α'.
δαίμονες, οἳ δὴ Κάδμου πύργους
τούσδε ῥύεσθε·
πότερον χαίρω κἀπολολύζω
† σωτῆρι πτόλεως ἀσινείᾳ, †
ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας Ἀντ. α'.
ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους;
οἳ δῆτ' ὀρθῶς κατ' ἐπωνυμίαν
καὶ πολυνεικεῖς
ὤλοντ' ἀσεβεῖ διανοίᾳ.
Ὦ μέλαινα καὶ τελεία Στρ. β'.
γένεος Οἰδίπου τ' ἀρὰ,
κακόν με καρδίαν τι περιπίτνει κρύος,
ἔτευξα τύμβῳ μέλος

Conciderunt virorum ferocium superbæ jactationes;
urbs vero jam in tranquillo est, et fluctuum
multis ictibus *pulsa* sentinam non recepit.
Mœnia nos protegunt, portasque probatis
propugnatoribus singulis firmavimus.
Prospere plurima in sex portis gesta sunt,
at septimam portam venerandus septimanus
rex Apollo cepit, Œdipi generi
veterem Laii temeritatem ratam faciens.

CHORUS.

Quod novum negotium acerbum urbi accidit?

NUNCIUS.

Urbs servata est, sed reges cognati....

CHORUS. [*prolaturus es.*

Quinam? quid dixisti? mentis inops sum metu verbi *quod*

NUNCIUS.

Mentis compos audi nunc: Œdipi genus....

CHORUS.

O me miseram! præsagio mala quæ nunciaturus es.

NUNCIUS.

Viri ceciderunt mutua cæde interemti.

CHORUS.

Eone progressi sunt? Gravia quidem, tamen narra.

NUNCIUS.

Hausit terra sanguinem mutua illorum cæde effusum.

CHORUS.

Itane illi fraternis manibus prorsus se perimebant?

NUNCIUS.

Neque ambigue profecto exstincti.

CHORUS.

Itane fortuna communis ambobus simul fuit?

NUNCIUS.

Eadem vero profecto infelix genus *Œdipi* deleverit.
Talibus gaudere et illacrimare licet,
urbe quidem, quia servata est; rectores vero,
duo imperatores, creverunt malleis cuso
Scythico ferro totam opum possessionem.
Possidebunt autem terræ quantum sepulti acceperint,
ipsi secundum tristes patris exsecrationes in perniciem acti.

CHORUS.

O magne Jupiter vosque tutelares urbis dii, qui hanc
Cadmi arcem tuemini, utrum gaudeam urbisque salutifera
incolumitate exsultem,

an calamitosos infelices belli rectores sine prole defunctos defleam? qui profecto vere ex nominis significatione et multum rixosi impia mente perierunt.

O atra et præpotens generis Œdipique dira, grave frigus quoddam pectus meum incessit. Paravi sepulchro carmen Manas (*i. e. valde commota carmen tristissimum*), post-

Θυιὰς, αἱματοσταγεῖς
νεκροὺς κλύουσα δυσμόρως
θανόντας· ἦ δύσορνις ἅ-
δε ξυναυλία δορός.

Ἐξέπραξεν, οὐδ' ἀπεῖπε Ἀντ. β'.
πατρόθεν εὐκταία φάτις·
βουλαὶ δ' ἄπιστοι Λαΐου διήρκεσαν.
Μέριμνα δ' ἀμφὶ πτόλιν·
θέσφατ' οὐκ ἀμβλύνεται.
Ἰὼ παλύστονοι τόδ' εἰρ-
γάσασθ' ἄπιστον· ἦλθε δ' αἰ-
κιὰ πήματ' οὐ λόγῳ.

Ταῦτ' αὐτόδηλα, προῦπτος ἀγγέλου λόγος· Ἐπῳδ.
δικλαῖ μέριμναι, διδυμάνορα
κἀκ' αὐτοφόνα, δίμοιρα
τέλεια τάδε πάθη. Τί φῶ;
τί δ' ἄλλο γ' ἢ πόνοι πόνων,
δόμων ἐφέστιοι;
Ἀλλὰ γόων, ὦ φίλαι, κατ' οὖρον
ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
πίτυλον, ὃς αἰὲν δι' Ἀχέροντ' ἀμείβεται
τὰν ἄστονον, μελάγκροκον
ναύστολον θεωρίδα,
τὰν ἀστιβῆ πολλωνι, τὰν ἀνάλιον,
πάνδακον, εἰς ἀφανῆ τε χέρσον.
Ἀλλὰ γὰρ ἥκουσ' αἵδ' ἐπὶ πρᾶγος
πυρὸν Ἀντιγόνη τ' ἠδ' Ἰσμήνη·
θρῆνον ἀδελφοῖν οὐκ ἀμφιβόλως
ὀΐομαί σφ' ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων
στηθέων ἥσειν ἄλγος ἐπάξιον.
Ἡμᾶς δὲ χρὴ πρότερον φήμης
τὸν δυσκέλαδον θ' ὕμνον Ἐρινύος
ἰσχεῖν Ἄιδᾳ τ'
ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἰὼ δυσαδελφόταται πασῶν ὁπόσαι
στρόφον ἑσθῆσιν περιβάλλονται,
κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
μή 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἰὼ ἰὼ δύσφρονες, Στρ. α'.
φίλων ἄπιστοι καὶ κακῶν ἀτρύμονες,
πατρῴους δόμους ἑλόντες μέλεοι σὺν ἀλκᾷ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Μέλεοι ὄντ' οἱ μελέους θανάτους
εὗρεντο δόμων ἐπὶ λύμῃ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἰὼ ἰὼ δωμάτων Ἀντ. α'.
ἐρειπίτοκοι καὶ πικρὰς μοναρχίας
ἰδόντες, τί δὴ διήλλαχθε σὺν σιδάρῳ;

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Κάρτα δ' ἀληθῆ πατρὸς Οἰδιπόδα
ποτνι' Ἐρινὺς ἐπέκρανε.

quam sanguine madentes mortuos infeliciter occidisse audivi. Certe malo omine hæc consociatio armorum suscepta fuit.

Ad finem perduxit neque irrita cessit patris devota exsecratio. Consilium Laii oraculo non audientis prorsus satisfecit. Cura vero *nostra* de urbe *manet*; oracula non obtunduntur. O multum deflendi, hoc incredibile facinus perpetrastis! Adest calamitas non verbis gemenda.

Manifesta ista sunt; ante oculos nuncii oratio. Duplices curæ; duplicia fortium virorum mala mutuo occisorum; hæc duplicis sortis calamitas completa est. Quid dicam? quid aliud nisi calamitatem calamitatis domo insidere? Verum, o amicæ, secundum lamentationum auram remigate excitantes circa caput planctum mortuos concomitantem, qui per Acherontem lacrimarum expertem, atro velo instructam nauticam theorida *Charontis* reciprocat, Apollini inaccessam, soli intactam, omnes mortales accipientem, in tenebricosamque *Orci* continentem *vectam*.

At enim hic ad acerbum negotium Antigona et Ismena advenerunt. Carmen lugubre ob interemtos fratres, haud dubie justum dolorem, eas ex amabili profundo pectore effusuras esse puto. Nos vero decet ante *illarum* cantum lugubriter sonantem hymnum Erinnyos exordiri Orcoque pæanem invisum occinere

SEMICHORUS.

Heu infelicissimæ sorores omnium, quotquot cingulo vestes circumdantur! Lacrimas fundo, gemo, neque ulla simulatio est quin ex animi sententia vere querar.

SEMICHORUS.

Heu mente male sani, amicorum dictis non obsequentes et malis invicti, qui paternam domum miseri vi et pugna occupare voluistis.

SEMICHORUS.

Miseri profecto qui miseras cædes in domorum excidium perpetrarunt.

SEMICHORUS.

Heu heu, qui domum paternam evertistis et acerbam uterque suam solius dominationem spectavistis, quid ferro conciliati estis?

SEMICHORUS.

Certe imprecationem potens patris Œdipi Furia ratam fecit.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Δι' ἐὐωνύμων τετυμμένοι, Στρ. β'.
τετυμμένοι δῆθ', ὁμο-
σπλάγχνων τε πλευρωμάτων
* * * *
Αἰαῖ δαιμόνιοι,
αἰαῖ δ' ἀντιφόνων
* * θανάτων ἀραί.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Διανταίαν λέγεις δόμοισι καὶ
σώμασιν πεπλαγμένους,
ἀναυδάτῳ μένει
ἀραίῳ τ' ἐκ πατρὸς
διχόφρονι πότμῳ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος, Ἀντ. β'.
στένουσι πύργοι, στένει
πέδον φλανδρον· μενεῖ
κτέανά τ' ἐπιγόνοις,
δι' ὧν αἰνομόροις,
δι' ὧν νεῖκος ἔβα,
καὶ θανάτου τέλος.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἐμοιράσαντο δ' ὀξυκάρδιοι
κτήμαθ', ὥστ' ἴσον λαχεῖν.
Διαλλακτῆρι δ' οὐκ
ἀμεμφία φίλοις,
οὐδ' ἐπίχαρις Ἄρης.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Σιδαρόπλακτοι μὲν ὧδ' ἔχουσι, Στρ. γ'.
σιδαρόπλακτοι δὲ τοὺς μένουσι,
τάχ' ἄν τις εἴποι, τίνες;
τάφων πατρῴων λαχαί.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Δόμων μάλ' ἀχὰν † ἐπ' αὐτοὺς † προπέμπει
δαΐκτηρ γόος, αὐτόστονος, αὐτοπήμων, [νὰς, ἃ
δαϊόφρων, οὐ φιλογαθὴς, ἐτύμως δακρυχέων ἐκ φρε-
κλαιομένας μου μινύθει τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Πάρεστι δ' εἰπεῖν ἐπ' ἀθλίοισιν Ἀντ. γ'.
ὡς ἐρξάτην πολλὰ μὲν πολίτας,
ξένων τε πάντων στίχας
πολυφθόρους ἐν δαΐ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

† Δυσδαιμόνως σφ' † ἃ τεκοῦσα
πρὸ πασῶν ὁπόσαι τεκνογόνοι κέκληνται
παῖδα τὸν αὑτᾶς πόσιν αὑτᾷ θεμένα τούσδ' ἔτεχ', οἱ
δ' ὧδ' ἐτελεύ-
τασαν ὑπ' ἀλλαλοφόνοις χερσὶν ὁμοσπόροισιν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ὁμόσποροι δῆτα καὶ πανώλεθροι Στρ. δ'.
† διαρτομαῖς † οὐ φίλαις,
ἔριδι μαινομένᾳ,
νείκεος ἐν τελευτᾷ.

SEMICHORUS.

Per lævas transfixi, transfixi profecto et per consanguinea latera ***

Væ, gravi numine acti, væ, mutuarum cædium diræ!

SEMICHORUS.

Plaga per pectus adacta, *unaque* ædibus et corporibus *inflicta* transfixos ais, *idque effectum* ineffabili audacia discordique fortuna patris exsecrationibus efflagitata.

SEMICHORUS.

Penetrat vero etiam urbem gemitus; gemunt mœnia, gemit hominibus repleta terra; manebuntque posteris opes, per quas miseris, per quas contentio exorta est cædisque patratio.

SEMICHORUS.

Partiti vero sunt furiosi inter se bona, ut uterque æquam partem nancisceretur. Disceptatori vero non defuit amicorum reprehensio, neque Mars gratus fuit.

SEMICHORUS.

Ferro percussi ita ambo jacent, ferro percussi vero eos manent, facile quis dicat, quinam? sepulchri, quod pater vovit, tumuli.

SEMICHORUS.

Magnam domus lamentationem ad illos prosequitur pectus dilacerans planctus, sponte gemens, suis malis evocatus, miserabilia cogitans, lætitiæ alienus, veras lacrimas ciens ex animo, qui me hos duos reges gemente conficitur.

SEMICHORUS.

Licet dicere de infelicibus fratribus, multis malis cives ab iis affectos esse omniumque peregrinorum turmas gravi pernicie in certamine.

SEMICHORUS.

Infeliciter quæ eos peperit ante omnes quæ genitrices vocantur, suum ipsius filium maritum sibi sociavit atque hos enixa est; hi vero ita manibus germanis mutuo se trucidantibus exspirarunt.

SEMICHORUS.

Germanæ profecto manus et perniciosæ inimica peremtione, furibunda discordia in exitu certaminis.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Πέπαυται δ' ἔχθος, ἐν δὲ γαίᾳ
ζόα φονορύτῳ
μέμικται· κάρτα δ' εἰσ' ὅμαιμοι.
Πικρὸς λυτὴρ νεικέων
ὁ πόντιος ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθεὶς
θηκτὸς σίδαρος· πικρὸς δὲ χρημάτων
κακὸς δατητὰς Ἄρης
ἀρὰν πατρῴαν τιθεὶς ἀληθῆ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἔχουσι μοῖραν λαχόντες, ὦ μέλεοι, Ἀντ. δ'.
διωσδότων † ἀχθέων· †
ὑπὸ δὲ σώματι γᾶς
κλεῖτος ἄδυσσος ἔσται.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἰὼ πολλοῖς ἐπανθίσαντες
πόνοισί γε δόμους·
† τιλευταῖαι δ' † ἐπηλάλαξαν
ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον,
τετραμμένου παντρόπῳ φυγᾷ γένους.
Ἔσταχεν Ἄτας τροπαῖον ἐν πύλαις,
ἐν αἷς ἐθείνοντο, καὶ
ξυὸν κρατήσας ἔληξε δαίμων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πτισθεὶς ἔπαισας. Προωδ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Σὺ δ' ἔθανες κατακτανών.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δορὶ δ' ἔκανες.

ΙΣΜΗΝΗ.

Δορὶ δ' ἔθανες.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μιλεύπονος.

ΙΣΜΗΝΗ.

Μελεοπαθής.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἴτω δάκρυα.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἴτω γόος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

† Πράκτισαι †

ΙΣΜΗΝΗ.

κατακτάς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἠὶ ἠέ, μαίνεται γόοισι φρήν. Στρ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐντὸς δὲ καρδία στένει.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ ἰὼ πάνδυρτε σύ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Σὺ δ' αὖτε καὶ πανάθλιε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πρὸς φίλου ἔφθισο.

SEMICHORUS.

Quiescunt inimicitiæ; in terra autem sanguine madida *duorum fratrum* vita miscetur, certeque sunt unius sanguinis. Acerbus rixarum disceptator fuit Ponticus hospes ex igne profectus, acutus gladius; acerbus vero bonorum perniciosus divisor Mars, qui patris exsecrationem ratam fecit.

SEMICHORUS.

Habent suam partem sortiti, o miseri, calamitatum a Jove datarum: sub corpore autem immensa terræ copia erit.

SEMICHORUS.

Heu! multis miseriis domum replebant; sed postremæ diræ triumphantes acutum accinuerunt carmen, genere omnigena fuga profligato. Stat Noxæ tropæum in porta, in qua percutiebantur, et duobus subactis dæmon quievit.

ANTIGONA.

Percussua percussisti.

ISMENA.

Tu vero occubuisti, postquam occideras.

ANTIGONA.

Hasta occidisti.

ISMENA.

Hasta periisti.

ANTIGONA.

Miseranda exsecutus.

ISMENA.

Miseranda passus.

ANTIGONA

Ite lacrymæ.

ISMENA.

Ite gemitus.

ANTIGONA.

Jaces,

ISMENA.

postquam interfecisti.

ANTIGONA.

Heu, insanit luctu animus.

ISMENA.

Intus cor gemit.

ANTIGONA.

O, o omni ex parte deflende!

ISMENA.

Tu vero etiam prorsus miserande!

ANTIGONA.

Per amicum periisti.

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ φίλον ἔκτανες.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Διπλᾶ λέγειν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Διπλᾶ δ' ὁρᾶν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἕλας αἵδ' ἀδελφαὶ ἀδελφεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,
πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
μέλαιν' Ἐρινύς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἠὲ ἠὲ δυσθέατα πήματα Ἀντ.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐδείξατ' ἐκ φυγᾶς ἐμοί.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐδ' ἵκεθ' ὡς κατέκτανεν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Σωθεὶς δὲ πνεῦμ' ἀπώλεσεν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀπώλεσε δῆτα * *

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ τόνδ' ἐνόσφισε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τάλαν γένος.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τάλανα παθόν.

† ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δίστονα κήδε' ὁμώνυμα.

ΙΣΜΗΝΗ.

Δίυγρα τριπάλτων πημάτων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

[Ὁλοὰ λέγειν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὁλοὰ δ' ὁρᾶν.]†

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ Μοῖρα βαρυδότειρα μογερὰ,
πότνιά τ' Οἰδίπου σκιὰ,
μέλαιν' Ἐρινύς, ἦ μεγασθενής τις εἶ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σὺ †τοί νιν† οἶσθα διαπερῶν,

ΙΣΜΗΝΗ.

Σὺ δ' οὐδὲν ὕστερον μαθών,

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἐπεὶ κατῆλθες ἐς πόλιν,

ΙΣΜΗΝΗ.

ὁρός γε τῷδ' ἀντηρέτας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὁλοὰ λέγειν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὁλοὰ δ' ὁρᾶν.

ISMENA.

Et amicum occidisti.

ANTIGONA.

Duplicia dictu.

ISMENA.

Duplicia visu.

ANTIGONA.

Talibus malis hæ propinquæ.

ISMENA.

Prope fratres hæ sorores.

CHORUS.

O Parca gravium dolorum effectrix ærumnosa, veneranda que Œdipi umbra, atra Erinnys, sane magnipotens es.

ANTIGONA.

Heu, gravia aspectu mala

ISMENA.

ex exilio mihi ostendistis.

ANTIGONA.

Non rediit, ubi occiderat.

ISMENA.

Salvus (*i. e. qui domi mansit*) vitam amisit.

ANTIGONA.

Amisit utique.

ISMENA.

Et hunc vita privavit.

ANTIGONA.

Miserum genus.

ISMENA.

Misera passum.

ANTIGONA.

Bifariam gemendus luctus propinquorum ejusdem nominis (*i. e. propinqui ejusdem nominis duo lugendi sunt*).

ISMENA.

Bifariam deflendus terribiliter vibratarum hastarum (*i e. duplex hastarum ictibus excitatus*) luctus.

ANTIGONA.

[Tristia dictu.

ISMENA.

Tristia aspectu.]

CHORUS.

O Parca gravium dolorum effectrix ærumnosa, venerandaque Œdipi umbra, atra Erinnys, sane magnipotens es.

ANTIGONA.

Tu eam huc trajiciens cognovisti,

ISMENA.

Tu vero nihilo posterius expertus es,

ANTIGONA.

postquam ad urbem venisti,

ISMENA.

huic in certamine adversarius.

ANTIGONA.

Tristia dictu.

ISMENA.

Tristia aspectu.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ πόνος.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ κακά.

† ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δώμασι καὶ χθονί.

ΙΣΜΗΝΗ.

Πρὸ πάντων δ' ἐμοί. †

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ ἰώ, καὶ πρόσω γ' ἐμοί.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ ἰὼ † δυσπότμων † κακῶν
ἄναξ Ἐτεόκλεις ἀρχηγέτα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ πάντων πολυστονώτατοι,
ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ·

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ ἰώ, ποῦ σφε θήσομεν χθονός;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἰὼ ὅπου τιμιώτατον.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἰὼ ἰὼ πῆμα πατρὶ πάρευνον.

ΚΗΡΥΞ.

Δοκοῦντα καὶ δόξαντ' ἀπαγγέλλειν με χρὴ
δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας πόλεως·
Ἐτεοκλέα μὲν τόνδ' ἐπ' εὐνοίᾳ χθονὸς
θάπτειν ἔδοξε γῆς φίλαις κατασκαφαῖς·
εἴργων γὰρ ἐχθροὺς θάνατον εἵλετ' ἐν πόλει·
ἱερῶν πατρῴων δ' ὅσιος ὢν μομφῆς ἄτερ
τέθνηκεν οὗπερ τοῖς νέοις θνήσκειν καλόν.
Οὕτω μὲν ἀμφὶ τοῦδ' ἐπέσταλται λέγειν.
Τοῦτον δ' ἀδελφὸν τόνδε Πολυνείκους νεκρὸν
ἔξω βαλεῖν ἄθαπτον, ἁρπαγὴν κυσίν,
ὡς ὄντ' ἀναστατῆρα Καδμείων χθονός,
εἰ μὴ θεῶν τις ἐμποδὼν ἔστη δορὶ
τῷ τοῦδ'. Ἅγος δὲ καὶ θανὼν κεκτήσεται
θεῶν πατρῴων, οὓς ἀτιμάσας ὅδε
στρατεύμ' ἐπακτὸν ἐμβαλὼν ἦρει πόλιν.
Οὕτω πετεινῶν τόνδ' ὑπ' οἰωνῶν δοκεῖ
ταφέντ' ἀτίμως τοὐπιτίμιον λαβεῖν·
καὶ μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα
μήτ' ὀξυμόλποις προσσέβειν οἰμώγμασιν,
ἄτιμον εἶναι δ' ἐκφορᾶς φίλων ὕπο.
Τοιαῦτ' ἔδοξε τῷδε Καδμείων τέλει.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἐγὼ δὲ Καδμείων γε προστάταις λέγω,
ἢν μή τις ἄλλος τόνδε συνθάπτειν θέλῃ,
ἐγώ σφε θάψω κἀνὰ κίνδυνον βαλῶ
θάψασ' ἀδελφὸν τὸν ἐμόν, οὐδ' αἰσχύνομαι
ἔχουσ' ἄπιστον τήνδ' ἀναρχίαν πόλει.
Δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον, οὗ πεφύκαμεν,
μητρὸς ταλαίνης κἀπὸ δυστήνου πατρός.
Τοιγὰρ θέλουσ' ἄκοντι κοινώνει κακῷ
ψυχή, θανόντι ζῶσα συγγόνῳ φρενί

ANTIGONA.

Heu labor.

ISMENA.

Heu mala.

ANTIGONA.

Genti et terræ.

ISMENA.

Ante omnes mihi.

ANTIGONA.

Heu, mihi quidem etiam amplius.

ISMENA.

Heu, malorum tristium auctor, rex Eteocles!

ANTIGONA.

Heu omnium maxime gemendi,
heu insanientes in pernicie.

ISMENA.

Ah, ubi terræ eos sepelicmus?

ANTIGONA.

Ah, ubi honorificentissimum erit.

ISMENA

Heu calamitas patri conjuncta.

PRÆCO.

Renunciare me oportet, quæ facienda censent ac decrevere
primores populi hujus urbis Cadmeæ.
Eteoclem hunc propter ejus in patriam benevolentiam
grata terræ humatione sepeliri placuit:
arcens enim hostes mortem in urbe oppetiit,
sacrorumque patriorum religione sanctus sine reprehensione
occubuit ubi juvenibus decorum est occumbere.
Ac sic quidem de hoc mandatum mihi est ut dicerem.
Hujus autem fratrem, hunc Polynicem mortuum,
extra urbem projici placuit, insepultum, prædam canibus,
ut qui terram Cadmeorum devastasset,
nisi deorum quis armis obstitit
illius. Piaculum vero etiam mortuus servabit
diis patriis obstrictum, quos ignominia afficiens iste
peregrino exercitu adducto urbem capere volebat.
Sic igitur hunc placet a volucribus alitibus,
inhoneste sepultum *sceleris* præmium accipere,
neque esse eum libationibus in tumulo effusis prosequendum,
neque clarisonis lamentationum fletibus pie venerandum;
sed funeris ab amicis elati honore privandum.
Hæc placuerunt huic Cadmeorum senatui.

ANTIGONA.

Ego vero Cadmeorum ipsis proceribus dico,
nisi quis alius hunc cum *fratre* sepelire voluerit,
ego eum sepeliam periculumque omne sustineam,
quum fratrem meum sepelivi, neque me pudet
in hac re urbi inobedientem imperii impatientiam præstare.
Magnam habet vim communis sanguis unde prognati sumus,
matris miseræ atque infelicis patris.
Propterea volens cum invito malo te consocia,
o mea anima, cum mortuo viva ex germano animo

Τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες
λύκοι πάσονται· μὴ δοκησάτω τινί.
Τάφον γὰρ αὐτὴ καὶ κατασκαφὰς ἐγὼ,
γυνή περ οὖσα, τῷδε μηχανήσομαι
κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος,
καὐτὴ καλύψω· μηδέ τῳ δόξῃ πάλιν·
θάρσει παρέσται μηχανὴ δραστήριος.

ΚΗΡΥΞ.

Αὐδῶ πόλιν σε μὴ βιάζεσθαι τόδε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Λὐδῶ σε μὴ περισσὰ κηρύσσειν ἐμοί.

ΚΗΡΥΞ.

Τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τράχυν', ἄθαπτος δ' οὗτος οὐ γενήσεται.

ΚΗΡΥΞ.

Ἀλλ' ὃν πόλις στυγεῖ, σὺ τιμήσεις τάφῳ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

† Ἦ δὴ † τὰ τοῦδ' οὐ διατετίμηται θεοῖς.

ΚΗΡΥΞ.

Οὐ, πρίν γε χώραν τήνδε κινδύνῳ βαλεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο.

ΚΗΡΥΞ.

Ἀλλ' εἰς ἅπαντας ἀνθ' ἑνὸς τόδ' ἔργον ἦν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἔρις περαίνει μῦθον ὑστάτη θεῶν.
Ἐγὼ δὲ θάψω τόνδε· μὴ μακρηγόρει.

ΚΗΡΥΞ.

Ἀλλ' αὐτόβουλος ἴσθ', ἀπεννέπω δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Φεῦ φεῦ.
Ὦ μεγάλαυχοι καὶ φθερσιγενεῖς
Κῆρες Ἐρινύες, αἵτ' Οἰδιπόδα
γένος ὠλέσατε πρυμνόθεν οὕτως.
Τί πάθω; τί δὲ δρῶ; τί δὲ μήσωμαι;
πῶς τολμήσω μήτε σὲ κλαίειν
μήτε προπέμπειν ἐπὶ τύμβῳ;
Ἀλλὰ φοβοῦμαι κἀποτρέπομαι
δεῖμα πολιτῶν.
Σύ γε μὴν πολλῶν πενθητήρων
τεύξει· κεῖνος δ' ὁ τάλας ἄγοος
μονόκλαυτον ἔχων θρῆνον ἀδελφῆς
εἶσι. Τίς ἂν ταῦτα πίθοιτο;

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Δράτω τι πόλις καὶ μὴ δράτω Στρ.
τοὺς κλαίοντας Πολυνείκη.
Ἡμεῖς μὲν ἴμεν καὶ συνθάψομεν
αἵδε προπομποί. Καὶ γὰρ γενεᾷ
* * * *
κοινὸν τόδ' ἄχος καὶ πόλις ἄλλως
ἄλλοτ' ἐπαινεῖ τὰ δίκαια.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ἡμεῖς δ' ἅμα τῷδ', ὥσπερ τε πόλις Ἀντ.

Hujus vero carnes non famelici
lupi devorabunt (ne quisquam hoc existimaverit):
sepulcrum vero ipsa et humationem ego,
quamvis femina sim, huic comparabo
in sinu byssinæ vestis *pulverem* afferens,
atque ipsa condam; ne quis contra sentiat.
Audaciæ aderit efficax exsequendi actio.

PRÆCO.

Moneo te, ne contra civium decretum hoc perpetres.

ANTIGONA.

Moneo te, ne mihi supervacanea edicas.

PRÆCO.

Severus profecto populus est, quum perniciem effugerit.

ANTIGONA. [tur.

Jacta populi severitatem; insepultus autem hic non relinque-

PRÆCO.

At tu eum, quem civitas odit, sepulcro honorabis?

ANTIGONA.

Profecto hujus sors apud deos honoris non expers est (*i. e. sancta officia Polynici a sorore præstanda sunt, quæ dii respiciunt.*)

PRÆCO.

Non, priusquam quidem huic terræ periculum intulit.

ANTIGONA.

Mala perpessus mala retribuit.

PRÆCO.

At adversus omnes pro uno facinus commissum est.

ANTIGONA.

Rixa finit sermonem dearum postrema;
ego vero hunc sepeliam; ne multa verba dixeris.

PRÆCO.

At sis tu tui consilii, ego vero veto.

CHORUS.

Heu heu!
O magnopere exsultantes, generis perditrices, mortis deæ Furiæ, quæ Œdipi genus in hunc modum funditus delevistis. Quid me fiat? quid agam? quid comminiscar? quomodo sustinebo ut te neque defleam neque ad sepulcrum prosequar?

At metuo atque terrificum civium imperium refugio. Tu quidem, *Eteocles*, multos profecto, qui te deflebunt, habebis; ille vero, *Polynices*, infelix, indefletus, solum unius sororis fletum funebrem nactus discedet. Quis in his rebus obediat?

SEMICHORUS.

Puniat urbs vel non puniat eos qui Polynicem deflent. Nos vero ibimus unaque sepeliemus, hujus funeris comites. Etenim communis hic dolor *Cadmeorum* generi et civitas aliter alias justa quæ sint probat.

SEMICHORUS.

Nos vero cum hoc *ibimus*, sicut et civitas et jus

καὶ τὸ δίκαιον ξυνεπαινεῖ.
Μετὰ γὰρ μάκαρας καὶ Διὸς ἰσχὺν
δῶε Καδμείων ἤρυξε πόλιν
μὴ ᾽νατραπῆναι
μηδ᾽ ἀλλοδαπῶν κύματι φωτῶν
κατακλυσθῆναι τὰ μάλιστα.

exhortatur. Post beatos deos enim et Jovis potentiam hic Cadmeorum urbem tuitus est, ne subverteretur, neve peregrinorum virorum fluctibus prorsus obrueretur.

ΠΕΡΣΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΑΤΟΣΣΑ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΙΔΩΛΟΝ ΔΑΡΕΙΟΥ.
ΞΕΡΞΗΣ.

ΧΟΡΟΣ.

Τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων
Ἑλλάδ' ἐς αἶαν πιστὰ καλεῖται,
καὶ τῶν ἀφνεῶν καὶ πολυχρύσων
ἑδράνων φύλακες, κατὰ πρεσβείαν
οὓς αὐτὸς ἄναξ Ξέρξης βασιλεὺς
Δαρειογενὴς
εἵλετο χώρας ἐφορεύειν.
Ἀμφὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ
καὶ πολυχρύσου στρατιᾶς ἤδη
κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται
θυμὸς ἔσωθεν.
Πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
ᾤχωκε· νέον δ' ἄνδρα βαύζει,
κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεὺς
ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται·
οἵτε τὸ Σούσων ἠδ' Ἐκβατάνων
καὶ τὸ παλαιὸν Κίσσινον ἕρκος
προλιπόντες ἔβαν,
οἱ μὲν ἐφ' ἵππων, οἱ δ' ἐπὶ ναῶν
πεζοί τε βάδην
πολέμου στῖφος παρέχοντες·
οἷος Ἀμίστρης, ἠδ' Ἀρταφρένης,
καὶ Μεγαβάζης, ἠδ' Ἀστάσπης,
ταγοὶ Περσῶν,
βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου
σοῦνται, στρατιᾶς πολλῆς ἔφοροι,
τοξοδάμαντές τ' ἠδ' ἱπποβάται,
φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν, δεινοὶ δὲ μάχην
ψυχῆς εὐτλήμονι δόξῃ.
Ἀρτεμβάρης θ' ἱππιοχάρμης,
καὶ Μασίστρης, ὅ τε τοξοδάμας
ἐσθλὸς Ἰμαῖος, Φαρανδάκης θ',
ἵππων τ' ἔλατὴρ Σωσθάνης.
Ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων
Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισκάνης,
Πηγασταγὼν Αἰγυπτογενὴς,
ὅ τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων
μέγας Ἀρσάμης, τάς τ' ὠγυγίας
Θήβας ἐφέπων Ἀριόμαρδος,
καὶ Ἐλειοβάται ναῶν ἐρέται
δεινοὶ, πλῆθός τ' ἀνάριθμοι.

PERSÆ.

PERSONÆ FABULÆ.

CHORUS SENUM.
ATOSSA.
NUNCIUS.
UMBRA DARII.
XERXES.

CHORUS.

Hi Persarum in Græcam terram profectorum fidi vocantur, et opulentarum et multo auro abundantium sedium custodes, quos pro dignitate ipse dominus Xerxes rex, Dario natus, ad regnum tutandum elegit.

Verum de reditu regis exercitusque auro multo exornati jam præsaga mali mens mea valde in pectore perturbatur.

Omne enim robur in Asia natum abiit, suamque pubem illa mœsta desiderat, neque ullus nuncius neque ullus eques ad Persarum urbem redit.

Et Susorum atque Ecbatanorum et antiquæ urbis Cissiæ mœnibus relictis profecti sunt alii equis *insidentes*, alii in navibus, alii pedites pedestri itinere belli densum agmen complentes :

qualis Amistres atque Artaphernes et Megabazes atque Astaspes, duces Persarum, reges magno regi subjecti proficiscuntur, magnarum copiarum præfecti, et sagittarii et equites, terribiles aspectu et in pugna strenua animi ambitione formidabiles.

Atembaresque equestri prœlio gaudens, et Masistres, sagittarumque jaculator bonus Imæus, Pharandacesque et equorum agitator Sosthanes.

Alios magnus et fetificus Nilus misit: Susiscanes, Pegastagon Ægyptius, et sacræ Memphidis præfectus magnus Arsames, quique antiquas Thebas regit Ariomardus et paludicolæ navium remiges terribiles et multitudine innumerabiles.

Ἁβροδιαίτων δ' ἕπεται Λυδῶν
ὄχλος, οἵτ' ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
κατέχουσιν ἔθνος, τοὺς Μητραγαθὴς
Ἀρκτεύς τ' ἀγαθὸς, βασιλῆς δίοποι,
καὶ πολύχρυσοι Σάρδεις ἐπόχους
πολλοῖς ἅρμασιν ἐξορμῶσιν,
δίρρυμά τε καὶ τρίρρυμα τέλη,
φοβερὰν ὄψιν προσιδέσθαι.
Στεῦνται δ' ἱεροῦ Τμώλου πελάται,
ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι,
Μάρδων, Θάρυβις, λόγχης ἀκμονες,
καὶ ἀκοντισταὶ Μυσοί· Βαβυλὼν δ'
ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον
πέμπει σύρδην, ναῶν τ' ἐπόχους,
τοξουλκῷ λήματι πιστούς·
τὸ μαχαιροφόρον τ' ἔθνος ἐκ πάσης
Ἀσίας ἕπεται,
δεινοῖς βασιλέως ὑποπομπαῖς.
Τοιόνδ' ἄνθος Περσίδος αἴας
οἴχεται ἀνδρῶν,
οὓς πέρι πᾶσα χθὼν Ἀσιῆτις
θρέψασα πόθῳ στένεται μαλερῷ,
τοκέες τ' ἄλοχοί θ' ἡμερολεγδὸν
τίνοντα χρόνον τρομέονται.

Πεπόρευται μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη Στρ. α'.
βασίλειος στρατὸς εἰς ἀντίπορον γείτονα χώραν,
λινοδέσμῳ σχεδίᾳ πορθμὸν ἀμείψας
Ἀθαμαντίδος Ἕλλας, [του.
πολύγομφον ὄδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόν-
Πολυάνδρου δ' Ἀσίας θούριος ἄρχων Ἀντ. α'.
ἐπὶ πᾶσαν χθόνα ποιμανόριον θεῖον ἐλαύνει
διχθὰ, πεζονόμοις ἔκ τε θαλάσσης,
ὀχυροῖσι πεποιθὼς
στυφελοῖς ἐφέταις, χρυσογόνου γενεᾶς ἰσόθεος φώς.
Κυανοῦν δ' ὄμμασι λεύσσων φονίου δέργμα δράκον-
τος, Στρ. β'.
πολύχειρ καὶ πολυναύτης, Σύριόν θ' ἅρμα διώκων,
ἐπάγει δουρικλύτοις ἀνδράσι τοξόδαμνον Ἄρη.
Δάιμος δ' οὔτις ὑποστὰς μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν
[Ἀντ. β'.
ἀγυρᾶς ἔρκεσιν εἴργειν ἅμαχον κῦμα θαλάσσης·
ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσῶν στρατὸς ἀλκίφρων τε λαός.
Δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;
[Ἐπῳδ.
τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πηδήματος εὐπετοῦς ἀνάσσων;
Φιλόφρων γὰρ σαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει βρο-
τὸν εἰς ἀρκύστατα,
τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θανάτου ἀλύξαντα φυγεῖν.
Θεόθεν γὰρ κατὰ μοῖρ' ἐκράτησεν τὸ παλαιὸν, ἐπέ-
σκηψε δὲ Πέρσαις Στρ. γ'.
πολέμους πυργοδαΐκτους [τάσεις.
ἐλέπτειν ἱππισχάρμας τε κλόνους, πολεών τ' ἀνασ-
Ἔμαθον δ' εὐρυπόροιο θαλάσσης πολιαινομένης
πνεύματι λάβρῳ Ἀντ. γ'.

Molliter viventium Lydorum agmen inde sequitur, quique prorsus terrestris gens (*qui procul a mari*) habitant, quos Metragathes bonusque Arcteus, reges præfecti, Sardesque auro abundantes multorum curruum vectores in expeditionem mittunt, bijuges et trijuges ordines, terribile visu spectaculum.

Minantur vero Tmoli accolæ servitutis jugum Græciæ imponere, Mardon, Tharybis, hastarum incudes (*hastarum ictibus non cedentes*), et jaculatores Mysi.

Babylon vero auro dives mixtos populos magno impetu ruentes classariosque milites sagittandi peritia fretos mittit;

et gladios gerens populus ex tota Asia sequitur terrifico regis auctu.

Talis flos virorum ex terra Persica discessit, de quibus tota terra Asia, quæ eos aluit, ardenti desiderio percita lamentatur, parentesque et conjuges diebus dinumeratis solliciti protento tempore anguntur.

Jam transiit urbium vastator regius exercitus in oppositam Asiæ vicinam terram, per rates inter ipsas funibus conjunctas fretum Athamantidos Helles transgressus, postquam viam multis clavis stratam, jugum cervicibus maris imposuit.

Populosæ Asiæ dux bellicosus in totam terram gregem immensum in duas partes divisum et pedestribus copiis et navalibus agit firmis terribilibusque ducibus confisus, aurigenæ gentis vir diis æquiparandus.

Cæruleum vero aspectu sanguinolentum vultum draconis præ se ferens multa manu multisque navibus *instructus*, Syrium currum agens, viris hastarum usu claris arcipotentem Martem infert.

Idoneus vero nemo est, ut magnum virorum torrentem sustinens firmis munimentis inexpugnabilem maris fluctum arceat; non enim sustineri Persarum exercitus bellicosusque populus potest.

Insidiosam autem fraudem dei quis mortalium evitabit? quis qui celeri pede expediti saltus evadat? Benevole enim initio blandiens mortalem in retia illicit, unde homini non datur evadendo aufugere.

Divinitus enim fatalis necessitas apud nos dudum prævaluit, Persisque bella mœnibus perniciosa equitumque prælio gaudentium conglobationes urbiumque eversiones persequendas imposuit.

Didicerunt vasti maris vehementi tempestatis flatu albescentis marinum nemus intueri, leviter structorum ædifi-

ἐσορᾶν πόντιον ἅλσος, [ναῖς.
πίσυνοι λεπτοδόμοις πείσμασι λαοπόροις τε μηχα-
Ταῦτά μοι μελαγχίτων Στρ. δ'.
φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ,
ὀὰ Περσικοῦ στρατεύματος
τοῦδε, μὴ πόλις πύθη-
ται κένανδρον μέγ' ἄστυ Σουσίδος·
καὶ τὸ Κίσσινον πόλισμ' Ἀντ. δ'.
ἀντίδουπον ἔσσεται,
ὀὰ τοῦτ' ἔπος γυναικοπλη-
θὴς ὅμιλος ἀπύων·
βυσσίνους δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς.
Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας Στρ. ε'.
καὶ πεδοστιβὴς λεὼς
σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισσᾶν σὺν ὀρχάμῳ στρατοῦ,
τὸν ἀμφίζευκτον ἑξαμείψας ἀμφοτέρας ἅλιον
πρῶνα κοινὸν αἴας.
Λέκτρα δ' ἀνδρῶν πόθῳ Ἀντ. ε'.
πίμπλαται δακρύμασιν·
Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς ἑκάστα πύθῳ φιλάνορι
τὸν αἰχμάεντα θοῦρον εὐνατῆρα προπεμψαμένα
λείπεται μονόζυξ.

Ἀλλ' ἄγε, Πέρσαι, τόδ' ἐνεζόμενοι
στέγος ἀρχαῖον,
φροντίδα κεδνὴν καὶ βαθύβουλον
θώμεθα, χρεία δὲ προσήκει,
πῶς ἄρα πράσσει Ξέρξης βασιλεὺς
Δαρειογενής,
τὸ πατρωνύμιον γένος ἀμέτερον·
τότερον τόξου ῥῦμα τὸ νικῶν,
ἢ δορυκράνου
λόγχης ἰσχὺς κεκράτηκεν.
Ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς
φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως,
βασίλεια δ' ἐμή, προσπίτνω·
καὶ προσφθόγγοις δὲ χρεὼν αὐτὴν
πάντας μύθοισι προσαυδᾶν.

Ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη,
μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιά, χαῖρε, Δαρείου γύναι,
θεοῦ μὲν εὐνήτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς,
εἴ τι μὴ δαίμων παλαιὸς νῦν μεθέστηκε στρατῷ.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ταῦτα δὴ λιποῦσ' ἱκάνω χρυσεοστόλμους δόμους,
καὶ τὸ Δαρείου τε κἀμὸν κοινὸν εὐνατήριον.
Καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς· ἐς δ' ὑμᾶς ἐρῶ
μῦθον, οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος, φίλοι,
μὴ μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ
ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινός.
Ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσὶ,
μήτε χρημάτων ἀνάνδρων πλῆθος ἐν τιμῇ σέβειν
μήτ' ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς, ὅσον σθένος πάρα.

ciorum rudentibus operibusque, quibus gentium turbæ trajiciebantur, confisi.

Proinde mihi animus pavore contristatus, heu istum exercitum Persarum, agitatur ne regnum Persarum viris vacuefactam magnam urbem Susidis audiat;

et Cissia urbs strepitu reboans respondebit, heu, quum hoc verbum mulierum turba repetat, byssinasque vestes laceret.

Totus enim exercitus equester pedesterque, tanquam examen apum, abiit cum duce copiarum, utrimque colligatum utrique terræ communem maritimum projectum transgressus.

Lecti autem virorum desiderio lacrimis replentur; Persidesque summo dolore oppressæ, unaquæque cum desiderio mariti, postquam armatum tori socium bellicosum dimisit, solitaria relinquitur.

At agite, Persæ, his antiquitus reverendis ædibus assidentes, curam strenuam profundique consilii *plenam* perpendamus; necessitas enim urget:

quanam fortuna Xerxes rex, Dario natus, nostrum a patribus nominatum genus (*i. e. unus noster dominus præter quem nemo a patribus hunc honorem accepit; nobilissimus igitur*), utatur, utrum sagittarum jaculatio victoriam reportarit, an hastæ cuspide præfixæ vis superior fuerit.

At hic lumen deorum oculis æquale exoritur, mater regis et mea regina: procumbo. Et vero venerabundis verbis fas est eam ab omnibus salutari.

O regina summa profunde cinctarum Persidum,
mater Xerxis grandæva, salve, Darii uxor;
tu conjux dei Persarum eras, deique etiam mater es,
nisi quid antiqua fortuna nunc populo mutata est.

ATOSSA.

Propterea huc venio relictis auro exornatis ædibus
atque thalamo Darii mihique communi.
Et pectus meum sollicitudo exagitat; vobis autem narrabo
omnem rem, compos quidem mei, sed minime intrepida
ne magna opulentia celeriter aufugiens pede subverterit
divitias, quas Darius non sine deo aliquo congessit.
Propterea duplex sollicitudo ineffabilis mihi est in animo,
ut neque multitudo possessionum (*servorum*), quum domini absint, eos honore prosequatur, nec rerum possessione privatis lux ita fulgeat, quantum iis vis adest.

Ἔστι γὰρ πλοῦτός γ' ἀμεμφὴς, ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς φόβος·
ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν
Πρὸς τάδ' ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε, σύμβουλοι λόγου
τοῦδέ μοι γένεσθε, Πέρσαι, γηραλέα πιστώματα.
Πάντα γὰρ τὰ κέδν' ἐν ὑμῖν ἐστί μοι βουλεύματα.

ΧΟΡΟΣ.

Εὖ τόδ' ἴσθι, γῆς ἄνασσα τῆσδε, μή σε δὶς φράσαι
μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ.
Εὐμενεῖς γὸρ ὄντας ἡμᾶς τῶνδε συμβούλους καλεῖς.

ΑΤΟΣΣΑ.

Πολλοῖς μὲν ἀεὶ νυκτέροις ὀνείρασι
ξύνειμ', ἀφ' οὗπερ παῖς ἐμὸς στείλας στρατὸν
Ἰαόνων γῆν οἴχεται, πέρσαι θέλων·
ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδ' ἐναργὲς εἰδόμην
ὡς τῆς πάροιθεν εὐφρόνης, λέξω δέ σοι·
ἑδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε,
ἡ μὲν πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη,
ἡ δ' αὖτε Δωρικοῖσιν, εἰς ὄψιν μολεῖν,
μεγέθει τε τῶν νῦν ἐκπρεπεστάτα πολὺ,
κάλλει τ' ἀμώμω, καὶ κασιγνήτα γένους
ταὐτοῦ· πάτραν δ' ἔναιον ἡ μὲν Ἑλλάδα
κλήρῳ λαχοῦσα γαῖαν, ἡ δὲ βάρβαρον.
Τούτω στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν,
τεύχειν ἐν ἀλλήλαισι. Παῖς δ' ἐμὸς μαθὼν
κατεῖχε καὶ πραΰνεν, ἅρμασιν δ' ὕπο
ζεύγνυσιν αὐτὼ καὶ λέπαδν' ἐπ' αὐχένων
τίθησι. Χἡ μὲν τῇδ' ἐπυργοῦτο στολῇ
ἐν ἡνίαισί τ' εἶχεν εὔαρκτον στόμα,
ἡ δ' ἐσφάδαζε, καὶ χεροῖν ἔντη δίφρου
διασπαράσσει, καὶ ξυναρπάζει βίᾳ
ἄνευ χαλινῶν καὶ ζυγὸν θραύει μέσον·
πίπτει δ' ἐμὸς παῖς, καὶ πατὴρ παρίσταται
Δαρεῖος οἰκτείρων σφέ· τὸν δ' ὅπως ὁρᾷ
Ξέρξης, πέπλους ῥήγνυσιν ἀμφὶ σώματι.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω.
Ἐπεὶ δ' ἀνέστην καὶ χεροῖν καλλιρρόου
ἥψησα πηγῆς, σὺν θυηπόλῳ χερὶ
βωμῷ προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι
θέλουσα θῦσαι πέλανον, ὧν τέλη τάδε·
ὁρῶ δὲ φεύγοντ' αἰετὸν πρὸς ἑσχάραν
Φοίβου· φόβῳ δ' ἄφθογγος ἑστάθην, φίλοι·
μεθύστερον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ
πτεροῖς ἐφορμαίνοντα καὶ χηλαῖς κάρα
τίλλοντθ'· ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ' ἢ πτήξας δέμας
παρεῖχε. Ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν,
ὑμῖν δ' ἀκούειν. Εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς
πράξας μὲν εὖ θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνὴρ,
κακῶς δὲ πράξας οὐχ ὑπεύθυνος πόλει·
σωθεὶς δ' ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔ σε βουλόμεσθα, μῆτερ, οὔτ' ἄγαν φοβεῖν λόγοις

Sunt enim divitiæ quidem incolumes, sed de oculis timor est:
ædium enim oculum domini præsentiam esse censeo.
Proinde quum hæc ita se habeant, de hac re consultores
vos mihi esse volo, Persæ, fidi senes.
Omnia enim dextra consilia in vobis mihi præsto sunt.

CHORUS.

Probe hoc scito, regina hujus terræ, non bis te dicere opus esse, quæ
a nobis dici aut fieri velis, quantum facultas præire voluerit.
Benevoli enim quum simus, consultores harum rerum nos vocas.

ATOSSA.

In multis quidem semper nocturnis somniis
versari soleo, ex quo filius meus abducto exercitu
in Ionum terram, expugnandæ ejus cupidus, profectus est:
at nondum ullo modo tam luculentum visum mihi obstitit,
quam proxima nocte; idque tibi narrabo.
Visæ mihi sunt duæ mulieres egregie vestitæ
altera quidem vestibus Persicis induta,
altera vero Doricis, in conspectum venire, [stiores,
proceritate corporis omnibus, quæ nunc sunt, longe augu-
nec ea forma, quam reprehendas, et sorores ambæ generis
unius; patriam vero incolebant altera Græcam
sortita terram, altera barbaram.
Hæ dissidia inter se, ut videre mihi videbar,
exercebant; filius vero meus quum comperisset,
eas cohibebat et placabat, currumque
ambas jungit et cervicibus lora
imponit. Et altera quidem hoc ornatu superbe sese extollebat
et in habenis os morigerum habebat; [strumenta
altera vero indignabunda se jactabat, manibusque currus in-
divellit et summa vi ea secum abstrahit
sine habenis mediumque jugum frangit.
Excidit autem filius meus, et pater astitit
Darius eum miserans. Hunc ut videt
Xerxes, vestes circa corpus dilacerat.
Et hæc quidem noctu me vidisse affirmo.
Postquam vero de lecto surrexi et palma pulchrifluum
fontem attigi, cum sacrifica manu
ad aram accessi, averruncis diis,
ad quos hæc sacra pertinent, libum oblatura;
video autem fugientem aquilam ad aram
Apollinis (et metu obmutui, amici),
deinde vero accipitrem conspicio cursu
celeriter alis irruentem et unguibus caput *aquilæ*
vellicantem; illa vero nihil aliud *egit*, nisi perterrita corpus
accipitri præbuit. Hæc mihi quidem terrifica sunt aspectu,
vobis autem auditu. Bene enim scitote, filius meus
si bona fortuna usus est, admirabilis vir futurus sit,
sin male, rationibus regno reddendis non obnoxius erit,
sed salvus *in patriam* restitutus pariter hujus terræ impe-

CHORUS. [rium obtinebit.

Nolumus te, mater, verbis neque nimis reddere sollicitam,

οὔτε θαρσύνειν. θεοὺς δὲ προστροπαῖς ἱκνουμένη,
εἴ τι φλαῦρον εἶδες, αἰτοῦ τῶνδ' ἀποτροπὴν λαβεῖν·
τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελῆ γενέσθαι σοί τε καὶ τέκνοις σέθεν
καὶ πόλει φίλοις τε πᾶσι· δεύτερον δὲ χρὴ χοὰς
γῇ τε καὶ φθιτοῖς χέασθαι· πρευμενῶς δ' αἰτοῦ τάδε,
σὸν πόσιν Δαρεῖον, ὅνπερ φῂς ἰδεῖν κατ' εὐφρόνην,
ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε γῆς ἔνερθεν ἐς φάος·
τἄμπαλιν δὲ τῶνδε γαίας κάτοχ' ἀμαυροῦσθαι σκότῳ.
Ταῦτα θυμόμαντις ὢν σοὶ πρευμενῶς παρήνεσα·
εὖ δὲ πανταχῇ τελεῖν σοι τῶνδε κρίνομεν πέρι.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ἀλλὰ μὴν εὔνους γ' ὁ πρῶτος τῶνδ' ἐνυπνίων κριτὴς
παιδὶ καὶ δόμοις ἐμοῖσι τήνδ' ἐκύρωσας φάτιν.
Ἐκτελοῖτο δὴ τὰ χρηστά· ταῦτα δ', ὡς ἐφίεσαι,
πάντα θήσομεν θεοῖσι τοῖς τ' ἔνερθε γῆς φίλοις,
εὖτ' ἂν εἰς οἴκους μόλωμεν. Κεῖνα δ' ἐκμαθεῖν θέλω,
ὦ φίλοι, ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθονός.

ΧΟΡΟΣ.

Τῆλε πρὸς δυσμαῖς ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ἀλλὰ μὴν ἵμειρ' ἐμὸς παῖς τήνδε θηρᾶσαι πόλιν;

ΧΟΡΟΣ.

Πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος.

ΑΤΟΣΣΑ.

Ὧδέ τις πάρεστιν αὐτοῖς ἀνδροπλήθεια στρατοῦ;

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ στρατὸς τοιοῦτος ἔρξας πολλὰ δὴ Μήδους κακά.

ΑΤΟΣΣΑ.

Καὶ τί πρὸς τούτοισιν ἄλλο, πλοῦτος ἐξαρκὴς δόμοις;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς ἐστι, θησαυρὸς χθονός.

ΑΤΟΣΣΑ.

Πότερα γὰρ τοξουλκὸς αἰχμὴ διὰ χεροῖν αὐτοῖς πρέπει;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδαμῶς· ἔγχη σταδαῖα καὶ φεράσπιδες σάγαι.

ΑΤΟΣΣΑ.

Τίς δὲ ποιμάνωρ ἕπεστι κἀπιδεσπόζει στρατοῦ;

ΧΟΡΟΣ.

Οὔ τινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς οὐδ' ὑπήκοοι.

ΑΤΟΣΣΑ.

Πῶς ἂν οὖν μένοιεν ἄνδρας πολεμίους ἐπήλυδας;

ΧΟΡΟΣ.

Ὥστε Δαρείου πολύν τε καὶ καλὸν ῥθεῖραι στρατόν.

ΑΤΟΣΣΑ.

Δεινά τοι λέγεις ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖν τάχ' εἴσει πάντα νημερτῆ λόγον·
τοῦδε γὰρ δράμημα ῥωτὸς Περσικὸν πρέπει μαθεῖν·

neque animum tuum confirmare; deos vero precibus adiens,
si quid sinistri vidisti, supplica, ut id a te avertant,
et bona quæ sint, rata fiant et tibi tuisque liberis
et regno omnibusque amicis; deinde vero libationes te oportet
πρὸς τῆς τεκούσης, ἄνδρα δ' ἀντηλλάξατο
Αἴγισθον, ὅσπερ σοῦ φόνου μεταίτιος.
Κἀγὼ μὲν ἀντίδουλος· ἐκ δὲ χρημάτων
ξένων Ὀρέστης ἐστίν, οἱ δ' ὑπερκόπως
ἐν τοῖσι σοῖς πόνοισι χλίουσιν μέγα.
Ἐλθεῖν δ' Ὀρέστην δεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ
κατεύχομαί σοι. Καὶ σὺ κλῦθί μου, πάτερ·
αὐτῇ τέ μοι δὸς σωφρονεστέραν πολὺ
μητρὸς γενέσθαι χεῖρά τ' εὐσεβεστέραν.
Ἡμῖν μὲν εὐχὰς τάσδε· τοῖς δ' ἐναντίοις
λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον,
καὶ τοὺς κτανόντας ἀντικατθανεῖν δίκην.
Ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς κακῆς ἀρᾶς,
κείνας λέγουσα τήνδε τὴν κακὴν ἀράν·
ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω,
σὺν θεοῖσι καὶ γῇ καὶ δίκῃ νικηφόρῳ.
Τοιαῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς τάσδ' ἐπισπένδω χοάς.
Ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος,
παῖδα τοῦ θανόντος ἐξαυδωμένας.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον
ὀλομένῳ δεσπότᾳ,
πρὸς ἔρυμα τόδε κακῶν κεδνῶν τ'
ἀπότροπον ἄγος ἀπεύχετον
χεομένων χοᾶν. Κλύε δέ μοι, κλύε,
σέβας ὦ δέσποτ', ἐξ ἀμαυρᾶς φρενός.
Οτοτοτοτοτοτοῖ, ἰώ, τίς δορυ-
σθενὴς ἀνὴρ, ἀναλυτὴρ δόμων,
Σκύθης, τά τ' ἐν χεροῖν παλίντον'
ἐν ἔργῳ βέλη ἱππάλλων Ἄρης,
σχέδιά τ' αὐτόκωπα νωμῶν βέλη;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἔχει μὲν ἤδη γαπότους χοὰς πατὴρ,
νέου δὲ μύθου τοῦδε κοινωνήσατε.

ΧΟΡΟΣ.

Λέγοις ἄν· ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὁρᾷ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Τίνος ποτ' ἀνδρὸς, ἢ βαθυζώνου κόρης;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Εὐξύμβολον τόδ' ἐστὶ παντὶ δοξάσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς οὖν παλαιὰ παρὰ νεωτέρας μάθω;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐμοῦ κείραιτό νιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐχθροὶ γὰρ οἷς προσῆκε πενθῆσαι τριχί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ μὴν δοκεῖ γε κἄρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος....

Atque ego hæc libamina lustralia mortuis effundens
dico, patrem invocans, Miserere mei [simus.
carique Orestis, *daque* quomodo eum domum reducturi
Nam nunc quidem oberramus venditi
a genitrice; virum vero sibi pro te ascivit
Ægisthum, qui tuæ cædis est particeps.
Et ego pro serva sum; ex *tuis* autem opibus
in exilium actus Orestes est; illi vero summa insolentia
in tuorum laborum fructibus magnopere luxuriantur.
At ut Orestes propitia fortuna huc redeat
a te precor; et tu exaudi me, pater:
mihi ipsi da, ut multo præstantior animo
quam mater sim, factorumque pietate probior.
Ac nobis quidem hæc vota; adversariis vero istis
voveo, ut tui ultor appareat, pater,
et interfectores vicissim occidantur, uti justum est.
Hæc ex infausta exsecratione in medio interpono,
quum illis hanc infaustam exsecrationem nuncupo.
Nobis autem mitte bona sursum ab inferis
cum diis adjuvantibus et tellure et justitia victrice.
In talia vota has inferias effundo.
Vos autem fas est ea lamentationibus prosequi
pæanem mortui alta voce canentes.

CHORUS.

Fundite lacrimam cum singultu moribundam
mortuo domino,
dum ad hoc munimentum bonorum malorumque
ad aversandum piaculum exsecratum
inferiæ effunduntur. Audi, audi,
venerande, o rex, preces ex obscurato tuo animo.
Ototototototoi, io, quis hasta
prævalidus vir *erit* redemtor ædium,
Scytha, recurva in manibus
tela in certamine torquens Mars,
cominusque ferientia manubriata arma vibrans?

ELECTRA.

Jam habet pater libamina a terra epota,
sed hujus novi sermonis mihi sitis participes.

CHORUS.

Dicas igitur; cor vero mihi metu salit.

ELECTRA.

Video hic cincinnum tumulo desectum.

CHORUS.

Cujusnam viri aut cujus alte cinctæ puellæ?

ELECTRA.

Facile est hoc cuivis conjectura assequi.

CHORUS.

Quomodo igitur senior ab juniore discam?

ELECTRA.

Non est qui illum præter me desecuerit.

CHORUS.

Hostes enim sunt, quos desecto crine lugere decebat.

ELECTRA.

Atqui hic est profecto similis aspectu....

ΧΟΡΟΣ.
Ποίαις ἐθείραις; τοῦτο γὰρ θέλω μαθεῖν.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Αὐτοῖσιν ἡμῖν κάρτα προσφερὴς ἰδεῖν.
ΧΟΡΟΣ.
Μῶν οὖν Ὀρέστου κρύβδα δῶρον ἢ τόδε;
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Μάλιστ' ἐκείνου βοστρύχοις προσείδεται.
ΧΟΡΟΣ.
Καὶ πῶς ἐκεῖνος δεῦρ' ἐτόλμησεν μολεῖν;
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρός.
ΧΟΡΟΣ.
Οὐχ ἧσσον εὐδάκρυτά μοι λέγεις τάδε,
εἰ τῆσδε χώρας μήποτε ψαύσει ποδί.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Κἀμοὶ προσέστη καρδίας κλυδώνιον
χολῆς, ἐπαίσθην δ' ὡς διανταίῳ βέλει·
ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι
σταγόνες ἄφρακτοι δυσχίμου πλημμυρίδος,
πλόκαμον ἰδούσῃ τόνδε· πῶς γὰρ ἐλπίσω
ἀστῶν τιν' ἄλλον τῆσδε δεσπόζειν φόβης;
Ἀλλ' οὐδὲ μήν νιν ἡ κτανοῦσ' ἐκείρατο,
ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπώνυμον
φρόνημα παισὶ δύσθεον πεπαμένη.
Ἐγὼ δ' ὅπως μὲν ἄντικρυς τάδ' αἰνέσω,
εἶναι τόδ' ἀγλαΐσμά μοι τοῦ φιλτάτου
βροτῶν Ὀρέστου; σαίνομαι δ' ὑπ' ἐλπίδος.
Φεῦ. Εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον' ἀγγέλου δίκην
ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην,
ἀλλ' εὖ σαφηνῆ τόνδ' ἀποπτύξαι πλόκον,
εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετμημένος,
ἢ ξυγγενὴς ὢν εἶχε συμπενθεῖν ἐμοί,
ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.
Ἀλλ' εἰδότας μὲν τοὺς θεοὺς καλούμεθα,
οἵοισιν ἐν χειμῶσι ναυτίλων δίκην
στροβούμεθ'· εἰ δὲ χρὴ τυχεῖν σωτηρίας,
σμικροῦ γένοιτ' ἂν σπέρματος μέγας πυθμήν.
Καὶ μὴν στίβοι γε, δεύτερον τεκμήριον,
ποδῶν ὅμοιοι τοῖς τ' ἐμοῖσιν ἐμφερεῖς.
Καὶ γὰρ δύ' ἐστὸν τώδε περιγραφὰ ποδοῖν,
αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ συνεμπόρου τινός.
Πτέρναι τενόντων θ' ὑπογραφαὶ μετρούμεναι
εἰς ταὐτὸ συμβαίνουσι τοῖς ἐμοῖς στίβοις.
Πάρεστι δ' ὠδὶς καὶ φρενῶν καταφθορά.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Εὔχου τὰ λοιπὰ, τοῖς θεοῖς τελεσφόρους
εὐχὰς ἐπαγγέλλουσα, τυγχάνειν καλῶς.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἐπεὶ τί νῦν ἔκατι δαιμόνων κυρῶ;
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Εἰς ὄψιν ἥκεις ὧνπερ ἐξηύχου πάλαι.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένη βροτῶν;

CHORUS.
Cujusnam capillis? hoc enim scire volo.
ELECTRA.
Nobismet ipsis (*meis crinibus*) certe similis est aspectu.
CHORUS.
An forte hoc Orestis donum clandestinum sit?
ELECTRA.
Maxime illius cincinnis similitudine congruit.
CHORUS.
Et quomodo ille huc venire ausus sit?
ELECTRA.
Misit cincinnum, desecti crinis gratiam patri.
CHORUS.
Haud minus multis lacrimis deflenda mihi narras,
si ille hanc terram nunquam pede attinget.
ELECTRA.
Etiam mihi adest animi perturbatio
commotæ bilis et perculsa sum veluti adverso telo.
Ex oculis vero sitibundæ mihi excidunt
guttæ non custoditæ tempestuosæ æstuationis, [derim
postquam hunc cincinnum conspexi. Quomodo enim credi-
civium alium aliquem hujus cincinni esse dominum? [*illius*,
At nullo modo eum de suo capite desecuit *quæ* interfectrix
mea vero mater est, quum nequaquam matris nomini con-
animum in liberos suos, *sed* impium, nacta sit. [gruum
Ego vero quomodo hoc aperte profitear
hoc ornamentum esse a carissimo mihi [tur.
mortalium Oreste? spes vero mihi, *ut ita credam*, blandi-
Heu. Utinam ille vocem haberet benevolam nuncii instar,
ne ego anceps consilii *inter spem metumque* agitarer:
sed certe perspicuum erat me respuisse hunc cincinnum,
si quidem de inimico capite desectus fuit,
aut si cognatus fuit, habuit ut mecum lugeret
sepulcri hujus ornamentum patrisque honorem.
Sed invocamus deos, quum non ignorent
quibus fluctibus tanquam navicularii
jactemur; si vero salutem impetrabimus,
ex exiguo germine magna stirps proveniat.
Atqui vestigia saltem, alterum indicium,
pedum paria sunt meisque vestigiis congrua.
Etenim binæ hic sunt impressiones pedum
et illius ipsius et cujusdam in itinere comitis.
Calces musculorumque delineamenta mensurata
cum meis vestigiis in unum conveniunt.
Angor vero mihi adest et animi perturbatio.
ORESTES.
Precare, ut reliqua, diis perficienda
vota commendans, *item* feliciter tibi contingant.
ELECTRA.
Quid enim mihi jam deorum voluntate contigit?
ORESTES.
In conspectum eorum, quos dudum optabas, venisti.
ELECTRA.
Et quemnam mortalium scis me vocasse?

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Σίνοιδ' Ὀρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμενην.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Καὶ πρὸς τί δῆτα τυγχάνω κατευγμάτων;
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Ὅδ' εἰμί· μὴ μάτευ' ἐμοῦ μᾶλλον φίλον.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἀλλ' ἦ δόλον τιν', ὦ ξέν', ἀμφί μοι πλέκεις;
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Αὐτὸς κατ' αὐτοῦ τἄρα μηχανορραφῶ.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἀλλ' ἐν κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς γελᾶν θέλεις.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Κἀν τοῖς ἐμοῖς ἄρ', εἴπερ ἔν γε τοῖσι σοῖς.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ὡς ὄντ' Ὀρέστην τάδε σ' ἐγὼ προσεννέπω;
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Αὐτὸν μὲν οὖν ὁρῶσα δυσμαθεῖς ἐμέ.
Κουρὰν δ' ἰδοῦσα τήνδε κηδείου τριχὸς
ταυτῆς ἀδελφοῦ συμμέτρου τῷ σῷ κάρᾳ,
ἰχνοσκοποῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς
ἀνεπτερώθης κἀδόκεις ὁρᾶν ἐμέ·
σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόστρυχον τριχός·
ἰδοῦ δ' ὕφασμα τοῦτο, σῆς ἔργον χερὸς,
σπάθης τε πληγὰς, εἰς δὲ θηρίων γραφήν.
Ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ ἄκπλαγῇς φρένας·
τοὺς φιλτάτους γὰρ οἶδα νῷν ὄντας πικρούς.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ὦ φίλτατον μέλημα δώμασιν πατρὸς,
ἀκμαιὰ ἐλπὶς σπέρματος σωτηρίου,
θάρσει πεποιθὼς δῶμ' ἀνακτήσει πατρός.
Ὦ τερπνὸν ὄμμα τέσσαρας μοίρας ἔχον
ἐμοί· προσαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον
πατέρα τε καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει
στέργηθρον· ἡ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται·
καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου·
πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ', ἐμοὶ σέβας φέρων
μόνος· Κράτος τε καὶ Δίκη σὺν τῷ τρίτῳ
πάντων μεγίστῳ Ζηνὶ συγγένοιτό μοι.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Ζεῦ Ζεῦ, θεωρὸς τῶνδε πραγμάτων γενοῦ·
ἰδοῦ δὲ γένναν εὔνιν αἰετοῦ πατρὸς,
θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασι
δεινῆς ἐχίδνης· τοὺς δ' ἀπωρφανισμένους
νῆστις πιέζει λιμός· οὐ γὰρ ἐντελὴς
θήρα πατρῴα προσφέρειν σκηνήμασιν.
Οὕτω δὲ κἀμὲ τήνδε τ', Ἠλέκτραν λέγω,
ἰδεῖν πάρεστί σοι, πατροστερῆ γόνον,
ἄμφω φυγὴν ἔχοντε τὴν αὐτὴν δόμων.
Καὶ τοῦ θυτῆρος καί σε τιμῶντος μέγα
πατρὸς νεοσσοὺς τούσδ' ἀποφθείρας, πόθεν
ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας;
οὔτ' αἰετοῦ γένεθλ' ἀποφθείρας, πάλιν
πέμπειν ἔχοις ἂν σήματ' εὐπειθῆ βροτοῖς·

ORESTES.
Scio te Orestem sæpe efflictim expetiisse.
ELECTRA.
Et qua in re compos votorum facta sum?
ORESTES.
Hic sum; ne quære alium me amiciorem.
ELECTRA.
At dolumne aliquem, o hospes, adversus me nectis?
ORESTES.
Ipse igitur adversus me machinas comminiscar.
ELECTRA.
At *fortasse* tu malis meis irridere vis.
ORESTES.
Etiam meis igitur, si quidem tuis.
ELECTRA.
Ut qui Orestes sis ita te alloquor?
ORESTES.
Ipsum præsentem igitur quum vides, ægre me agnoscis.
Ubi vero hunc conspexisti cincinnum crinis tumulo impositi
fratris tui quique tuo capiti congruebat,
et vestigia tua mensurans explorabas in meis gressibus,
gaudio efferebare et ipsum me videre tibi videbaris.
Aspice hic capilli cincinnum loco, unde desectus est, ap-
vide hanc telam, manus tuæ opus, [ponens;
spathæque verbera, et intextas animalium imagines.
Contine te; neve gaudio efferaris animo.
Nam genere proximos nobis acerbos esse scio.
ELECTRA.
O gratissima cura ædibus patris,
defleta spes sobolis salutiferæ,
virtute tua fretus patris domum recuperabis.
O suavis ocule, qui quatuor partes sustines
mihi; necesse est vero, ut te nominem
et patrem et matris in te mihi cadit
amor (hæc vero omni jure mihi invisa est)
atrociterque immolatæ sororis.
Fidus vero mihi frater eras pie me adjuvans
solus. Et Robur et Justitia cum tertio
omnium supremo Jove mihi adsint.
ORESTES.
Jupiter, Jupiter, harum rerum spectator esto.
Aspice sobolem orbatam aquilæ patris,
mortui in nodis spirisque
atrocis viperæ : orbos autem pullos
jejuna fames premit. Non enim sufficit
paterna venatio, ut nidis suppeditet.
Sic vero etiam me et hanc, Electram dico,
videre tibi paratum est, patre orbatam sobolem,
ambo in idem exilium domo abactos.
Et si sacra tibi facientis magnoque opere te adorantis
patris pullos hos perdideris, unde
e paribus manibus opimum munus accipies?
Neque æquilæ pullis exstinctis posthac
habeas unde fide digna auguria mittas mortalibus,

οὔτ' ἀρχικός σοι πᾶς ὅδ' αὐανθεὶς πυθμὴν
βωμοῖς ἀρήξει βουθύτοις ἐν ἥμασι.
Κόμιζ', ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας μέγαν
δόμον, δοκοῦντα κάρτα νῦν πεπτωκέναι.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ παῖδες, ὦ σωτῆρες ἑστίας πατρὸς,
σιγᾶθ', ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα,
γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
πρὸς τοὺς κρατοῦντας· οὓς ἴδοιμ' ἐγώ ποτε
θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὔτοι προδώσει Λοξίου μεγασθενὴς
χρησμὸς, κελεύων τόνδε κίνδυνον περᾶν,
κἀξορθιάζων πολλὰ, καὶ δυσχειμέρους
ἄτας ὑφ' ἧπαρ θερμὸν ἐξαυδώμενος,
εἰ μὴ μέτειμι τοῦ πατρὸς τοὺς αἰτίους,
τρόπον τὸν αὐτὸν ἀνταποκτεῖναι λέγων,
ἀποχρημάτοισι ζημίαις ταυρούμενον,
αὐτὸν δ' ἔφασκε τῇ φίλῃ ψυχῇ τάδε
τίσειν μ' ἔχοντα πολλὰ δυστερπῆ κακά.
Τὰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς δυσφρόνων μειλίγματα
βροτοῖς πιφαύσκων εἶπε, τὰς δὲ νῷν νόσους,
σαρκῶν ἐπαμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις
λιχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν·
λευκὰς δὲ κόρσας τῇδ' ἐπαντέλλειν νόσῳ·
ἄλλας τε φωνεῖ προσβολὰς Ἐρινύων,
ἐκ τῶν πατρῴων αἱμάτων τελουμένας·
τὸ γὰρ σκοτεινὸν τῶν ἐνερτέρων βέλος
ἐκ προστροπαίων ἐν γένει πεπτωκότων,
καὶ λύσσα, καὶ μάταιος ἐκ νυκτῶν φόβος
ὁρῶντα λαμπρὸν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρῦν
κινεῖ, ταράσσει, καὶ διώκεσθαι πόλεως
χαλκηλάτῳ πλάστιγγι λυμανθὲν δέμας·
καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβὸς,
βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
μῆνιν· δέχεσθαί τ' οὔτε συλλύειν τινά·
πάντων δ' ἄτιμον κἄφιλον θνήσκειν χρόνῳ,
κακῶς ταριχευθέντα παμφθάρτῳ μόρῳ.
Τοιοῖσδε χρησμοῖς ἆρα χρὴ πεποιθέναι;
Κεἰ μὴ πέποιθα, τοὔργον ἐξεργαστέον.
Πολλοὶ γὰρ εἰς ἓν συμπίτνουσιν ἵμεροι,
θεοῦ τ' ἐφετμαὶ, καὶ πατρὸς πένθος μέγα,
καὶ πρὸς πιέζει χρημάτων ἀχηνία,
τὸ μὴ πολίτας εὐκλεεστάτους βροτῶν,
Τροίας ἀναστατῆρας εὐδόξῳ φρενὶ,
δυοῖν γυναικοῖν ὦδ' ὑπηκόους πέλειν.
Θήλεια γὰρ φρήν· εἰ δὲ μὴ, τάχ' εἴσεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ὦ μεγάλαι Μοῖραι, Διόθεν
τῇδε τελευτᾶν,
ᾗ τὸ δίκαιον μεταβαίνει.
Ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ
γλῶσσα τελείσθω· τοὐφειλόμενον

neque si hæc tota regia stirps tibi arefacta sit,
illa aris suppeditare sacrificiorum diebus poterit.
Suscipe nos; ex parva autem re magnam erigas
domum, quæ nunc certe prolapsa esse videtur.

CHORUS.

O liberi, o servatores paterni foci,
tacete, ne quis comperiat, o gnati,
linguæque impotentia *abreptus* omnia hæc denunciet
imperantibus; quos utinam ego aliquando videam
mortuos in piceo ignis nidore *combustos!*

ORESTES.

Non sane me prodet Apollinis magnipotens
oraculum, quo ille me hoc periculum subire jubet,
et alta voce me multum evocabat atrocesque
cruciatus sub pectore accenso exantlandos minabatur,
nisi de paternæ cædis auctoribus vindictam sumerem,
eodem modo, quo illi patrem occiderunt, me illos vicissim
ademtorum bonorum jactura efferatum. [perimere jubens,
Ipsum autem me dixit animo meo facta ista
luiturum esse, quum multis acerbis malis affligerer. [menta
Nam numinum quidem, quæ ex terra nobis irascuntur, placa-
mortalibus aperiens edixit, sed ad nostros morbos quod
carnibus inserpentes *dixit* sævis maxillis [attinet,
exedentes antiquam naturam impetigines
albosque pilos insuper in hac labe exorturos esse.
Aliosque memorat Furiarum impetus [tes:
ex paterno sanguine, *si ultus eum non essem*, in me irruen-
nam tenebricosum inferorum telum,
quum scelesta cognatorum manu interierint,
rabiesque et inanes ex noctu terrores
videntem, quum splendidum in caligine moveat oculum,
exagitant, perturbant; et expulsum iri ex urbe
ferreo flagello deturpatum meum caput *prædixit;*
et ita inquinato homini neque crateris
participi esse licere neque effusarum libationum;
et ab aris arceri occultâ patris (*adversus matrem exacerbat meque ad patrandam cædem instigantis*)
irâ, neque a quoquam excipi neque in expiando adjuvari,
sed ab omnibus contemtum destitutumque amicis longo post
perniciosa tabe misere consumtum. [tempore mori
Hujusmodi oraculis licetne fidem habere?
Ac si iis fidem non habeam, facinus perpetrandum est.
Multæ enim in hoc unum conveniunt illecebræ,
et dei mandatum et patris mei magnus luctus,
et insuper me urget rerum inopia,
ne patiar ut cives gloriosissimi mortalium,
qui Trojam nobili animo devastarunt, [audientes sint:
duabus mulieribus (*Clytæmnestræ et Ægistho*) ita dicto
muliebris enim animus est *Ægisthi*; sin minus, statim pa-

CHORUS. [lam fiet.

At o magnæ Parcæ, Jovis auxilio
ita transigatur,
ut justitia id exigat.
« Pro inimica lingua inimica
lingua retribuatur, » debitum

πράσσουσα δίκη μέγ' ἀϋτεῖ·
ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν
πληγὴν τινέτω. Δράσαντι παθεῖν,
τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ πάτερ αἰνόπατερ, τί σοι Στρ. α'.
φάμενος-ἢ τί ῥέξας
τύχοιμ' ἀνέκαθεν οὐρίσας, ἔνθα σ' ἔχουσιν εὐναὶ,
σὰν φάος ἰσόμοιρον; χάριτες δ' ὁμοίως
καλήνται γόος εὐκλεὴς προσθοδόμοις Ἀτρείδαις.

ΧΟΡΟΣ.

Τέκνον, φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει Στρ. β'.
πυρὸς μαλερὰ γνάθος,
φαίνει δ' ὕστερον ὀργάς·
ὑποπίζεται δ' ὁ θνήσκων, ἀναφαίνεται δ' ὁ βλάπτων.
Πατέρων τε καὶ τεκόντων γόος ἔνδικος ματεύει
τὸ πᾶν, ἀμφιλαφὴς ταραχθείς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κλῦθί νυν, ὦ πάτερ, ἐν μέρει Ἀντ. α'.
πολυδάκρυτα πένθη.
Λίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος θρῆνος ἀναστενάζει.
Τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται, φυγάδας θ' ὁμοίως.
Τί τῶνδ' εὖ, τί δ' ἄτερ κακῶν; οὐκ ἀτρίακτος ἄτα;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἴτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρῄζων
θείη κελάδους εὐφθογγοτέρους·
ἀντὶ δὲ θρήνων ἐπιτυμβιδίων
παίων μελάθροις ἐν βασιλείοις
νεαρᾶτα φίλον κομίσειεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εἰ γὰρ ὑπ' Ἰλίῳ, Στρ. γ'.
πρός τινος Λυκίων, πάτερ,
ὀρίτμητος κατηναρίσθης,
λιπὼν ἂν εὐκλειαν ἐν δόμοισι,
τέκνων τι κελεύθοις ἐπιστρεπτὸν αἰῶνα κτίσας,
πολύχωστον ἂν εἶχες
τάφον διαπεντίου γᾶς
δώμασιν εὐφόρητον.

ΧΟΡΟΣ.

Φῖλος φίλοισι τοῖς ἐκεῖ καλῶς θανοῦσι, Ἀντ. β'.
κατὰ χθονὸς ἐμπρέπων
σεμνότιμος ἀνάκτωρ,
πρόπολός τε τῶν μεγίστων χθονίων ἐκεῖ τυράννων.
Βασιλεὺς γὰρ ἦν, ὅφρ' εἶζης, μόριμον λάχος πιπλάντων
χεροῖν πεισίβροτόν τε βάκτρον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μηδ' ὑπὸ Τρωΐας Ἀντ. γ'.
τείχεσι φθίμενος, πάτερ,
μετ' ἄλλων δορικμῆτι λαῷ
παρὰ Σκαμάνδρου πόρον τέθαψαι·
πάρος δ' οἱ κτανόντες νιν οὕτως δαμῆναι
θανατηφόρον αἶσαν
πρόσω τινὰ πυνθάνεσθαι

exigens justitia alta voce clamat;
et « pro plaga letifera letiferam
plagam *is qui fecit* luat. » Qui *facinus* perpetrarit,
ita pervetustum dictum clamat. [eum puniri,

ORESTES.

O pater, qui gravia perpessus es, quid tibi
dicens aut quid faciens [cubile tuum te tenet,
desuper de terra illac sub terram feliciter perveniam, ubi
lux tenebris æquiparanda? Gratiæ similiter
vocantur luctus honorificus prioribus ædium possessori-
CHORUS. [bus Atridis tributus.

Fili, mentem defuncti non domat
ignis vorax maxilla,
manifestat vero postea iram:
defletur mortuus; ostenditur autem qui injuriam fecit.
Patrum et genitorum justus luctus indagat
unumquodque, undique concitatus.

ELECTRA.

Audi igitur, o pater, meas quoque
lacrimosas lamentationes.
Duorum liberorum sepulcralis nænia te gemit.
Sepulcrum supplices similiterque exules acceptos tenet.
Quid horum bene, quid sine calamitate? nonne insupe-
CHORUS. [rabilis calamitas?

Verum adhuc ex his deus, si volet,
lætiores voces parare possit.
Pro næniis funebribus vero
deus in regiis ædibus averruncus
recens potentem amicum adducat.

ORESTES.

Utinam ad Trojam
a Lyciorum aliquo, pater,
hasta transfixus occisus esses;
gloriam reliquisses in domo,
liberorumque viis ætatem admiratione dignam condidisses,
alteque suggestum accepisses
tumulum in terra transmarina
genti tuæ honorificum.

CHORUS.

Amicus amicis cum laude ibi defunctis,
sub terra conspicuus
venerandus rector
et minister maximorum infernorum in Orco tyrannorum.
Nam erat rex, dum vivebas, inter eos qui munus administrant fatis datum
potestate sceptrumque hominibus persuadens (*i. e. qui manus regium vi et orationes in concionibus exercent*).

ELECTRA.

Ne sub Trojæ quidem
mœnibus interemtus, pater,
inter aliorum populum ab hasta subactum
ad Scamandri fluenta sepultus esse debebas:
sed prius eos, qui eum occiderunt, ita interimi oportuit,
ut eorum exitialem sortem
aliquis procul comperiret

τῶνδε πόνων ἄπειρον.

ΧΟΡΟΣ.

Ταῦτα μὲν, ὦ παῖ, κρείσσονα χρυσοῦ,
μεγάλης δὲ τύχης καὶ ὑπερβορέου
μείζονα φωνεῖς ὀδυνᾷ σᾷ [γάρ].
Ἀλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαράγνης
δοῦπος ἱκνεῖται· τῶν μὲν ἀρωγοὶ
κατὰ γῆς ἤδη· τῶν δὲ κρατούντων
χέρες οὐχ ὅσιαι στυγερῶν τούτων·
παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηται.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τοῦτο διαμπερὲς οὖς Στρ. δ'.
ἵκεθ' ἅπερ τε βέλος.
Ζεῦ Ζεῦ, κάτωθεν ἀμπέμπων
ὑστερόποινον ἄταν
βροτῶν τλήμονι καὶ πανούργῳ
χειρὶ, τοκεῦσι δ' ὅμως τελεῖται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι πευκή- Στρ. ε'.
εντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
θεινομένου, γυναικός τ'
ὀλλυμένας· τί γὰρ κεύ-
θω φρενὸς οἷον ἔμπας
πετᾶται; πάροιθεν δὲ πρῴρας
δριμὺς ἧται καρδίας
θυμὸς, ἔγκοτον στύγος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ πότ' ἂν ἀμφιθαλὴς Ἀντ. δ'.
Ζεὺς ἐπὶ χεῖρα βάλοι,
φεῦ φεῦ, κάρανα δαΐξας;
Πιστὰ γένοιτο χώρᾳ·
δίκαν δ' ἐξ ἀδίκων ἀπαιτῶ.
Κλῦτε δὲ τὰ χθονίων † τιτηνά †.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ νόμος μὲν φονίας σταγόνας
χυμένας ἐς πέδον ἄλλο προσαιτεῖν
αἷμα. Βοᾷ γὰρ λοιγὸν Ἐρινὺς
παρὰ τῶν πρότερον φθιμένων ἄτην
ἑτέραν ἐπάγουσαν ἐπ' ἄτῃ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ποῖ ποῖ δὴ νερτέρων τυραννίδες; Στρ. ϛ'.
Ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων,
ἴδεσθ' Ἀτρειδᾶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως
ἔχοντα καὶ δωμάτων
ἄτιμα. Πᾷ τίς τράποιτ' ἂν, ὦ Ζεῦ;

ΧΟΡΟΣ.

Πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ Ἀντ. ε'.
τόνδε κλύουσαν οἶκτον.
Καὶ τότε μὲν δύσελπις,
σπλάγχνα δέ μου κελαινοῦ-
ται πρὸς ἔπος κλυούσῃ.
Ὅταν δ' αὖτ' † ἐπαλκῆ σ'
δρᾷ, βεῖ' ἀπέστασεν ἄχος
* πρὸς τὸ φανεῖσθαί μοι καλῶς. * †

harum ærumnarum immunis.

CHORUS.

Hæc quidem, o filia, auro potiora
magnaque etiam hyperborea felicitate
majora in dolore tuo prædicas.
At enim hujus duplicis flagelli
gravis sonus increpat; alterorum adjutores
jam sub terra sunt, dominorum autem
horum invisorum manus non puræ.
Liberis vero eo magis incubuit *ultio*.

ELECTRA.

Hoc *verbum* per aurem
penetravit tanquam sagitta.
Jupiter, Jupiter, ab inferis sursum mittis
sero vindicantem noxam
mortalium audaci scelestæque
manui; parentibus vero similiter *ultio* contingat.

CHORUS.

Utinam canere mihi contingat acerbam
funebrem ejulationem viro
interemto mulierique
occumbenti: quid enim occulo
animo, quale tamen
evolat? Ante vultum vero
acerba pectoris sedet
ira, infensum odium.

ORESTES.

Et quando præpotens
Jupiter manum injiciat,
heu, heu, capita percutiens?
Fida imperia terræ contingant:
justitiam vero ab injustis repeto.
Audite, inferorum numina.

CHORUS.

At lex est ut ex cæde haustæ guttæ
in terram profusæ alium poscant
sanguinem (*cædem*). Vociferatur enim perniciem Furia,
ab ante occisis noxam *afferens talem*
quæ aliam noxæ *noxam* inducat.

ELECTRA.

Quorsum, quorsum inferorum imperia?
Videte, præpotentes diræ occisorum,
intuemini Atridarum reliquias graviter
afflictas domoque.
depulsas. Quo quis se convertat, o Jupiter?

CHORUS.

Commotum est vero rursus mihi cor meum
has lamentationes audienti.
Et modo spem vix ullam habeo,
pectusque mihi obscuratur
ad verbum quod audio.
Quando autem rursus validum
te videt, facile dolor eo recedit,
ut mihi bene esse videatur.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τί δ' † εἰπόντες † τύχοιμεν; ἢ τάπερ Ἀ. ς'.
πάθομεν ἔχεα πρός γε τῶν τεκομένων;
Πάρεστι σαίνειν, τὰ δ' οὔτι θέλγεται.
Λύκος γὰρ ὥστ' ὠμόφρων
ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἔκοψε κομμὸν Ἄρεον, εἴτε Κισσίας Στρ. ζ'.
νόμοις † ἰηλεμιστρίας †
ἀπριγδόπληκτα, πολυπλάνητα δ' ἦν ἰδεῖν
ἐπασσυτεροτριβῆ τὰ χερὸς ὀρέγματα,
ἄνωθεν ἀνέκαθεν, κτύπῳ δ' ἐπιρροθεῖ
κρotητὸν ἁμὸν καὶ πανάθλιον κάρα.
Ἰὼ ἰὼ δαΐα
πάντολμε μῆτερ, δαΐαις ἐν ἐκφοραῖς
ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ',
ἄνευ δὲ πενθημάτων
ἕτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὸ πᾶν ἀτίμως ἔλεξας, οἴμοι. Στρ. η'.
Πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἄρα τίσει,
ἔκατι μὲν δαιμόνων,
ἕκατι δ' ἁμᾶν χερῶν.
Ἔπειτ' ἐγὼ νοσφίσας ὀλοίμαν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐμασχαλίσθη δ' ἔθ' ὡς τόδ' εἰδῇς, Ἀντ. η'.
ἔπρασσε δ' ἔπερ νιν, ὧδε θάπτει,
μόρον κτίσαι μωμένα
ἄφερτον αἰῶνι σῷ.
Κλύεις πατρῴους δύας ἀτίμους.

ΧΟΡΟΣ.

Λέγεις πατρῷον μόρον· ἐγὼ δ' ἀπεστάτουν, Ἀ. ζ'.
ἄτιμος, οὐδὲν ἀξία,
μυχῶ δ' ἄφερκτος πολυσινοῦς κυνὸς δίκαν
ἑτοιμότερα γέλωτος ἀνέφερον λίβη,
χαίρουσα πολύδακρυν γόον κερυμμένα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν
γράφου, δι' ὤτων δὲ συν-
τέτρανε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάσει.
Τὰ μὲν γὰρ οὕτως ἔχει,
τὰ δ' αὐτὸς ὀργᾷ μαθεῖν.
Πρέπει δ' ἀκάμπτῳ μένει καθήκειν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις. Στρ. θ'.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα.

ΧΟΡΟΣ.

Στάσις δὲ πάγκοινος ὧδ' ἐπιρροθεῖ,
ἀκουσον ἐς φάος μολών, ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄρης Ἄρει ξυμβάλοι, Δίκα Δίκᾳ. Ἀντ. θ'.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰὼ θεοί, κραίνετ' ἐνδίκως * *

ORESTES.

Quodnam verbum recte dicamus? an quæ
mala perpessi simus eaque a parentibus?
Licet blandis esse; at illorum animus non placatur;
tanquam famelicus lupus,
matris ira est implacabilis.

ELECTRA.

Planxi planctum Arium sive Cissiæ
feminæ præficæ modis [videre
frustra multis verberibus inflictis: multivagas autem licebat
ingeminatasque manuum porrectiones
desuper longo ictu *illatas*: verbere vero reboat
percussum meum miserumque caput.
Io, io hostilis
audax mater, hostilibus funeribus
sine civibus regem,
sine luctu
conjugem indefletum sepelire ausa es!

ORESTES.

Quod prorsus ignominiose factum est, dixisti; væ mihi!
Patris vero ignominiam luet
et per deorum auxilium
et per manuum mearum ministerium.
Deinde cæde perpetrata occumbam.

ELECTRA.

Mutilatus est humerisque annexa membra, ut hoc scias:
atque ut eum tractavit, ita sepelit,
perniciem condere cupiens
vitæ tuæ intolerabilem.
Audis paternam cladem ignominiosam.

CHORUS.

Paterna fata commemoras; ego vero procul stabam
contemta, abjecta:
ex penetralibus domus exclusa tanquam noxia canis
paratiorem lacrimarum rorem quam risum proferebam,
gaudentis specie lacrimosum luctum celans.

ELECTRA.

Hæc audiens animo
infige; per aures vero una
terebra (*infunde*) orationem tranquillo ad mentem meatu.
Hæc quidem sic se habent,
alia vero ipse cum ira accipias.
Decet autem invicta ira ad exitum pervenire.

ORESTES.

Te igitur appello, adjuva, pater, tuos.

ELECTRA.

Ego cum lacrimis eadem precor.

CHORUS.

Chorus universus ita accinit,
audi in lucem reversus, auxiliumque fer adversus hostes.

ORESTES.

Mars Marti occurrat, Justitia Justitiæ.

ELECTRA.

Io, dii, perficite, ut justum est . . . .

ΧΟΡΟΣ.

Τρόμος μ' ὑφέρπει κλύουσαν εὐγμάτων.
Τὸ μόρσιμον μένει πάλαι, εὐχομένοις δ' ἂν ἔλθοι.
Ἰὼ πόνος ἐγγενής, Στρ. ι'.
καὶ παράμουσος ἄτης
αἱματόεσσα πλαγά.
Ἰὼ δύστον' ἄφερτα κήδη·
ἰὼ δυσκατάπαυστον ἄλγος.
Δώμασιν ἔμμοτον Ἀντ. ι'.
† τῶνδ' ἄκος οὐδ' ἀπ' ἄλλων †
ἔκτοθεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν
διώκειν ἔριν αἱματηράν·
θεῶν τῶν κατὰ γᾶς δδ' ὕμνος.
Ἀλλὰ κλύοντες, μάκαρες χθόνιοι,
τῆσδε κατευχῆς πέμπετ' ἀρωγὴν
παισὶν προφρόνως ἐπὶ νίκην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πάτερ, τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών,
αἰτούμενός μοι δὸς κράτος τῶν σῶν δόμων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κἀγὼ, πάτερ, τοιάνδε σου χρείαν ἔχω,
φυγεῖν, μέγαν προσθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὕτω γὰρ ἄν σοι δαῖτες ἔννομοι βροτῶν
κτιζοίατ'· εἰ δὲ μὴ, παρ' εὐδείπνοις ἔσει
ἄτιμος ἐν πυροῖσι κνισωτοῖς χθονός.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κἀγὼ χοάς σοι τῆς ἐμῆς παγκληρίας
οἴσω πατρῴων ἐκ δόμων γαμηλίους·
πάντων δὲ πρῶτον τόνδε πρεσβεύσω τάφον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ γαῖ', ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ γ' εὔμορφον κράτος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μέμνησο λουτρῶν οἷς ἐνοσφίσθης, πάτερ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μέμνησο δ' ἀμφιβλήστρον ᾧ σ' ἐκαίνισαν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Αἰσχρῶς τε βουλευτοῖσιν ἐν καλύμμασιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἆρ' ἐξεγείρει τοῖσδ' ὀνείδεσιν, πάτερ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἆρ' ὀρθὸν αἴρεις φίλτατον τὸ σὸν κάρα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἤτοι δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις,
ἢ τὰς ὁμοίας ἀντίδος βλάβας λαβεῖν,
εἴπερ κρατηθεὶς γ' ἀντινικῆσαι θέλεις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ τῆσδ' ἄκουσον λοισθίου βοῆς, πάτερ,
ἰδὼν νεοσσοὺς τούσδ' ἐφημένους τάφῳ·
οἴκτειρε θῆλυν ἄρσενός θ' ὁμοῦ γόνον·

CHORUS.

Tremor me occupat vota audientem.
Quod in fatis est, diu imminet: voventibus vero veniat.
O ærumna domestica
et dissona calamitatis
sanguinea plaga!
Io graviter gemendos intolerabiles luctus,
io infinitum dolorem!
Ædibus insitum
horum remedium est, neque ab aliis
extrinsecus, sed ab ipsis, *qui in domo habitant*,
per discordiam sanguinolentam persequendum.
Hic dearum, quæ sub terra sunt, hymnus est.
At, beati dii inferi, audientes
has preces auxilium mittite
benevole filiis ad victoriam.

ORESTES.

O pater, qui non regio more occidisti,
rogatus da mihi domus tuæ imperium.

ELECTRA.

Et ego, pater, easdem ad te preces habeo,
ut ingenti pernicie Ægistho illatâ ipsa salva aufugiam.

ORESTES.

Ita enim tibi epulæ jure debitæ mortalium
pararentur; sin minus, apud convivantes eris
abjectus et contemtus in ignibus nidore suffitis terræ.

ELECTRA.

Etiam ego inferias tibi ex meis opibus
nuptiales ex paternis ædibus afferam,
omniumque hunc venerabor tumulum maxime.

ORESTES.

O terra, sursum mihi mitte patrem, ut pugnam intueatur.

ELECTRA.

O Proserpina, da validum robur.

ORESTES.

Recordare balnei, in quo occisus es, pater.

ELECTRA.

Recordare everriculi, quo te peremerunt.

ORESTES.

Catenis non ferreis interceptus es, pater.

ELECTRA.

Turpiterque in insidiosis velaminibus.

ORESTES.

An excitaris his probris, pater?

ELECTRA.

An erectum tollis tuum carissimum caput?

ORESTES.

Seu mitte justitiam tuis in certamine sociam,
seu similes illis retribue calamitates percipiendas,
si quidem victus victoriam vicissim obtinere vis.

ELECTRA.

Atque hac meas postremas preces accipe, pater,
hos tuos pullos tumulo insidentes aspiciens.
Miserere femineæ simulque masculæ prolis,

καὶ μὴ ξαλείψῃς σπέρμα Πελοπιδῶν τόδε.
Οὕτω γὰρ οὐ τέθνηκας οὐδέ περ θανών.
Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι
θανόντι· φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον,
τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνου.
Ἄκου', ὑπὲρ σοῦ τοιάδ' ἔστ' ὀδύρματα.
Αὐτὸς δὲ σώζει τόνδε τιμήσας λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδ' ἐτείνατον λόγον,
τίμημα τύμβου τῆς τ' ἀνοιμώκτου τύχης.
Τὰ δ' ἄλλ', ἐπειδὴ δρᾷν κατώρθωσαι φρενί,
ἐρδοις ἂν ἤδη, δαίμονος πειρώμενος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔσται· πυθέσθαι δ' οὐδέν ἐστ' ἔξω δρόμου,
πόθεν χοὰς ἔπεμψεν, ἐκ τίνος λόγου
μεθύστερον τιμῶσ' ἀνήκεστον πάθος;
θανόντι δ', οὐ φρονοῦντι, δειλαίᾳ χάρις
ἐπέμπετ'· οὐκ ἔχοιμ' ἂν εἰκάσαι τάδε
τὰ δῶρα, μείω δ' ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας.
Τὰ πάντα γάρ τις ἐκ χέας ἀνθ' αἵματος
ἑνὸς, μάτην ὁ μόχθος· ὧδ' ἔχει λόγος.
Θέλοντι δ', εἴπερ οἶσθ', ἐμοὶ φράσον τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Οἶδ', ὦ τέκνον, παρῆν γάρ· ἔκ τ' ὀνειράτων
καὶ νυκτιπλάγκτων δειμάτων πεπαλμένη
χοὰς ἔπεμψε τάσδε δύσθεος γυνή.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἦ καὶ πέπυσθε τοὔναρ, ὥστ' ὀρθῶς φράσαι;

ΧΟΡΟΣ.

Ταὐτὸν δράκοντ' ἔδοξεν, ὡς αὐτὴ λέγει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ πᾶ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος;

ΧΟΡΟΣ.

Ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμῆσαι δίκην

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τινὸς βορᾶς χρῄζοντα, νεογενὲς δάκος;

ΧΟΡΟΣ.

Αὐτὴ προσίσχε μαζὸν ἐν τωὐνείρατι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ πῶς ἄτρωτον οὖθαρ ἦν ὑπὸ στυγός;

ΧΟΡΟΣ.

Ὥστ' ἐν γάλακτι θρόμβον αἵματος σπάσαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὔτοι μάταιον ἀνδρὸς ὄψανον πέλει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡ δ' ἐξ ὕπνου κέκραγεν ἐπτοημένη·
πολλοὶ δ' ἀνῆλθον, ἐκτυφλωθέντες σκότῳ,
λαμπτῆρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν·
πέμπει τ' ἔπειτα τάσδε κηδείους χοάς,
ἔχος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἀλλ' εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ
τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον.
Κρίνω δέ τοί νιν ὥστε συγκόλλως ἔχειν.

neve hanc Pelopidarum stirpem exstinxeris.
Sic enim, ne quum obieris quidem, mortuus es.
Nam liberi sunt nomina famam servantia viro
mortuo, tanquam subera rete sustinent,
quæ ex fundo tortum funiculum lini servant.
Audi, tua causa hæc lamenta funduntur.
Ipse autem servaris, si has preces exaudieris.

CHORUS. [longe extendistis
Ac profecto non reprehendendam hanc orationem tam
in honorem sepulcri atque indefletæ sortis illius.
Reliqua vero, quandoquidem animo ad facinus perpetran-
jam transigas, dei fortunam experiens. [dum accinctus es,

ORESTES.

Fiet; sed præter rem non est quærere, [ob rem
qua de causa has inferias miserit Clytæmnestra, quam
sero irreparabilem calamitatem honore persecuta sit?
Mortuo vero non curanti misera gratia [*lint* hæc
mittebatur. Non possum conjectura assequi *quid sibi ve-*
munera; minora vero sunt peccato.
Omnia enim quæ quis habeat, si pro sanguine effuderit
uno profuso, frustra labor est. Sic se habet mea sententia.
At cupienti mihi, si quidem scis, hæc explica.

CHORUS.

Scio, o fili, nam aderam; somniis
noctuabundisque terroribus exagitata
inferias hasce mulier impia misit.

ORESTES.

Num somnium etiam comperistis, ut id perspicue narrare
CHORUS. [possetis?
Peperisse draconem sibi visa est, ut ipsa dicit.

ORESTES.

Et quorsum finitur et consummatur narratio?

CHORUS.

In fasciis *illum* tanquam infantem cubuisse.

ORESTES.

Quemnam cibum appetentem, recens natum animal?

CHORUS.

Ipsa in somnio mammam ei præbuit.

ORESTES.

Et quomodo mammæ illæsæ ab infando monstro mansere?

CHORUS.

Ita ut in lacte grumum sanguinis sugeret.

ORESTES.

Haud vanum est a marito ei missum somnium.

CHORUS.

Illa vero somnio exterrita exclamavit
multæque accesserunt in caligine noctis exstinctæ
faces in ædibus *rursus accensæ* reginæ gratia.
Ac deinde has inferias sepulcrales mittit,
sperans fore ut calamitatis certissimum remedium fiant.

ORESTES.

Ego vero huic terræ et patris sepulcro supplico,
ut hoc somnium mihi ratum fiat.
Interpretor vero illud, ut cum veritate congruat.

Εἰ γὰρ τὸν αὐτὸν χῶρον ἐκλείπων ἐμὰ
οὖφις † τ' ἐπ' αὐτὰ σπάργαν' ἡπαλίζετο †
καὶ μαστὸν ἀμφέχασκ' ἐμὸν θρεπτήριον,
ὑρόμβῳ δ' ἔμιξεν αἵματος φίλον γάλα,
ἡ δ' ἀμφὶ τάρβει τῷδ' ἐπῴμωξεν πάθει,
δεῖ τοί νιν, ὡς ἔθρεψεν ἔκπαγλον τέρας,
θανεῖν βιαίως· ἐκδρακοντωθεὶς δ' ἐγὼ
κτενῶ νιν, ὡς τοὔνειρον ἐννέπει τόδε.
Τερασκόπον δὲ τῶνδέ σ' αἱροῦμαι πέρι.

ΧΟΡΟΣ.

Γένοιτο δ' οὕτως. Τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις,
τοὺς μέν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος· τήνδε μὲν στείχειν ἔσω·
αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάσδε συνθήκας ἐμὰς,
ὡς ἂν δόλῳ κτείναντες ἄνδρα τίμιον
δόλῳ τε καὶ ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ
θανόντες, ἥ καὶ Λοξίας ἐφήμισεν,
ἄναξ Ἀπόλλων, μάντις ἀψευδὴς τὸ πρίν.
Ξένῳ γὰρ εἰκὼς, παντελῆ σάγην ἔχων,
ἥξω σὺν ἀνδρὶ τῷδ' ἐφ' ἑρκείους πύλας,
Πυλάδῃ, ξένος τε καὶ δορύξενος δόμων.
Ἀμφὼ δὲ φωνὴν ἥσομεν Παρνησίδα,
γλώσσης ἀὐτὴν Φωκίδος μιμουμένω.
Καὶ δὴ θυρωρῶν οὔτις ἂν φαιδρᾷ φρενὶ
δέξαιτ', ἐπειδὴ δαιμονᾷ δόμος κακοῖς.
Μενοῦμεν οὕτως ὥστ' ἐπεικάζειν τινὰ
δόμοις παραστείχοντα καὶ τάδ' ἐννέπειν·
τί δὴ πύλαισι τὸν ἱκέτην ἀπείργετε,
Αἴγισθος εἴπερ οἶδεν ἔνδημος παρών;
Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βαλὸν ἕρκειον πυλῶν,
κἀκεῖνον ἐν θρόνοισιν εὑρήσω πατρὸς,
ἢ καὶ μολὼν ἔπειτά μοι κατὰ στόμα
ἐρεῖ, σάφ' ἴσθι, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖ,
πρὶν αὐτὸν εἰπεῖν, ποδαπὸς ὁ ξένος; νεκρὸν
θήσω, ποδώκει περιβαλὼν χαλκεύματι.
Φόνου δ' Ἐρινὺς οὐχ ὑπεσπανισμένη
ἄκρατον αἷμα πίεται τρίτην πόσιν.
Νῦν οὖν σὺ μὲν φύλασσε τἀν οἴκῳ καλῶς,
ὅπως ἂν ἀρτίκολλα συμβαίνῃ τάδε·
ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.
Τὰ δ' ἄλλα τούτῳ δεῦρ' ἑποπτεῦσαι λέγω,
ξιφηφόρους ἀγῶνας ὀρθώσαντί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Πολλὰ μὲν γᾶ τρέφει Στρ. α'.
δεινὰ δειμάτων ἄχη,
πόντιαί τ' ἀγκάλαι κνωδάλων
ἀνταίων βροτοῖσι
πλάθουσι, βλαστοῦσι καὶ πεδαίχμιοι
λαμπάδες πεδάροι,
πτηνά τε καὶ † πεδοβάμον' ἀπ' ἀνεμοέντων †
αἰγίδων φράσαι κότον·
ἀλλ' ὑπέρτολμον ἀν- Ἀντ. α'.

Si enim ex eodem loco, quo ego, natus
serpens in iisdem fasciis curatus est,
mammasque suxit, quibus ego nutritus sum,
grumoque sanguinis lac earum miscuit,
illa vero præ timore hoc gravi casu ingemuit,
utique eam oportet, sicut fœdum monstrum nutrivit,
per vim mori; ego vero in draconem mutatus
eam interficiam, quemadmodum hoc somnium indicat.
Interpretem vero hujus portenti ego te capio.

CHORUS.

Id vero sic fiat; verum cetera expone amicis,
ut alios agere aliquid, alios nihil agere jubeas.

ORESTES.

Simplex oratio est: hanc introire in domum jubeo;
suadeo vero ut hæc mea consilia occulantur,
ut, cum dolo virum venerandum occiderint,
et dolo et eodem laqueo capiantur
morianturque, quemadmodum etiam Loxias edidit,
Apollo rex, vates huc usque haud fallax repertus.
Hospiti enim similis, variis sarcinis onustus
ad domesticas aulæ portas veniam cum hoc viro,
Pylade, ut qui domus hospes sim et armorum socius.
Ambo vero voce Parnasia utemur,
linguæ Phocicæ sonum imitantes.
Et sane janitorum nemo læto animo
nos excipiet, quandoquidem tota domus deorum ira agitatur
Manebimus ita, ut persentiscat aliquis
domum præteriens et hæc dicat:
Quid tandem supplicem ab aditu arcetis,
Ægisthus si quidem domi præsens ema adesse compererit?
Si vero deinde limen portarum domesticum trangressus
illum in solio patris sedentem inveuero,
aut etiam si ille obviam mihi factus in conspectu [cerit,
me allocutus fuerit, certo scito, aut in me oculum conje-
priusquam dixerit, « Cuias hospes? exanimem illum
reddam celeri eum ære adortus.
Cædis vero Furia, etsi haud indiga cruoris fuit, [sorbebit.
tertium (*etiam Clytæmnestræ*) meri sanguinis potum ab-
Nunc igitur tu ea, quæ in domo sunt, bene observa,
ut hæc omnia cum consilio nostro apte congruant.
Vobis autem suadeo, ut linguam cohibeatis,
et taceatis ubi opus sit, et dicatis quæ tempestiva sint.
Quæ reliqua sunt, hunc (*Apollinem*) precor, ut me favens
quum hoc gladii certamen jure mihi imposuerit. [respiciat,

CHORUS.

Multa quidem terra alit ingentia angorum terricula, mari-
timique recessus bellu.is homini infestis scatent, proveniunt
etiam in confinio lucis et caliginis sublime coruscantes fa-
ces, et volucres et reptiles ex procellosis nimbis ortum fu-
rorem memorent:

at quis dicat nimium audax viri ingenium mulierumque,

δρὸς φρόνημα τίς λέγοι,
καὶ γυναικῶν φρεσὶν τλημόνων,
καὶ παντόλμους
ἔρωτας ἄταισι συννόμους βροτῶν,
ξυζύγους θ' ὁμαυλίας;
θηλυκρατὴς ἀπέρωτος ἔρως παρανικᾷ
κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.
Ἴστω δ' ὅστις οὐχ ὑπόπτερος Στρ. β'.
φροντίσιν δαείς,
τὰν ἃ παιδολύμας τάλαινα Θεστιὰς μήσατο [νὸν
πυρδαῆ τινα πρόνοιαν, καταίθουσα παιδὸς δαφοι-
δαλὸν ἥλικ', ἐπεὶ μολὼν ματρόθεν κελάδησε
σύμμετρόν τε διαὶ βίου μοιρόκραντον ἐς ἦμαρ.
Ἄλλαν δεῖ τιν' ἐν λόγοις στυγεῖν Ἀντ. β'.
φοινίαν Σκύλλαν,
ἅτ' ἐχθρῶν ὑπὲρ φῶτ' ἀπώλεσεν φίλον, Κρητικοῖς
χρυσεοδμήτοισιν ὅρμοις πιθήσασα δώροισι Μίνω,
Νῖσον ἀθανάτας τριχὸς νοσφίσασ' ἀπροβούλως
πνέοντ' ἀ κυνόφρων ὕπνῳ. Κιγχάνει δέ μιν Ἑρμῆς.
Ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων Στρ. γ'.
πόνων, ἀκαίρως δὲ δυσφιλὲς γαμή-
λευμ', ἀπεύχετον δόμοις,
γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν
ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ,
ἐπ' ἀνδρὶ δῄοισιν ἐπικότῳ σέβας,
τίω δ' ἀθέρμαντον ἑστίαν δόμων
γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν;
Κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον Ἀντ. γ'.
λόγῳ· γοᾶται δὲ δήποθεν κατά-
πτυστον· ἦκασεν δὲ τίς
τὸ δεινὸν αὖ Λημνίοισι πήμασιν;
θεοστυγήτῳ δ' ἄχει
βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος.
Σέβει γὰρ οὔτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς.
Τί τῶνδ' οὐκ ἐνδίκως ἀγείρω;
Τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος Στρ. δ'.
διανταίαν ὀξυπευκὲς οὐτᾷ
διαὶ Δίκας· τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ
λάξ πέδον πατούμενον· τὸ πᾶν Διὸς
σέβας παρεκβάντες οὐ θεμίστως.
Δίκας δ' ἐρείδεται πυθμήν. Ἀντ. δ'.
Προχαλκεύει δ' Αἶσα φασγανουργός·
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δώμασιν
αἱμάτων παλαιτέρων. Τίνει μύσος
χρόνῳ κλυτὴ βυσσόφρων Ἐρινύς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Παῖ παῖ, θύρας ἄκουσον ἑρκείας κτύπον.
Τίς ἔνδον, ὦ παῖ, παῖ, μάλ' αὖθις, ἐν δόμοις;]
τρίτον τόδ' ἐκπέραμα δωμάτων καλῶ,
εἴπερ φιλόξεν' ἐστὶν Αἰγίσθου βία.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Εἶεν, ἀκούω· ποδαπὸς ὁ ξένος; πόθεν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄγγελλε τοῖσι κυρίοισι δωμάτων,

quæ nihil non animo sustinent, omniaque audentes amores cum pernicie conjunctos mortalium sociataque conjugia? In mulieris animo præpotens ab amore alienus amor belluas hominesque in exitium subigit (*i. e. talis amor, qui amor non est, homines non ita subigit, ut solet verus amor, sed ad perniciem protrudit*).

Scito vero, quisquis non levi animo edoctus sit, quodnam filio perditrix infelix Thestias incendii consilium excogitarit, quum flammeum combureret titionem filii cœvum, postquam primum a matre editus vagiebat, æqualemque per vitam ad diem fatalem.

Alia *præterea* fabulis memorata abominanda est, crudelis Scylla, quæ pro hostibus virum carum (*patrem*) perdidit, quum Creticis aureis monilibus, donis Minois, obsecuta Nisum immortali crine privaret imprudenter somno indulgentem canina mulier: consequitur vero eam Mercurius.

Postquam vero calamitosas ærumnas commemoravi, intempestivene memorem discors conjugium domo detestabile mulierisque dolosas insidias adversus virum armipotentem structas, adversus virum hostibus ob majestatem invisum, venererque igne carentem domus focum, ignavam muliebrem potentiam?

Malorum omnium atrocissimum eminet Lemnium fabulis celebratum, et defletur profecto cum abominatione; quis vero hoc *nostrum* malum rursus cum Lemniis cladibus comparaverit? Diis detestanda calamitate abjectum a mortalibus genus perit. Colit enim nemo quod diis invisum est. Quid horum non jure colligo?

Gladius ad pulmones adactus adverso vulnere acerbus vulnerat per Justitiam; nam quod fas non est, pedibus non proculcatur, si quis omnem Jovis venerationem nefarie migrarit.

Justitiæ vero radix sustentatur; procudit autem protinus ferrum Sors gladiorum fabricatrix, domoque infert filiam ex pristinis cædibus prognatam. Exigit piaculum altisona ex profundo pectore meditans Erinnys.

ORESTES.

Heus puer, puer, audi ostii domestici pultationem.
Quis est intus, heus puer, puer, jam iterum, in ædibus?
Tertia jam vice, ut quis ex tectis prodeat, voco, [*sthum*).
si quidem hospitalia sunt per Ægisthi potentiam (*Ægi-*

SERVUS.

Age audio. Cujas hospes est? unde venit?

ORESTES.

Renuncia ædium dominis,

πρὸς οὕσπερ ἥκω καὶ φέρω καινοὺς λόγους.
Τάχυνε δ', ὡς καὶ νυκτὸς ἅρμ' ἐπείγεται
σκοτεινὸν, ὥρα δ' ἐμπόρους μεθιέναι
ἄγκυραν ἐν δόμοισι πανδόκοις ξένων.
Ἐξελθέτω τις δωμάτων τελεσφόρος
γυνὴ τόπαρχος. Ἄνδρα δ' εὐπρεπέστερον·
αἰδὼς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπαργέμους
λόγους τίθησιν· εἶπε θαρσήσας ἀνὴρ
πρὸς ἄνδρα, κἀσήμηνεν ἐμφανὲς τέκμαρ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ξένοι, λέγοιτ' ἂν εἴ τι δεῖ· πάρεστι γὰρ
ὁποῖάπερ δόμοισι τοῖσδ' ἐπεικότα,
καὶ θερμὰ λουτρὰ, καὶ πόνων θελκτήρια,
στρωμνὴ, δικαίων τ' ὀμμάτων παρουσία.
Εἰ δ' ἄλλο πρᾶξαι δεῖ τι βουλιώτερον,
ἀνδρῶν τόδ' ἐστὶν ἔργον, οἷς κοινώσομεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ξένος μέν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων·
στείχοντα δ' αὐτόφορτον οἰκεία σάγῃ
ἐς Ἄργος, ὥσπερ δεῦρ' ἀπεζύγην πόδας,
ἀγνὼς πρὸς ἀγνῶτ' εἶπε συμβαλὼν ἀνὴρ
ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδὸν,
Στρόφιος ὁ Φωκεύς· πεύθομαι γὰρ ἐν λόγῳ·
Ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν', εἰς Ἄργος κίεις,
πρὸς τοὺς τεκόντας, πανδίκως μεμνημένος,
τεθνεῶτ' Ὀρέστην εἰπὲ, μηδαμῶς λάθῃ.
Εἴτ' οὖν κομίζειν δόξα νικήσει φίλων,
εἴτ' οὖν μέτοικον, εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ξένον,
θάπτειν, ἐφετμὰς τάσδε πόρθμευσον πάλιν.
Νῦν γὰρ λέβητος χαλκέου πλευρώματα
σποδὸν κέκευθεν ἀνδρὸς εὖ κεκλαυμένου.
Τοσαῦτ' ἀκούσας εἶπον. Εἰ δὲ τυγχάνω
τοῖς κυρίοισι καὶ προσήκουσιν λέγων
οὐκ οἶδα, τὸν τεκόντα δ' εἰκὸς εἰδέναι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οἲ 'γὼ, κατ' ἄκρας ἐνθάδ' ὡς πορθούμεθα.
Ὦ δυσπάλαιστε τῶνδε δωμάτων ἀρὰ,
ὡς πολλ' ἐπωπᾷς κἀκποδὼν εὖ κείμενα,
τόξοις πρόσωθεν εὐσκόποις χειρουμένη,
φίλων ἀποψιλοῖς με τὴν παναθλίαν.
Καὶ νῦν Ὀρέστης, ἦν γὰρ εὐβόλως ἔχων,
ἔξω κομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα,
νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχείας καλῆς
ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ μὲν οὖν ξένοισιν ὧδ' εὐδαίμοσι
κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων ἂν ἤθελον
γνωστὸς γενέσθαι καὶ ξενωθῆναι· τί γὰρ
ξένου ξένοισίν ἐστιν εὐμενέστερον;
Πρὸς δυσσεβείας ἦν ἐμοὶ τόδ' ἐν φρεσὶ
τοιόνδε πρᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις,
καταινέσαντα καὶ κατεξενωμένον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οὔτοι κυρήσεις μεῖον ἀξίως σέθεν,

ad quos adveni novumque nuncium affero.
Propera vero; nam etiam noctis currus festinat
tenebricosus; tempus vero est viatores jacere
ancoram in ædibus deversoriis peregrinantium.
Prodeat vero aliquis ædium præfectus,
(sive) mulier earum domina: sed virum prodire conveniens-
tum enim verecundia in dicendo non obscuros [tius:
sermones facit: loquitur fidenter vir
cum viro, animique sententiam aperit.

CLYTÆMNESTRA.

Hospites, dicatis igitur, si quid opus est. Præsto enim
quæcunque hisce ædibus conveniunt, [sunt
et tepida lavacra et laborum recreationes,
stragulum, æquorumque oculorum præsentia.
Sin aliud faciendum est consultius,
virorum illud est opus, quibuscum communicabimus.

ORESTES.

Hospes sum Dauliensis ex Phocensibus.
Proficiscenti vero mihi meis ipsius impedimentis gravato
Argos, quum huc primum pedes dirigerem,
ignotus vir ignoto obviam factus dixit,
quum viam a me sciscitatus esset meque edocuisset, [rio):
Strophius Phocensis (nomen enim inter loquendum compe-
Quandoquidem, etiam alia de causa, hospes, Argos profi-
ad parentes mandati ex omni parte bene memor [cisceris,
Orestem mortuum esse nuncia: cave obliviscaris. [postulat,
Proinde sive cognatorum sententia eum afferendum esse,
sive ut inquilinum, in omne tempus semper hospitem,
sepeliendum, hæc mandata cura nobis referenda.
Nunc enim urnæ aheneæ ambitus
cineres viri rite defleti condidit.
Quæ quidem audivi, ea dixi; an vero
cum iis ad quos ille pertinuit, et cum affinibus loquar
nescio: convenit vero ut genitor hæc rescisceret.

ELECTRA.

Væ mihi, quam funditus hac clade perimus!
O invicta harum ædium dira,
quam multa perlustras, etiam quum foris bene se haberent;
telis eminus bene collimantibus substernens
amicis me infelicissimam orbas.
Et nunc Orestes, bene enim ei prospectum erat,
quod pedem extra perniciosum cœnum habebat,
nunc vero, quæ in ædibus lætæ exsultationis
salutifera spes erat, eam expletam jam refert in tabulas.

ORESTES.

Ego quidem hospitibus ita copiarum abundantia beatis
bonarum rerum causa vellem
cognitus reddi et hospitio excipi; quid enim
hospite hospitibus est benevolentius?
Impietatem esse in animo meo putavi
rem tanti momenti non penitus vere renunciare,
quum promiserim et hospitio exceptus sim.

CLYTÆMNESTRA.

Non ideo minus, quam te dignum est, remuneraberis,

οὐδ' ἧσσον ἂν γένοιο δώμασιν φίλος.
Ἄλλος δ' ὁμοίως ἦλθεν ἂν τάδ' ἀγγελῶν.
Ἀλλ' ἐσθ' ὁ καιρὸς ἡμερεύοντας ξένους
μακρᾶς κελεύθου τυγχάνειν τὰ πρόσφορα.
Ἄγ' αὐτὸν εἰς ἀνδρῶνας εὐξένους δόμων,
ὀπισθόπους δὲ τούσδε καὶ ξυνεμπόρους·
κἀκεῖ κυρούντων δώμασιν τὰ πρόσφορα.
Αἰνῶ δὲ πράσσειν ὡς ὑπευθύνῳ τάδε.
Ἡμεῖς δὲ ταῦτα τοῖς κρατοῦσι δωμάτων
κοινώσομέν τε καὶ σπανίζοντες φίλων
βουλευσόμεσθα τῆσδε συμφορᾶς πέρι.

ΧΟΡΟΣ.

Εἶεν, φιλίᾳ, δμωίδες οἴκων,
πότε δὴ στομάτων
δείξομεν ἰσχὺν ἐπ' Ὀρέστῃ;
Ὦ πότνια χθὼν καὶ πότνι' ἀκτὴ
χώματος, ἣ νῦν ἐπὶ ναυάρχῳ
σώματι κεῖσαι τῷ βασιλείῳ,
νῦν ἐπάκουσον, νῦν ἐπάρηξον·
νῦν γὰρ ἀκμάζει πειθὼ δολίαν
ξυγκαταβῆναι, χθόνιον δ' Ἑρμῆν
καὶ τὸν νύχιον τοῖσδ' ἐφοδεῦσαι
ξιφοδηλήτοισιν ἀγῶσιν.

Ἔοικεν ἀνὴρ ὁ ξένος τεύχειν κακὸν,
τροχὸν δ' Ὀρέστου τήνδ' ὁρῶ κεκλαυμένην.
Πῇ δὴ πατεῖς, Γλισσα, δωμάτων πύλας;
λύπη δ' ἁμισθός ἐστί σοι ξυνέμπορος.

ΤΡΟΦΟΣ.

Αἴγισθον ἡ κρατοῦσα τοὺς ξένους καλεῖν
ὅτως τάχιστ' ἄνωγεν, ὡς σαφέστερον
ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς τὴν νεάγγελτον φάτιν
ἐλθὼν πύθηται τήνδε. Πρὸς μὲν οἰκέτας
θέσπ σκυθρωπῶν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων
κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις, καλῶς
κείνῃ, δόμοις δὲ τοῖσδε παγκάκως ἔχει,
σήμης ὑφ' ἧς ἤγγειλαν οἱ ξένοι τορῶς.
Ἡ δὴ κλύων ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον,
εὖτ' ἂν πύθηται μῦθον. Ὦ τάλαιν' ἐγώ·
ὡς μοι τὰ μὲν παλαιὰ συγκεκραμένα
ἕλγη δύσοιστα, τοῖσδ' ἐν Ἀτρέως δόμοις
τυχόντ', ἐμὴν ἤλγυνεν ἐν στέρνοις φρένα·
ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδε πῆμ' ἀνεσχόμην.
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά·
φίλον δ' Ὀρέστην, τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβὴν,
ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη,
καὶ νυκτιπλάγκτων ὀρθίων κελευσμάτων
καὶ πολλὰ καὶ μοχθήρ' ἀνωφελῆτ' ἐμοὶ
τλάσῃ. Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὥσπερεὶ βοτὸν
τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός·
οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις,
ἢ λιμὸς, ἢ δίψη τις, ἢ λιψουρία
ἔχει· νέα δὲ νηδὺς αὐτάρκης τέκνων.
Τούτων προμαντις οὖσα, πολλὰ δ', οἶμαι,

neque minus domo amicus censearis.
Alius similiter hæc renunciaturus venisset.
At tempus est hospites facto per totum diem itinere
post longam viam ea consequi, quæ sint commoda.
Duc illum in virile conclave ædium hospitale
et hosce pedissequos ejusque comites;
atque ibi habento quæ domo nostræ conveniant. [obnoxia.
Suadeo autem hoc ita facias, ut quæ sis rationibus reddendis
Nos vero hæc cum iis, quorum est imperium ædium,
et communicabimus et, quum amicorum non simus egeni,
cum his de hoc casu consultabimus.

CHORUS.

Agite dum ex amico animo, ancillæ hujus domus,
quando oris
vim pro Orestis salute exseramus?
O veneranda terra, tuque alma ora
tumuli, quæ nunc super navium ducis
corpore regio jaces,
nunc exaudi nos, nunc opem fer;
nunc enim tempus est fraudulentam suadam
una descendere, et Mercurium inferum
et nocturnum viam præire his
vastificis gladii certaminibus.

Videtur vir ille hospes malum parare:
video enim hic Orestis nutricem lacrimis obortis.
Quorsum, Gilissa, per ædium ostia incedis?
tristitia vero infructuosa tibi comes est.

NUTRIX.

Ægisthum regina hospites vocare
quam citissime jubet, ut accuratius
vir a viro recens allatum nuncium
hunc, quum venerit, sciscitetur. Ad servorum aspectum
morosos intra oculos risum composuit *(luctum ostendere voluit, sed non potuit dissimulare lætitiam)*,
occultans *animi lætitiam* ob res quæ transactæ sunt, feliilli, sed huic domo infelicissima sors obtigit [citer
ex illa fama, quam hospites certam attulerunt.
Profecto audiens ille animum exhilarabit,
quum primum rem rescierit. O me miseram!
quantopere vetera quidem illa, quæ mihi acciderunt,
mala non ferenda, in Atrei domum
irruentia, animum meum in pectore afflixerunt:
at talem dolorem nunquam ullo modo sustinui.
Cetera enim mala patienter, ut potui, tuli:
dilectum vero Orestem, animi mei curam,
quem educavi a matre acceptum,
et nocturnorum acutorum ploratuum *sustinui*
et multa et molesta infructuosa mihi, [tanquam pecudem
quæ ea pertulerim. Nam quod rationis nondum particeps est
enutrire oportet, quomodo enim non? ex ingenii indole.
Non enim quidquam infans loquitur, donec est in fasciis,
sive fames, sive sitis, sive humectatio eum
male habet; nam puerilis alvus infantium ipsa sibi consulit.
Harum rerum præscia, sæpe vero, opinor,

ψευσθεῖσα παιδὸς σπαργάνων φαιδρύντρια,
γναφεὺς τροφεύς τε ταυτὸν εἰχέτην τέλος.
Ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας
ἔχουσ' Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί.
Τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.
Στείχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον
οἴκων, θέλων δὲ τῶνδε πεύσεται λόγων.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς οὖν κελεύει νιν μολεῖν ἐσταλμένον;

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἦ πῶς; λέγ' αὖθις, ὡς μάθω σαφέστερον.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ ξὺν λοχίταις, εἴτε καὶ μονοστιβῆ.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἄγειν κελεύει δορυφόρους ὀπάονας.

ΧΟΡΟΣ.

Μή νυν σὺ ταῦτ' ἄγγελλε δεσπότου στύγει·
ἀλλ' αὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς ἀδειμάντως κλύῃ,
ἄνωχθ' ὅσον τάχιστα γαθούσῃ φρενί.
Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθοῦται λόγος.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἀλλ' ἦ φρονεῖς εὖ τοῖσι νῦν ἠγγελμένοις;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἰ τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει ποτέ.

ΤΡΟΦΟΣ.

Καὶ πῶς; Ὀρέστης ἐλπὶς οἴχεται δόμων.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔπω· κακός γε μάντις ἂν γνοίη τάδε.

ΤΡΟΦΟΣ.

Τί φῄς; ἔχεις τι τῶν λελεγμένων δίχα;

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγγελλ' ἰοῦσα, πρᾶσσε τἀπεσταλμένα.
Μέλει θεοῖσιν ὥνπερ ἂν μέλῃ πέρι.

ΤΡΟΦΟΣ.

Ἀλλ' εἶμι καὶ σοῖς ταῦτα πείσομαι λόγοις.
Γένοιτο δ' ὡς ἄριστα σὺν θεῶν δόσει.

ΧΟΡΟΣ.

Νῦν παραιτουμένῃ μοι, πάτερ Στρ. α'.
Ζεῦ θεῶν Ὀλυμπίων,
δὸς τύχας † δ' εὖ τυχεῖν κυρίως †
τὰ σώφρον' εὖ μαιομένοις ἰδεῖν.
Διὰ δίκας πᾶν ἔπος
ἕλακον, Ζεῦ· σὺ δέ νιν φυλάσσοις, ἔ ἔ,
πρὸ δὲ δὴ χθρῶν Στρ. β'.
τῶν ἔσω μελάθρων, ὦ Ζεῦ, θές.
Ἐπεί μιν μέγαν ἄρας,
δίδυμα καὶ τριπλᾶ
παλίμποινα θέλων ἀμείψει.
Ἴσθι δ' ἀνδρὸς φίλου πῶλον εὖ- Ἀντ. α'.
νιν ζυγέντ'· ἐν ἅρματι
πημάτων ἐν δρόμῳ προστιθεὶς
μέτρον τίς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν
τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον,
ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα;

falsa, infantis fasciarum lotrix,
fullo et nutrix idem habebant ministerium.
Ego vero huic duplici officio
præposita Orestem patri educandum suscepi.
Nunc vero misera mortuum eum esse comperio.
Vado vero ad virum harum vitiatorem
ædium; lubens vero hæc verba audiet.

CHORUS.

Quo modo instructum eum Clytæmnestra venire jubet?

NUTRIX.

An quomodo? dic iterum, ut planius intelligam.

CHORUS.

Utrum cum satellitibus, an etiam solum *venire jubeat.*

NUTRIX.

Armatos eum jubet adducere satellites.

CHORUS.

Noli igitur tu hoc nunciare domini odio (*odioso domino*);
sed solum venire, ut sine timore audiat,
quam celerrime eum jube hilari animo.
In nuncio enim obscura oratio recte se habet (*prospera est*).

NUTRIX.

At num forte his rebus nunciatis lætaris?

CHORUS. [rit.

Non, at si Jupiter malorum conversionem aliquando dede-

NUTRIX.

Et quomodo? Orestes, gentis spes, interiit.

CHORUS.

Nondum; iners profecto vates hoc cognorit.

NUTRIX. [sum?

Quid ais? habesne aliquid ab iis, quæ allata sunt, diver-

CHORUS.

Itura nuncia, transige, quæ tibi mandata sunt.
Curant dii, quæcumque illis cordi sunt.

NUTRIX.

At discedam et in hac re tuis obsequar verbis.
Eveniant vero quam optime deorum beneficio.

CHORUS.

Nunc precanti mihi, Jupiter, deorum Olympiorum pater,
da, ut videam feliciter fortunam iis procedere, qui prudentia consilia bene sequantur. Jure omne verbum pronunciavi, Jupiter. Tu vero eum custodias, eh, eh!

eumque ante hostes, qui in domo sunt, Jupiter, constituas. Nam postquam eum magnum extulisti, duplicem triplicemque retributionem lubens pendet.

Scito cari viri pullum orbum ad currum junctum; in curriculo calamitatum quis est qui modum adhibeat, ut hæc terra progressum, confectorum gressuum incessum recte servatum videat?

Οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων Στρ. γ'.
πλουτογαθῆ μυχὸν νομίζετε,
κλύετε, σύμφρονες θεοί.
Ἄγετε, τῶν πάλαι πεπραγμένων
λύσασθ' αἷμα προσφάτοις δίκαις.
Γέρων φόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέκοι.
Τόδε καλῶς κτάμενον, ὦ Μεσῳδ.
μέγα ναίων στόμιον, εὖ
δὸς ἀνιδεῖν δόμον ἀνδρὸς,
καί νιν ἐλευθερίως
λαμπρῶς τ' ἰδεῖν φιλίοις
ὄμμασι δνοφερὰς καλύπτρας.
Ξυλλάβοι δ' ἐνδίκως Ἀντ. γ'.
παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος
πρᾶξιν οὐρίαν θέλων.
Πολλὰ δ' ἄλλα φανεῖ χρηίζων,
κρυπταῖος. Ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων
νύατα πρό τ' ὀμμάτων σκότον φέρει,
καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανέστερος.
Καὶ τότε δὴ πλοῦτον Στρ. δ'.
δωμάτων λυτήριον,
θῆλυν οὐριοστάταν
ὁμοῦ κρεκτὸν γοή-
των νόμον μεθήσομεν
πάλει· τὰ δ' εὖ,
ἐμὸν ἐμὸν κέρδος ἀέξεται τόδε,
ἄτα δ' ἀπροστατεῖ φίλων.
Ὃ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ μέρος ἔργων, Ἀντ. β'.
ἐκπύσας πατρὸς ἔργῳ, θροούσᾳ
πρὸς σέ, τέκνον, πατρὸς αὐδάν,
καὶ περαίνων ἐπίμομφον ἄταν,
Περσέως τ' ἐν φρεσὶν Ἀντ. δ'.
καρδίαν σχεθὼν,
τοῖς θ' ὑπὸ χθονὸς φίλοισι,
τοῖς τ' ἄνωθεν προπράσσων
χάρετος ὀργὰς λυπρὰς, ἔνδοθεν
φονίαν ἄταν τιθεὶς,
τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλὺς μόρου.

Vosque, qui intra ædes antiquitus opulenta penetralia tenetis, audite, consentes dii. Agite, solvite olim cæsorum sanguinem novis judiciis. Vetus cædes ne amplius in domo pariat.

Hæc cædes jure perpetratur; o tu, qui magnum recessum *Delphicum* tenes, da ut feliciter domus viri restituta suspiciat atque ille libere splendideque oculos suos ex obscuro velo tollat.

Opem vero ferat jure Maiæ filius secundissimus in opere opportuno propitius; multaque alia, si volet, callidus manifestabit; obscurum vero verbum pronuncians noctem caliginemque oculis offundit, nec interdiu magis est perspicuus:

et tunc divitias ædium solutas *deflere*, muliebremque opportune institutum fletibus intermixtum cantum urbi canere omittemus (*i. e. Mercurius si opem ferat, non amplius tristibus lamentis dissolutas domus divitias deflebimus*): quæ vero bene *ceduni*, in iis meum, meum lucrum augetur et noxa ab amicis recedit.

Tu vero fiduciæ plenus sis, quando discrimen agendi venerit et in patris ultione acclama illi (Clytæmnestræ), quum te « fili » vocet, patris vocem, et transige reprehensionis plenam noxam (*i. e. Audax sis in ultione patris et si mater te « fili » compellavit, patris nomen ei responde et perpetra cædem*),

Perseique animum in pectore continens et amicis qui sub terra sunt, et iis qui vivunt, pro læta re gravem luctum parans, in pectore cruentam conde noxam atque interfice cædis auctorem (*i. e. forti animo facinus transige*).

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἧκω μὲν οὐκ ἄκλητος, ἀλλ' ὑπάγγελος·
νέαν φάτιν δὲ πεύθομαι λέγειν τινὰς
ξένους μολόντας οὐδαμῶς ἐφίμερον,
μόρον δ' Ὀρέστου. Καὶ τόδ' ἀμφέρειν δόμοις
γένοιτ' ἂν ἄχθος δειματοσταγὲς φόνῳ
πρόσθεν ἑλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ.
Πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω;
ἢ πρὸς γυναικῶν δειματούμενοι λόγοι
πεδάρσιοι θρώσκουσι, θνήσκοντες μάτην;
Τί τῶνδ' ἂν εἴποις ὥστε δηλῶσαι φρενί;

ÆGISTHUS.

Adsum non invocatus, sed a nuncio arcessitus; novam vero famam audio quosdam attulisse hospites, qui advenerint, nequaquam lætabilem, sed mortem Orestis; et hanc cladem imputare domo regiæ onus foret terroris plenum ad cædem priorem, quæ adhuc exulcerata est et cruda vulnere. Quomodo hæc utrum vera et perspicua sint cognoscam, an a mulieribus in terrorem conflicti rumores sublimes evolant, quum irriti *postea* pereant? Num quid horum rescivisti, ut mihi indicare possis?

ΧΟΡΟΣ.

Ἠκούσαμεν μέν, πυνθάνου δὲ τῶν ξένων
ἔσω παρελθών. Οὐδὲν ἀγγέλων σθένος,
ὃς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.

CHORUS.

Audivimus quidem, sed tu sciscitare ex hospitibus domum ingressus; nihil enim nunciorum fides; nam præstat ut ipse de viris vir exquiras.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἰδεῖν ἐλέγξαι τ' αὖ θέλω τὸν ἄγγελον,
εἴτ' αὐτὸς ἦν θνήσκοντος ἐγγύθεν παρὼν
εἴτ' ἐξ ἀμαυρᾶς κληδόνος λέγει μαθών.
Οὔτοι φρέν' ἂν κλέψειεν ὠμματωμένην.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεῦ Ζεῦ, τί λέγω, πόθεν ἄρξωμαι,
τάδ' ἐπευχομένη κἀπιθοάζουσ',
ὑπὸ δ' εὐνοίας
πῶς ἴσον εἰποῦσ' ἀνύσωμαι;
Νῦν γὰρ μέλλουσι μιανθεῖσαι
πεῖραι κοπάνων ἀνδροδαΐκτων
ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
οἴκων ὄλεθρον διὰ παντὸς,
ἢ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
δαίων ἀρχαῖς τε πολισσονόμοις
ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον.
Τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος
δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης
ἄψειν. Εἶη δ' ἐπὶ νίκῃ.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Ἔ ἔ, ὀτοτοτοῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα ἔα μάλα·
πῶς ἔχει; πῶς κέκρανται δόμοις;
Ἀποσταθῶμεν πράγματος τελουμένου,
ὅπως δοκῶμεν τῶνδ' ἀναίτιαι κακῶν
εἶναι. Μάχης γὰρ δὴ κεκύρωται τέλος.

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Οἶμοι πανοίμοι δεσπότου τελουμένου,
οἴμοι μάλ' αὖθις ἐν τρίτοις προσφθέγμασιν.
Αἴγισθος οὐκ ἔτ' ἐστίν. Ἀλλ' ἀνοίξατε
ὅπως τάχιστα καὶ γυναικείους πύλας
μοχλοῖς χαλᾶτε· καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ,
οὐχ ὥστ' ἀρῆξαι διαπεπραγμένῳ· τί γάρ;
Ἰού ἰού. Κωφοῖς αὐτῶ καὶ καθεύδουσιν μάτην
ἄκραντα βάζω. Ποῖ Κλυταιμνήστρα; τί δρᾷ;
Ἔοικε νῦν αὐτῆς ἐπὶ ξυροῦ πέλας
αὐχὴν πεσεῖσθαι πρὸς δίκην πεπληγμένης.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Τί δ' ἐστὶ χρῆμα; τίνα βοὴν ἵστης δόμοις;

ΟΙΚΕΤΗΣ.

Τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οἰ 'γώ. Ξυνῆκα τοὔπος ἐξ αἰνιγμάτων.
Δόλοις ὀλούμεθ', ὥσπερ οὖν ἐκτείναμεν.
Δοίη τις ἀνδροκμῆτα πέλεκυν ὡς τάχος·
εἰδῶμεν ἢ νικῶμεν, ἢ νικώμεθα.
Ἐνταῦθα γὰρ δὴ τοῦδ' ἀφικόμην κακοῦ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σὲ καὶ ματεύω· τῷδε δ' ἀρκούντως ἔχει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οἰ 'γώ. Τέθνηκας φίλτατ' Αἰγίσθου βία.

ÆGISTHUS.

Videre et exquirere ego quoque nuncium volo,
utrum ipse Oresti morienti affuerit,
an obscuro rumore acceperit quæ retulit.
Non sane oculatam mentem fefellerit.

CHORUS.

O Jupiter, Jupiter, unde incipiam,
quum hæc voveam tibique supplicem,
et benevolentia ducta
quomodo quod æquum sit dicens finiam?
Nunc enim instat ut cruenti
mucrones gladiorum virum dilaniantium
aut penitus afferant Agamemnoniæ
domus interitum omni ex parte,
aut ignem et lucem ob libertatem *recuperatam*
imperiumque in cives *restitutum* ille accendens
magnam patrum opulentiam obtinebit.
Talem luctam solus insidias
adversus duos struens divinus Orestes
incepturus est. Transigatur ad victoriam.

ÆGISTHUS.

Hei, hei, otototoi!

CHORUS.

Hem, hem, papæ!
Quomodo res habet? quomodo transactum est in ædibus?
Recedamus a facinore, quod jam perpetratur,
ut horum malorum videamur insontes
esse; certamini enim finis imponitur.

SERVUS.

Heu, prorsus heu mihi, domino interemto!
heu mihi iterum et denuo in tertiis ejulationibus!
Ægisthus non est amplius. At aperite
quam celerrime, et portas ædificii, ubi regina habitat,
obicibus relaxate: et vero valde robusto homine opus est,
non quo opem ferat interemto; quid enim? [*libus*)
Væ væ! surdis clamo et temere dormientibus(*indiligen-*
irrita verba loquor. Quorsum Clytæmnestra? quid agit?
Videntur nunc propemodum in aciem novaculi ejus
cervices casuræ esse, ut in ultionem percutiatur.

CLYTÆMNESTRA.

Quid rei est? quem clamorem tollis in ædibus?

SERVUS.

Viventem a mortuis occidi dico.

CLYTÆMNESTRA.

Væ mihi! Intellexi verbum ex obscuris indiciis.
Dolis interibimus; quemadmodum dolis occidimus:
Det mihi aliquis quam citissime bipennem homicidiariam.
Sciamus: aut vincimus aut vincimur.
Eo usque enim in hoc malo pervenimus.

ORESTES.

Te etiam quæro. Huic vero satisfactum est.

CLYTÆMNESTRA.

Væ mihi! Occubuisti, carissime Ægisthe.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοιγὰρ ἐν ταὐτῷ τάφῳ
κείσει. Θανόντα δ' οὔτι μὴ προδῷς ποτέ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ἔπισχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον,
μαστόν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα
οὐλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν;

ΠΥΛΑΔΗΣ.
Ποῦ δὴ τὰ λοιπὰ Λοξίου μαντεύματα
τὰ πυθόχρηστα, πιστὰ δ' εὐορκώματα;
Ἅπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Κρίνω σὲ νικᾶν, καὶ παραινεῖς μοι καλῶς.
Ἕπου, πρὸς αὐτὸν τόνδε σὲ σφάξαι θέλω.
Καὶ ζῶντα γάρ νιν κρείσσον' ἡγήσω πατρός·
τούτῳ θανοῦσα ξυγκάθευδ'· ἐπεὶ φιλεῖς
τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν δ' ἐχρῆν φιλεῖν στυγεῖς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ἐγώ σ' ἔθρεψα, νῦν δὲ γηράναι θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Πατρακτονοῦσα γὰρ ξυνοικήσεις ἐμοί;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Καὶ τόνδε τοίνυν μοῖρ' ἐπόρσυνεν μόρον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Οὐδὲν σεβίζει γενεθλίους ἀρὰς, τέκνον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Ταυτὸν γάρ μ' ἔρριψας ἐς τὸ δυστυχές.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Οὐκ ἀπέρριψ' εἰς δόμους δορυξένους.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Δίκῃς ἐπράθην, ὢν ἐλευθέρου πατρός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ποῦ δῆθ' ὁ τῖμος ὄντιν' ἀντεδεξάμην;

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Αἰσχύνομαί σοι τοῦτ' ὀνειδίσαι σαφῶς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Μὴ, ἀλλ' εἰπὲ ὁμοίως καὶ πατρὸς τοῦ σοῦ μάτας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Μὴ λεγχε τὸν πονοῦντ' ἔσω καθημένη.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ἀλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Τρέφει δέ γ' ἀνδρὸς μόχθος ἡμένας ἔσω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Κτανεῖν ἔοικας, ὦ τέκνον, τὴν μητέρα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.
Σὺ τοι σεαυτὴν, οὐκ ἐγὼ, κατακτενεῖς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ὅρα· φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.

ORESTES.
Amasne hominem? ideo in eodem tumulo
jacebis. Mortuum autem nullo modo prodideris.

CLYTÆMNESTRA.
Inhibe manum, o fili; hanc reverere, gnate,
mammam, ad quam tu sæpe dormituriens simul
gingivis lac nutritorium suxisti.

ORESTES.
Pylade, quid faciam? matremne verear occidere?

PYLADES.
Ubinam tandem reliqua Apollinis oracula
Pythione edita et firmata sacramentis promissa?
Omnes potius hostes habere velis quam deos.

ORESTES.
Censeo potiorem esse tuam sententiam et recte mihi suades.
Sequere; juxta hunc ipsum te interficere volo.
Nam etiam viventem patre potiorem duxisti;
cum eo cuba mortua; quandoquidem amas
hunc virum; quem vero oportuit amare, eum odisti.

CLYTÆMNESTRA. [volo.
Ego te nutrivi, nunc vero senescere *et remunerari a te*

ORESTES.
Etenim patris mei interfectrix mecum habitares?

CLYTÆMNESTRA.
Parca, o fili, hujus criminis rea est.

ORESTES.
Etiam hanc cædem igitur Parca paravit.

CLYTÆMNESTRA.
Nihilne revereris diras matris, quæ te peperit, o gnate?

ORESTES.
Nempe quum me pepereris, in miseriam me abjecisti.

CLYTÆMNESTRA.
Minime te abjeci, *quum* in hospitalem domum *mitterem*.

ORESTES.
Peregre venditus sum liberi patris filius.

CLYTÆMNESTRA.
Ubi tandem est pretium, quod pro te accepi?

ORESTES.
Pudet me hoc tibi aperte exprobrare.

CLYTÆMNESTRA.
Ne *te pudeat*, at dic similiter patris tui delicta.

ORESTES.
Ne incusa foris laborantem, quum domi interim sedisti.

CLYTÆMNESTRA.
Miseria est mulieribus a viro removeri, fili.

ORESTES.
Nutrit vero viri labor domi desides.

CLYTÆMNESTRA.
Occidere, o fili, matrem tibi placet?

ORESTES.
Tu ipsa te, non ego, occides.

CLYTÆMNESTRA.
Vide, cave matris iracundas canes (*i. e. Furias*).

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὰς τοῦ πατρὸς δὲ πῶς φύγω, παρεὶς τάδε;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἔοικα θρηνεῖν ζῶσα πρὸς τύμβον μάτην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πατρὸς γὰρ αἶσα τόνδε σοὐρίζει μόρον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Οἵ 'γὼ τεκοῦσα τόνδ' ὄφιν ἐθρεψάμην.

Ἦ κάρτα μάντις οὐξ ὀνειράτων φόβος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐκανές γ' ὃν οὐ χρῆν, καὶ τὸ μὴ χρεὼν πάθε.

ΧΟΡΟΣ.

Στένωμεν οὖν καὶ τῶνδε συμφορὰν διπλῆν.

Ἐπεὶ δὲ πολλῶν αἱμάτων ἐπήκρισε
τλήμων Ὀρέστης, τοῦθ' ὅμως αἱρούμεθα,
ὀφθαλμὸν οἴκων μὴ πανώλεθρον πεσεῖν.

Ἔμολε μὲν δίκα Πριαμίδαις χρόνῳ, Στρ. α'.
βαρύδικος ποινά·
ἔμολε ἐς δόμον τὸν Ἀγαμέμνονος
διπλοῦς λέων, διπλοῦς Ἄρης.
Ἔλαβε δ' ἐς τὸ πᾶν
ὁ πυθοχρήστας φυγάς.
Θεόθεν εὖ φραδαῖσιν ὡρμημένος
ἐπολολυξάτω δεσποσύνων δόμων
ἀναφυγὰς κακῶν καὶ κτεάνων τριβᾶς
ὑπὸ δυοῖν μιαστόροιν
δυσοίμου τύχας.

Ἔμολε δ' ᾗ μέλει κρυπταδίου μάχας, Ἀντ. α'.
δολιόφρων ποινά·
ἔθιγε δὴ μάχα χερὸς ἐτήτυμος
Διὸς κόρα (Δίκαν δέ νιν
προσαγορεύομεν
βροτοὶ τυχόντες καλῶς)
ὀλέθριον πνέουσ' ἐν ἐχθροῖς κότον·
† τάνπερ † ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσιος,
μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς * *
* * *
* * *
* * * Στρ. β'.
* * *
* * *
* * *
* * ἐπ' ὄχθει
† ἄξειν † ἀδόλως δολίαν
βλαπτομέναν ἐν χρόνοις θεῖσαν ἐποίχεται.
Κρατεῖταί πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ
ὑπουργεῖν κακοῖς.
Ἄξιον οὐρανοῦχον ἀρχὰν σέβειν.
Πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.
Μέγα τ' ἀφῃρέθην ψάλιον οἴκων. Ἀντ. β'.
Ἄναγε μὰν δόμοι· πολὺν ἄγαν χρόνον
χαμαιπετεῖς ἕκεισθ' ἀεί,
τάχα δὲ παντελὴς χρόνος ἀμείψεται
πρόθυρα δωμάτων, ὅταν ἀφ' ἑστίας

ORESTES.

Patris vero Furias quomodo hac cæde omissa effugiam?

CLYTÆMNESTRA.

Videor mihi vivens frustra ad sepulcrum lamentari.

ORESTES.

Patris enim fortuna hanc tibi sortem affert.

CLYTÆMNESTRA.

Væ mihi, genitrix hunc serpentem alui.
Profecto præsagus fuit metus ex somniis exortus.

ORESTES.

Interfecisti quem non oportuit, et quod non oportet, patere.

CHORUS.

Defleamus etiam horum duplicem cædem:
postquam vero in multarum cædium fastigium pervenit multa passus Orestes, hoc tamen precibus exposcimus, ne oculus ædium prorsus exstinctus intereat.

Venit justitia Priamidis longo post tempore, graviter ulciscens pœna; venit autem in domum Agamemnonis duplex leo, duplex Mars. Sumsit vindictam penitus expletam Pythicis oraculis exul. Deorum admonitu qui feliciter hoc properavit, celebrato regiæ domus effugium malorum consumtionisque possessionum et infelicis per duos vitiatores illatæ fortunæ.

Venit, cui clandestina pugna cordi est, insidiosa pœna: attigit in certamine manum *Orestis* vera Jovis filia *adjuvans* (Justitiam vero eam appellant mortales, quum verum nomen assecuti sint), perniciosam iram spirans adversus hostes; quam Apollo Parnasius, qui magnum recessum tenet in terræ *umbilico* * * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * * incessit,

ut eam sine dolo adducturus esset, quæ longo tempore elapso fraudulentam (*Clytæmnestram*) in perniciem protruderet. Vincitur quodam pacto vis divina eo, quod quis malis rebus non inserviat (*i. e. divinum auxilium a diis, qui quodammodo pietate vincuntur, bonis factis impetratur*); par est cœleste imperium revereri; in promtu est illud lumen, *quod ex pietate exoritur, in Oreste* videre.

Magnoque freno liberabar, quo domus suppressa fuit. Agite profecto, ædes; nimium diu in terram prostratæ semper jacuistis; statim vero efficax potensque tempus limen aulicum intrabit, quando a foco omne piaculum lustrationi-

μύσος πᾶν ἑλάσῃ
καθαρμοῖσιν ἀτᾶν ἐλατηρίοις.
Τύχᾳ δ' εὐπροσωποκοίτᾳ τὸ πᾶν
ἰδεῖν ἀκοῦσαι θρεομένοις
μέτοικοι δόμων πεσοῦνται πάλιν.
Πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἴδεσθε χώρας τὴν διπλῆν τυραννίδα,
πατρακτόνους τε δωμάτων πορθήτορας.
Σεμνοὶ μὲν ἦσαν, ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι,
φίλοι δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη
πάριστιν, ὅρκος τ' ἐμμένει πιστώμασι.
Ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ἀθλίῳ πατρὶ,
καὶ ξυθανεῖσθαι· καὶ τάδ' εὐόρκως ἔχει.
Ἴδεσθε δ' αὖτε, τῶνδ' ἐπήκοοι κακῶν,
τὸ μηχάνημα, δεσμὸν ἀθλίῳ πατρὶ,
πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα.
Ἐκπέτασ' αὐτὸν, καὶ κύκλῳ παράσταδὸν
στέγαστρον ἀνδρῶν δείξασθ', ὡς ἴδῃ πατὴρ,
οὐχ οὗμός, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε
Ἥλιος, ἀναγνα μητρὸς ἔργα τῆς ἐμῆς,
ὡς ἂν παρῇ μοι μάρτυς ἐν δίκῃ ποτὲ,
ὡς τόνδ' ἐγὼ μετῆλθον ἐνδίκως μόρον
τὸν μητρός· Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον·
ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμου, δίκην·
ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος,
ᾧ οὖ τέκνων ἤνεγκ' ὑπὸ ζώνην βάρος,
φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρὸν, ὡς φαίνει, κακὸν,
τί σοι δοκεῖ; μύραινά γ' ἢ ἔχιδν' ἔφυ,
στίπτειν θιγοῦσ' ἂν ἄλλον, οὐ δεδηγμένον,
τόλμης ἕκατι κἀδίκου φρονήματος.
Τί νιν προσείπω, καὶ τύχω μάλ' εὐστομῶν;
ἄγρευμα θηρὸς, ἢ νεκροῦ ποδένδυτον
δροίτης κατασκήνωμα; δίκτυον μὲν οὖν·
ἅμαν δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους.
Τοιοῦτον ἂν κτήσαιτο φηλήτης ἀνὴρ,
ξένων ἀπαιόλημα, κἀργυροστερῆ
βίον νομίζων· τῷδέ τ' ἂν δολώματι
πολλοὺς ἀναιρῶν πολλὰ θερμαίνοι φρενί.
Τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ
γένοιτ'· ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις.

ΧΟΡΟΣ.

Αἰαῖ αἰαῖ μελέων ἔργων·
στυγερῷ θανάτῳ διεπράχθης.
Ἔ ἔ, μίμνοντι δὲ καὶ πάθος ἀνθεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔδρασεν ἢ οὐκ ἔδρασε; μαρτυρεῖ δέ μοι
φᾶρος τόδ', ὡς ἔβαψεν Αἰγίσθου ξίφος.
Φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται,
πολλὰς βαφὰς φθείρουσα τοῦ ποικίλματος.
Νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω παρὼν,
πατρακτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε.
Ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν,
ἔγκλα νίκης τῆσδ' ἔχων μιάσματα.

bus, quibus noxæ removentur, repulerit. Per fortunam autem visu auditu prorsus propitiam lamentantibus inquilini ædium (*i. e. occisores*) vicissim cadent. In promtu est illud lumen, *quum malefici puniuntur*, videre.

ORESTES.

Videte terræ duplicem tyrannidem,
patris mei interfectores ædiumque devastatores.
Venerabiles quidem erant, dum in solio regio sedebant,
amici vero etiam nunc sunt, ut conjicere ex iis quæ passi
licet, et jusjurandum in data fide permanet. [sunt
Juraverunt enim infelici patri meo mortem inferre se velle
et una mori; et hoc jusjurandum religiose servatum est.
Videte vero etiam, qui horum malorum gnari estis,
hoc machinamentum, vinculum misero patri,
laqueum manuum pedumque duplices compedes.
Expandite vestem et circumcirca astantes
integumentum virile ostendite, ut videat pater,
non meus, sed ille, qui omnes has res inspicit,
Sol, incesta matris meæ facinora,
ut in judicio aliquando testis mihi adsit, *testificans*
me jure hanc perpetrasse cædem
matris; nam Ægisthi cædem non curo amplius:
habet enim adulteri pœnam, ut legis est.
Quæ vero hoc odiosum facinus adversus virum excogitavit,
ex quo susceptum liberorum onus sub cingulo gestabat,
tunc gratum, nunc hostile, ut apparet, malum,
quid tibi videtur? Muræna certe aut vipera nata est, [est,
ut putrefaciat si quem tetigerit, quamquam is non morsus
per immanem audaciam injustamque improbitatem.
Quomodo illud appellem, ut justo nomine nominem?
num plagam *captandæ* feræ *idoneam*, an mortui pedibus
labri velamen? rete certe est, [inditum
et cassem dicas pedesque intricans dolosum vestimentum.
Tale sibi latro paraverit
peregrinantium fraudator opibusque destitutam
ætatem agens: et si hoc doloso artificio
multos interficiat, in animo suo multum lætitia incalescat.
Talis uxor mihi in ædibus nunquam
contingat: inteream citius deorum voluntate sine liberis.

CHORUS.

Væ, væ, tristia facinora!
atroci morte confecta es.
Heu, heu, superstiti vero etiam calamitas efflorescit.

ORESTES.

Fecit an non fecit? Testimonium vero dat mihi
hoc vestimentum ab Ægisthi ense illud tinctum esse;
cædisque macula cum tempore congruit,
quæ multos colores variegatæ vestis corrupit.
Nunc me laudo, nunc me deploro, quum hic adsim,
et alloquar hoc vestimentum quod patrem perdidit.
Defleo res perpetratas et cladem totumque genus
haud invidendo hujus victoriæ piaculo affectus.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον
διὰ πάντ' ἄτιμος ἀμείψεται.
Ἔ ἔ, μόχθος δ' ὁ μὲν αὐτίχ', ὁ δ' ἤξει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

† Ἄλλως ἂν εἰ δὴ † τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅπη τελεῖ,
ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστρόφου δρόμου
ἐξωτέρω. Φέρουσι γὰρ νικώμενον
φρένες δύσαρκτοι. Πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος
ᾄδειν ἕτοιμος ἠδ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ.
Ἕως δ' ἔτ' ἔμφρων εἰμί, κηρύσσω φίλοις,
κτανεῖν τέ φημι μητέρ' οὐκ ἄνευ δίκης,
πατροκτόνον μίασμα καὶ θεῶν στύγος,
καὶ φίλτρα τόλμης τῆσδε πλειστηρίζομαι
τὸν πυθόμαντιν Λοξίαν, χρήσαντ' ἐμοὶ
πράξαντι μὲν ταῦτ' ἐκτὸς αἰτίας κακῆς
εἶναι, παρέντι δ' οὐκ ἐρῶ τὴν ζημίαν.
Τόξῳ γὰρ οὔτις πημάτων προσίξεται.
Καὶ νῦν ὁρᾶτέ μ', ὡς παρεσκευασμένος
ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι
μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα Λοξίου πέδον
πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον,
φεύγων τόδ' αἷμα κοινόν. Οὐδ' ἐφ' ἑστίαν
ἄλλην τραπέσθαι Λοξίας ἐφίετο.
Τὰ δ' ἐν χρόνῳ μοι πάντας Ἀργείους λέγω
καὶ μαρτυρεῖν † μέλε' ὅσ' † ἐπορσύνθη κακά.
Ἐγὼ δ' ἀλήτης τῆσδε γῆς ἀπόξενος,
ζῶν καὶ τεθνηκὼς τάσδε κληδόνας λιπών.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὖ γε πράξας μήτ' ἐπιζευχθῇς στόμα
φήμαις πονηραῖς μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά,
ἐλευθερώσας πᾶσαν Ἀργείαν πόλιν,
δυοῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἆ ἆ. Δμωαὶ γυναῖκες, αἵδε Γοργόνων δίκην
φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι
πυκνοῖς δράκουσιν· οὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Τίνες σὲ δόξαι, φίλτατ' ἀνθρώπων πατρὶ,
στροβοῦσιν; Ἴσχε, μὴ φοβοῦ νικῶν πολύ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐκ εἰσὶ δόξαι τῶνδε πημάτων ἐμοί.
Σαφῶς γὰρ αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.

ΧΟΡΟΣ.

Ποταίνιον γὰρ αἷμά σοι χεροῖν ἔτι·
ἐκ τῶνδέ τοι ταραγμὸς ἐς φρένας πίτνει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, αἵδε πληθύουσι δὴ,
κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές.

ΧΟΡΟΣ.

Εἶσω καθαρμὸς, Λοξίου δὲ προσθιγὼν
ἐλεύθερόν σε τῶνδε πημάτων κτίσει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὑμεῖς μὲν οὐχ ὁρᾶτε τάσδ', ἐγὼ δ' ὁρῶ·

CHORUS.

Nemo mortalium illæsam ætatem [ivet.
per omne vitæ tempus, quum semel culpæ reus fuit, trans-
Heu heu, labor alius adest, alius instat.

ORESTES. [sit,
Aliter hoc eveniat, si quidem scio, quem exitum habiturum
veluti cum equis extra curriculum equestre ulterius prove-
ctum (*i. e. hoc non inter usitatos limites continebitur, sed ultra fines malum meum provehetur*). Abripiunt enim victum me
sensus efferati; atque cordi terror
ut occinat, jam est in promtu, et ut cum iracundia irruat.
Quam diu vero adhuc mentis compos sum, amicis prædico:
et matrem aio haud injuria me occidisse, [bile odium,
patris mei cæde inquinatum piaculum deorumque detesta-
et qui me ad hanc audaciam incitaret, auctorem habeo
Apollinem, vatem Pythicum, qui mihi oraculo edidit,
si cædem perpetrassem, extra culpam invidiosam
me fore; sin prætermississem, non dico pœnam. [rit.
Arcu enim nemo ad malorum illorum atrocitatem perve-
Et nunc me videte, quomodo exornatus
cum hoc ramo lanaque ei circumvoluta aditurus sim
delubrum in medio terræ umbilico, Apollinis solum
sacrumque flammæ lumen, quod æternum vocatur,
dum reus sum cognati sanguinis profusi. Non vero ut ad
focum me converterem, Apollo mihi permisit. [alium *arce*
Hæc vero temporis progressu mihi omnes Argivos affirmo
etiam testaturos, quam calamitosa mala *a matre* mihi pa-
Ego autem errabundus ex hac terra exterminatus [rata sint.
et vivus et mortuus hanc famam, *me ultum esse patrem*,

CHORUS. [relicturus sum.
At bene quum rem transegeris, ne os tuum obstrinxeris
infaustis famæ vocibus neve maleominata verba proferas,
postquam totam Argivorum civitatem liberasti
duorum draconum capitibus strenue amputatis.

ORESTES.
Ah ah; servæ mulieres, en, hæ Gorgonum instar
pullis vestibus indutæ et crines implicatæ
crebris serpentibus; non amplius hic manserim.

CHORUS.
Quænam te opiniones, patri carissime hominum,
conturbant? Ne terreare, quum egregie victor sis.

ORESTES.
Non sunt hæ vanæ opiniones terrorum, quæ mihi obver-
Manifesto enim hæ sunt matris furiosæ canes. [santur.

CHORUS.
Recens enim sanguis manibus tibi adhuc hæret;
inde perturbatio in mentem tuam incidit.

ORESTES.
Rex Apollo, hæ augentur numero,
et ex oculis terribilem stillant sanguinem.

CHORUS.
Intus (*in Apollinis templo*) lustratio est; Apollinem au-
liberum te ab his malis reddes. [tem si attigeris,

ORESTES.
Vos has non videtis, at ego video;

δαίνομαι δὲ, κοὐκ ἔτ' ἂν μείναιμ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σ' ἐποπτεύων πρόφρων
θεὸς φυλάσσοι καιρίοισι συμφοραῖς.
Ὅδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
τρίτος αὖ χειμὼν
πνεύσας γονίας ἐτελέσθη.
Παιδοβόροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν
μόχθοι ταλανές τε Θυέστου·
δεύτερον ἀνδρὸς βασίλεια πάθη·
λουτροδαΐκτος δ' ὤλετ' Ἀχαιῶν
πολέμαρχος ἀνήρ.
Νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτὴρ,
ἢ μόρον εἶπω.
Ποῖ δῆτα κρανεῖ, ποῖ καταλήξει
μετακοιμισθὲν μένος ἄτης;

exagitor autem, nec amplius manserim.

CHORUS.

At sis felix, et respiciens benevolus te
deus custodiat in gravissimis casibus.
Hæc regiis ædibus
tertia rursus tempestas
irrumpens generis transacta est.
Puerivoræ primum exortæ sunt
miseræque ærumnæ Thyestis;
deinde viri regiæ calamitates;
in balneo autem dilaniatus occidit Achivorum
dux belli.
Nunc vero rursus tertius alicunde venit sospitator,
an perniciem dicam?
Quorsum tandem finem habebit, quorsum desinet
consopita vis calamitatis?

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΥΘΙΑΣ ΠΡΟΦΗΤΙΣ.
ΑΠΟΛΛΩΝ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑΣ ΕΙΔΩΛΟΝ.
ΧΟΡΟΣ ΕΥΜΕΝΙΔΩΝ.
ΑΘΗΝΑ.
ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

ΠΥΘΙΑΣ.

Πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇδε πρεσβεύω θεῶν
τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν· ἐκ δὲ τῆς Θέμιν,
ἣ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἕζετο
μαντεῖον, ὡς λόγος τις· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
λάχει, θελούσης, οὐδὲ πρὸς βίαν τινός,
Τιτανὶς ἄλλη παῖς χθονὸς καθέζετο
Φοίβη, δίδωσι δ' ἣ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ· τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον.
Λιποῦσα δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα,
κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τὰς Παλλάδος,
ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησοῦ θ' ἕδρας.
Πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσιν μέγα
κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα
ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην.
Μολόντα δ' αὐτὸν κάρτα τιμαλφεῖ λεὼς,
Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ.
Τέχνης δέ νιν Ζεὺς ἔνθεον κτίσας φρένα
ἕζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις·
Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.
Τούτους ἐν εὐχαῖς φροιμιάζομαι θεούς.
Παλλὰς προναία δ' ἐν λόγοις πρεσβεύεται.
Σέβω δὲ νύμφας, ἔνθα Κωρυκὶς πέτρα
κοίλη, φίλορνις, δαιμόνων ἀναστροφή.
Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον, οὐδ' ἀμνημονῶ,
ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεὸς,
λαγὼ δίκην Πενθεῖ καταρράψας μόρον·
Πλειστοῦ τε πηγὰς καὶ Ποσειδῶνος κράτος
καλοῦσα καὶ τέλειον ὕψιστον Δία,
ἔπειτα μάντις εἰς θρόνους καθιζάνω.
Καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ
ἄριστα δοῖεν· κεἰ παρ' Ἕλλήνων τινὲς,
ἴτων πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται.
Μαντεύομαι γὰρ ὡς ἂν ἡγῆται θεός.
Ἦ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν
πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίου,
ὡς μήτε σωκεῖν μήτε μ' ἀκταίνειν στάσιν·
τρέχω δὲ χερσὶν, οὐ ποδωκίᾳ σκελῶν·

EUMENIDES.

PERSONÆ FABULÆ.

PYTHIA DELPHICA.
APOLLO.
ORESTES.
CLYTÆMNESTRÆ SPECTRUM.
CHORUS EUMENIDUM.
MINERVA.
COMITES.

PYTHIA. (DELPHIS.)

Primum deorum hac prece adoro
Tellurem, primogeniam vatem; post hanc vero Themidem,
quæ secundo loco hoc matris tenuit
oraculum, ut fertur. Tertia autem
sortis vice, volente illa neque quoquam invito,
Titanis alia, Telluris filia, sedem occupavit,
Phœbe. Hæc vero natalitium donum dat
Phœbo, atque ex Phœbes nomine *Phœbus* nominatus est.
Relicta autem palude et rupe Deliaca,
postquam ad littora circumnavigata Minervæ appulit,
in hanc terram Parnasique sedem pervenit.
Prosequuntur vero illum summa dei veneratione
Vulcani filii, viæ munitores, regionem
incultam cultura mitigantes.
Postquam huc venit, eximio eum honore populus colit
Delphusque hujus terræ præpotens dominus.
Artis vero divinæ Jupiter eum reddidit compote
quartumque hunc vatem in solio collocat,
Jovisque patris interpres est Loxias.
Hæc ego numina in precationis primordio invoco.
Pallas autem Pronæa inprimis a me vocibus solemnibus
nymphasque veneror, ubi Corycia rupes est [adoratur;
cava, avibus frequentata, deorum deverticulum.
Bromius vero locum tenet, cujus non sum immemor,
ex quo deus Baccharum comitatu bellum concitavit
Pentheoque, tanquam lepori, perniciem paravit.
Et Plisti fontes et Neptuni potentiam
et præpotentem supremum Jovem invocans
vaticinatura in sacra sede consido.
Et nunc mihi ut hæc precatio priorum ingressuum longe
felicissima contingat, *dii* dent; et si qui Græcorum adsint
consulturi, eunto ordine, qui sortito illis obtigit, ut moris est.
Vaticinor enim, quemadmodum deus mihi præivit.
Profecto terribilia sunt dictu, terribilia aspectu oculis,
quæ retro me ex æde Apollinis exagitarunt,
ut *præ timore* neque valeam viribus nec stantem me sus-
sed festino manibus, non crurum celeritate. [tineam,

δείσασα γὰρ γραῦς, οὐδέν, ἀντίπαις μὲν οὖν.
Ἐγὼ μὲν ἕρπω πρὸς πολυστεφῆ μυχόν·
ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ
ἕδραν ἔχοντα προστρόπαιον, αἵματι
στάζοντα χεῖρας καὶ νεοσπαδὲς ξίφος
ἔχοντ', ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον,
λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον,
ἀργῆτι μαλλῷ. Τῆδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.
Πρόσθεν δὲ τἀνδρὸς τοῦδε θαυμαστὸς λόχος
εὕδει γυναικῶν ἐν θρόνοισιν ἥμενος.
Οὔτοι γυναῖκας, ἀλλὰ Γοργόνας λέγω·
οὐδ' αὖτε Γοργείοισιν εἰκάσω τύποις·
εἶδόν ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας
δεῖπνον φερούσας· ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν
αὗται, μέλαιναι δ' ἐς τὸ πᾶν βδελύκτροποι·
ῥέγκουσι δ' οὐ πλαστοῖσι φυσιάμασιν·
ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν·
καὶ κόσμος οὔτε πρὸς θεῶν ἀγάλματα
φέρειν δίκαιος οὔτ' ἐς ἀνθρώπων στέγας.
Τὸ φῦλον οὐκ ὄπωπα τῆσδ' ὁμιλίας,
οὐδ' ἥτις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος
τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.
Ταῦτ' οὖν σὺ τῶνδε δεσπότῃ δόμων
αὐτῷ μελέσθω Λοξίᾳ μεγασθενεῖ.
Ἰατρόμαντις δ' ἐστὶ καὶ τερασκόπος,
καὶ τοῖσιν ἄλλοις δωμάτων καθάρσιος.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὔτοι προδώσω· διὰ τέλους δέ σοι φύλαξ
ἔγγὺς παρεστὼς, καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν,
ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων.
Καὶ νῦν ἁλούσας τάσδε τὰς μάργους ὁρᾷς·
Ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι,
γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες, αἷς οὐ μίγνυται
θεῶν τις οὐδ' ἄνθρωπος οὐδὲ θήρ ποτε·
κακῶν δ' ἕκατι κἀγένοντ'· ἐπεὶ κακὸν
τοιόνδε νέμονται Τάρταρόν θ' ὑπὸ χθονὸς,
μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων.
Ὅμως δὲ φεῦγε μηδὲ μαλθακὸς γένῃ.
Ἐλῶσι γάρ σε καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς
βεβῶτ' ἀν' ἀεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα,
ὑπέρ τε πόντου καὶ περιρρύτας πόλεις.
Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος
πόνον· μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν
ζῷον παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας,
κἀκεῖ δικαστὰς τῶνδε καὶ θελκτηρίους
μύθους ἔχοντες μηχανὰς εὑρήσομεν,
ὅστ' ἐς τὸ πᾶν σε τῶνδ' ἀπαλλάξαι πόνων.
Καὶ γὰρ κτανεῖν σ' ἔπεισα μητρῷον δέμας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ ἀδίκειν·
ἐπεὶ δ' ἐπίστα, καὶ τὸ μὴ ἀμελεῖν μάθε.
Σθένος δὲ ποιεῖν εὖ φερέγγυον τὸ σόν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Μίμνητω, μὴ φόβος σε νικάτω φρένας.

Metu perterrita enim anus nihil est, infanti sane par *robore*.
Equidem accedo ad coronata penetralia,
at video ad umbilicum (*in medio sacello*) virum deorum
sedem tenentem, supplicem, sanguine [odio inquinatum
manus madentem et recens strictum gladium
præ se ferentem, olivæque alte crescentem ramum
plurima lana sedulo circumvolutum,
candido vellere. Sic enim perspicue explicabo.
Ante hunc virum autem mirabilis cohors
mulierum dormit sedens in soliis.
Non mulieres tamen eas, sed Gorgonas dixerim,
nec rursus eas Gorgonum figuris comparaverim.
Vidi aliquando jam *Harpyias* depictas Phinei
dapem rapientes; inalatæ tamen aspectu
hæ sunt, atræ vero prorsus horribiles,
stertunt autem non accessibili anhelitu,
et ex oculis violentiam stillant inamabilem;
atque vestitus est, qualem neque ad deorum simulacra
afferre fas est neque in tecta hominum.
Non novi genus cœtus hujuscemodi;
neque quænam terra talem sobolem glorietur [inulsse.
quum sine calamitate nutriverit, non ob ærumnas inge-
Quæ inde consecutura sint, jam hujus sacri domino
ipsi curæ sunto, Apollini præpotenti.
Vates est qui malis medeatur, et portentorum guarus
et apud alios ædium lustrator.

APOLLO.

Non te prodam, sed ad exitum usque custos tibi
et prope adstans et vero procul remotus
tuis hostibus non ero mollior.
Et nunc captas sopore has prædæ avidas vides.
Somno prostratæ vero sunt abominandæ puellæ
canæ, grandævæ virgines, ad quas non accedit
neque quisquam deorum, nec homo, neque unquam fera.
Malorum vero etiam causa natæ sunt, quandoquidem malas
tenebras incolunt et Tartarum subterraneum,
odia hominum et deorum Olympiorum.
Nihilo vero secius fuge neve animum despondeas
(exagitabunt enim te etiam per longum terrarum tractum
incedentem, per regionem, quam quoque tempore vagis
trans mare et ultra circumfusas insulas), [cursibus peragras,
neve procumbas hoc pastus
labore; ubi vero ad Palladis urbem perveneris
conside *ad aram supplex* antiquum simulacrum manibus
ibique judices et, quibus has placemus, [amplexus,
orationes consecuti consilium inveniemus,
quo ab his ærumnis prorsus te liberemus.
Etenim ego tibi persuasi, ut matricidium perpetrares.

ORESTES.

O rex Apollo, scis sane injuriam non facere; [gligas.
quandoquidem vero nosti, etiam disce ut supplicem ne ne-
Potentia enim tua satis spondet, ut bonum exitum afferat.

APOLLO.

Memor esto; timor animum tuum ne vincito.

Σὺ δ', αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρὸς,
'Ερμῆ, φύλασσε· κάρτα δ' ὢν ἐπώνυμος
πομπαῖος ἴσθι, τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν
ἱκέτην. Σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων σέβας,
ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Εὕδοιτ' ἄν, ὠή, καὶ καθευδουσῶν τί δεῖ;
ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη
ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὡς μὲν ἔκτανον,
ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
αἰσχρῶς δ' ἀλῶμαι· προὐννέπω δ' ὑμῖν ὅτι
ἔχω μεγίστην αἰτίαν κείνων ὕπο·
παθοῦσα δ' οὕτω δεινὰ πρὸς τῶν φιλτάτων,
οὐδεὶς ὑπέρ μου δαιμόνων μηνίεται,
κατασφαγείσης πρὸς χερῶν μητροκτόνων.
Ὅρα δὲ πληγὰς τάσδε καρδίας· σέθεν
εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται·
ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρ' ἀπρόσκοπος βροτῶν.
Ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε,
χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα,
καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς
ἔθυον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.
Καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα.
Ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,
καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
ὥρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.
Ἀκούσαθ' ὡς ἔλεξα τῆς ἐμῆς περὶ
ψυχῆς, φρονήσατ', ὦ κατὰ χθονὸς θεαί.
Ὄναρ γὰρ ὑμᾶς νῦν Κλυταιμνήστρα καλῶ.

ΧΟΡΟΣ.

(μυγμός.)

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Μύζοιτ' ἄν, ἀνὴρ δ' οἴχεται φεύγων πρόσω.
Φίλοις γάρ εἰσιν, οὐκ † ἐμοὶ, † προσίκτορες.

ΧΟΡΟΣ.

(μυγμός.)

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ἄγαν ὑπνώσσεις, κοὐ κατοικτίζεις πάθος·
φονεὺς δ' Ὀρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται.

ΧΟΡΟΣ.

(ὠγμός.)

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὤζεις, ὑπνώσσεις, οὐκ ἀναστήσει τάχος;
Τί σοι πέπρακται πρᾶγμα πλὴν τεύχειν κακά;

ΧΟΡΟΣ.

(ὠγμός.)

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὕπνος πόνος τε κύριοι συνωμόσαν
δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήραναν μένος.

ΧΟΡΟΣ.

(μυγμὸς διπλοῦς ὀξύς.)

Λαβὲ λαβὲ λαβὲ λαβέ, φράζου.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Ὄναρ δώκεις θῆρα, κλαγγαίνεις δ' ἄπειρ

Tu vero, fraterne sanguis atque ex eodem sanguine prognate,] Mercuri; fac eum custodias; certe vero, ut nominatus fidus deductor esto, dum hunc pasces meum [es, supplicem; admodum Jupiter tuum augustum munus revequod mortalibus secundo commeatu contingit. [retur.

CLYTÆMNESTRA.

Dormiatis sane: hem, et dormientibus ecquid opus est?
Mihi vero a vobis ita neglectæ
inter alios mortuos eorum, quos occidi,
opprobrium apud inferos non desinit,
inhonestaque oberro: denuncio vero vobis me
maximo crimine ab illis premi.
Quum vero tam atrocia a carissimis perpessa sim,
nemo deorum est qui mea causa irascatur,
quamquam cæsa sum impiis matricidæ manibus.
Adspice vero has plagas cordi inflictas: tuus
dormiens enim animus oculis effulget;
luce vero Parca non est prospica mortalium.
Ac multa sane sacrificia a me oblata absorbuistis;
et libationes vino carentes, sobria mulsi delinimina
noctuque paratas dapes venerabiles in foco ignis
adolebam tempore, quod vobis cum nullo deorum commune est (*i. e. quo nulli deorum sacrificatur*).
Atque hæc omnia pedibus proculcata video;
ille autem aufugiens hinnuli instar evasit,
et hoc quidem facili saltu ex mediis retibus
sese eripuit, valde vobis illudens.
Audite; nam de mea dixi
anima; resipite, o deæ quæ sub terra habitatis;
simulacrum enim vos nunc Clytæmnestra voco.

CHORUS.

(Suspirium.)

CLYTÆMNESTRA.

Suspiretis sane: vir autem procul aufugiens evasit;
Meis enim sunt, non mihi, adjutores exorati.

CHORUS.

(Suspirium.)

CLYTÆMNESTRA.

Nimium indulges somno, nec miseret te calamitatis meæ;
Orestes autem, hujus matris suæ interfector, fuga evasit.

CHORUS.

(Oh! oh! clamat.)

CLYTÆMNESTRA.

Oh, oh clamas? dormis? quin surges celeriter? [ntes?
Quod enim faciendum tibi destinatum est, nisi ut mala pa-

CHORUS.

(Oh! oh! clamat.)

CLYTÆMNESTRA.

Somnus et labor, opportuni conjurati,
tremendæ serpentis vim confecerunt.

CHORUS.

(Duplex et acutum suspirium.)

Cape, cape, cape, cape, adverte animum!

CLYTÆMNESTRA.

Per somnum feram persequeris et clangis ceu

κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου.
Τί δρᾷς; ἀνίστω, μή σε νικάτω πόνος,
μηδ' ἀγνοήσῃς πῆμα μαλθαχθεῖσ' ὕπνῳ.
Ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσι·
τοὺς σώφροσιν γὰρ ἀντίκεντρα γίγνεται.
Σὺ δ' αἱματηρὸν πνεῦμ' ἐπουρίσασα τῷ,
ἀτμῷ κατισχναίνουσα νηδύος πυρί,
ἵπου, μάραινε δευτέροις διώγμασιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δὲ σέ.
Εὕδεις; ἀνίστω, κἀπολακτίσασ' ὕπνον,
ἰδώμεθ' εἴ τι τοῦδε φροιμίου ματᾷ.
Ἰοὺ ἰού, πόπαξ. Ἐπάθομεν, φίλαι. Στρ. α'.
Ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ.
Ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς, ὦ πόποι,
ἄφερτον κακόν.
Ἐξ ἀρχύων πέπτωκεν, οἴχεται δ' ὁ θήρ.
Ὑπνῳ κρατηθεῖσ' ἄγραν ὤλεσα.
Ἰὼ παῖ Διὸς, ἐπίκλοπος πέλει. Ἀντ. α'.
Νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω,
τὸν ἱκέταν σέβων ἄθεον ἄνδρα καὶ
τακεῦσιν πικρὸν,
τὸν μητραλοίαν δ' ἐξέκλεψας ὢν θεός.
Τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;
Ἐμοὶ δ' ὀνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν Στρ. β'.
ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
μεσολαβεῖ κέντρῳ
ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβὸν,
πάρεστι μαστίκτορος,
δαΐου δαμίου
βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν.
Τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ Ἀντ. β'.
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον
φονολιβῆ † θρόμβον †
περὶ πόδα, περὶ κάρα.
Πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν
προσδρακεῖν αἱμάτων
βλοσυρὸν αἱρούμενον ἄγος ἔχειν.
Ἐστίω δὲ, μάντι, σῷ μιάσματι Στρ. γ'.
μυχὸν ἔχρανας αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος,
παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων,
παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας.
Καὶ σοί τε λυπρὸς, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται, Ἀντ. γ'.
ὑπό τε γᾶν φυγὼν οὔ ποτ' ἐλευθεροῦται,
ἐπιτρόπαιος ὢν δ' ἕτερον ἐν κάρᾳ
μιάστορ' † αὖτ' ἐκεῖ † πάσεται.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἔξω, κελεύω, τῶνδε δωμάτων τάχος
χωρεῖτ', ἀπαλλάσσεσθε μαντικῶν μυχῶν,
μὴ καὶ λαβοῦσα πτηνὸν ἀργηστὴν ὄφιν,
χρυσηλάτου θώμιγγος ἐξορμώμενον,
ἀνῇς ὑπ' ἄλγους μέλαν' ἀπ' ἀνθρώπων ἄφρον,
ἐμοῦσα θρόμβους οὓς ἀφείλκυσας φόνου.
Οὔτοι δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει·

canis, quum *fatigatus* curam indagandi nondum intermi-
Ecquidnam agis? surge; labor ne te vincat, [sit.
neve ignores malum, quum sopore delinita sis.
Dolore movearis animo justis *meis* opprobriis incitata;
nam sunt cordatis ea pro stimulis.
Tu vero sanguineum halitum in illum efflans,
spiritu eum arefaciens, ventris igne,
sequere, attenua eum altera persecutione.

CHORUS.

Excita, etiam tu excita hanc; ego vero te.
Dormin'? surge et depulso somno
experiamur, numquid hujus initii incassum sit.
Hei, hei, tatæ! malum passæ sumus, amicæ.
Certe multa sane ego perpessa sum idque frustra.
Passæ sumus grave damnum, eheu,
non ferendum malum.
Ex cassibus elapsa est, evasit fera.
Somno devicta prædam amisi.
Io! fili Jovis, versutus fur es.
Juvenis grandævas deas prostravisti,
supplicem pie protegens impium virum et
parentibus acerbum.
Matricidam vero tu, qui deus es, per furta nobis eripuisti.
Quid est horum, quod quis jure factum dicat?
Opprobrium ex somniis mihi oblatum
aurigæ modo me perculit
stimulo medium corpus penetrante
sub præcordiis, sub jecore.
Necesse est flagellatoris,
infesti carnificis
gravem, nimium gravem horrorem sustinere.
Hujusmodi facinora perpetrant juniores dii,
dum majorem exercent potentiam, quam justitia concedit,
circa grumum sanguine stillantem,
circa pedem, circa caput.
Licet terræ umbilicum
videre sanguinis
horrendo piaculo inquinatum.
Supplice vero, vates, tuo piaculo [casti,
penetralia tua inquinasti, quum ipse eum incitasti, ipse vo-
præter morem deorum res humanas coluisti,
antiquas vero Parcas perdidisti.
Et mihi *Apollo* acerbus est, nec hunc exsolvet,
neque si sub terram fugerit, unquam liberabitur:
cæde inquinatus supplex in suum caput sævientem
vindicem rursus illic inveniet.

APOLLO.

Foras, jubeo; ex hac æde celeriter
exite, facessite hinc ex fatidicis penetralibus,
ne etiam accepta alata celeri serpente (*i. e. sagitta*),
ab aureo nervo in te emissa
præ dolore atram ex hominibus deglutitam spumam ejicias,
grumos evomens, quos ex cæde linxisti.
Non vos decet his ædibus appropinquare,

ἀλλ' οὗ καρανιστῆρες ὀφθαλμώρυγες
δίκαι, σφαγαί τε, σπέρματός τ' ἀποφθοραὶ
παίδων, κακοῦ τε χλοῦνις, ἠδ' ἀκρωνία,
λευσμόν τε καὶ μύζουσιν οἰκτισμὸν πολὺν
ὑπὸ ῥάχιν παγέντες. Ἆρ' ἀκούετε
οἵας ἑορτῆς ἔστ' ἀπόπτυστοι θεοῖς
στέργηθρ' ἔχουσαι; πᾶς δ' ὑφηγεῖται τρόπος
μορφῆς. Λέοντος ἄντρον αἱματορρόφου
οἰκεῖν τοιαύτας εἰκὸς, οὐ χρηστηρίοις
ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος.
Χωρεῖτ' ἄνευ βοτῆρος αἰπολούμεναι.
Ποίμνης τοιαύτης δ' οὔτις εὐφιλὴς θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, ἀντάκουσον ἐν μέρει.
Αὐτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλει,
ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Πῶς δή; τοσοῦτο μῆκος ἔκτεινον λόγου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔχρησας ὥστε τὸν ξένον μητροκτονεῖν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἔχρησα ποινὰς τοῦ πατρὸς πέμψαι. Τί μήν;

ΧΟΡΟΣ.

Κἄπειθ' ὑπέστης αἵματος δέκτωρ νέου.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Καὶ προστραπέσθαι τούσδ' ἐπέστελλον δόμους.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τὰς προπομποὺς δῆτα τάσδε λοιδορεῖς;

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐ γὰρ δόμοισι τοῖσδε πρόσφορον μολεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῦτο προστεταγμένον.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Τίς ἥδε τιμή; κόμπασον γέρας καλόν.

ΧΟΡΟΣ.

Τοὺς μητραλοίας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Τί γὰρ γυναικὸς ἥτις ἄνδρα νοσφίσῃ;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἂν γένοιθ' ὅμαιμος αὐθέντης φόνος.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἦ κάρτ' ἄτιμα, καὶ παρ' οὐδὲν ἠρκέσω
Ἥρας τελείας καὶ Διὸς πιστώματα.
Κύπρις δ' ἄτιμος τῷδ' ἀπέρριπται λόγῳ,
ὅθεν βροτοῖσι γίγνεται τὰ φίλτατα.
Εὐνὴ γὰρ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ μόρσιμος
ὅρκου 'στὶ μείζων τῇ δίκῃ φρουρουμένη.
Εἰ τοῖσιν οὖν κτείνουσιν ἀλλήλους χαλᾷς
τὸ μὴ † τίνεσθαι † μηδ' ἐποπτεύειν κότῳ,
οὔ φημ' Ὀρέστην σ' ἐνδίκως ἀνδρηλατεῖν.
Τὰ μὲν γὰρ οἶδα κάρτα σ' ἐνθυμουμένην,
τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαιτέραν.
Δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ' ἐποπτεύσει θεά.

sed huc ubi capita amputantes, oculos effodientes
quæstiones sunt, et supplicia, et genitalis fontis obstructio
in pueris, malique ubertas et summa copia,
et ubi lapidationem multamque lamentationem cient
dorso transfixi. Num auditis,
cujusnam festivitatis vos diis invisæ deæ
delicias habeatis? Eo ducit omnis habitus
formæ vestræ. Leonis antrum sanguinarii
habitare tales decet, non oraculis
his vicinis pollutionem inferre.
Exite sine pastore in vestris pascuis oberrantes.
Tali vero gregi nemo deorum est benevolus.

CHORUS.

Rex Apollo, tu quoque audi me vicissim.
Ipse tu horum facinorum perpetratorum non socius es, [mus.
sed unus ea ipse ab omni parte perpetrasti, ut nocentissi-

APOLLO.

Qui tandem? eo usque, ut id explices, extende orationem.

CHORUS.

Oraculo edidisti, ut hic hospes matrem occideret.

APOLLO.

Edidi ut ultionem patris exigeret. Quid igitur?

CHORUS.

Et tum sanguinis recentis patronus exstitisti.

APOLLO.

Et supplicem eum ad hanc ædem confugere jussi.

CHORUS.

Et has ejus comites conviciis excipis?

APOLLO.

Non enim fas est vos ad hanc ædem accedere.

CHORUS.

At est hoc nobis demandatum.

APOLLO.

Quis est hic honos, quem memoras? Prædica præclarum
CHORUS. [munus tuum.
Matricidas ex ædibus expellimus.
APOLLO. [truncavit?
Quid enim? mulierisne interfectorem, quæ maritum ob-

CHORUS.

Talem cædem *si quis perpetraret* sua ipsius manu, ea non
APOLLO. [esset consanguinea.
Certe inhonora nec ullo juris loco habes [jugii.
fida Junonis pronubæ Jovisque *numine facta* fœdera con-
Venusque suo honore fraudata hac oratione abjicitur,
ex qua hominibus oriuntur gaudia carissima.
Conjugium enim viro mulierique fatis destinatum est
et jurejurando sanctius est ab justitia munitum.
Si igitur *conjugibus* qui alter alterum occiderint, largiaris,
ut ultio ab iis non exigatur, neque eos cum ira respicias,
nego te jure Orestem exagitatum persequi.
In altera enim re te scio certe ira exasperatam esse,
in altera vero manifesto lenius agere.
Sed utriusque causæ justitiam Minerva dea expendet.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον οὔ τι μὴ λίπω ποτέ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Σὺ δ' οὖν δίωκε καὶ πόνον πλέον τίθου.

ΧΟΡΟΣ.

Τιμὰς σὺ μὴ σύντεμνε τὰς ἐμὰς λόγῳ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐδ' ἂν δεχοίμην ὥστ' ἔχειν τιμὰς σέθεν.

ΧΟΡΟΣ.

Μέγας γὰρ ἔμπας παρὰ Διὸς θρόνοις λέγει
ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας
μέτειμι τόνδε φῶτα κἀκκυνηγετῶν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἐγὼ δ' ἀρήξω τὸν ἱκέτην τε ῥύσομαι·
δεινὴ γὰρ ἐν βροτοῖσι κἀν θεοῖς πέλει
τῶν προστροπαίου μῆνις, εἰ προδῶ σφ' ἑκών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, Λοξίου κελεύσμασιν
ἦλθον, δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα,
οὐ προστρόπαιον οὐδ' ἀφοίβαντον χέρα,
ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον τε πρὸς
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν.
Ὁμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,
χώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σὸν, θεά.
Αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμένω τέλος δίκης.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδεν· τόδ' ἐστὶ τἀνδρὸς ἐκφανὲς τέκμαρ.
Ἕπου δὲ μηνυτῆρος ἀφθέγκτου φραδαῖς.
Τετρυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν
πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.
Πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ
πλάγχνον· χθονὸς γὰρ πᾶς πεπείρανται τόπος
ὑπέρ τε πόντον ἀπτέροις πωτήμασιν
ἦλθον διώκουσ', οὐδὲν ὑστέρα νεώς.
Καὶ νῦν δὲ ἐνθάδ' ἐστί που καταπτακών.
Ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ.
Ὅρα δρα μάλ' αὖ,
λεύσσετον πάντα,
μὴ λάθῃ φύγδα βὰς
ὁ ματροφόνος ἀτίτας.
Ὅδ' αὖτε γοῦν ἀλκὰν ἔχων, περὶ βρέτει
πλεχθεὶς θεᾶς ἀμβρότου,
ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν.
Τὸ δ' οὐ πάρεστιν· αἷμα μητρῷον χαμαὶ,
δυσαγώμιστον, παπαῖ,
τὸ δυσρὸν πέδῳ χύμενον οἴχεται.
Ἀλλ' ἀντιδοῦναί δεῖ σ', ἀπὸ ζῶντος ῥοφεῖν
ἐρυθρὸν ἐκ μελέων πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ
βοσκὰν φεροίμαν πώματος δυσπότου·
καὶ ζῶντά σ' ἰσχνάνασ' ἀπάξομαι κάτω,
ἀντίποινα ὡς τίνῃς μητροφόνας δύας.
Ὄψει δὲ κεἴ τις ἄλλον ἥλιτεν βροτῶν,
ἢ θεὸν ἢ ξένον

CHORUS.

Illum virum nullo modo unquam dimisero.

APOLLO.

Tu sane eum persequaris laboremque tibi augeas.

CHORUS.

Tu vero noli oratione obterere honores meos.

APOLLO.

Non ego sustinerem, ut abs te honores acciperem.

CHORUS.

Magnus enim nihilo secius juxta Jovis solium diceris;
ego autem (nam poscit me matris profusus sanguis) ultionem
ab hoc viro repeto eumque ut venatrix insequor.

APOLLO.

Ego autem ei opem feram supplicemque protegam;
nam gravis est inter homines atque inter deos
supplicis repudiati ira, si eum volens prodidero.

ORESTES. (ATHENIS.)

Minerva regina, Apollinis missu
ad te adveni; recipe vero benevola cædis reum,
non amplius *piaculo inquinatum* supplicem neque inex-
sed jam fatigatum satisque exercitatum [piatum manus,
aliis ædibus et effusis lustrationibus mortalium. [*V.* 445 *sq.*]
Similiter terras atque mare peragrans
non immemor jussorum quæ Apollo oraculo mihi edidit,
accedo ad tuam ædem tuumque simulacrum, dea.
Hic manens judicii exitum exspecto.

CHORUS.

Agite, hoc est manifestum viri vestigium;
sequere proditoris muti indicia.
Vulneratum enim, ut canis hinnulum,
ex sanguine et cruentis guttis illum investigamus; [pitat
multis molestiis, quibus virum confecimus, fatigatum pal-
pectus; terræ enim unusquisque locus peragratus est,
et trans mare inalato volatu
vecta sum illum persequens, nihilo nave tardior.
Et nunc ille hic est alicubi delitescens.
Odor humani sanguinis me arridet.
Circumspice, circumspice iterum:
circumspicite omnia,
ne clam fuga evadat
matricida impunitus.
Hic iterum auxilium nactus simulacrum
deæ immortalis amplexus
judicium cædis manibus ipsius perpetratæ subire vult.
Verum id non licet: sanguis maternus profusus
irreparabilis, papæ,
limpidus in solum effusus periit:
sed pro cæde pœnas te dare oportet, ut a vivo sorbeam
rubrum ex membris libum; a te vero
cibum infandi potus auferam;
et postquam vivum te maceravi, te ad inferos abigam,
ut cædis maternæ pœnas luas.
Videbis vero etiam, si quis in alium mortalium deliquerit,
aut deum aut hospitem

,τιν' ἀσεβῶν, ἢ τοκέας φίλους,
ἕχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια.
Μέγας γὰρ Ἅδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν,
ἔνερθε χθονὸς,
δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ διδαχθεὶς ἐν κακοῖς ἐπίσταμαι
πολλοὺς καθαρμοὺς, καὶ λέγειν ὅπου δίκη
σιγᾶν θ' ὁμοίως. Ἐν δὲ τῷδε πράγματι
φωνεῖν ἐτάχθην πρὸς σοφοῦ διδασκάλου·
βρίζει γὰρ αἷμα καὶ μαραίνεται χερὸς,
μητροκτόνον μίασμα δ' ἔκπλυτον πέλει.
Ποταίνιον γὰρ ὂν πρὸς ἑστίᾳ θεοῦ
Φοίβου καθαρμοῖς ἠλάθη χοιροκτόνοις.
Πολὺς δέ μοι γένοιτ' ἂν ἐξ ἀρχῆς λόγος,
ὅσοις προσῆλθον ἀβλαβεῖ ξυνουσίᾳ.
Χρόνος καθαιρεῖ πάντα γηράσκων ὁμοῦ.
Καὶ νῦν ἀφ' ἁγνοῦ στόματος εὐφήμως καλῶ
χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθηναίαν ἐμοὶ
μολεῖν ἀρωγόν· κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς
αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεών,
πιστὸν δικαίως ἐς τὸ πᾶν τε σύμμαχον.
Ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς,
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου,
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα,
φίλοις ἀρήγουσ', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα
θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ,
ἔλθοι, κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεὸς,
ὅπως γένοιτο τῶνδ' ἐμοὶ λυτήριος.

ΧΟΡΟΣ.

Οὗτοι σ' Ἀπόλλων οὐδ' Ἀθηναίας σθένος
ῥύσαιτ' ἂν ὥστε μὴ οὐ παρημελημένον
ἔρρειν, τὸ χαίρειν μὴ μαθόνθ' ὅπου φρενῶν,
ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιάν.
Οὐδ' ἀντιφωνεῖς, ἀλλ' ἀποπτύεις λόγους,
ἐμοὶ τραφείς τε καὶ καθιερωμένος.
Καὶ ζῶν με δαίσεις, οὐδὲ πρὸς βωμῷ σφαγείς·
ὕμνον δ' ἀκούσει τόνδε δέσμιον σέθεν.
Ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἄψωμεν, ἐπεὶ
μοῦσαν στυγερὰν
ἀποφαίνεσθαι δεδόκηκε,
λέξαι τε λάχη τὰ κατ' ἀνθρώπους
ὡς ἐπινωμᾷ στάσις † ἀμετέρα †,
εὐθυδίκαιοί θ' ἡδόμεθ' εἶναι.
Τὸν μὲν καθαρὰς χεῖρας προνέμοντ'
οὔτις ἀφ' ἡμῶν μῆνις ἐφέρπει,
ἀσινὴς δ' αἰῶνα διοιχνεῖ·
ὅστις δ' † ἁλιτὼν † ὥσπερ δὴ ἀνὴρ
χεῖρας φονίας ἐπικρύπτει,
μάρτυρες ὀρθαὶ τοῖσι θανοῦσιν
παραγιγνόμεναι πράκτορες αἵματος
αὐτῷ τελέως ἐφάνημεν.
Μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ Νὺξ, ἀλαοῖσι καὶ ὀιδορκόσιν Στρ. α'.

aut caros parentes impie negligens,
unumquemque justa pœna affectum.
Magnus enim Orcus est quæsitor mortalium
infra terram
memorique animo omnia respicit.

ORESTES.

Equidem malis edoctus scio
multas lustrationes et ubi fas sit loqui
et tacere similiter. In hac autem causa
dicere a sapienti magistro jussus sum.
Consopitur enim sanguis et in manu exarescit,
matricidiique piaculum elutum est.
Recens enim quum esset, ad aram dei
Phœbi lustrationibus ablatum est porcis mactatis.
Et longa mihi esset oratio, *si* ab initio *repeterem*,
quot ego homines adierim, quibus præsentia mea nihil no-
Tempus una senescens omnia eluit. [cuerit.
Et nunc ex casto ore faustis precibus invoco
Minervam, hujus terræ reginam, ut me
auxilio suo juvet. Comparabit autem sine bello
et me ipsum et terram populumque Argivum
jure sibi fidelem et in omnibus socium.
At sive in oris regionis Libysticis
circa fluenta Tritonis, natalitii fluvii,
erecto pede inambulat aut involutum habet *pedem*,
amicis dum opitulatur, sive Phlegræam planitiem
sicut audax vir imperator revisit,
veniat (audit vero e longinquo deus),
ut ab his me malis liberet.

CHORUS.

Non te Apollo neque Minervæ potentia
protexerit, ut non contumeliose abjectus
pereas, ignarus ubi sit animi lætitia,
exsangue animal, umbra cœlestium (*i. e. ita te persequemur ut sis animans sanguine carens et tanquam umbra cœlestium, qui sunt sine sanguine*).
Et ne contradicis quidem, sed omne verbum rejicis,
qui mihi es enutritus atque devotus!
Et vivus me pasces, non vero ad aram mactatus (*i. e. ri a mihi eris victima qua pascar, nec opus est ut cædaris*).
Audies vero hunc hymnum, qui te constringet.
Agite dum, etiam chorum nectamus, quoniam
horrendum carmen
palam exhibere placuit,
sortesque dicere, quemadmodum eas per homines
cœtus noster distribuit,
justasque nos esse dispensatrices gloriamur.
Qui puras manus porrigit,
in eum nulla a nobis profecta ira irruit,
incolumisque vitam permeat.
Quicunque vero, quum deliquit, ut hic vir,
cruentas manus occulit,
incorruptæ testes mortuis
succurrentes exactrices sanguinis profusi
ei cum vi et potestate apparuimus.
Mater, quæ me peperisti, o mater Nox, cæcis et videntibus (*i. e. mortuis et vivis*) pœnam, audi: Latonæ enim filius

ποινάν, κλῦθ'· ὁ Λατοῦς γὰρ ἵνίς μ' ἄτιμον τίθησι,
τόνδ' ἀφαιρούμενος πτῶκα, ματρῷον ἄ-
γνισμα κύριον φόνου.
Ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ
τόδε μέλος, παρακοπὰ,
παραφορὰ φρενοδαλής,
ὕμνος ἐξ Ἐρινύων,
δέσμιος φρενῶν, ἀφόρ-
μικτος, αὐονὰ βροτοῖς.
Τοῦτο γὰρ λάχος διανταία Ἀντ. α'.
Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν,
θνατῶν τοῖς ἂν αὐτουργίαι ξυμπέσωσιν μάταιοι,
τοὺς ὁμαρτεῖν, ὅφρ' ἂν γᾶν ὑπέλθῃ· θανὼν δ'
οὐκ ἄγαν ἔλευθερος.
Ἐπὶ δὲ τῷ τεθυμένῳ
τόδε μέλος, παρακοπὰ,
παραφορὰ φρενοδαλής,
ὕμνος ἐξ Ἐρινύων,
δέσμιος φρενῶν, ἀφόρ-
μικτος, αὐονὰ βροτοῖς.
Γιγνομένοισι λάχη τάδ' ἐφ' ἁμὶν ἐκράνθη· Σ. β'.
ἀθανάτων δ' ἀπέχειν χέρας, οὐδέ τις ἐστὶ
συνδαίτωρ μετάκοινος.
Παλλεύκων δὲ πέπλων
ἄμοιρος, ἄκληρος ἐτύχθην.
Δωμάτων γὰρ εἰλόμαν
ἀνατροπὰς, ὅταν Ἄρης
τιθασὸς ὢν φίλον ἕλῃ·
ἐπὶ τὸν † ὧδ' ἰέμεναι
κρατερὸν ὄντα περ ὅμως †
μυροῦμεν ὑφ' αἵματος νέου.
Σπευδομένα δ' ἀφελεῖν τινὰ τάσδε μερίμνας, Ἀ. β'.
θεῶν δ' ἀτέλειαν ἐμαῖσι λιταῖς ἐπικραίνειν,
μηδ' ἐς ἄγκρισιν ἔλθεῖν
(Ζεὺς γὰρ αἱματοσταγὲς
ἀξιώμισον ἔθνος τόδε λέσχας
ἐς ἀκηξιώσατο),
μᾶλα γὰρ οὖν ἁλομένα
ἄγκαθεν βαρυπεσῆ
καταφέρω ποδὸς ἀκμὰν
(σφαλερὰ τανυδρόμοις
κῶλα), δύσφορον ἄταν.
Δοξαι τ' ἀνδρῶν καὶ μαλ' ὑπ' αἰθέρι σεμναὶ Σ. γ'.
τακόμεναι κατὰ γᾶν μινύθουσιν ἄτιμοι
ἐμετέραις ἐφόδοις μελανείμοσιν ὀρχησμοῖς τ' ἐπι-
φθόνοις ποδός.
Πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ. Ἀ. γ'.
Τοῖον ἐπὶ κνέφας ἀνδρὶ μύσος πεπόταται,
καὶ δνοφεράν τιν' ἀχλὺν κατὰ δώματος αὐδᾶται
πολύστονος φάτις.
Μένει γάρ· εὐμήχανοι Στρ. δ'.
δὲ καὶ τέλειοι, κακῶν
τε μνήμονες σεμναὶ,
καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς,

honore me meo privat hanc feram mihi eripiens, matris cædi ipsius illius sanguine expiandæ obnoxiam. Adversus devotum *maleficum* hoc carmen, vesania, deliratio mentem pervertens, *canitur*, hymnus Furiarum, animum obstringens, lyra alienus, tabes mortalibus.

Hanc enim sortem præpotens Parca, ut firmiter haberem, mihi destinavit, ut quicunque mortalium homicidia suis ipsorum manibus facinorosa perpetraverint, eos persequerer, usque dum maleficus terram subierit: mortuus vero non valde liber erit (*i. e. prorsus non a nobis liberabitur*). Adversus devotum *maleficum* hoc carmen, vesania, deliratio mentem pervertens, *canitur*, hymnus Furiarum, animum obstringens, lyra alienus, tabes mortalibus.

Quum nasceremur, ista munera nobis demandata sunt; a diis immortalibus autem manus nobis abstinendæ sunt, neque quisquam nostrûm conviva illorum epulis interest, candidarumque vestium expers, exsors facta sum; nam ædium eversio mihi obtigit, quando Mars mansuetus (*i. e. non in bello*) consanguineum amicum peremerit, in hunc ita irruentes, quantumvis valeat, tamen juvenilem sanguinem abolemus.

Festinans autem, ut has curas cuidam eximam deorumque immunitatem *ab his negotiis* per preces meas (*i. e. quibus ab iis, qui injuria affecti sint, invocor*) constituam neque in disquisitionem *judicii coram diis instituendi* veniam (Jupiter enim a suo commercio madentem sanguine, odio dignum hunc cœtum nostrum amovit), vehementer igitur desuper insiliens gravi pondere incidentem pedis plantam infero (titubant crura longe fugientibus), intolerabilem noxam.

Fastus virorum etiam ad cœlum magnifice elatus sub terram contabescit cum contemtu abjectus nostro vestibus atris indutarum impetu saltationibusque pedis invidiosis.

Et quum cadit, ignorat se cecidisse præ amentiæ calamitate. Ad tales caligines usque piaculum in virum involat, tenebricosamque nebulam in domum effusam multum gemens ejus oratio commemorat.

Nam hoc certo manet: sumus efficaces et præpotentes, malorumque memores venerandæ deæ, ægreque placabiles mortalibus, inhonorata, inculta munera persequentes, a diis

ἄτιμ' ἀτίετα διόμεναι
λάχη θεῶν διχοστατοῦντ'
ἀνηλίῳ λάμπᾳ, δυσοδοπαίπαλα
δερκομένοισι καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.
Τίς οὖν τάδ' οὐχ ἅζεταί Ἀντ. δ'.
τε καὶ δέδοικεν βροτῶν,
ἐμοῦ κλύων θεσμὸν
τὸν μοιρόχραντον ἐκ θεῶν
δοθέντα τέλεον; Ἐπὶ δέ μοι
γέρας παλαιὸν, οὐδ'
ἀτιμίας κυρῶ, καίπερ ὑπὸ χθόνα
τάξιν ἔχουσα καὶ δυσήλιον κνέφας.

ΑΘΗΝΑ.

Πρόσωθεν ἐξήκουσα κληδόνος βοὴν
ἀπὸ Σκαμάνδρου γῆν καταφθατουμένη,
ἣν δῆτ' Ἀχαιῶν ἄκτορές τε καὶ πρόμοι,
τῶν αἰχμαλώτων χρημάτων λάχος μέγα,
ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοὶ,
ἐξαίρετον δώρημα Θησέως τόκοις·
ἔνθεν διώκουσ' ἦλθον ἄτρυτον πόδα,
πτερῶν ἄτερ ῥοιβδοῦσα κόλπον αἰγίδος,
κώλοις ἀκμαίοις τόνδ' ἐπιζεύξασ' ὄχον.
Καινὴν δ' ὁρῶσα τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς
ταρβῶ μὲν οὐδὲν, θαῦμα δ' ὄμμασιν πάρα.
Τίνες ποτ' ἐστέ; πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω,
βρέτας τε τοὐμὸν τῷδ' ἐφημένῳ ξένῳ,
ὑμᾶς θ' ὁμοίας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,
οὔτ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὁρωμένας
οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασι.
Λέγειν δ' ἄμομφον ὄντα τοὺς πέλας κακῶς
πρόσω δικαίων ἠδ' ἀποστατεῖ θέμις.

ΧΟΡΟΣ.

Πεύσει τὰ πάντα συντόμως, Διὸς κόρη.
Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα·
Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα.

ΑΘΗΝΑ.

Γένος μὲν οἶδα κληδόνας τ' ἐπωνύμους.

ΧΟΡΟΣ.

Τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα.

ΑΘΗΝΑ.

Μάθοιμ' ἄν, εἰ λέγοι τις ἐμφανῆ λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.

ΑΘΗΝΑ.

Καὶ τῷ κτανόντι ποῦ τὸ τέρμα τῆς φυγῆς;

ΧΟΡΟΣ.

Ὅπου τὸ χαίρειν μηδαμοῦ νομίζεται.

ΑΘΗΝΑ.

Ἦ καὶ τοιαύτας τῷδ' ἐπιρροιζεῖ φυγάς;

ΧΟΡΟΣ.

Φονεὺς γὰρ εἶναι μητρὸς ἠξιώσατο.

ΑΘΗΝΑ.

Ἄλλης ἀνάγκης οὔτινος τρέων κότον;

semota, solis luce non illustrata, inextricabilia vivis mortuisque similiter.

Quis igitur mortalium hæc non verecundetur et reveretur, quum munus meum fatis destinatum ac deorum potentia, ut eo penitus fungamur, mihi concessum audiat? Penes me vero antiquus honos est, nec dedecore affecta sum, etiamsi sub terra sedem tenebrasque sole carentes teneo.

MINERVA.

E longinquo vocis clamorem exaudivi
a Scamandro, quum terram præoccuparem,
quam Achivorum duces et proceres
ex captis opibus magnam portionem
ipsam funditus prorsus mihi propriam dedicaverunt,
Thesei posteris selectum donum.
Inde indefesso pede viam legens adveni
sine alis ægidis sinum inflans,
cruribus indefatigatis hoc vehiculum instruens.
Novam vero quum hanc congregationem hujus terræ videam,
terror quidem me non occupat; at miratio oculos tenet
Quinam tandem estis? Omnibus hoc communiter dico,
et huic hospiti, qui ad simulacrum meum consedit,
nec vos ulli satorum generi similes esse *aio*,
neque inter deas a diis conspici,
neque rursus humanæ figuræ esse compares. [dicere
Sed alii, quum causam reprehendendi non habeas, male
procul est a justitia et æquitas inde distat.

CHORUS.

Comperies omnia breviter, filia Jovis.
Nos enim sumus atræ Noctis filiæ;
Diræ vero in nostris tectis sub terra vocamur.

MINERVA.

Genus novi nomenque, unde appellamini.

CHORUS.

At honores meos (*munera nostra*) statim comperies.

MINERVA.

Cognoscerem, si quis eos perspicue mihi diceret.

CHORUS.

Homicidas ex ædibus expellimus.

MINERVA.

Et homicidæ ubinam est fugæ terminus?

CHORUS.

Ubi lætitiæ nullus locus conceditur.

MINERVA.

Etiamne huic ejusmodi fugam imponis?

CHORUS.

Quidni? matrem enim suam occidere ausus est.

MINERVA.

Nullinsne alius necessitatis servitiam, si non fecisset, timuit?

ΧΟΡΟΣ.
Ποῦ γὰρ τοσοῦτο κέντρον ὡς μητροκτονεῖν;
ΑΘΗΝΑ.
Δυοῖν παρόντοιν ἥμισυς λόγος πάρα.
ΧΟΡΟΣ.
Ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν, οὗ δοῦναι θέλει.
ΑΘΗΝΑ.
Κλύειν δικαίως μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις.
ΧΟΡΟΣ.
Πῶς δῆτ', δίδαξον· τῶν σοφῶν γὰρ οὐ πένει.
ΑΘΗΝΑ.
Ὅρκοις τὰ μὴ δίκαια μὴ νικᾶν λέγω.
ΧΟΡΟΣ.
Ἀλλ' ἔξελεγχε, κρῖνε δ' εὐθεῖαν δίκην.
ΑΘΗΝΑ.
Ἦ κἀπ' ἐμοὶ τρέποιτ' ἂν αἰτίας τέλος;
ΧΟΡΟΣ.
Πῶς δ' οὔ; σέβουσαί γ' ἀξίαν ἐπαξίων.
ΑΘΗΝΑ.
Τί πρὸς τάδ' εἰπεῖν, ὦ ξέν', ἐν μέρει θέλεις;
Λέξας δὲ χώραν καὶ γένος καὶ ξυμφορὰς
τὰς σὰς, ἔπειτα τόνδ' ἀμυναθοῦ ψόγον·
εἴπερ πεποιθὼς τῇ δίκῃ βρέτας τόδε
ἷσαι φυλάσσων ἑστίας ἀμῆς πέλας,
σεμνὸς προσίκτωρ, ἐν τρόποις Ἰξίονος·
τούτοις ἀμείβου πᾶσιν εὐμαθές τί μοι.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
Ἄνασσ' Ἀθάνα, πρῶτον ἐκ τῶν ὑστάτων
τῶν σῶν ἐπῶν μέλημ' ἀφαιρήσω μέγα.
Οὐκ εἰμὶ προστρόπαιος, οὐδ' ἔχει μύσος
χερὸς χειρὶ τῇμῇ τὸ σὸν ἐφημένου βρέτας.
Τεκμήριον δὲ τῶνδέ σοι λέξω μέγα·
ἄθεμιτον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμον,
ἕστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ.
Πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
οἴκοισι καὶ βοτοῖσι καὶ ῥυτοῖς πόροις.
Τούτην μὲν οὕτω φροντίδ' ἐκποδὼν λέγω.
Γένος δὲ τοὐμὸν ὡς ἔχει πεύσει τάχα.
Ἀργεῖός εἰμι, πατέρα δ' ἱστορεῖς καλῶς,
Ἀγαμέμνονα ἀνδρῶν ναυβατῶν ἀρμόστορα·
ὧν ᾧ σὺ Τροίαν ἄπολιν Ἰλίου πόλιν
ἔθηκας. Ἔφθιθ' οὗτος οὐ καλῶς, μολὼν
εἰς οἶκον· ἀλλά νιν κελαινόφρων ἐμὴ
μήτηρ κατέκτα, ποικίλοις ἀγρεύμασι
κρύψασα, λουτρὸν ἐξεμαρτύρει φόνον.
Κἀγὼ κατελθὼν, τὸν πρὸ τοῦ φεύγων χρόνον,
κτείνω τὴν τεκοῦσαν, οὐκ ἀρνήσομαι,
ἀντικτόνους ποιναῖσι φιλτάτου πατρός.
Καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος,
ἔλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ,
εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους.
Σὺ τ' εἰ δικαίως εἴτε μὴ κρῖνον δίκην·
πρᾶξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῇ τάδ' αἰνέσω.

CHORUS. [leretur?
Ubi enim tantus stimulus est, quo ad matricidium impel-
MINERVA. [est.
Duæ partes quum adsint, alterius tantum oratio explicata
CHORUS.
At sacramentum non accipiat, qua in re me id dare vult
(i. e. vult Orestes judicium subire; at ego nolo hac in re coram judicibus rem disceptari).
MINERVA.
Juste audire mavis, quam juste agere.
CHORUS.
Quomodo? doce. Prudentiæ enim non es indiga.
MINERVA.
Sacramentis causam, quæ injusta sit, victoriam obtinere
CHORUS. [nego.
At causam inquire justumque institue judicium.
MINERVA.
Num etiam causæ diremtionem mihi committatis?
CHORUS.
Quidni? quum dignam digno munere veneremur.
MINERVA.
Quid ad hæc, o hospes, pro tua causa vis dicere?
Patriam vero et genus casusque professus
tuos, deinde hoc a te crimen amoveas;
si quidem fretus tuæ causæ justitia hoc simulacrum
amplexus juxta aram meam consedisti;
reverendus supplex ad modos Ixionis.
His responde omnibus, ut plane intelligam.
ORESTES.
Minerva regina, primum ex postremis
verbis tuis magnam curam tibi eximam.
Non piaculo inquinatus supplex sum, neque adhæret pollutio
manui meæ, quum ad tuum simulacrum consederim.
Magnum hujus rei testimonium tibi exhibebo.
Lex est ut homo cæde pollutus nihil dicat,
priusquam viri opera sanguine expiatorio
mactatio recens lactentis pecudis eum cruentaverit.
Dudum hoc modo in aliis lustrati sumus
ædibus et hostiis et effusis aquæ rivulis.
Hanc igitur curam ita sublatam esse aio.
Genus autem meum quo modo se habeat, statim audies:
Argivus sum, patremque meum bene nosti, [derunt,
Agamemnonem, imperatorem virorum qui classem ascen-
quocum tu Trojam vastatam, Ilii urbem,
reddidisti. Periit ille non gloriose, reversus
domum, sed illum atro facinore insidias struens mea
mater occidit retibus vario artificio textis [mihi testabatur.
involutum: balneum cædem absenti *tum, deinde reduci*
Atque ego ex exilio redux, quum priore tempore exul fuis-
occidi genitricem, non infitiabor, [sem,
ut cæde pœnam pro carissimi patris cæde exigerem. [tinet,
Et horum factorum communiter mecum Apollo culpam sus-
quum animo meo dolores tanquam stimulos denunciaret,
nisi hac pœna sontes ulciscerer.
Tuque, utrum juste an non, causam judica; [probabo.
commissus enim tuæ potestati ab omni parte quæ statueris

ΑΘΗΝΑ.

Τὸ πρᾶγμα μεῖζον ἢ τις οἴεται τόδε
βροτὸς δικάζειν· οὐδὲ μὴν ἐμοὶ θέμις
φόνου διαιρεῖν ὀξυμηνίτου δίκας.
Ἄλλως τε καὶ σὺ μὲν κατηρτυκὼς ὅμως
ἱκέτης προσῆλθες καθαρὸς ἀβλαβὴς δόμοις.
[Ὅμως δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει.]
Αἶται δ' ἔχουσι μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον,
καὶ μὴ τυχοῦσαι πράγματος νικηφόρου,
χώρᾳ μεταῦθις ἰὸς ἐκ φρονημάτων
πέδῳ πεσὼν ἄφερτος αἰανὴς νόσος.
Τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐστὶν ἀμφότερα μένειν,
πέμπειν δὲ δυσπήμαντ' ἀμηχάνως ἐμοί.
Ἐπεὶ δὲ πρᾶγμα δεῦρ' ἐπέσκηψεν τόδε,
φόνων δικαστὰς ὁρκίων αἱρουμένους
θεσμὸν τὸν εἰς ἅπαντ' ἐγὼ θήσω χρόνον.
Ὑμεῖς δὲ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια
καλεῖσθ' ἁρωγὰ τῆς δίκης ὁρκώματα.
Κρίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
ἥξω, διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμ' ἐτητύμως,
ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν.

ΧΟΡΟΣ.

Νῦν καταστροφαὶ νέων Στρ. α'.
θεσμίων, εἰ κρατήσει δίκα τε καὶ βλάβα
τοῦδε μητροκτόνου. [τούς.
Πάντας ἤδη τόδ' ἔργον εὐχερείᾳ συναρμόσει βρο-
Πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα
πάθεα προσμένει τοκεῦ-
σιν, μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ.
Οὔτε γὰρ βροτοσκόπων Ἀντ. α'.
μαινάδων τῶνδ' ἐφέρψει κότος τις ἐργμάτων·
πάντ' ἐρήσω μόρον. [λας κακὰ
Πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν, προφωνῶν τὰ τῶν πέ-
λῆξιν ὑπόδυσίν τε μόχθων
† ἀκεά τ'· † οὐ βέβαια τλά-
μων δὲ μάταν παρηγορεῖ.
Μηδέ τις κικλησκέτω Στρ. β'.
ξυμφορᾷ τετυμμένος,
τοῦτ' ἔπος θροούμενος,
ὦ δίκα, ὦ θρόνοι τ' Ἐρινύων.
Ταῦτά τις τάχ' ἂν πατὴρ
ἢ τεκοῦσα νεοπαθὴς
οἶκτον οἰκτίσαιτ', ἐπει-
δὴ πίτνει δόμος δίκας.
Ἔσθ' ὅπου τὸ δεινὸν εὖ Ἀντ. β'.
καὶ φρενῶν ἐπίσκοπον
† δεῖ μένειν † καθήμενον.
Ξυμφέρει σωφρονεῖν ὑπὸ στένει.
Τίς δὲ μηδὲν ἐν φάει
καρδίας ἀνατρέφων
ἢ πόλις βροτός θ' δμοί-
ως ἔτ' ἂν σέβοι δίκαν;
Μήτ' ἀναρκτον βίον Στρ. γ'.
μήτε δεσποτούμενον

MINERVA.

Causa major est quam ut quis forte eam
mortalis putet se judicare posse; nec mihi fas est
cædis, quæ adhuc gravi ira flagret, causam cognoscere,
præsertim quum tu, patrata quidem cæde, tamen
purus supplex ædibus innocuus veneris;
atque ita crimine liberum in urbe te recipio.
Hæc vero non eam muneris sortem obtinent, quam facile
et si in judicio victoriam non adeptæ erunt, [rejeceris,
terræ in posterum virus ex præcordiis
in hoc solum profusum intolerabilis sempiterna pestis est.
Hæc quidem sunt ejusmodi, ut utraque conditio certo maneat
(*i. e. ut neque Orestes neque Furiæ rejici possint*),
nec vero habeo quomodo, damnosa quæ sint, removeam
(*i. e. quomodo ab hac terra iram Furiarum, in judicio si recte*
Quoniam vero res huc pervenit, [*erunt, obtineam*
judices capitalium jurejurando obstrictos,
institutum in omne tempus mansurum, constituam.
Vos vero et testimonia et indicia probabilia [adjuvatur.
in rem vestram comparate, quibus jurejurando addito causa
Postquam vero ex meis civibus optimos elegero,
huc rursus adero, ut hoc negotium recte dirimant,
jusjurandum *datum* nulla in re, *ut qui* injusti quid animo

CHORUS. [*contineant*, migrantes.

Nunc *antiquæ justitiæ* eversio per nova instituta *evenient*, si et causa et noxa hujus matricidæ victoriam obtinebit. Hoc facinus jam omnes mortales adiget, ut manus ad facinora promtas habeant; multæ vero haud falsæ a liberis illatæ calamitates parentibus imminent, rursusque tempore insequenti.

Neque enim harum Furiarum in homines animadvertentium ira aliqua scelera posthac consequetur. Omne fatum (*i. e. omne scelus, quo quis vita privetur*) permittam. Comperiet alius aliunde, quum a propinquis accepta mala gemat, cessationem perfugiumque ærumnarum atque remedia (*i. e. alius ab alio audiet, quo mala finiantur aut fugiantur et remedium iis paretur*); incerta autem solatia miser frustra affert (*i. e. unusquisque miser libenter audiet solatium, quod ei non vanum esse videatur; at dum quærit opem, incerta pro certis habet. Miserum est vero, quod opus est solatiis inutilibus*).

Nemo vero gravi casu afflictus hæc verba pronuncians clamato: O justitia, o sedes Furiarum! Hæc mox pater aliquis vel genitrix recenti calamitate affecta cum lamentis gemat, postquam justitiæ domus corruit.

Est ubi terror recte se habeat animique gubernator firmiter insidens manere debeat. Salutare est sapere discere per suspiria. Quis est enim qui quum nihil timoris in serena luce felicitatis in pectore retineat, sive civitas, sive mortalis similiter, in posterum justitiam pie colat?

Neque licentiæ plenam neque dominatione oppressam

αἰνέσῃς. Παντὶ μέσῳ τὸ κράτος θεὸς ὤπασεν,
ἄλλ' ἄλλα δ' ἐφορεύει.
Ξύμμετρον δ' ἔπος λέγω.
δυσσεβίας μὲν ὕβρις τέκος ὡς ἐτύμως·
ἐκ δ' ὑγιείας
φρενῶν ὁ πᾶσιν φίλος
καὶ πολύευκτος ὄλβος.
Ἐς τὸ πᾶν δέ τοι λέγω, Ἀντ. γ'.
βωμὸν αἰδεσαι δίκας·
μηδέ νιν κέρδος ἰδὼν ἀθέῳ ποδὶ λὰξ ἀτίσῃς· ποινὰ γὰρ ἕπεσται,
κύριον μένει τέλος.
Πρὸς τάδε τις τοκέων σέβας εὖ προτίων,
καὶ ξενοτίμους
ἐπιστροφὰς δωμάτων
αἰδόμενός τις ἔστω.
Ἐκ τῶνδ' ἀνάγκας ἄτερ Στρ. δ'.
δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται·
πανώλεθρος δ' οὔ ποτ' ἂν γένοιτο.
Τὸν ἀντίτολμον δέ φαμι παρβάταν
τὰ πολλὰ παντόφυρτ' ἄνευ δίκης
βιαίως ξὺν χρόνῳ καθήσειν
λαίφος, ὅταν λάβῃ πόνος θραυομένας κεραίας.
Καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐ- Ἀντ. δ'
δὲν ἐν μέσᾳ δυσπαλεῖ τε δίνᾳ.
γελᾷ δὲ δαίμων ἐπ' ἀνδρὶ θερμῷ,
τὸν οὔποτ' αὐχοῦντ' ἰδὼν ἀμηχάνοις
δύαις † λαπαδνὸν, † οὐδ' ὑπερθέοντ' ἄκραν·
ἀϊ' αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον
ἔμπτι προσβαλὼν δίκας ὤλετ' ἄκλαυστος, αἴστος.

ΑΘΗΝΑ.

Κήρυσσε, κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατειργαθοῦ.
Ἠ τ' οἶν*** διάτορος Τυρσηνικὴ
σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
ὑπέρτονον γήρυμα φαινέτω στρατῷ.
Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου
σιγᾶν ἀρήγει καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς
πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον
καὶ τόνδ', ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.
Τί τοῦδε σοὶ μέτεστι πράγματος λέγε.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· ἔστι γὰρ δόμων
ἱκέτης δ' ἀνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος
ἐμῶν φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος,
καὶ ξυνδικήσων αὐτός· αἰτίαν δ' ἔχω
τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου. Σὺ δ' εἴσαγε
ὅπως ἐπίστῃ, τὴν δὲ κύρωσον δίκην.

ΑΘΗΝΑ.

Ὑμῶν ὁ μῦθος, εἰσάγω δὲ τὴν δίκην·
ὁ γὰρ ἐγκλήσας πρότερος ἐξ ἀρχῆς λέγων
γένοιτ' ἂν ὀρθῶς πράγματος διδάσκαλος.

vitam laudaveris. Cuique mediocritati deus palmam præbuit, alia alio autem modo intuetur. Congruum *cum veritate* verbum dico : impietatis filia est superbia quam verissime; ex sanitate mentis vero *nascitur* omnibus grata multumque expetita felicitas.

Omnium vero maxime præcipio, ut justitiæ aram revereris, neve eam lucrum spectans impio pede proteras. Pœna enim sequetur, definitus manet exitus. Proinde unusquisque sanctam parentum reverentiam colat, hospitumque ad domum devertentium honorificum accessum revereatur.

Quo facto sine ulla necessitate quum justus sit, non erit infelix, neque prorsus unquam calamitatibus interibit. Obstinacem vero transgressorem, qui omnia præter justitiam commixta confundat, vi coactum postero tempore vela alio contracturum esse, quando calamitas fractas antennas invaserit.

Invocat vero non audientes in medio ineluctabilique vortice; irridet autem deus viro ad facinus fervido, quando eum, quum nunquam exspectaverit, inextricabili pernicie subactum nec jam altum superantem videt. In perpetuum vero priorem felicitatem in scopulum justitiæ illidens indefletus, perditus perit.

MINERVA.

Prædica, præco, et coge populum.
Et hæc..... aures penetrans Tyrrhenica
tuba humano spiritu impleta
clarisonum clamorem edat populo.
Quum enim hoc concilium jam cogitur,
tacere præstat measque leges percipere
et totam urbem in omne posterum tempus
et hunc, ut causa recte justeque judicetur.

CHORUS.

Rex Apollo, in iis, quæ tibi obtigerunt, exerce imperium
Quid hoc negotium ad te pertinet? dic.

APOLLO.

Et testimonium daturus veni (est enim ædis meæ
hic vir supplex et in domo consedit
mea, eumque ab hac cæde lustravi),
et una causam dicturus; crimen vero habeo,
quod matrem hic occidit. Tu vero contestare causam,
prouti scis, litemque hanc discepta.

MINERVA.

Vobis prior dicendi locus conceditur (contestor vero litem);
accusator enim prior ab initio causam dicens,
qua de re agatur, jure doceat.

ΧΟΡΟΣ.

Πολλαὶ μέν ἐσμεν, λέξομεν δὲ συντόμως.
Ἔπος δ' ἀμείβου πρὸς ἔπος ἐν μέρει τιθείς.
Τὴν μητέρ' εἰπὲ πρῶτον εἰ κατέκτονα;.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔκτεινα· τούτου δ' οὔτις ἄρνησις πέλει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰπεῖν γε μέντοι δεῖ σ' ὅπως κατέκτανες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Λέξω. Ξιφουλκῷ χειρὶ πρὸς δέρην τεμών.

ΧΟΡΟΣ.

Πρὸς τοῦ δ' ἐπείσθης καὶ τίνος βουλεύμασι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τοῖς τοῦδε θεσφάτοισι· μαρτυρεῖ δέ μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁ μάντις ἐξηγεῖτό σοι μητροκτονεῖν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ δεῦρό γ' ἀεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἴ σε μάρψει ψῆφος, ἀλλ' ἐρεῖς τάχα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πέποιθ', ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμπει πατήρ.

ΧΟΡΟΣ.

Νεκροῖσί νυν πέπεισθι μητέρα κτανών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Δυοῖν γὰρ εἶχε προσβολὰς μιασμάτοιν.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δή; δίδαξον τοὺς δικάζοντας τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἀνδροκτονοῦσα πατέρ' ἐμὸν κατέκτανε.

ΧΟΡΟΣ.

Τοιγὰρ σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐλευθέρα φόνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τί δ' οὐκ ἐκείνην ζῶσαν ἤλαυνες φυγῇ;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτὸς ὃν κατέκτανεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ δὲ μητρὸς τῆς ἐμῆς ἐν αἵματι;

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς γάρ σ' ἔθρεψεν ἐντός, ὦ μιαιφόνε,
ζώνης; ἀπεύχει μητρὸς αἷμα φίλτατον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἤδη σὺ μαρτύρησον. Ἐξηγοῦ δέ μοι,
Ἄπολλον, εἴ σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον.
Δρᾶσαι γὰρ ὥσπερ ἐστὶν οὐκ ἀρνούμεθα·
ἀλλ' εἰ δικαίως εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ
δοκεῖ τόδ' αἷμα κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Λέξω πρὸς ὑμᾶς τόνδ' Ἀθηναίας μέγαν
θεσμὸν δικαίως, μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι.

CHORUS.

Multæ quidem sumus; breviter vero causam explicabimus
Ad verbum vero verbo responde alternis dicens.
Matrem dic primum an interfeceris.

ORESTES.

Interfeci : hanc rem non infitiabor.

CHORUS.

Unum hoc est ex tribus luctationibus.

ORESTES.

Nondum prostrato me hæc verba jactas.

CHORUS.

Dicendum est tibi profecto, quomodo occideris.

ORESTES.

Dico; ensifera manu jugulum ejus confodi.

CHORUS.

A quo vero impulsus es et cujusnam consiliis?

ORESTES.

Hujus oraculis; ejus rei hic mihi testis est.

CHORUS.

Vatesne tibi auctor fuit, ut matrem occideres?

ORESTES.

Atque hucusque semper fortunæ meæ me non pœnituit.

CHORUS.

Verum si suffragium te corripuerit, alia dicas illico.

ORESTES.

Bene spero; auxilium vero ex sepulcro mittit pater.

CHORUS.

Confide igitur mortuis, matrem quum occideris.

ORESTES.

Duorum *illa* piaculorum criminibus tenebatur.

CHORUS.

Quomodo? doce hanc rem judices.

ORESTES

Maritum quum occideret, patrem meum occidit.

CHORUS. [libera est.

Tu tamen vivis, illa vero, *quia occisa est*, cæde *patrata*

ORESTES.

Quid vero illam, quum viveret, non in fugam expulisti?

CHORUS.

Non erat consanguinea viri quem occidit.

ORESTES.

Egone vero sum matris meæ consanguineus?

CHORUS.

Quomodo enim te sub zona, o matricida,
nutrivit? infitiarisne matris carissimum sanguinem?

ORESTES.

Jam tu mihi exhibe testimonium; explica vero mihi,
Apollo, an eam jure interfecerim.
Nam interfecisse eam, ut est, non negamus;
at utrum jure an minus animi tui judicio
profusus sanguis videatur, id explica, ut his dicam.

APOLLO.

Dicam vobis, huic magno Minervæ [cam.
consilio jure instituto; vates vero quum sim, non falsa di-

Οὐπώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις,
οὐκ ἀνδρὸς, οὐ γυναικὸς, οὐ πόλεως πέρι,
ὃ μὴ 'κέλευσε Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.
Τὸ μὲν δίκαιον τοῦθ', ὅσον σθένει, μαθεῖν,
βουλῇ πιφαύσκω δ' ὔμμ' ἐπισπέσθαι πατρός.
Ὅρκος γὰρ οὔτι Ζηνὸς ἰσχύει πλέον.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεὺς, ὡς λέγεις σὺ, τόνδε χρησμὸν ὤπασε,
φράζειν Ὀρέστῃ τῷδε τὸ πατρὸς φόνον
πράξαντα μητρὸς μηδαμοῦ τιμὰς νέμειν;

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐ γάρ τι ταυτὸν ἄνδρα γενναῖον θανεῖν
διοσδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον,
καὶ ταῦτα πρὸς γυναικὸς, οὐ τι θουρίοις
τοξοις ἐκηβόλοισιν, ὥστ' Ἀμαζόνος,
ἀλλ' ὡς ἀκούσει Παλλὰς οἵ τ' ἐφήμενοι
ψήφῳ διαιρεῖν τοῦδε πράγματος πέρι.
Ἀπὸ στρατείας γάρ μιν ἡμπολημότα
τὰ πλεῖστ' ἀμείνον' εὐφροσιν δεδεγμένη
δροίτῃ, περῶντι λουτρὰ, κἀπὶ τέρματι
ῥᾶρος παρεσκήνωσεν, ἐν δ' ἀτέρμονι
κώπτει πεδήσασ' ἄνδρα δαιδάλῳ πέπλῳ.
Ἀνδρὸς μὲν ὑμῖν οὗτος εἴρηται μόρος
τοῦ παντοσέμνου, τοῦ στρατηλάτου νεῶν.
Ταύτην τοιαύτην εἶπον, ὡς δηχθῇ λεὼς,
ὅστερ τέτακται τήνδε κυρῶσαι δίκην.

ΧΟΡΟΣ.

Πατρὸς προτιμᾷ Ζεὺς μόρον τῷ σῷ λόγῳ,
αὐτὸς δ' ἔδησε πατέρα πρεσβύτην Κρόνον.
Πῶς ταῦτα τούτοις οὐκ ἐναντίως λέγεις;
Ὑμᾶς δ' ἀκούειν ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ὦ παντομισῆ κνώδαλα, στύγη θεῶν,
ὡς δῆσαι μὲν ἂν λύσειεν, ἔστι τοῦδ' ἄκος,
καὶ κάρτα πολλὴ μηχανὴ λυτήριος·
ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀνασπάσῃ κόνις
ἅπαξ θανόντος, οὔτις ἔστ' ἀνάστασις.
Τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ
ἐμὸς, τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφων τίθησιν, οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς γὰρ τὸ φεύγειν τοῦδ' ὑπερδικεῖς ὅρα·
τὸ μητρὸς αἷμ' ὅμαιμον ἐκχέας πέδῳ,
εἶπειτ' ἐν Ἄργει δώματ' οἰκήσει πατρός;
ποίοισι βωμοῖς χρώμενος τοῖς δημίοις;
ποία δὲ χέρνιψ φρατόρων προσδέξεται;

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Καὶ τοῦτο λέξω, καὶ μάθ' ὡς ὀρθῶς ἐρῶ.
Οὐκ ἔστι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου
τοκεὺς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
ἔσωσεν ἔρνος, † οἷον † μὴ βλάψῃ θεός.
Τεκμήριον δὲ τοῦδέ σοι δείξω λόγου.
Πατὴρ μὲν ἂν γένοιτ' ἄνευ μητρός· πέλας

Nunquam in sedibus fatidicis quidquam edidi,
non de viro, non de femina, non de urbe,
quod me Jupiter Olympiorum pater non jusserit.
Hoc jus vero quantum valeat, cognoscere
consilioque patris obsequi vos jubeo.
Jusjurandum enim nullo modo Jove plus valet.

CHORUS.

Jupiter, ut tu ais, hoc tibi oraculum præbuit,
ut huncce Orestem juberes patris cæde
ulciscenda reverentiam matri nullo modo habere?

APOLLO.

Etenim non idem est virum generosum occidi
sceptri a Jove dati honore nobilitatum,
idque a muliere nequaquam bellicis
telis eminus jactis, ut ab Amazone,
sed ita ut audies, Minerva, hique qui assident
ut suffragio suo causam dijudicent.
Ex bello enim eum reversum, quum gessisset
pleraque melius, suavi sermone acceptum
in balneo, quum lavationem perficeret atque in exitu esset,
vestimentum ei injecit atque immenso
artificioso indusio impeditum eum percussit.
Ac viri quidem sors fatalis vobis est exposita,
augustissimi illius, imperatoris navium.
Illam talem esse dico, ut mordeatur *animo* populus,
qui hanc dirimere litem jussus est.

CHORUS. [facit,

Patris cædem Jupiter ex tua oratione pluris *quam matris*
ipse vero vinculis senem patrem, Saturnum, constrinxit.
Quomodo hæc illis non contraria dicis?
Vos vero, ut hæc audiatis, in testimonium voco.

APOLLO.

O omnium maxime abominandæ belluæ, odia deorum,
vincula aliquis solverit; est hujus rei remedium
multæque profecto rationes liberandi sunt:
quum vero semel solum sanguinem viri absorbuerit
mortui, nulla postea datur resurrectio.
Hujus rei incantamenta pater non dedit
meus, cetera vero cuncta sursum deorsumque
volvens ordinat, nihil anhelus viribus.

CHORUS. [das, vide.

Non ad rem ista; quomodo enim hujus innocentiam defen-
Quum matris sanguinem cognatum in terram profuderit,
tum postea Argis patris domum habitaturus est?
Quibusnam aris publicis *ad sacra* utetur?
quæ lustratio gentilium eum accipiet?

APOLLO.

Etiam hoc dicam, et attende quam recte dicam.
Non est mater ejus, qui filius dicitur,
genitrix, sed altrix humoris genitalis.
Gignit qui init; illa vero tanquam hospiti hospita
servat germen, ne ita reconditum deus lædat.
Hujus sententiæ argumentum tibi afferam.
Pater enim etiam sine matre esset. Prope

μάρτυς πάρεστι παῖς Ὀλυμπίου Διὸς,
οὐδ' ἐν σκότοισι νηδύος τεθραμμένη,
ἀλλ' οἷον ἔρνος οὔτις ἂν τέκοι θεός.
Ἐγὼ δὲ, Παλλὰς, τἄλλα θ' ὡς ἐπίσταμαι,
τὸ σὸν πόλισμα καὶ στρατὸν τεύξω μέγαν,
καὶ τόνδ' ἔπεμψα τῶν δόμων ἐφέστιον,
ὅπως γένοιτο πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου,
καὶ τόνδ' ἐπικτήσαιο σύμμαχον, θεὰ,
καὶ τοὺς ἔπειτα, καὶ τάδ' αἰανῶς μένοι
στέργειν τὰ πιστὰ τῶνδε τοὺς ἐπισπόρους.

ΑΘΗΝΑ.

Ἤδη κελεύω τούσδ' ἀπὸ γνώμης φέρειν
ψῆφον δικαίαν, ὡς ἅλις λελεγμένων.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος.
Μένω δ' ἀκοῦσαι πῶς ἀγὼν κριθήσεται.

ΑΘΗΝΑ.

Τί γάρ; πρὸς ὑμῶν πῶς τιθεῖσ' ἄμομφος ὦ;

ΧΟΡΟΣ.

Ἠκούσαθ' ὧν ἠκούσατ', ἐν δὲ καρδίᾳ
ψῆφον φέροντες ὅρκον αἰδεῖσθε, ξένοι.

ΑΘΗΝΑ.

Κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν, Ἀττικὸς λεὼς,
πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ.
Ἔσται δὲ καὶ τὸ λοιπὸν Αἰγέως στρατῷ
ἀεὶ δικαστῶν τοῦτο βουλευτήριον.
Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν,
σκηνάς θ', ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε·
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος· ἐν δὲ τῷ σέβας
ἀστῶν, φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ 'δικεῖν
σχήσει, τό τ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην δμῶς,
αὐτῶν πολιτῶν μὴ 'πικαινούντων νόμους.
Κακαῖς ἐπιρροαῖσι βορβόρῳ θ' ὕδωρ
λαμπρὸν μιαίνων οὔ ποθ' εὑρήσεις ποτόν.
Τὸ μήτ' ἄναρχον μήτε δεσποτούμενον
ἀστοῖς περιστέλλουσι βουλεύω σέβειν,
καὶ μὴ τὸ δεινὸν πᾶν πόλεως ἔξω βαλεῖν.
Τίς γὰρ δεδοικὼς μηδὲν ἔνδικος βροτῶν;
Τοιόνδε τοι ταρβοῦντες ἐνδίκως σέβας,
ἔρυμά τε χώρας καὶ πόλεως σωτήριον
ἔχοιτ' ἂν οἷον οὔτις ἀνθρώπων ἔχει
οὔτ' ἐν Σκύθαισιν οὔτε Πέλοπος ἐν τόποις.
Κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον,
αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὐδόντων ὕπερ
ἐγρηγορὸς φρούρημα γῆς καθίσταμαι.
Ταύτην μὲν ἐξέτειν' ἐμοῖς παραίνεσιν
ἀστοῖσιν εἰς τὸ λοιπόν. Ὀρθοῦσθαι δὲ χρὴ
καὶ ψῆφον αἴρειν καὶ διαγνῶσαι δίκην,
αἰδουμένους τὸν ὅρκον. Εἴρηται λόγος.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς

testis adest filia Jovis Olympii,
ne in tenebris quidem alvi nutrita,
sed talis soboles est, qualem nulla dea procreet.
Ego vero, Pallas, et in aliis, utcunque scio,
urbem tuam populumque magnum faciam,
et hunc ædis tuæ supplicem huc misi,
ut tibi fidus in omne tempus fieret,
eumque socium tibi, o dea, ascisceres
ejusque posteros, atque hoc æternum maneret,
ut hujus societatis fidem posteri servarent.

MINERVA.

Jam hos jubeo ex animi sententia ferre
justum suffragium; quoniam satis multa dicta sunt.

CHORUS.

A nobis quidem jam omne telum emissum est;
maneo vero, ut audiam quomodo contentio disceptetur.

MINERVA.

Quid enim? quomodo *rem ordinem*, ut a vobis non [pereat
CHORUS.

Audistis, quæ audistis; in corde vero vestro,
suffragia dum fertis, jusjurandum veremini, hospites.

MINERVA. [Attici,

Audiatis igitur jam, quod institutum constituam, cives
qui primam causam profusi sanguinis cognoscitis.
Erit vero etiam in posterum Ægei populo
semper hoc judicum consilium.
In hoc autem colle Martio (*Areopago*), sede Amazonum,
ubi tentoria fixerunt, quum iratæ Theseo venissent
bellum inferentes urbemque recens conditam
hanc alte turritam tum opposuissent,
Martique sacra fecissent, unde nomen accepit
rupes collisque Martius: in hoc igitur colle verecundia
civium eique cognata reverentia injustitiam
coercebit et luce et noctu pariter,
dum cives ipsi caveant ne leges innovent.
Si malis profluviis lutoque aquam
limpidam inquinas, quomodo potum invenies?
Ut neque licentiam neque dominatum
magni faciant, civibus curam reipublicæ gerentibus suadeo,
neve omnem metum e civitate ejiciant.
Quis enim mortalium, quum nihil metuat, justus est?
Talem certe majestatem (*judicum*), ut justum est, verentes
præsidium terræ urbisque salutiferum
habeatis, quale mortalium nemini contigit,
neque apud Scythas neque in Pelopis insula.
Lucro intactum hoc consilium
verendum, acre, pro dormientibus
insomne præsidium terræ instituo.
Hanc quidem adhortationem sat multis verbis explicui meis
civibus in posterum tempus. Surgere vero vos oportet
et suffragium ferre et causam dijudicare
reverentes jusjurandum. Dicta est oratio.

CHORUS.

Atqui hanc nostram gravem societatem terræ

ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Κἄγωγε χρησμοὺς τοὺς ἐμούς τε καὶ Διὸς
τρέῖν κελεύω μηδ' ἀκαρπώτους κτίσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' αἱματηρὰ πράγματ' οὐ λαχὼν σέβεις,
μαντεῖα δ' οὐκ ἐῦ' ἀγνὰ μαντεύσει μένων.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἦ καὶ πατήρ τι σφάλλεται βουλευμάτων
κρωτακτόνοισι προστροπαῖς Ἰξίονος;

ΧΟΡΟΣ.

Λέγεις· ἐγὼ δὲ μὴ τυχοῦσα τῆς δίκης
βαρεῖα χώρᾳ τῇδ' ὁμιλήσω πάλιν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ἀλλ' ἔν τε τοῖς νέοισι καὶ παλαιτέροις
θεοῖς ἄτιμος εἶ σύ· νικήσω δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις·
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Οὐκοῦν δίκαιον τὸν σέβοντ' εὐεργετεῖν,
ἅλως τε πάντως χὥτε δεόμενος τύχοι;

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ τοι παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας
οἴνῳ παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Σὺ τοι τάχ', οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος,
ἰὸν ἐμεῖ τὸν ἰὸν οὐδὲν ἐχθροῖσιν βαρύν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπεὶ καθιππάζει με πρεσβῦτιν νέος,
δίκης γενέσθαι τῆσδ' ἐπήκοος μένω,
ὡς ἀμφίβουλος οὖσα θυμοῦσθαι πόλει.

ΑΘΗΝΑ.

Ἐμὸν τόδ' ἔργον, λοισθίαν κρῖναι δίκην·
τὸν μὲν γὰρ ὄρκον δ' Ὀρέστῃ τήνδ' ἐγὼ προσθήσομαι.
Μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο,
τὸ δ' ἄρσεν αἰνῶ πάντα, πλὴν γάμου τυχεῖν,
ἅπαντι θυμῷ, κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρός.
Οὕτω γυναικὸς οὐ προτιμήσω μόρον,
ἥτις κατέκτα δωμάτων ἐπίσκοπον.
Νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
Ἐκβάλλετ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους
ὅσοις δικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ Φοῖβ' Ἀπολλον, πῶς ἀγὼν κριθήσεται;

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ Νὺξ μέλαινα μῆτερ, ἆρ' ὁρᾷς τάδε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Νῦν ἀγχόνης μοι τέρματ', ἢ φάος βλέπειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν γὰρ ἔρρειν, ἢ πρόσω τιμὰς νέμειν.

ΑΠΟΛΛΩΝ.

Πεμπάζετ' ὀρθῶς ἐκβολὰς ψήφων, ξένοι,
τὸ μὴ δίκειν σέβοντες ἐν διαιρέσει.

suadeo ut nullo modo injuria afficiatis.

APOLLO

Etiam ego mea Jovisque
oracula revereri vos jubeo neque eorum fructum tollere.

CHORUS.

At causas sanguinis, quæ tibi non obtigerunt, curas,
vaticinia vero non amplius sincera edes, si in hac re per-
[severas.

APOLLO.

An etiam pater meus recto consilio excidit,
quum ei prima cæde peracta Ixion supplicaret?

CHORUS.

Tu ais; ego vero, nisi quod justum est consecutus ero,
gravis *inquilina* in hac terra in posterum versabor.

APOLLO.

At et inter novos et inter veteres
deos contemta es; ego vero victoriam obtinebo.

CHORUS.

Talia etiam in Pheretis tectis perpetrasti :
persuasisti Parcis, ut mortales immortales redderent.

APOLLO.

An non justum est eum, qui nos coluerit, beneficio afficere
et aliis de causis omnino et quum auxilium a nobis petierit?

CHORUS.

Tu sane vetera numina pessumdans
grandævas deas vino decepisti.

APOLLO.

Tu sane mox, causæ victoriam non adepta,
virus evomes haudquaquam grave hostibus tuis.

CHORUS.

Quandoquidem me senem deam juvenis proteris,
tamen, dum judicii exitum audiam, exspecto,
ut ambigua, an huic urbi irascar.

MINERVA.

Mihi hoc munus incumbit, ut postrema causam judicem.
Hunc vero calculum Oresti adjiciam.
Mater enim nulla est, quæ me pepererit; [consequi,
masculum quod sit in omnibus laudo, nisi quod nolo nuptias,
ex tota animi sententia. Certe vero ego sum patris.
Sic ego non curabo cædem mulieris,
quæ maritum interfecit domus præsidem.
Vincit Orestes, etiamsi paribus judicatus erit.
Excutite quam celerrime ex urnis suffragia,
quibus hoc negotium ex judicibus demandatum est.

ORESTES.

O Phœbe Apollo, quomodo contentio dijudicabitur?

CHORUS.

O Nox atra mater, an hæc vides?

ORESTES.

Nunc suspendii exitum aut lucem videre me manet.

CHORUS.

Nos pessumdari aut porro honores obtinere *manet*.

APOLLO.

Numerate recte excussos calculos, hospites,
pie verentes ne injuriam faciatis in diremtione.

Γνώμης δ' ἀπούσης πῆμα γίγνεται μέγα.
Βαλοῦσά τ' οἶκον ψῆφος ὤρθωσεν μία.

ΑΘΗΝΑ.

Ἀνὴρ δὸ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.
Ἴσον γάρ ἐστι ταὐρίθμημα τῶν πάλων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ Παλλὰς, ὦ σώσασα τοὺς ἐμοὺς δόμους,
καὶ γῆς πατρῴας ἐστερημένον σύ τοι
κατῴκισάς με· καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ,
Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις ἔν τε χρήμασιν
οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου
ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου
σωτῆρος, ὃς πατρῷον αἰδεσθεὶς μόρον
σώζει με, μητρὸς τάσδε συνδίκους ὁρῶν.
Ἐγὼ δὲ χώρᾳ τῇδε καὶ τῷ σῷ στρατῷ
τὸ λοιπὸν εἰς ἅπαντα πλειστήρη χρόνον
ὁρκωμοτήσας νῦν ἄπειμι πρὸς δόμους
μήτοι τιν' ἄνδρα δεῦρο πρυμνήτην χθονὸς
ἐλθόντ' ἐποίσειν εὖ κεκασμένον δόρυ.
Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ὄντες ἐν τάφοις τότε
τοῖς τἀμὰ παρβαίνουσι νῦν ὁρκώματα
ἀμηχάνοισι πράξομεν δυσπραξίαις
ὁδοὺς ἀθύμους καὶ παρόρνιθας πόρους
τιθέντες, ὡς αὐτοῖσι μεταμέλῃ πόνος·
ὀρθουμένων δὲ καὶ πόλιν τὴν Παλλάδος
τιμῶσιν ἀεὶ τήνδε συμμάχῳ δορὶ
αὐτοῖσιν ἡμεῖς ἐσμεν εὐμενέστεροι.
Καὶ χαῖρε· καὶ σὺ καὶ πολισσοῦχος λεὼς,
πάλαισμ' ἄφυκτον τοῖς ἐναντίοις ἔχοις,
σωτήριόν τε καὶ δορὸς νικηφόρον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ θεοὶ νεώτεροι παλαιοὺς νόμους
καθιππάσασθε κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.
Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος,
ἐν γᾷ τᾷδε, φεῦ,
ἰὼν ἰὼν ἀντιπαθῆ
μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν
χθονὶ ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ
λιχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος,
ἰὼ δίκα, πέδον ἐπισύμενος
βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ.
Στενάζω; τί ῥέξω, γένωμαι; Δύσοιστα
πολίταις ἔπαθον,
ἰὼ μεγάλατοι κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

ΑΘΗΝΑ.

Ἐμοὶ πίθεσθε μὴ βαρυστόνως φέρειν.
Οὐ γὰρ νενίκησθ', ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη
ἐξῆλθ' ἀληθῶς, οὐκ ἀτιμίᾳ σέθεν.
Ἀλλ' ἐκ Διὸς γὰρ λαμπρὰ μαρτύρια παρῆν,
αὐτός θ' ὁ χρήσας αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρῶν,
ὡς ταῦτ' Ὀρέστην δρῶντα μὴ βλάβας ἔχειν.
Ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον
σκήψησθε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν

Sententia vero si una deest, magna calamitas accipitur;
unumque suffragium (*suffragator unus*) suffragatus (*i. e. si pro Oreste calculum injecerit*) domum restituit.

MINERVA.

Hic vir cædis crimine absolutus est;
par enim numerus est suffragiorum.

ORESTES.

O Pallas, o servatrix domus meæ,
terraque patria privatum tu saltem
me restituisti; et nonnemo Græcorum dicet:
Argivus est hic vir denuo in opibusque
paternis habitat, Minervæ et Apollinis
gratia tertiique illius omnia perficientis
servatoris, qui fatalem patris sortem miseratus
me servat, quum has matri patrocinari videret.
Ego vero huic terræ tuoque populo
in posterum ad omne tempus longissimum
jurejurando obstrictus domum nunc redibo,
ne unquam huc *in terram Atticam* terræ *Argivæ* guber-
ingressus hastam bene instructam sit illaturus. [nator
Ipsi enim nos illo tempore in sepulcro conditi
adversus eos, qui jurisjurandi, quo nos obstrinximus, fidem
ineluctabili infortunio affligemus; [violant,
iterque eorum triste viamque infaustam
faciemus, ut suscepti laboris eos pœniteat.
Si autem fides sancte servatur urbemque Palladis
cives hanc semper auxiliariis armis colunt,
illis nos ipsis erimus benevolentiores.
Et salve, tuque et populus qui urbem tenet,
luctam, quam hostes effugere nequeant, habeas
salutiferam victriciaque arma decorantem.

CHORUS.

Io, dii juniores, antiquas leges
protrivistis atque ex manibus mihi extorsistis.
Ego vero contemta abjicior, misera, gravi ira incensa,
in hoc solo postquam, proh dolor!
virus virus in luctus mei compensationem
emisi, cordis guttam
terræ intolerabilem; inde vero provenient
scabies infrons, infecunda,
io justitia, in terram irruens
maculas mortali generi perniciosas in solum projiciet.
Ingemiscam? quid faciam, fiam? Ægre ferendam
civibus *ignominiam* passa sum,
io magna injuria affectæ filiæ infelices
Noctis, inhonesta contumelia accepta gementes.

MINERVA.

Mihi obsequimini, ne gravi cum gemitu acta feratis;
non enim victæ estis, sed paribus sententiis causa
ad exitum revera perducta est, non in tuam contumeliam.
At enim a Jove data manifesta aderant testimonia,
et is ipse, qui oracula edidit, pro testimonio dixit [ciendum.
Orestem, etiamsi illud facinus patrasset, pœna non esse af-
Vos autem huic terræ nolite gravem iram
immittere, neve irasci neque sterilitatem

ταύξητ', ἀφεῖσαι δαιμόνων σταλάγματα,
βρωτῆρας αἰχμὰς σπερμάτων ἀνημέρους.
Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδίκως ὑπίσχομαι
ὡρας τε καὶ κευθμῶνας ἐνδίκου χθονὸς,
λιπαροθρόνοισιν ἡμένας ἐπ' ἐσχάραις,
ξειν, ὑπ' ἀστῶν τῶνδε τιμαλφουμένας.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ θεοὶ νεώτεροι παλαιοὺς νόμους
καθαιπάσασθε κἀκ χερῶν εἵλεσθέ μου.
Ἐγὼ δ' ἄτιμος ἡ τάλαινα βαρύκοτος,
ἐν γᾷ τᾷδε, φεῦ,
ἰὼν ἰὼν ἀντιπαθῆ
μεθεῖσα καρδίας σταλαγμὸν
χθονὶ ἄφορον· ἐκ δὲ τοῦ
λιχὴν ἄφυλλος, ἄτεκνος,
ἰὼ δίκα, πέδον ἐπισύμενος
βροτοφθόρους κηλῖδας ἐν χώρᾳ βαλεῖ.
Στενάζω; τί ῥέζω, γένωμαι; δύσοιστα
πολίταις ἔπαθον,
ἰὼ μεγάλατοι κόραι δυστυχεῖς
Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.

ΑΘΗΝΑ.

Οὐκ ἔστ' ἄτιμοι, μηδ' ὑπερθύμως ἄγαν
θεαὶ βροτῶν στήσητε δύσκηλον χθόνα.
Κἀγὼ πέποιθα Ζηνὶ, καὶ τί δεῖ λέγειν;
καὶ κλῆδας οἶδα δωμάτων μόνη θεῶν,
ἐν ᾧ κεραυνὸς ἔστιν ἐσφραγισμένος·
ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῦ δεῖ· σὺ δ' εὐπειθὴς ἐμοὶ
γλώσσης ματαίας μὴ 'κβάλῃς ἐπὶ χθόνα
καρπὸν φέροντα πάντα μὴ πράσσειν καλῶς.
Κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος,
ὡς σεμνότιμος καὶ ξυνοικήτωρ ἐμοί·
πολλῆς δὲ χώρας τῆσδε τἀκροθίνια
θύῃ πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους
ἔχουσ' ἐς ἀεὶ τόνδ' ἐπαινέσεις λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ,
ἐμὲ παλαιόφρονα κατὰ γᾶν οἰκεῖν,
ἄτιστον, φεῦ, † μῖσος. †
Πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον.
Οἵ οἵ, δᾶ φεῦ.
Τίς μ' ὑποδύεται
πλευρὰς ὀδύνα;
Θυμὸν δῖε, μᾶτερ
Νύξ. Ἀπὸ γάρ με τιμᾶν † δαμαιᾶν † θεῶν
δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.

ΑΘΗΝΑ.

Ὀργὰς ξυνοίσω σοι· γεραιτέρα γὰρ εἶ.
Κἀίτα† μὲν οὐ σὺ † κάρτ' ἐμοῦ σοφωτέρα,
χρῃσῶν δὲ κἀμοὶ Ζεὺς ἔδωκεν οὐ κακῶς.
Ὑμῖς δ' ἐς ἀλλόφυλον ἐλθοῦσαι χθόνα
τῆς τῆσδ' ἐραπθήσεσθε· προὐννέπω τάδε.
Ὑπερφέρων γὰρ τιμιώτερος χρόνος
πολίταις τοῖσδε. Καὶ σὺ τιμίαν

inferre Dirarum guttas instillando,
edaces cuspides germinum implacabiles.
Ego vero vobis omni jure polliceor vos
et sedes et adyta justæ terræ
in splendidis focorum soliis collocatas
esse accepturas, ab his civibus honore nobilitatas.

CHORUS.

Io, dii juniores, antiquas leges
protrivistis atque ex manibus mihi extorsistis.
Ego vero contemta abjicior, misera, gravi ira incensa,
in hoc solo postquam, proh dolor!
virus, virus in luctus mei compensationem
emisi, cordis guttam
terræ intolerabilem: inde vero proveniens
scabies infrons, infecunda,
io justitia, in terram irruens
maculas mortali generi perniciosas in solum projiciet.
Ingemiscam? quid faciam, fiam? Ægre ferendam
civibus *ignominiam* passa sum,
io magna injuria affectæ filiæ infelices
Noctis, inhonesta contumelia accepta gementes.

MINERVA.

Non estis vestro spoliatæ honore, neve nimia iræ acerbitate
accensæ deæ mortalium terram immitem reddite.
Ego quoque nitor Jovis fiducia, et quid opus est verbis?
etiam claves ædium sola deorum novi,
quo in loco fulmen obsignatum sit;
sed eo opus non est. Tu vero mihi obsequens
noli in terram effundere damnosæ linguæ
fructum (*i. e. imprecationes*), ex quo omnium calamitas
Seda atri fluctus acerbam iracundiam, [consequitur.
ut quæ sancte verenda et mihi cohabitatrix futura sis.
Multæ autem hujus regionis primitias
in sacris oblatas pro liberis nuptiisque consummatis
adipiscens in omne tempus verba mea laudabis.

CHORUS.

Me hæc pati, heu,
me antiquitus sapientem in terra habitare
inhonoratam, heu, odium!
Vim spiro omnemque iracundiam.
Heu, heu, terra, proh dolor!
Quis meum subit
pectus dolor?
Iram audi, mater
Nox. Nam me de jure puniendorum parricidarum
doli deorum de nihilo sustulerunt.

MINERVA.

Iram tibi condonabo; ætate enim es provectior:
quamquam tu profecto non me es sapientior;
sed mihi quoque dedit Jupiter ut non male sapiam.
Vos vero si in aliam terram migraveritis,
hoc solum desiderabitis; hoc vobis prædico.
Insequens enim tempus majorem honorem
his civibus afferet; et tu honorificam

ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως
τεύξει παρ' ἀνδρῶν καὶ γυναικείων στόλων,
ὅσην παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν.
Σὺ δ' ἐν τόποισι τοῖς ἐμοῖσι μὴ βάλῃς
μήθ' αἱματηρὰς θηγάνας, σπλάγχνων βλάβας
νέων, ἀοίνους ἐμμανεῖς θυμώμασι,
μηδ' ἐξελοῦσ' ὡς καρδίαν ἀλεκτόρων
ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀστοῖσιν ἱδρύσῃς Ἄρη
ἐμφύλιόν τε καὶ πρὸς ἀλλήλους θρασύν.
Θυραῖος ἔστω πόλεμος, οὐ μόλις παρὼν,
ἐν ᾧ τις ἔσται δεινὸς εὐκλείας ἔρως·
ἐνοικίου δ' ὄρνιθος οὐ λέγω μάχην.
Τοιαῦθ' ἑλέσθαι σοι πάρεστιν ἐξ ἐμοῦ,
εὖ δρῶσαν, εὖ πάσχουσαν, εὖ τιμωμένην
χώρας μετασχεῖν τῆσδε θεοφιλεστάτης.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐμὲ παθεῖν τάδε, φεῦ,
ἐμὲ παλαιόφρονα κατὰ γᾶν οἰκεῖν,
ἀτίετον, φεῦ, † μῖσος. †
Πνέω τοι μένος ἅπαντά τε κότον.
Οἴ οἴ, δᾶ φεῦ.
Τίς μ' ὑποδύεται
πλευρὰς ὀδύνα;
Θυμὸν ἄϊε, μᾶτερ
Νύξ. Ἀπὸ γάρ με τιμᾶν † δαμαιᾶν θεῶν †
δυσπάλαμοι παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.

ΑΘΗΝΑ.

Οὗτοι καμοῦμαί σοι λέγουσα τἀγαθὰ,
ὡς μήποτ' εἴπῃς, πρὸς νεωτέρας ἐμοῦ
θεὸς παλαιὰ καὶ πολισσούχων βροτῶν
ἄτιμος ἔρρειν τοῦδ' ἀπόξενος πέδου.
Ἀλλ' εἰ μὲν ἁγνόν ἐστί σοι πειθοῦς σέβας,
γλώσσης ἐμῆς μείλιγμα καὶ θελκτήριον,
σὺ δ' οὖν μένοις ἄν· εἰ δὲ μὴ θέλεις μένειν,
οὔτ' ἂν δικαίως τῇδ' ἐπιρρέποις πόλει
μῆνίν τιν' ἢ κότον τιν' ἢ βλάβην στρατῷ.
Ἔξεστι γάρ σοι τῇδέ γ' εὐμοίρου χθονὸς
εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνασσ' Ἀθάνα, τίνα με φῆς ἔχειν ἕδραν;

ΑΘΗΝΑ.

Ἥσης ἀπήμον' οἰζύος· δέχου δὲ σύ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει;

ΑΘΗΝΑ.

Ὡς μή τιν' οἶκον εὐθενεῖν ἄνευ σέθεν.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ τοῦτο πράξεις, ὥστε με σθένειν τόσον;

ΑΘΗΝΑ.

Τῷ γὰρ σέβοντι συμφορὰς ὀρθώσομεν.

ΧΟΡΟΣ.

Καί μοι πρόπαντος ἐγγύην θήσει χρόνου;

ΑΘΗΝΑ.

Ἔξεστι γάρ μοι μὴ λέγειν ἃ μὴ τελῶ.

sedem ad ædem Erechthei adepta
a viris et mulierum festis agminibus obtinebis *honorem*,
quantum ab aliis mortalibus nunquam consequeris.
Tu autem in his meis sedibus noli effundere
neque cruentas cuspides (*i. e. discordias*), viscerum pernicien
puerilium, furiali ira effervescentes,
neque eligens tanquam cor gallorum *mutuo inter se pugnantium*
in meis civibus Martem collocaveris
domesticum in ipsosque mutuo sævientem.
Externum bellum esto, tantum non vicinum,
in quo ingens gloriæ amor excitabitur;
at domesticæ avis certamina abominor.
Talia tibi licet a me accipere,
ut benefaciens, beneficiis affecta, honoribus decorata
hujus terræ sis particeps diis carissimæ.

CHORUS.

Me hæc pati, heu,
me antiquitus sapientem in terra habitare
inhonoratam, heu, odium!
Vim spiro omnemque iracundiam.
Heu, heu, terra, proh dolor!
Quis meum subit
pectus dolor?
Iram audi, mater
Nox. Nam me de jure puniendorum parricidarum
doli deorum de nihilo sustulerunt.

MINERVA.

Non fatigabor, quin quæ optima sint, tibi consulam,
ne unquam dicas a juniore me
deam veterem et a populo, qui urbem tenet, [tam.
honore spoliatam tuo te abjectam esse ex terra externa.
At si tibi est venerabilis suadelæ sanctitas,
orationis meæ delinimen et placatio,
tu hic maneas; sin manere nolueris,
immerito huic urbi immiseris
iram aliquam aut furorem aut cladem populo.
Licebit enim tibi in hac beata terra
collocatæ jure in omne tempus honoribus frui.

CHORUS.

Minerva regina, quam me ais sedem habituram esse?

MINERVA.

Omni calamitate intactam; tu vero accipe.

CHORUS.

Atque acceptam teneo; quis vero me honor manet?

MINERVA.

Ut nulla domus sine te secunda fortuna utatur.

CHORUS.

Tu hoc efficies, ut tantum valeam?

MINERVA.

Ei, qui pie te colit, fortunam prosperabimus.

CHORUS. [sponsionem dabis?
Mihine etiam cujusvis temporis *ita hoc futurum* esse

MINERVA.

Licet enim mihi non promittere, quæ non *sim servatura*.

ΧΟΡΟΣ.

θέλξειν μ' ἔοικας, καὶ μεθίσταμαι κότου.

ΑΘΗΝΑ.

Τοιγὰρ κατὰ χθόν' οὖσ' ἐπικτήσει φίλους.

ΧΟΡΟΣ.

Τί οὖν μ' ἄνωγας τῇδ' ἐφυμνῆσαι χθονί;

ΑΘΗΝΑ.

Ὁποῖα νίκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
καὶ ταῦτα γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου
ξ εἰ οὐρανοῦ τε, κἀνέμων ἀήματα,
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
καρπόν τε γαίας καὶ † βοτῶν † ἐπίρρυτον
ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.
ιιο Τῶν δυσσεβούντων δ' ἐκφορωτέρα πέλοις.
Σπέρχω γὰρ, ἀνδρὸς φιτυποιμένος δίκην,
τὸ τῶν δικαίων τῶνδ' ἀπένθητον γένος.
Τοιαῦτα σοῦστι. Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ
πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ
ιιδ τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.

ΧΟΡΟΣ.

Δέξομαι Παλλάδος ξυνοικίαν, Στρ.
οὐδ' ἀτιμάσω πόλιν,
τὰν καὶ Ζεὺς ὁ παγκρατὴς Ἄρης τε
φρούριον θεῶν νέμει,
ι.ι ῥυσίβωμον Ἑλλά-
νων ἄγαλμα δαιμόνων,
ἅτ' ἐγὼ κατεύχομαι
θεσπίσασα πρευμενῶς
ἐπισσύτους βίου τύχας ὀνησίμους
ιιδ γαίας ἐξαμβρόσαι
φαιδρὸν ἁλίου σέλας.

ΑΘΗΝΑ.

Τάδ' ἐγὼ προφρόνως τοῖσδε πολίταις
πράσσω, μεγάλας καὶ δυσαρέστους
δαίμονας αὐτοῦ κατανασσαμένη.
ι.ι Πάντα γὰρ αὗται τὰ κατ' ἀνθρώπους
ἔλαχον διέπειν.
Ὁ δὲ μὴ † κύρσας βαρεῶν τούτων †,
οὐκ οἶδεν ὅθεν πληγαὶ βιότου.
Τὰ γὰρ ἐκ προτέρων ἀπλακήματά νιν
ιιδ πρὸς τάδ' ἀπάγει. Σιγῶν ὄλεθρος
καὶ μέγα φωνοῦντ'
ἐχθραῖς ὀργαῖς ἀμαθύνει.

ΧΟΡΟΣ.

Μηδροπήμων δὲ μὴ πνέοι βλάβα, Ἀντ.
τὰν ἐμὰν χάριν λέγω·
ι.ι ῥιγεδὸς τ' ὀμματοστερὴς φυτῶν,
τὸ μὴ περᾶν ὅρον τόπων,
μηδ' ἄκαρπος αἰα-
νὴς ἑρπέτω νόσος,
μηλά τ' εὐθενοῦντ' ἄγαν,
ι.ι ζῶν διπλοῖσιν ἐμβρύοις,
τρέφοι χρόνῳ τεταγμένῳ· † γόνος [τε γᾶς] †

CHORUS.

Videris me delinitura esse, iramque abjicio.

MINERVA.

Proinde hanc terram incolendo amicos tibi comparabis.

CHORUS.

Quid igitur me jubes huic terræ precari?

MINERVA.

Quæcunque ad victoriam non malam pertinent,
atque hæc sive ex terra proveniunt sive ex rore marino
sive de cœlo, et ut ventorum flatus [scant,
cum benigno solis calore spirantes in hanc terram increbe-
fructusque terræ et pecudum uberes,
civibus læte provenientes postea ne ægrotent,
humanæque prolis felicitas salva efflorescat.
Impios vero impensius exterminines.
Amo enim, ut pastor (*i. e. curator*) plantarum,
horum justorum hominum incolumem progeniem.
Hæc tua munera sunt; ex bellicis vero ego
gloriosis certaminibus non sustinebo, ut
hanc victricem urbem inter mortales non decorem.

CHORUS.

Accipio, ut cum Pallade habitem,
nec urbem spernam,
quam etiam Jupiter omnipotens et Mars
deorum præsidium incolit,
aras protegens Græcorum
decus cœlestium,
cui ego apprecor
benevole vaticinans,
ut uberem vitæ copiam fructuosam
ex terra educat
splendidum solis jubar.

MINERVA.

Hæc ego libenter pro his civibus
efficio, ut magnas ægreque placabiles
deas in hac urbe collocem.
Hæ enim omnia, quæ hominibus contingunt,
administranda sortitæ sunt.
Qui vero eas sibi non conciliavit, harum ei irascentium
plagæ vitæ *suæ illatæ* unde venerint, nescit.
Nam majorum delicta eum
ad has abducunt; tacita pernicies
etiam alte se jactantem (*i. e. valde superbum*)
inimica sævitia perimit.

CHORUS.

Aura noxia ne spiret nociva arboribus
(meum beneficium commemoro),
ardorque *solis* plantarum germina corrumpens,
horum locorum terminos ne transeat,
et infructuosa atra
uredo ne insequatur
ovesque ubere succrescentes
cum gemello fœtu [terra
nutriant *agnos* enixæ definito tempore; proventusque

πλουτόχθων ἑρμαίαν
δαιμόνων δόσιν τίοι

ΑΘΗΝΑ.

Ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον,
οἳ' ἐπικραίνει; μέγα γὰρ δύναται
πότνι' Ἐρινὺς παρά τ' ἀθανάτοις
τοῖς θ' ὑπὸ γαῖαν περί τ' ἀνθρώπων
φανερῶς τελέως διαπράσσουσιν
τοῖς μὲν ἀοιδὰς, τοῖς δ' αὖ δακρύων
βίον ἀμβλωπὸν παρέχουσαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνδροχμῆτας δ' ἀώ- Στρ.
ρους ἀπεννέπω τύχας,
νεανίδων τ' ἐπηράτων
ἀνδροτυχεῖς βιότους δότε, κύρι' ἔχοντες,
† θεαί τ' ὦ † Μοῖραι
ματροκασιγνῆται,
δαίμονες ὀρθονόμοι,
παντὶ δόμῳ μετάκοινοι,
παντὶ χρόνῳ δ' ἐπιβριθεῖς,
ἐνδίκοις ὁμιλίαις
παντᾶ τιμιώταται θεῶν.

ΑΘΗΝΑ.

Τάδε τοι χώρᾳ τῇμῇ προφρόνως
ἐπικραινομένων
γάνυμαι· στέργω δ' ὄμματα πειθοῦς,
ὅτι μοι γλῶσσαν καὶ στόμ' ἐπωπᾷ
πρὸς τάσδ' ἀγρίως ἀπανηναμένας·
ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς ἀγοραῖος,
νικᾷ δ' ἀγαθῶν
ἔρις ἡμετέρα διὰ παντός.

ΧΟΡΟΣ.

Τὰν δ' ἄπληστον κακῶν Ἀντ.
μήποτ' ἐν πόλει στάσιν
τᾷδ' ἐπεύχομαι βρέμειν·
μηδὲ πιοῦσα κόνις μέλαν αἷμα πολιτᾶν
δι' ὀργὰν ποινὰς
ἀντιφόνους ἅτας
ἁρπαλίσαι πόλεως.
Χάρματα δ' ἀντιδιδοῖεν
† κοινοφιλεῖ † διανοίᾳ,
καὶ στυγεῖν μιᾷ φρενί.
Πολλῶν γὰρ τόδ' ἐν βροτοῖς ἄκος.

ΑΘΗΝΑ.

Ἆρα † φρονούσης † γλώσσης ἀγαθῆς
ὁδὸν εὑρίσκεις;
Ἐκ τῶν φοβερῶν τῶνδε προσώπων
μέγα κέρδος ὁρῶ τοῖσδε πολίταις.
Τάσδε γὰρ εὔφρονας εὐφρονες ἀεὶ
μέγα τιμῶντες, καὶ † γῆ καὶ πόλις
ὀρθοδίκαιοι
πρέψετε † πάντες διάγοντες.

ΧΟΡΟΣ.

Χαίρετ' ἐν αἰσιμίαις πλούτου, Στρ.

solo dives Mercuriale [*ex fodinis erutorum proventu*].
deorum munus honoret (*i. e. Magnus sit metallorum*

MINERVA.

Audistisne, præsidium urbis (*Areopagitæ*),
qualia rata faciat? Multum enim valet
alma Erinnys, et apud immortales
et apud inferos et de hominibus
manifesto res summa cum potestate constituunt,
aliis lætos cantus, aliis rursus lacrimarum
vitam contristatam tribuentes.

CHORUS.

Viros perdentem immaturam
fortunam abominor.
Virginumque amabilium [hoc munus obtigit;
talem vitam ut conjuges adipiscantur, date, dii, quibus
vosque deæ, o Parcæ,
matris sorores;
numina justa,
unicuique domo communes
omnique tempore accedentes
justa consuetudine
ubique honoratissimæ deorum.

MINERVA.

Hæc vos beneficia terræ meæ benevole
confirmare
lætor. Laude vero suadelæ oculos prosequor,
quod hæc linguam atque os mihi intuetur
apud has ferociter renuentes.
At valuit Jupiter orationis moderator,
victoriamque bonorum
contentio nostra ubique obtinet.

CHORUS.

Malis insatiabilis
seditio ne unquam in hac urbe
fremat, precor,
neve pulvis sanguinem atrum civium hauriens
desiderio ultionis
cædem pro cæde mutuam
ab urbe absorbeat.
Gaudia vero mutua sibi reddant
communi adjuvandi voluntate,
unaque mente odia exerceant.
Hoc enim multorum remedium est inter mortales.

MINERVA.

An prudentis linguæ bonæ
viam reperis?
Ex his terribilibus vultibus
magnum lucrum his civibus *exorturum* prævideo.
Has enim benevolas si benevoli semper
magno honore afficitis, et terra et urbs
justis judiciis
omnes perpetuo illustres eritis.

CHORUS.

Salvete felici divitiarum sorte,

χαίρετ' ἀστικὸς λεὼς,
ἵκταρ ἥμενοι Διὸς,
παρθένου φίλας φίλοι
σωφρονοῦντες ἐν χρόνῳ.
Παλλάδος δ' ὑπὸ πτεροῖς
ὄντας ἕζεται πατήρ.

ΑΘΗΝΑ.

Χαίρετε χὑμεῖς· προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν
πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν.
Ἴτε, καὶ σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν
κατὰ γῆς σύμεναι, τὸ μὲν ἀτηρὸν
χώρας κατέχειν, τὸ δὲ κερδαλέον
πέμπειν πόλεως ἐπὶ νίκῃ.
Ὑμεῖς δ' ἡγεῖσθε, πολισσοῦχοι,
παῖδες Κραναοῦ, ταῖσδε μετοίκοις.
Εἴη δ' ἀγαθῶν
ἀγαθὴ διάνοια πολίταις.

ΧΟΡΟΣ.

Χαίρετε, χαίρετε δ', αὖθις ἐπιδιπλοΐζω, Ἀντ.
πάντες οἱ κατὰ πτόλιν,
δαίμονές τε καὶ βροτοὶ,
Παλλάδος πόλιν νέμον-
τες· μετοικίαν δ' ἐμὴν
εὖ σέβοντες οὔτι μέμ-
ψεσθε συμφορὰς βίου.

ΑΘΗΝΑ.

Αἰνῶ δὲ μύθους τῶνδε τῶν κατευγμάτων,
πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων
εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους,
ὧν προσπόλοισιν, αἵτε φρουροῦσιν βρέτας
τῶμὸν δικαίως. Ὅμμα γὰρ πάσης χθονὸς
Θησῆος ἵξοιτ' ἂν εὐκλεὴς λόχος
παίδων, γυναικῶν καὶ στόλος πρεσβυτίδων.
Φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι
τιμᾶτε, καὶ τὸ φέγγος ὁρμάσθω πυρὸς,
ὅπως ἂν εὔφρων ἥδ' ὁμιλία χθονὸς
τὸ λοιπὸν εὐάνδροισι συμφοραῖς πρέπῃ.

ΠΡΟΠΟΜΠΟΙ.

Βᾶτε δόμῳ, μεγάλαι φιλότιμοι
Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες, ὑπ' εὐθύφρονι πομπᾷ·
εὐφαμεῖτε δὲ, χωρῖται·
γᾶς ὑπὸ κεύθεσιν ὠγυγίοισι,
καὶ τιμαῖς καὶ θυσίαις περίσεπται τύχᾳ τε.
Εὐφαμεῖτε δὲ πανδαμεί.
Ἥλιοι δὲ καὶ εὐθύφρονες γᾷ
δεῦρ' ἴτε σεμναὶ, πυριδάπτῳ
λαμπάδι τερπόμεναι. Καθ' ὁδὸν δ'
ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.
Σπονδαὶ δ' ἐς τὸ πᾶν ἐνδᾳδες οἴκων
Παλλάδος † ἀστοῖς. Ζεὺς ὁ πανόπτας †
οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα.
Ὀλολύξατε νῦν ἐπὶ μολπαῖς.

salvete, cives urbis,
prope Jovis aras sedentes,
virginis amicæ amici
sapienter consulti, ubi tempus est.
Sub Palladis vero alis (*tutela*)
habitantes pater veretur.

MINERVA.

Salvete vos quoque; priorem vero me oportet
ire, ut thalamos vobis monstrem,
ad sacras flammas horum prosecutorum.
Abite, et quidem his victimis venerandis acceptis
sub terram festinate, ut quod noxium
sit, terra contineatis; quod vero lucrum afferat,
ad urbis victoriam mittatis.
Vos autem præite, qui urbem tenetis,
filii Cranai, has inquilinas.
Sit autem bonorum
bona cognitio civibus!

CHORUS.

Salvete, salvete, iterum dupliciter aio,
omnes qui in urbe estis,
cœlestes mortalesque,
Palladis urbem incolentes.
Meam cohabitationem
sancte venerantes nullo modo
vitæ casus accusabitis.

MINERVA.

Laudo vero voces harum precationum
mittamque lumina facum luciferarum
ad loca inferna et subterranea
cum ministris, quæ custodiunt sanctuarium
meum, ut justum est. Oculus enim totius terræ
Thesei accedat; splendidum agmen
puerorum, mulierum et caterva grandævarum.
Purpureis indutis vestimentis
Eumenidas honorate et lumen facis procedito;
ut benevola hæc deorum societas in terram accepta
in posterum propitia virorum fortuna insignis sit.

COMITES.

Introite domum, magnæ venerandæ
Noctis puellæ non-puellæ, benevolo comitatu,
(bene vero precamini, ductores,)
sub terræ adytis ogygiis
et honoribus et sacrificiis fortunaque valde nobilitatæ.
Bene precamini omnes.
Propitiæ vero terræque faventes
huc ite venerandæ, accensis
facibus delectatæ. Per viam autem
nunc acclamate vocibus.
Libationes vero prorsus facibus illustratæ ædis
Palladis civibus *contingunt*. Jupiter omnituens
sic et Parca assenserunt.
Nunc acclamate vocibus.

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΧΟΡΟΣ ΔΑΝΑΙΔΩΝ.
ΔΑΝΑΟΣ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ.
ΚΗΡΥΞ.

ΧΟΡΟΣ.

Ζεὺς μὲν ἀφίκτωρ ἐπίδοι προφρόνως
στόλον ἡμέτερον ναΐων ἀρθέντ'
ἀπὸ προστομίων λεπτοψαμάθων
Νείλου. Δίαν δὲ λιποῦσαι
χθόνα σύγγορτον Συρίᾳ φεύγομεν,
οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίαν
ψήφῳ πόλεως γνωσθεῖσαι,
ἀλλ' αὐτογενῆ τὸν φυξάνορα
γάμον Αἰγύπτου παίδων ἀσεβῆ τ'
ὀνοταζόμεναι.
Δαναὸς δὲ πατὴρ καὶ βούλαρχος
καὶ στασίαρχος, τάδε πεσσονομῶν,
κύδιστ' ἀχέων ἐπέκρανε,
φεύγειν ἀνέδην διὰ κῦμ' ἅλιον·
κέλσαι δ' Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
γένος ἡμέτερον, τῆς οἰστροδόνου
βοὸς ἐξ ἐπαφῆς, κἀξ ἐπιπνοίας
Διὸς εὐχόμενον τετέλεσται.
Τίν' ἂν οὖν χώραν εὔφρονα μᾶλλον
τῆσδ' ἀφικοίμεθα
σὺν τοῖσδ' ἱκετῶν ἐγχειριδίοις
ἐριοστέπτοισι κλάδοισιν;
Ὦν πόλις, ὧν γῆ, καὶ λευκὸν ὕδωρ,
ὕπατοί τε θεοὶ, καὶ βαρύτιμοι
χθόνιοι θήκας κατέχοντες,
καὶ Ζεὺς σωτὴρ τρίτος, οἰκοφύλαξ
ὁσίων ἀνδρῶν, δέξαιθ' ἱκέτην
τὸν θηλυγενῆ στόλον αἰδοίῳ
πνεύματι χώρας· ἀρσενοπληθῆ δ'
ἐσμὸν ὑβριστὴν Αἰγυπτογενῆ,
πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει
θεῖναι, ξὺν ὄχῳ ταχυήρει
πέμψατε πόντονδ' (ἔνθα δὲ λαίλαπι
χειμωνοτύπῳ, βροντῇ στεροπῇ τ'
ὀμβροφόροισίν τ' ἀνέμοις ἀγρίας
ἁλὸς ἀντήσαντες ὄλοιντο),
πρίν ποτε λέκτρων, ὧν θέμις εἴργει,
σφετεριζάμενον πατραδέλφειαν
τήνδ' ἀεκόντων, ἐπιβῆναι.
Νῦν δ' ἐπικεκλόμεναι Στρ. α'.

SUPPLICES.

PERSONÆ FABULÆ.

CHORUS DANAIDUM.
DANAUS.
REX ARGIVORUM.
PRÆCO.

CHORUS.

Jupiter, supplicum custos, benevole cœtum nostrum respiciat navibus ab sabulosis Nili ostiis advectum. Divina vero terra Syriæ contermina relicta fugimus ob nullam cædem perpetratam populi suffragio damnatæ exilio, sed nuptias a viris refugas cognatas impiasque filiorum Ægypti abominantes.

Danaus vero pater et auctor consilii et agminis nostri dux, hæc ordinans, inter mala constituit optima, effuse per undas marinas fugere et ad terram appellere Argivam, unde genus nostrum ex furibundæ vaccæ contactu (*Ius*) Jovisque afflatu ortum esse gloriatur.

In quam terram hac terra benevolentiorem perveniamus cum his supplicum ramis manu protentis, lana obvolutis? O vos, quorum urbs et terra et lucida aqua est, superi dii et graviter vindicantes inferi, sedes infernas tenentes, et Jupiter servator tertius, ædium custos piorum virorum, accipite supplicem hanc catervam mulierum fausto regionis favore; virorum autem turbam insolentem filiorum Ægypti, antequam pedem in hac terra sitibunda posuerit, cum celeri navigio retro in mare mittite:

(ibi vero turbine tumultuoso, tonitrui et fulmine imbriferisque ventis sævo mari occursantes pereant!)

priusquam lectos, a quibus fas eos prohibet, patruelibus his sororibus invitis abreptis ascendunt.

Nunc vero *in auxilium* Jovis vitulum, transmarinum

Δῖον πόρτιν ὑπερ-
πόντιον τιμάορ', ἴνίν τ'
ἀνθονομούσας προγόνου
βοὸς ἐξ ἐπιπνοίας
Ζηνὸς ἔφαψιν· ἐπωνυμία δ' ἐπεκραίνετο
μόρσιμος αἰὼν
εὐλόγως, Ἔπαφόν τ' ἐγέννασεν·
ὅντ' ἐπιλεξαμένα, Ἀντ. α'.
νῦν ἐν ποιονόμοις
ματρὸς ἀρχαίας τόποις τῶν
πρόσθε πόνων μνασαμένα,
τά τε νῦν ἐπιδείξω
πιστὰ τεκμήρια, τάτ' ἀνόμοιά τ' ἄελπτά περ
ὄντα φανεῖται.
Γνώσεται δὲ λόγους τις ἐν μάκει.
Εἰ δὲ κυρεῖ τις πέλας οἰωνοπόλων Στρ. β'.
ἔγγαιος, οἶκτον οἰκτρὸν ἀΐων,
ὀξάσει τις ἀκούων ὅπα τᾶς Τηρείας
μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου,
κιρκηλάτου τ' ἀηδόνος,
ἵτ' ἀπὸ γώρων ποταμῶν τ' εἰργομένα Ἀ. β'.
πενθεῖ νέον οἶκτον ἠθέων·
ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον, ὡς αὐτοφόνως
ὤλετο πρὸς χειρὸς ἔθεν
δυσμάτορος κότου τυχών·
τὰς καὶ ἐγὼ φιλόδυρτος Ἰαονίοισι νόμοισι Σ. γ'.
δάκρυσι τὰν ἀπαλὰν νειλοθερῆ παρειὰν,
ἀπειρόδακρύν τε καρδίαν.
Γόεδνα δ' ἀνθεμίζομαι
δειμαίνουσα φίλους τᾶσδε φυγᾶς
ἀερίας ἀπὸ γᾶς,
εἴ τις ἐστὶ κηδεμών. [Ἀντ. γ'.
Ἀλλὰ θεοὶ γενέται κλύετ' εὖ τὸ δίκαιον ἰδόντες,
ἦ καὶ μὴ τέλεον δόντες ἔχειν παρ' αἶσαν,
ὕβριν δ' ἐτύμως στυγοῦντες
πέλοιτ' ἂν ἔνδικοι γάμοις.
Ἔστι δὲ κἀκ πολέμου τειρομένοις
βωμὸς † ἄρος †, φυγάσι
βῦμα, δαιμόνων σέβας.
Εἰ θείη Διὸς εὖ παναληθῶς Στρ. δ'.
Διὸς ἵμερος· οὐκ εὐθήρατος ἐτύχθη,
πάντα τοι φλεγέθει
κἀν σκότῳ, μελαίνᾳ ξὺν τύχᾳ
μερόπεσσι λαοῖς.
Πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ, Ἀντ. δ'.
κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον·
ὀμυλοὶ γὰρ πραπίδων
δάσκιοί τε τείνουσιν πόροι,
κατιδεῖν ἄφραστοι.
Ἵπτει δ' Ἐλπίδων Στρ. ε'.
ἀφ' ὑψιπύργων πανώλεις βροτοὺς,
ἵκαν δ' οὔτιν' ἐξοπλίζει
τὸν ἄκμονον δαιμονίων· ἥμενον ἄνω φρόνημά πως
τυτθὸν ἐξέπραξεν ἔμπας, ἑδράνων ἐφ' ἁγνῶν·

vindicem nostrum, et filium aviæ vaccæ flores depascentis, ex afflatu Jovis contactum advocamus; nomine vero fatale tempus vere constituit, Epaphumque (*a contactu dictum*) peperit *Io;*

quem advocans nunc in herbosis antiquæ matris pascuis pristinas aerumnas memoratura, nunc et certa ostendam documenta, *genus nostrum Argis ortum esse*, et quæ adhuc ab his diversa sint, quamquam inexspectata, *tamen* vera esse apparebunt. Cognoscet enim nonnemo, quæ dico, temporis progressu.

Si vero adest augurum aliquis, hujus terræ incola, quando calamitosam querimoniam audiat, vocem conjugis Terei, quæ miserandum iniit consilium, lusciniæque ab accipitre infestatæ audire se putabit,

quæ locis fluviisque consuetis prohibita novo luctu gemit; recolit vero filii obitum, ut ille sua (*i. e. cognata, matris*) manu occisus in gravem miseræ genetricis iram illapsus perierit.

Ita ego quoque queribunda Ionicis modis teneram ad Nilum sole fuscatam genam corque lacrimarum expers (*i. e. summo dolore, qui lacrimas non patitur*) lacero. De luctu autem flores colligo amicos hujus fugæ ex aeria (*i. e. Ægyptiaca*) terra metuens, si cui curæ sit.

At dii gentilitii, quum quod justum sit bene tueamini, audite, aut etiam si non ratum faciatis, quod contra fatum sit, insolentiam tamen ex animo aversantes his nuptiis justi arbitri sitis. Est autem etiam ex bello attritis ara præsidium, fugientibus munimentum, cœlestium sanctuarium.

Utinam Jovis re vera feliciter nobis contingat Jovis voluntas; captu non est facilis; omnia profecto etiam in caligine cum atra fortuna gentibus mortalium illustrat.

Cadit certa sors nec resupina, si res in Jovis vertice perficienda decreta est. Confragosæ enim obumbratæque mentis divinæ viæ sunt visu incomprehensibiles.

Dejicit mortales de spe excelsa in exitium, nec ullam vim armat inefficacem inter deos. Considens in alto in sanctis sedibus divina mens ibi unamquamque rem transigit.

ἰδέσθω δ' εἰς ὕβριν Ἀντ. ε'.
βροτειον, οἷα νεάζει πυθμὴν
δι' ἀμὸν γάμον τὸ θάλλος
δυσπαραβούλοισι φρεσὶν, καὶ διάνοιαν μαινόλιν
κέντρον ἔχων ἄφυκτον, ὅταν δ' ἀπάτᾳ μεταγνούς.
Τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα λέγω Στρ. ς'.
λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ.
Ἰὴ ἰή.
Ἰηλέμοισιν ἐμπρεπῆ ζῶσα γόοις με † τιμῶ †.
Ἴλεομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν,
καρβάνα δ' αὐδὰν
† εὖα κοννεῖς †.
Πολλάκι δ' ἐμπίτνω ξὺν λακίδι,
λίνοισιν, ἃ Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ.
Θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα, πελομένων καλῶς, Ἀντ. ς'.
† ἐπίδρομος † ὅθι θάνατος ἀπῇ.
Ἰὼ ἰώ,
ἰὼ δυσάγκριτοι πόνοι. Ποῖ τόδε κῦμ' ἀπάξει;
Ἰλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν,
καρβάνα δ' αὐδὰν
† εὖα κοννεῖς. †
Πολλάκι δ' ἐμπίτνω ξὺν λακίδι,
λίνοισιν, ἃ Σιδονίᾳ καλύπτρᾳ. [δορὸς Στρ. ξ'.
Πλάτα μὲν οὖν λινορραφής τε δόμος ἅλα στέγων
ἀχείματόν μ' ἔπεμπε σὺν πνοαῖς·
οὐδὲ μέμφομαι·
τελευτὰς δ' ἐν χρόνῳ
πατὴρ ὁ παντόπτας
πρευμενεῖς κτίσειε.
Σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρὸς,
εὐνὰς ἀνδρῶν; ἔ ἔ,
ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν. [Ἀντ. ζ'.
Θέλουσα δ' αὖ θέλουσαν ἁγνά μ' ἐπιδέτω Διὸς κόρα
ἔχουσα σέμν' ἐνώπι' ἀσφαλές·
παντὶ δὲ σθένουσι.
Διωγμοῖσι δ' † ἀσφαλέας †
ἀδμήτας ἀδμήτα
ῥύσιος γενέσθω.
Σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρὸς,
εὐνὰς ἀνδρῶν, ἔ ἔ,
ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν.
Εἰ δὲ μὴ, μελανθὲς Στρ. η'.
ἢ διόκτυπον γένος,
τοὔγγαιον,
τὸν πολυξενώτατον
Ζῆνα τῶν κεκμηκότων
ἐξόμεσθα σὺν κλάδοις
ἀρτάναις θανοῦσαι,
μὴ τυχοῦσαι θεῶν Ὀλυμπίων.
Ἃ Ζῆν', Ἰοῦς ἰὼ
μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν.
Κοννῶ δ' ὅταν γαμετᾶς [μών.
οὐρανόνικον· χαλεποῦ γὰρ ἐκ πνεύματος εἶσι χει-
Καὶ τότ' οὐ δικαίοις Ἀντ. η'.

Respiciat vero superbiam humanam, quali stirps *Ægypti* propter meas nuptias florem refragatoria mente emittit, furibundo animi affectu tanquam inevitabili stimulo excitata, sed noxam damno sero cognoscens.

Tales calamitates luctuosas querens refero, gemendas, graves, lacrimosas: væ væ! Lugubribus carminibus affluentem me viva honoro. Adoro supplex Apiam terram (peregrinam vocem, eia, intelligis), sæpe vero lacerans in vestimenta lintea Sidoniumque velum incido.

Diis dicata sunt officia eorum, qui secunda fortuna utuntur, ubi mortis irruentis timor abest. Heu, heu, heu labores exantlatu difficiles! Quorsum hæc unda me abripiet? Adoro supplex Apiam terram (peregrinam vocem, eia, intelligis), sæpe vero lacerans in vestimenta lintea Sidoniumque velum incido.

Remus linoque consuta domus trabium mare arcens me tempestatis inexpertam cum flatibus huc misit; nec ejus rei me pœnitet. Felicem vero exitum progressu temporis pater omnituens præbeat, ut venerandæ matris magna progenies conjugia virorum, eheu, innupta indomita fugiam.

Lubens vero rursus lubentem me casta Jovis filia respiciat venerando vultu firmiter intuens; omni modo valent *Ægypti filii;* sed persecutione tutas innuptas ipsa innupta præstet, ut venerandæ matris magna progenies conjugia virorum, eheu, innupta indomita fugiam.

Sin minus, nos atrum a Jove perculsum infernum genus, plurimorum hospitum receptorem Jovem defunctorum, cum ramis supplicibus suspendio necatæ adibimus, quum a diis cœlestibus spretæ simus. Ah Jovem, Ius, heu, investigatrix ira est a diis irruens; novi conjugis, *quam Jupiter duxit,* calamitatem cœlo superiorem; nam violento flatu excitata tempestas *in nos* irrumpet.

Et tum non in justis (*quibus justitia Jovis celebretur*)

Ζεὺς † ἐνεύξεται † λόγοις,
τὸν τᾶς βοὸς
παῖδ' ἀτιμάσας, τὸν αὐ-
τός ποτ' ἔκτισεν γόνῳ,
νῦν ἔχων παλίντροπον
ὄψιν ἐν λιταῖσιν·
ὑψόθεν δ' εὖ κλύοι καλούμενος.
Ἆ Ζῆν', Ἰοῦς ἰὼ
μῆνις μάστειρ' ἐκ θεῶν.
Κοινῶ δ' ἅταν γαμετᾶς [μών.
ὠρανόνικον· χαλεποῦ γὰρ ἐκ πνεύματος εἶσι χει-

ΔΑΝΑΟΣ.

Παῖδες, φρονεῖν χρή· ξὺν φρονοῦντι δ' ἥκετε
πιστῷ γέροντι τῷδε ναυκλήρῳ πατρί.
Καὶ ταπὶ χέρσου νῦν προμήθειαν λαβεῖν
αἰνῶ φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτουμένας.
Ὁρῶ κόνιν, ἄναυδον ἄγγελον στρατοῦ,
σύριγγες οὐ σιγῶσιν ἀξονήλατοι·
ὄχλον δ' ὑπασπιστῆρα καὶ δορυσσόον
λεύσσω, ξὺν ἵπποις καμπύλοις τ' ὀχήμασι.
Τάχ' ἂν πρὸς ἡμᾶς τῆσδε γῆς ἀρχηγέται
ὀπτῆρες εἶεν ἀγγέλων πεπυσμένοι.
Ἀλλ' εἴτ' ἀπήμων εἴτε καὶ τεθυμμένος
ὠμῇ ξὺν ὀργῇ τόνδ' ἐπόρνυται στόλον,
ἀμεινόν ἐστι παντὸς οὕνεκ', ὦ κόραι,
τάχιον προσίζειν τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.
Κρεῖσσον δὲ πύργου βωμὸς, ἄρρηκτον σάκος.
Ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε, καὶ λευκοστεφεῖς
ἱκτηρίας, ἀγάλματ' αἰδοίου Διός,
σεμνῶς ἔχουσαι διὰ χερῶν συνωνύμων,
αἰδοῖα καὶ γόεδνα καὶ τὰ χρεῖ' ἔπη
ξένους ἀμείβεσθ', ὡς ἐπήλυδας πρέπει,
τορῶς λέγουσαι τάσδ' ἀναιμάκτους φυγάς.
Φόβῃ δ' ἑπέσθω πρῶτα μὲν τὸ μὴ θρασὺ,
τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπων σωφρόνων
ἴτω πρόσωπον ὄμματος παρ' ἡσύχου·
καὶ μὴ πρόλεσχος μηδ' ἐφολκὸς ἐν λόγῳ
γένῃ· τὸ τῇδε κάρτ' ἐπίφθονον γένος.
Μίμνησο δ' εἰκεῖν· χρεῖος εἶ ξένη φυγάς.
Θρασυστομεῖν γὰρ οὐ πρέπει τοὺς ἥσσονας.

ΧΟΡΟΣ.

Πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονοῦντας ἐννέπεις.
Φυλάξομεν δὲ τάσδε μεμνῆσθαι σέθεν
κεδνὰς ἐφετμάς· Ζεὺς δὲ γεννήτωρ ἴδοι.

ΔΑΝΑΟΣ.

Μή νυν σχολάζε, μηχανῆς δ' ἔστω κράτος.

ΧΟΡΟΣ.

Θέλοιμ' ἂν ἤδη σοὶ πέλας θρόνους ἔχειν.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ὦ Ζεῦ, κόπων οἰκτειρε μὴ 'πολωλότας.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος.
Κείνου θέλοντος εὖ τελευτήσει τάδε.

sermonibus Jupiter exsultabit, quum vaccæ filium, quem ipse olim genuit, precibus nostris nunc aversum vultum præbens spreverit. Sed nos bene exaudiat ex alto, invocatus. Ah Jovem, Ius, heu, investigatrix ira est a diis irruens; novi conjugis calamitatem cœlo superiorem; nam violento flatu irrumpet.

DANAUS.

Filiæ, providere vos oportet; cum provido venistis
hoc fido sene patre itineris maritimi duce.
Atque ut quæ in terra sint, omni prudentia agere possitis,
hæc mea præcepta animo reposita servetis suadeo.
Video pulverem, mutum nuncium multitudinis;
moduli rotarum circum axes volutati non silent;
agmenque clypeis armatum hastasque torquens
conspicio cum equis rotundisque curribus.
Illico sane hujus terræ proceres ad nos
spectatores accedent de adventu nostro a nunciis edocti.
Sed sive clemens sive etiam efferatus *populus*
crudeli animo hoc agmen in nos excitavit,
in omnem eventum satius est, o puellæ, [considere.
ad hunc tumulum deorum, qui sunt certaminum præsides,
Turre potior ara est, firmum scutum.
Sed quam citissime accedite, albaque lana redimita [tur,
velamenta supplicum, ornamenta Jovis, qui supplices tue-
reverenter manibus supplicibus tenentes,
verecunda, mœsta et quæ necessitas requirit verba
hospitibus respondete, ut advenas decet,
perspicue iis hoc exilium incruentum explicantes.
Orationem vestram ante omnia nulla irreverentia comitetur,
nec protervus de modesta fronte
vultus ex tranquillo oculo prodeat,
neque procax sis neque oratione præpostera
utaris, quod certe huic terræ odiosum genus est.
Ac sis memor ut cedas; egena hospita es in exilium expulsa:
inferiores autem non decet insolenter loqui.

CHORUS.

Pater, provide tu providis loqueris.
Servabimus vero memores hæc tua
prudentia præcepta. Jupiter autem genitor nos respiciat.

DANAUS.

Noli igitur cunctari, sed confestim rem exsequere.

CHORUS.

Jam vellem me prope te sedem habere.

DANAUS. [te misereat.
O Jupiter, nondum oppressis nobis ærumnarum nostrarum

CHORUS.

Respiciat nos profecto benevolo oculo.
Illo enim volente bonus exitus hæc sequetur.

ΔΑΝΑΟΣ.

Καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε.

ΧΟΡΟΣ.

Καλοῦμεν αὐγὰς ἡλίου σωτηρίους,
ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν.
Εἰδὼς ἂν αἴσαν τήνδε συγγνοίη βροτοῖς.

ΔΑΝΑΟΣ.

Συγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων.

ΧΟΡΟΣ.

Τίν' οὖν κικλήσκω τῶνδε δαιμόνων ἔτι;

ΔΑΝΑΟΣ.

Ὁρῶ τρίαιναν τήνδε, σημεῖον θεοῦ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὖ τ' ἔπεμψεν εὖ τε δεξάσθω χθονί.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἑρμῆς δ' ἄλλος τοῖσιν Ἑλλήνων νόμοις.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐλευθέροις νυν ἐσθλὰ κηρυκευέτω.

ΔΑΝΑΟΣ.

Πάντων δ' ἀνάκτων τῶνδε κοινοβωμίαν
σέβεσθ'. Ἐν ἁγνῷ δ' ἑσμὸς ὡς πελειάδων
ἵζεσθε, κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ,
ἐχθρῶν ὁμαίμων καὶ μιαινόντων γένος.
Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἀγνεύοι φαγών;
πῶς δ' ἂν γαμῶν ἄκουσαν ἄκοντος πάρα
ἀνὴρ γένοιτ' ἄν; οὐδὲ μὴ 'ν Ἅιδου θανὼν
φύγῃ μάταιον αἰτίας, πράξας τάδε.
Κἀκεῖ δικάζει ταμπλακήμαθ', ὡς λόγος,
Ζεὺς ἄλλος ἐν καμοῦσιν ὑστάτας δίκας.
Σκοπεῖτε, κἀμείβεσθε τόνδε τὸν τόπον,
ὅπως ἂν ὑμῖν πρᾶγος εὖ νικᾷ τόδε.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ποδαπὸν ὅμιλον τόνδ' ἀνέλληνα στόλον,
πέπλοισι βαρβάροισι καὶ πυκνώμασι
χλίοντα προσφωνοῦμεν; οὐ γὰρ Ἀργολὶς
ἐσθὴς γυναικῶν οὐδ' ἀφ' Ἑλλάδος τόπων.
Ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο,
ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν
ἔτλητ' ἀτρέστως, τοῦτο θαυμαστὸν πέλει.
Κλάδοι γε μὲν δὴ, κατὰ νόμους ἀφικτόρων,
κεῖνται παρ' ὑμῖν πρὸς θεοῖς ἀγωνίοις·
μόνον τόδ' Ἑλλὰς χθὼν συνοίσεται στόχῳ.
Καὶ τἄλλα πολλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,
εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴρηκας ἀμφὶ κόσμον ἀψευδῆ λόγον.
Ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην λέγω,
ἢ τηρὸν ἱροῦ ῥάβδον, ἢ πόλεως ἀγόν;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πρὸς ταῦτ' ἀμείβου καὶ λέγ' εὐθαρσὴς ἐμοί.
Τοῦ γηγενοῦς γάρ εἰμ' ἐγὼ Παλαίχθονος
Ἴνις Πελασγὸς, τῆσδε γῆς ἀρχηγέτης.
Ἐμοῦ δ' ἄνακτος εὐλόγως ἐπώνυμον
γένος Πελασγῶν τήνδε καρποῦται χθόνα.

DANAUS.

Et Jovis alitem hunc nunc invocate.

CHORUS.

Invocamus solis radios salutiferos,
sanctumque Apollinem quondam exulantem ex cœlo deum.
Non ignarus hujus fortunæ mortales commiseretur.

DANAUS.

Commiseretur sane et benevolus opem ferat.

CHORUS.

Quem igitur horum cœlestium præterea invocem?

DANAUS.

Video tridentem hunc, signum dei.

CHORUS.

At bene nos huc traduxit et benevole terra recipiat.

DANAUS.

Mercurius hic alius est ex Græcorum institutis.

CHORUS.

Liberatis malo bonum nuncium prædicet.

DANAUS.

Omnium horum cœlestium communem aram [men
veneramini; in sancto vero loco tanquam columbarum ag-
consedistis metu accipitrum pariter alatorum, [quinant.
qui quum sint consanguinei, hostes *tamen* sunt et genus in-
Quomodo avis, quando ave sit pasta, casta sit?
quomodo vero quum quis invitam ab invito uxorem duxerit,
castus esse possit? Ne mortuus quidem apud inferos
culpam temerarii facinoris, si id perpetrarit, effugerit.
Etiam illic delicta judicat, ut fama est,
alius Jupiter inter defunctos, postremas causas.
Circumspicite igitur et accedite ad hunc locum,
ut vobis hoc negotium bonum successum obtineat.

REX.

Cujatem hanc catervam non Græcam vestitu,
barbaris vestibus et velamentis
affluentem, alloquimur? Non enim Argolicus
vestitus est neque ex ulla regione Græciæ.
Quod autem vos in hanc terram sine præconibus
et sine hospitibus patrocinantibus, sine ducibus, venire
intrepidæ ausæ estis, hoc mirandum est.
Rami quidem certe ex ritu supplicum
apud vos in aris deorum, qui certamina tuentur, jacent.
Hoc solum, quantum videtur, Græca terra commune habe-
Et reliqua multa conjectura assequi liceret, [bit.
nisi præsenti vestra oratio ea explicare posset.

CHORUS.

De vestitu nostro haud falsa verba dixisti;
ego vero num tecum ut cum uno ex populo colloquor,
an cum ædituente sacerdote, an cum urbis præside?

REX.

Ad illa *quæ dixi*, responde et fidenter ea explica.
Indigenæ enim Palæchthonis ego sum
filius, Pelasgus, hujus terræ princeps:
A me rege justa de causa cognominata
gens Pelasgorum hanc terram possidet.

Καὶ πᾶσαν αἶαν, ἧς δὶ' Ἄλγος ἔρχεται,
Στρυμών τε πρὸς δύνοντος ἡλίου, κρατῶ.
Ὁρίζομαι δὲ τήνδε Περραίβων χθόνα,
Πίνδου τε ταπέκεινα, Παιόνων πέλας,
ὄρη τε Δωδωναῖα· συντέμνει δ' ὅρος
ὑγρᾶς θαλάσσης· τῶνδε τἀπὶ τάδε κρατῶ.
Αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε
καλαι κέκληται φωτὸς Ἰατροῦ χάριν.
Ἄπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας
Ἰατρόμαντις παῖς Ἀπόλλωνος χθόνα
τήνδ' ἐκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων,
τὰ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
χανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα μηνιαῖ' ἄκη,
δρακοντόμιλον δυσμενῆ ξυνοικίαν.
Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια
πράξας ἀμέμπτως Ἄπις Ἀργείᾳ χθονὶ
μνήμην ποτ' ἀντίμισθον εὗρετ' ἐν λιταῖς.
Ἔχουσ' ἂν ἤδη τἀπ' ἐμοῦ τεκμήρια
γένος τ' ἂν ἐξεύχοιο καὶ λέγοις πρόσω.
Μακράν γε μὲν δὴ ῥῆσιν οὐ στέργει πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

Βραχὺς τορός θ' ὁ μῦθος· Ἀργεῖαι γένος
εὐχόμεσθα, σπέρματ' εὐτέκνου βοός·
καὶ ταῦτ' ἀληθῆ πάντα προσφύσω λόγῳ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἄπιστα μυθεῖσθ', ὦ ξέναι, κλύειν ἐμοὶ,
ὅπως τόδ' ὑμῖν ἐστιν Ἀργεῖον γένος.
Λιβυστικαῖς γὰρ μᾶλλον ἐμφερέστεραι
γυναιξὶν ἐστε κοὐδαμῶς ἐγχωρίαις.
Καὶ Νεῖλος ἂν θρέψειε τοιοῦτον φυτὸν,
Κύπριος χαρακτήρ τ' ἐν γυναικείοις τύποις
εἰκὼς πέπληκται τεκτόνων πρὸς ἀρσένων·
Ἰνδούς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν
εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσαις, χθόνα
παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονουμένας.
Καὶ τὰς ἀνάνδρους κρεοβότους τ' Ἀμαζόνας,
εἰ τοξοτευχεῖς ἦτε, κἀρτ' ἂν ἤκασα
ὑμᾶς. Διεσχθεὶς δ' ἂν τόδ' εἰδείην πλέον,
ὅπως γένεθλον σπέρμα τ' Ἀργεῖον τὸ σόν.

ΧΟΡΟΣ.

Κλεινοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ
Ἰὼ γενέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ,
ἵν', ὡς μάλιστα καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ
* * * * * *

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Μὴ καὶ λόγος τις Ζῆνα μιχθῆναι βροτῷ;

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ κρυπτά γ' Ἥρας ταῦτα παλλακισμάτων.
* * * * * *

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πῶς οὖν τελευτᾷ βασιλέων νείκη τάδε;

ΧΟΡΟΣ.

Βοῦν τὴν γυναῖκ' ἔθηκεν Ἀργεία θεός.

Et totius terræ, quam Algos interfluit
et Strymon ad occidentem solem, imperium teneo.
Includo autem finibus meis Perrhæborum terram
et quæ ultra Pindum sunt prope Pæones
montesque Dodonæos; abscindit vero ea terminus
fluentis maris, et ultra hæc imperium meum prolatatur.
Ipsius autem Apiæ terræ solum hoc
antiquitus in honorem medici vocatum est.
Apis enim quum ex terra, quæ Naupactia ulterior est, vo- [disset,
medicus vates, Apollinis filius, terram
hanc belluis, quæ homines devorabant, purgavit,
quas antiquarum cædium piaculis
inquinata terra edidit, monstra menstrua,
draconibus repletum infestum contubernium.
Quia horum malorum remedia secando et expiando
summa cum laude Apis Argivæ terræ adhiberet,
memoriam precibus cultam in mercedis gratiam adeptus [est.
Quoniam igitur jam a me certa indicia obtinuisti,
tu tuum genus prædices et porro dicas.
Longam tamen orationem civitas non amat.

CHORUS.

Brevis et perspicua oratio est: Argivas nos genere esse
gloriamur, sobolem vaccæ liberis felicis,
et oratione vera esse hæc omnia demonstrabo.

REX.

Auditu incredibilia mihi narratis, hospitæ,
hæc vestrum genus Argis esse oriundum.
Libycis enim similiores
mulieribus estis neque ullo modo indigenis.
Et Nilus talem stirpem educet,
Cypriusque character in muliebribus typis
agnitu facilis a maribus fabris impressus est.
Atque Indos audio incedentibus equino gressu
camelis clitellas gestantibus palari, terram
Æthiopibus vicinam incolentes.
Atque innuptas illas carne vescentes Amazones,
si arcubus armatæ essetis, vos esse conjicerem.
Sed a vobis edoctus hoc sciam amplius,
quomodo genus tuum et ortus Argivus sit.

CHORUS.

Æditiuam Junonis aiunt aliquando
Ionem in hac terra Argiva fuisse,
quam, ut plurima fama obtinet....
* *

REX.

Num etiam fama est Jovem cum mortali concubuisse?

CHORUS.

Et hic quidem pellicatus Junonem fugit.
* *

REX.

Quem exitum habuit hoc regum *cœlestium* dissidium?

CHORUS.

Argiva dea mulierem in vaccam vertit.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Οὐκοῦν πελάζει Ζεὺς ἐπ' εὐκραίρῳ βοΐ;
ΧΟΡΟΣ.
Φασὶν πρέποντα βουθόρῳ ταύρῳ δέμας.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Τί δῆτα πρὸς ταῦτ' ἄλοχος ἰσχυρὰ Διός;
ΧΟΡΟΣ.
Τὸν πάνθ' ὁρῶντα φύλακ' ἐπέστησεν βοΐ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Ποῖον πανόπτην οἰοβουκόλον λέγεις;
ΧΟΡΟΣ.
Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα γῆς κατέκτανε.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Τί οὖν ἔτευξεν ἄλλο δυσπότμῳ βοΐ;
ΧΟΡΟΣ.
Βοηλάτην μύωπα, κινητήριον,
οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Τοιγάρ νιν ἐκ γῆς ἤλασεν μακρῷ δρόμῳ.
ΧΟΡΟΣ.
Καὶ ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο.
ΧΟΡΟΣ.
Καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Τί οὖν, ὁ Διὸς πόρτις εὔχεται βοός;
ΧΟΡΟΣ.
Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
* * * * * *
ΧΟΡΟΣ.
Λιβύη μεγίστης ὄνομα γῆς καρπουμένη.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῆσδε βλάστημον λέγεις;
ΧΟΡΟΣ.
Βῆλον δίπαιδα, πατέρα τοῦδ' ἐμοῦ πατρός.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.
ΧΟΡΟΣ.
Δαναὸς, ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοστόπαις.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Καὶ τοῦδ' ἄνοιγε τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ.
ΧΟΡΟΣ.
Αἴγυπτος. Εἰδὼς δ' ἀμὸν ἀρχαῖον γένος
πράσσοις ἂν ὡς Ἀργεῖον ἀνστήσῃς στόλον.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ.
Δοκεῖτ' ἐμοιγε τῆσδε κοινωνεῖν χθονὸς
τἀρχαῖον· ἀλλὰ πῶς πατρῷα δώματα
λιπεῖν ἔτλητε; τίς κατέσκηψεν τύχη;
ΧΟΡΟΣ.
Ἄναξ Πελασγῶν, αἰόλ' ἀνθρώπων κακά·
πόνου δ' ἴδοις ἂν οὐδαμοῦ ταυτὸν πτερόν.
Ἐπεὶ τίς εὔχει τήνδ' ἀνέλπιστον φυγὴν,

REX.
Ad cornigeram vaccam igitur Jupiter accedit?
CHORUS.
Aiunt corpore tauro vaccas ineunti similem.
REX.
Quid igitur ad hæc Jovis præpotens conjux?
CHORUS.
Custodem omnia cernentem vaccæ addidit.
REX.
Quemnam ais bubulcum circumcirca oculatum?
CHORUS.
Argum, quem Mercurius, terræ filium, occidit.
REX.
Quid aliud igitur *Juno* miseræ vaccæ paravit?
CHORUS.
Asilum boves exagitantem exstimulantemque:
œstrum eum Nili accolæ vocant.
REX.
Proinde illam ex terra longis erroribus expulit.
CHORUS.
Et hæc quidem omnia dixisti, ut mecum consentires.
REX.
Et Canopum Memphimque usque pervenit.
CHORUS.
Et Jupiter manu attingens filium serit.
REX.
Quid igitur, Jovis vitulus se vaccæ filium esse gloriatur?
CHORUS.
Epaphus revera a salute nominatus.
REX.
* *
CHORUS.
Libya, quæ maximæ terræ nomen possidet.
REX.
Quem igitur alium porro hujus filium dicis?
CHORUS.
Belum, qui duos filios habuit, patrem hujus patris mei.
REX.
Nomen illud sapientissimum mihi indica.
CHORUS.
Danaus; frater vero quinquaginta filios habet.
REX.
Etiam hujus nomen claris verbis aperi.
CHORUS.
Ægyptus. Gnarus vero antiqui mei generis
facias sane, ut Argivum cœtum nostrum restituas.
REX.
Videmini mihi certe hujus terræ participes esse
antiquitus; sed quomodo paternas ædes
relinquere ausæ estis? quæ fortuna in vos incubuit?
CHORUS.
O rex Pelasgorum, varia sunt hominum mala;
neque usquam miseriæ eundem volatum videas.
Nam quis sperabat nos ita inopinato fugientes

κλύειν ἐς Ἄργος κῆδος ἐγγενὲς τὸ πρὶν,
ἔχθει μεταπτοισῦσαν εὐναίων γάμων;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί φῂς ἱκνεῖσθαι τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν,
λευκοστεφεῖς ἔχουσα νεοδρέπτους κλάδους;

ΧΟΡΟΣ.

Ὡς μὴ γένωμαι δμωὶς Αἰγύπτου γένει.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πότερα κατ' ἔχθραν, ἢ τὸ μὴ θέμις λέγεις;

ΧΟΡΟΣ.

Τίς δ' ἂν φίλους ὠνοῖτο τοὺς κεκτημένους;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Σθένος μὲν οὕτω μεῖζον αὔξεται βροτοῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δυστυχούντων γ' εὐμαρὴς ἀπαλλαγή.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω;

ΧΟΡΟΣ.

Αἰτοῦσι μὴ 'κδῷς παισὶν Αἰγύπτου πάλιν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Βαρέα σύ γ' εἶπας, πόλεμον ἄρασθαι νέον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἡ δίκη γε ξυμμάχων ὑπερστατεῖ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Εἴπερ γ' ἀπ' ἀρχῆς πραγμάτων κοινωνὸς ἦν.

ΧΟΡΟΣ.

Λεῦσσ' οὐ πρύμναν πόλεως ὧδ' ἐστεμμένην.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Πέφρικα λεύσσων τάσδ' ἕδρας κατασκίους.

ΧΟΡΟΣ.

Βαρύς γε μέντοι Ζηνὸς ἱκεσίου κότος.

Παλαίχθονος τέκος, κλῦθί μου Στρ. α'.
πρόφρων καρδίᾳ, Πελασγῶν ἄναξ.
Ἴδε με τὰν ἱκέτιν φυγάδα περίδρομον,
λευκόστικτον ὡς δάμαλιν ἀμ πέτραις
ἠλιβάτοισιν. Ἀλκᾷ πίσυνος μέμυκε
βοᾷζουσα βοτῆρι μόχθους.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
νέων θ' ὁμίλων τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.
Εἰη δ' ἄνατον πρᾶγμα τοῦτ' ἀστοξένων.
Μηδ' ἐξ ἀέλπτων κἀπρομηθήτων πόλει
νεῖκος γένηται· τῶν γὰρ οὐ δεῖται πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδοιτο δῆτ' ἄνατον φυγὰν Ἀντ. α'.
Ἱκεσία Θέμις Διὸς κλαρίου.
Σὺ δὲ παρ' ἡλιγόνου μάθε γεραιόφρων
ποτιτρόπαιον αἰδόμενος † οὐ πένει· †
ἱεροδόκα θεῶν λήμματ' ἀπ' ἀνδρὸς ἁγνοῦ.
* * * * *

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὔτοι κάθησθε δωμάτων ἑφέστιοι
ἐμῶν. Τὸ κοινὸν δ' εἰ μιαίνεται πόλις,
ξυνῇ μελέσθω λαὸς ἐκπονεῖν ἄκη.

Argos appulsuras antiqua generis origine nobiscum junctas,
terra, quam incoluimus, nuptiarum odio a nobis relicta?

REX.

Quid ais te petere ab his deis, certaminum præsidibus,
quum lana circumvolutos recens decerptos ramos teneas?

CHORUS.

Ne serva Ægypti filiis fiam.

REX.

Num odio hoc ais an quia nefas sit?

CHORUS.

Quis cognatos emat dominos?

REX.

Sic quidem opes mortalibus magis augentur.

CHORUS.

Et miseris quidem facilis evasio est.

REX.

Quomodo igitur miseficordiam vobis præstiterim?

CHORUS.

Repetentibus Ægypti filiis nos ne tradideris.

REX.

Gravem conditionem memoras, ut novum bellum suscipiam.

CHORUS.

At justitia socios tuebitur.

REX.

Si quidem ab initio eorum causæ adfuit.

CHORUS.

Tu reverere urbis puppim ita exornatam.

REX.

Expavesco quum has sedes obumbratas video.

CHORUS.

Gravis profecto ira est Jovis, supplicum tutoris.
Palæchthonis fili, audi me
benevolo animo, Pelasgorum rex.
Vide me supplicem, exulem, errabundam
tanquam juvencam albis maculis sparsam in rupibus
excelsis. Auxilio freta mugit
pastori pericula indicans.

REX.

Video ramis recentibus obumbratam [certamina tuentur.
juvenilemque multitudinem supplicem horum deorum, qui
Utinam innoxia sit causa harum urbis hospitarum!
Neque ex insperato improvisoque urbi
contentio exoriatur! His enim urbs opus non habet.

CHORUS.

Respiciat sane innoxium exilium
supplicum dea, Themis, filia Jovis sortes dispensantis.
Tu vero disce a juniore senex:
supplicem si reverenter suscipias, rerum non eges;
deorum voluntas sacra a pio homine accipit.
* * * * *

REX.

Non consedistis supplices ad focum ædium
mearum. Si autem publice civitas piaculi quid admittat,
communiter etiam populus curet, ut expiationem paret.

Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κραίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάρος,
ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε κοινώσας πέρι.

ΧΟΡΟΣ.

Σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δήμιον, Στρ. β'.
πρύτανις ἄκριτος ὤν,
κρατύνεις βωμὸν ἑστίαν χθονός·
μανοψήφοισι νεύμασιν σέθεν,
μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοις χρέος
πᾶν ἐπικραίνεις· ἄγος φυλάσσου.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἄγος μὲν εἴη τοῖς ἐμοῖς παλιγκότοις,
ὑμῖν δ' ἀρήγειν οὐκ ἔχω βλάβης ἄτερ·
οὐδ' αὖ τόδ' εὖφρον, τάσδ' ἀτιμάσαι λιτάς.
Ἀμηχανῶ δὲ καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας
δρᾶσαί τε μὴ δρᾶσαί τε καὶ τύχην ἑλεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν ὑψόθεν σκοπὸν ἐπισκόπει, Ἀντ. β'.
φύλακα πολυπόνων
βροτῶν, οἳ τοῖς πέλας προσήμενοι
δίκας οὐ τυγχάνουσιν ἐννόμου.
Μένει τοι Ζηνὸς ἱκτίου κότος
δυσπαραθέλκτοις παθόντος οἴκτοις.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Εἴ τοι κρατοῦσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν,
νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους
εἶναι, τίς ἂν τοῖσδ' ἀντιωθῆναι θέλοι;
Δεῖ τοι σὲ φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,
ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.

ΧΟΡΟΣ.

Μή τί ποτ' οὖν γενοίμαν ὑποχείριος Στρ. γ'.
κράτεσιν ἀρσένων. Ὕπαστρον δέ τοι
μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρονος
φυγᾷ. Ξύμμαχον δ' ἑλόμενος δίκαν
κρῖνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα· μή μ' αἱροῦ κριτήν.
Εἶπον δὲ καὶ πρὶν, οὐκ ἄνευ δήμου τάδε
πράξαιμ' ἂν, οὐδέ περ κρατῶν, μὴ καὶ ποτὲ
εἴπῃ λεὼς, εἴ πού τι μὴ τοῖον τύχοι,
Ἐπήλυδας τιμῶν ἀπώλεσας πόλιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀμφοτέρους ὁμαίμων τάδ' ἐπισκοπεῖ Ἀντ. γ'.
Ζεὺς ἑτερορρεπὴς, νέμων εἰκότως
ἄδικα μὲν κακοῖς, ὅσια δ' ἐννόμοις.
Τί τῶνδ' ἐξ ἴσου ῥεπομένων μεταλ-
γεῖς τὸ δίκαιον ἕρξαι;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Δεῖ τοι βαθείας φροντίδος σωτηρίου,
οἵκην κολυμβητῆρος, ἐς βυθὸν μολεῖν
δεδορκὸς ὄμμα, μηδ' ἄγαν ὠνωμένον·
ὅπως ἄνατα ταῦτα πρῶτα μὲν πόλει,
αὐτοῖσί θ' ἡμῖν ἐκτελευτήσει καλῶς,
καὶ μήτε δῆρις ῥυσίων ἐφάψεται
μήτ' ἐν θεῶν ἕδραισιν ὦδ' ἱδρυμένας

Ego vero nullum promissum prius vobis perfecerim,
sed tum faciam, quum hac de re cum omnibus his civibus
[consultavero.

CHORUS.

Tu civitas, tu commune,
princeps nullius judicio obnoxius,
aram, terræ focum, administras.
Tu solus unius tuo nutu,
tu solus in regio solio constitutus negotium
unumquodque exsequeris; verere piaculum.

REX.

Piaculum in inimicos meos recidat;
vobis sine damno auxilium ferre non possum,
neque vero rursus humanum est has preces spernere.
Anceps sum consilii et metus animum meum occupat,
ne faciam et ut faciam et fortunam optimam consequar.

CHORUS.

Qui ex alto nos tuetur, eum respice,
custodem ærumnosorum
mortalium, qui supplices ad propinquos confugientes
jus suum legibus constitutum non consequuntur.
Manet Jovis, supplicum tutoris, ira [*citata manet*.
ægre placabili fletu miseri (*i. e. ira Jovis fletu miseri ex-*

REX.

Si tu sub manu es filiorum Ægypti
ex lege civitatis affirmantium se genere proximos
esse, quis illis repugnare velit?
Necesse est sane te ex legibus domesticis causam dicere,
ut ostendas illis nullum imperium in te convenire.

CHORUS.

Nunquam fiam obnoxia
potestati virorum. Sub astra usque profecto emensum
commentum persequar, ut invisas nuptias
fugiam; sed socia assumta justitia
judica, quid majestas deorum exigat.

REX.

Haud facilis causa est judicatu; ne me cape judicem.
Dixi vero etiam antea, non sine populo hæc me
transigere, ne quum quidem imperium obtineam, ne etiam
populus dicat, si quid secus acciderit: [aliquando
« advenas dum colebas, urbem perdidisti. »

CHORUS.

Utrosque consanguineus Jupiter in hac re
in alteram (*i. e. justam*) partem se inclinans respicit, dis-
tribuens, ut æquum est,] injusta malis, justa vero pii
(*i. e. ut mali causa cadant; secundum justos autem lis detur.*
Quid quum hæc ex æquo pendantur, doles,
quod justum sit, exsequi?

REX.

Oportet profecto in profundæ curæ salutiferæ
recessum, urinatoris instar, descendere
sagacem oculum neque omnino ex vino languidum,
ut hæc sine damno primum huic urbi,
deinde nobismet ipsis feliciter transigantur
et neque bellum res vindicandas repetat,
neque, si vos, postquam in deorum sedibus consedistis,

ἐκδόντες ὑμᾶς τὸν πανώλεθρον θεὸν
βαρὺν ξύνοικον θησόμεσθ' ἀλάστορα,
ὃς οὐδ' ἐν Ἅιδου τὸν θανόντ' ἐλευθεροῖ.
Μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;

prodiderimus, omnibus exitialem deum
gravem domus inquilinum, injuriæ vindicem arcessamus;
qui mortuum ne in Orco quidem liberat.
Nonne tibi hæc cura salutifera indigere videntur?

ΧΟΡΟΣ.

CHORUS.

Φρόντισον καὶ γενοῦ πανδίκως εὐσεβὴς πρόξενος, τὰν φυγάδα μὴ προδῷς, τὰν ἔκαθεν ἐκβολαῖς δυσθέοις ὁρμέναν· μηδ' ἴδῃς μ' ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων βυσιασθεῖσαν, ὦ πᾶν κράτος ἔχων χθονός. Γνῶθι δ' ὕβριν ἀνέρων, καὶ φύλαξαι κότον.

Στρ. α'.

Ἀντ. α'.

Curam adhibe nobisque sis, ut justum est, pius et misericors patronus. Fugitivam me ne perdas ex terra procul dissita expulsione impia exactam;

neve sustineas, ut me ex his multorum deorum sedibus prædæ instar abreptam videas; o tu qui omnem potestatem terræ habes; cognosce vero insolentiam virorum et cave iram.

Μή τι τλῇς τὰν ἱκέτιν εἰσιδεῖν ἀπὸ βρετέων βίᾳ δίκας ἀγομέναν ἱππηδὸν, ἀμπύκων πολυμίτων, πέπλων τ' ἐπιλαβὰς ἐμῶν.

Στρ. β'.

Ne sustineas, ut me supplicem videas a deorum simulacris contra jus fasque equi modo abductam vittis polymitis vestibusque meis prehensam.

Ἴσθι γὰρ, παισὶ τάδε καὶ δόμοις, ὁπότερ' ἂν κτίσῃς. μένει Ἄρει κτίνειν ὁμοίαν θέμιν. Τάδε φράσαι δίκαια Διόθεν κράτη.

Ἀντ. β'.

Scito enim liberis hoc et domo, utrumvis decreveris, manere, ut Marti æquale debitum retribuant. Hanc justam Jovis potestatem reputa animo.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

REX.

Καὶ δὴ πέφρασμαι· δεῦρο δ' ἐξοκέλλεται· ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πολεμον αἴρεσθαι μέγαν πᾶσ' ἐστ' ἀνάγκη· καὶ γεγόμφωται σκάφος στρέβλαισι ναυτικαῖσιν ὡς προσηγμένον. Ἄνευ δὲ λύπης οὐδαμοῦ καταστροφή. Καὶ χρήμασιν μὲν ἐκ δόμων πορθουμένων, ἔστην γε μείζω, καὶ μέγ' ἐμπλῆσαι γόμου, † γένοιτ' ἂν ἄλλα κτησίου Διὸς χάριν· καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια, γένοιτο μύθου μῦθος ἂν θελκτήριος, ἀλγεινὰ θυμοῦ κάρτα κινητήρια. Ὅπως δ' ὅμαιμον αἷμα μὴ γενήσεται, δεῖ κάρτα θύειν, καὶ πεσεῖν χρηστήρια θεοῖσι πολλοῖς πολλὰ, πημονῆς ἄκη. Ἢ κάρτα νείκους τοῦδ' ἐγὼ παροίχομαι· θέλων δ' ἄειδρις μᾶλλον ἢ σοφὸς κακῶν εἶναι. Γένοιτο δ' εὖ παρὰ γνώμην ἐμήν.

Atqui reputatum est; huc autem res redigitur:
aut cum his supplicibus aut cum illis earum persecutoribus
magni belli gerendi] omnis necessitas imponitur. Etiam clavis
fixum est navigium] velut tortis instrumentis nauticis ada
ctum.] Sine molestia nusquam datur exitus.
Etiam pro opibus ereptis ex ædibus devastatis
opes postmodum, ita ut majorem calamitatem et abundantia
magnum cumulum expleant,] aliæ Jovis fortunatoris bene-
ficio eveniant;] et lingua si forte intempestiva tetigerit,
oratio pro oratione lenimenta attulerit
in iis, quæ doloris plena animum profecto commovent.
Ut vero consanguineus sanguis ne effundatur,
sacra certe facere me oportet et victimas cadere
multis diis multas, calamitatis remedia.
Ac sane ab hac contentione liberatus esse velim:
malo vero ignarus quam peritus malorum [habeat
esse; utinam præter opinionem meam res felicem exitum

ΧΟΡΟΣ.

CHORUS.

Πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων.

Audi multorum verecundorum verborum summam.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

REX.

Ἤκουσα, καὶ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται.

Audio, et modo dicas; non me fugiet.

ΧΟΡΟΣ.

CHORUS.

Ἔχω στρόβους ζώνας τε, συλλαβὰς πέπλων.

Habeo strophia zonasque vestium retinacula.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

REX.

Τύχῃ γυναικῶν ταῦτα συμπρεπῆ πέλει.

Hæc sane mulierum conditioni conveniunt.

ΧΟΡΟΣ.

CHORUS.

Ἐκ τῶνδε τοίνυν, ἴσθι, μηχανὴ καλή.

Ex his igitur, scito, pulchra nobis copia.....

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Λέξον τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσει.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ μή τι πιστὸν τῷδ' ὑποστήσει στόλῳ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί σοι περαίνει μηχανὴ συζωμάτων;

ΧΟΡΟΣ.

Νέοις πίναξι βρέτεα κοσμῆσαι τάδε.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Αἰνιγματῶδες τοὔπος· ἀλλ' ἁπλῶς φράσον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐκ τῶνδ' ὅπως τάχιστ' ἀπάγξασθαι θεῶν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Ξυνῆκας· ὠμμάτωσα γὰρ σαφέστερον.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Καὶ πολλαχῇ γε δυσπάλαιστα πράγματα.
Κακῶν δὲ πλῆθος ποταμὸς ὡς ἐπέρχεται·
ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον
τόδ' ἐσβέβηκα, κοὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν.
Εἰ μὲν γὰρ ὑμῖν μὴ τόδ' ἐκπράξω χρέος,
μίασμ' ἕλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον·
εἰ δ' αὖθ' ὁμαίμοις παισὶν Αἰγύπτου σέθεν
σταθεὶς πρὸ τειχέων διὰ μάχης ἥξω τέλους,
πῶς οὐχὶ τἀνάλωμα γίγνεται πικρὸν,
ἄνδρας γυναικῶν οὕνεχ' αἱμάξαι πέδον;
Ὅμως δ' ἀνάγκη Ζηνὸς αἰδεῖσθαι κότον
ἱκτῆρος· ὕψιστος γὰρ ἐν βροτοῖς φόβος.
Σὺ μέν, πάτερ γεραιὲ τῶνδε παρθένων,
κλάδους τε τούτους αἶψ' ἐν ἀγκάλαις λαβὼν
βωμοὺς ἐπ' ἄλλους δαιμόνων ἐγχωρίων
θὲς, ὡς ἴδωσι τῆσδ' ἀφίξεως τέκμαρ
πάντες πολῖται· μηδ' ἀπορριφθῇ λόγος
ἐμοῦ· κατ' ἀρχῆς γὰρ φιλαίτιος λεώς.
Καὶ γὰρ τάχ' ἄν τις οἶκτος εἰσιδὼν τάδε
ὕβριν μὲν ἐχθήρειεν ἄρσενος στόλου,
ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστερος·
τοῖς ἥσσοσιν γὰρ πᾶς τις εὐνοίας φέρει.

ΔΑΝΑΟΣ.

Πολλῶν τάδ' ἡμῖν ἐστιν ἠξιωμένα,
αἰδοῖον εὑρεθέντα πρόξενον λαβεῖν.
Ὀπάονας δὲ φράστορας τ' ἐγχωρίων
ξύμπεμψον, ὡς ἂν τῶν πολισσούχων θεῶν
βωμοὺς προνάους καὶ πολισσούχων ἕδρας
εὕρωμεν, ἀσφάλειαν δ' ἧ δι' ἄστεως
στείχουσι· μορφῆς δ' οὐχ ὁμόστολος φύσις.
Νεῖλος γὰρ οὐχ ὅμοιον Ἰνάχῳ γένος
τρέφει. Φύλαξαι μὴ θράσος τέκῃ φόβον.
Καὶ δὴ φίλον τις ἔκταν' ἀγνοίας ὕπο.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Στείχοιτ' ἄν, ἄνδρες· εὖ γὰρ ὁ ξένος λέγει.
Ἡγεῖσθε βωμοὺς ἀστικοὺς, θεῶν ἕδρας·
καὶ ξυμβόλοισιν οὐ πολυστομεῖν χρεὼν

REX.

Loquere : quid hæc tua vox significaverit?

CHORUS.

Nisi certi quid huic cœtui promiseris.....

REX.

Quid tibi cingulorum copia præstat?

CHORUS.

Ut novis picturis hæc simulacra exornem.

REX.

Ænigmata loqueris; sed dic quomodo?

CHORUS.

Ut quam celerrime me ex his diis suspendam.

REX.

Audivi verba, quæ animum meum horrore percutiunt.

CHORUS.

Intellexisti. Apertius enim illa explicavi.

REX.

Ac multis profecto de causis difficilia superatu negotia sunt;
malorum vero copia, ut torrens, irrumpit
et calamitatis mare immensæ altitudinis ægre navigabile
hac in re intravi, neque usquam portus malorum est.
Si enim vobis hoc officium non præstitero,
piaculum instare insuperabile mihi denunciasti :
sin vero rursus cum tuis consanguineis, Ægypti filiis,
ante mœnia constitutus prœlii discrimen subibo,
quomodo impendium non acerbum fuerit,
si viri mulierum causa solum cruentaverint?
Tamen necesse est iram Jovis revereri, [bus.
qui supplices tuetur : summus enim hic metus est mortali-
Tu igitur, senex pater harum virginum,
Hos ramos celeriter ulnis complexus
eos ad alias deorum indigenarum aras
deporta, ut vestri adventus indicia videant
omnes cives, neque oratio mea pro vobis rejiciatur :
nam adversus proceres populus criminandi avidus est.
Etenim facile quis misericordia tactus quum hæc viderit,
insolentiam masculi agminis oderit,
vobisque fuerit benevolentior populus : [stat.
Inferioribus enim unusquisque benevolentiæ officia præ-

DANAUS.

Multis hæc gratiis digna a nobis æstimanda sunt,
quod patronum, qui verecundus repertus sit, adepti sumus.
Sed ministros et indices ex indigenis
mecum mitte, ut deorum, qui urbem tuentur,
aras ante templa constitutas et urbicorum deorum sedes
reperiamus et securitas sit per urbem
euntibus; formæ enim habitus non est similis.
Nam Nilus non simile Inachi generi genus
alit. Cave, ne fiducia mea metum pariat.
Etiam amicum nonnemo per ignorantiam occidit.

REX.

Eatis, satellites : nam hospes bene loquitur;
Ducite eum ad aras urbanas, deorum sedes.
Nec cum obviis multa verba vobis faciendis sunt,

ναύτην ἄγοντας τόνδ' ἐφέστιον θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Τούτῳ μὲν εἶπας, καὶ τεταγμένος κίοι·
ἐγὼ δὲ πῶς δρῶ; ποῦ θράσος νεμεῖς ἐμοί;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Κλάδους μὲν αὐτοῦ λεῖπε, σημεῖον πόνου.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ δή σφε λείπω, χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Λευρὸν κατ' ἄλσος νῦν ἐπιστρέφου τόδε.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πῶς βέβηλον ἄλσος ἂν ῥύοιτό με;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὔτοι πτερωτῶν ἁρπαγαῖς σ' ἐκδώσομεν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἰ δρακόντων δυσφρόνων ἐχθίοσιν;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Εὔφημον εἴη τοὔπος εὐφημουμένῃ.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτοι τι θαῦμα δυσφορεῖν φόβῳ φρενός.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἀεὶ δ' ἀνάκτων ἐστὶ δεῖμ' ἐξαίσιον.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ καὶ λέγων εὔφραινε καὶ πράσσων φρενί.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἀλλ' οὔτι δαρὸν χρόνον ἐρημώσει πατήρ.
Ἐγὼ δὲ λαοὺς συγκαλῶν ἐγχωρίους
πείσω τὸ κοινὸν, ὡς ἂν εὐμενὲς τιθῶ.
Καὶ σὸν διδάξω πατέρα ποῖα χρὴ λέγειν.
Πρὸς ταῦτα μίμνε, καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
λιταῖς παραιτοῦ τῶν σ' ἔρως ἔχει τυχεῖν.
Ἐγὼ δὲ ταῦτα πορσυνῶν ἐλεύσομαι·
πειθὼ δ' ἕποιτο καὶ τύχη πρακτήριος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων Στρ. α'.
μακάρτατε, καὶ τελέων
τελειότατον κράτος, ὄλβιε Ζεῦ,
πείθου τε καὶ γενέσθω·
ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας·
λίμνᾳ δ' ἔμβαλε πορφυροειδεῖ
τὰν μελανόζυγ' ἄταν.
Τὸ πρὸς γυναικῶν ἐπιδὼν Ἀντ. α'.
παλαίφατον ἀμέτερον
γένος, φιλίας προγόνου γυναικός·
νέωσον εὔφρον' αἶνον,
γενοῦ πολυμνήστορ, ἔφαπτορ Ἰοῦς,
ὃς τοι γένος εὐχόμεθ' εἶναι
γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι.
Παλαιὸν δ' εἰς ἴχνος μετέσταν Στρ. β'.
ματέρος ἀνθονόμους ἑπωπάς,
λειμῶνα βούχιλον, ἔνθεν Ἰὼ
οἴστρῳ ἐρεσσομένα
φεύγει ἀμαρτίνοος,
πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα

cum hunc nautam supplicem deorum ducatis.

CHORUS.

Huic quidem hæc dixisti et jussus discedat;
Quæ vero mea sors erit? ubi mihi securitatem præbebis?

REX.

Ramos illic relinque, calamitatis signa.

CHORUS.

Atque eos relinquo potestate tua et verbis freta.

REX.

Concede in hunc latum lucum.

CHORUS.

Et quomodo profanus lucus me tueatur?

REX.

Non alitum rapinis te trademus.

CHORUS.

At si hominibus inimicioribus quam infestis draconibus?

REX.

Bene ominata oratio sit bene ominatis verbis compellatæ.

CHORUS.

Non mirum nos metu perculsas impatientius hæc ferre.

REX.

Semper vero regum reverentia immensa est.

CHORUS.

Tu vero et verbis et factis me exhilara.

REX.

At non diu vos hic solas pater relinquet.
Ego vero convocato populo, qui hæc loca incolit,
civibus persuadebo, ut vobis benevolos reddam.
Et tuum patrem docebo, quæ eum dicere oporteat.
Proinde mane et a diis indigenis
precibus roga, quæ consequi cupias.
Ego vero hæc paraturus discedam.
Persuasio autem sequatur et fortuna transigendo efficax.

CHORUS.

Rex regum, beatorum beatissime, potentium potentissimum robur, fortunate Jupiter, obsequere *precibus meis* et fiat *quod precamur*. Averte virorum insolentiam justo odio eam aversatus, purpureoque mari immerge noxam pullo remigio actam (*i. e. navem exsecratam, qua advecti sunt.*)

Antiquum nostrum mulierum genus ex dilecta muliere progenitrice ortum respiciens renova benevolentiæ laudem. Sis bene memor, contrectator Ius, per quam nos ex hac terra oriundas incolas genere esse gloriamur.

Retuli pedem in antiqua vestigia, matris florida pascua, pabulosum pratum, unde Io asilo agitata mente capta multas gentes mortalium pervagata fugit. Bifariam autem ex adverso porrectam terram discernens fretum fluctuosum nomine

φῦλα. Διχῇ δ' ἀντίπορον
γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει·
ἰάπτει δ' Ἀσίδος δι' αἴας Ἀντ. β'.
μηλοβότου Φρυγίας διαμπάξ·
περᾷ δὲ Τεύθραντος ἄστυ Μυσῶν,
Λύδιά τε γύαλα·
καὶ δι' ὀρῶν Κιλίκων
Παμφύλων τε διορνυμένα·
πὰρ ποταμοὺς δ' ἀενάους [πυρον αἶαν.
καὶ βαθύπλουτον χθόνα καὶ τᾶς Ἀφροδίτας πολύ-
Ἱκνεῖται δ' εἰσικνουμένη βέλει Στρ. γ'.
βουκόλου πτεροέντος,
Δῖον πάμβοτον ἄλσος, [μένος,
λειμῶνα χιονόβοσκον, ὅντ' ἐπέρχεται Τυφῶ
ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον,
μαινομένα πόνοις ἀτίμοις, ὀδύναις τε κεντροδα-
λήτοις † θυιὰς † Ἥρας.
Βροτοὶ δ' οἳ γᾶς τότ' ἦσαν ἔννομοι, Ἀντ. γ'.
χλωρῷ δείματι θυμὸν
πάλλοντ', ὄψιν ἀήθη, [βοὸς,
βοτὸν ἐσορῶντες δυσχερὲς μιξόμβροτον, τὰν μὲν
τὰν δ' αὖ γυναικός· τέρας δ' ἐθάμβουν.
Καὶ τότε δὴ τίς ἦν ὁ θέλξας πολύπλαγκτον ἀθλίαν
οἰστροδόνητον Ἰώ;
Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου Στρ. δ'.
* * * *
βία δ' ἀπημάντῳ σθένει καὶ θείαις ἐπιπνοίαις
παύεται, δακρύων δ' ἀποστάζει πένθιμον αἰδῶ.
Λαβοῦσα δ' ἔρμα ὄϊον ἀψευδεῖ λόγῳ
γείνατο παῖδ' ἀμεμφῆ,
δι' αἰῶνος μακροῦ πάνολβον· Ἀντ. δ'.
ἔνθεν πᾶσα βοᾷ χθών,
φυσίζοον γένος, τὸ δὴ Ζηνός ἐστιν ἀληθῶς.
Τίς γὰρ ἂν κατέπαυσεν Ἥρας νόσους ἐπιδούλους;
Διὸς τόδ' ἔργον· καὶ τόδ' ἂν γένος λέγων
ἐξ Ἐπάφου, κυρήσαις.
Τίν' ἂν θεῶν ἐνδικωτέροισι Στρ. ε'.
κεκλοίμαν εὐλόγως ἐπ' ἔργοις;
πατὴρ φυτουργὸς, αὐτόχειρ ἄναξ * *
γένους παλαιόφρων μέγας
τέκτων, τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς,
ὑπ' ἀρχὰς δ' οὔτινος θοάζων Ἀντ. ε'.
τὸ μεῖον κρεισσόνων κρατύνει·
οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.
Πάρεστι δ' ἔργον ὡς ἔπος,
σπεῦσαί τι τῶν δούλιος φρένει φρήν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Θαρσεῖτε, παῖδες, εὖ τὰ τῶν ἐγχωρίων·
δήμου δέδοκται παντελῆ ψηφίσματα.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ χαῖρε πρέσβυ, φίλτατ' ἀγγέλων ἐμοὶ,
ἔνισπε δ' ἡμῖν ποῖ κεκύρωται τέλος,
ἦήμου κρατοῦσα χεὶρ ὅποι πληθύεται.

definiit (*i. e. utramque terram freto ase denominato terminavit atque hoc modo alteram ab altera discrevit*).

Permeat autem per Asidem terram pecorosæ Phrygiæ; peragratque Teuthrantis urbem Mysorum Lydiasque convalles, et per montes Cilicum Pamphyliorumque gentes festinat, fluviosque perennes et terram prædiviten Veneriscque frugiferam tellurem;

Pervenit autem alati bubulci stimulis acta ad divinum fructuosum nemus, pascuum dissolutis nivibus fœcundatum, quod Typhonis vis adit, aquam Nili morbis illibatam, ærumnis pudendis doloribusque pungentibus furibunda Thyias Junonis.

Mortales vero, qui tum illam terram habebant, pallido timore animos percellebantur, quum speciem insolitam, bestiam deformem homine et bruto mixtam partim vaccæ partim mulieris viderent; monstro autem stupebant. Et tum quis fuit, qui errabundam, miseram asilo actam lo recreavit?

Jupiter æternum regnans ***** Vis innoxio robore et divino afflatu cohibita cessat; lacrimarum autem luctuosam verecundiam destillat, Jovisque pignus quum verissime concepisset, filium egregium peperit,

per longam vitam felicissimum, unde tota terra clamat: Vivifica proles: hæc Jovis est verissime. Quis enim Junonis morbos insidiosos (*i. e. furores*) compescuisset? Jovis hoc opus est, et si hoc genus ex Epapho prognatum dicas, vera dixeris.

Quem deorum merito justioribus de caussis invocem? Pater est, generis sator, sua ipsius potestate dominus, generis antiquus magnus conditor, omni ratione fortunator Jupiter,

nec sub ullius potestatem confugiens minus potentioribus pollet nec inferius positus superioris potentiam reveretur. Paratum est cum dicto factum, ut exsequatur celerrime quod morigera mens ferat.

DANAUS.

Bonum habete animum, filiæ. Bene nobiscum apud cives populi scita perlata et rata facta sunt. [agitur:

CHORUS.

O salve, senex, gratissima mihi nuncians; [sit,
sed dic nobis, in quamnam sententiam decretum factum cui prævalens populi manus majore numero accesserit.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἔδοξεν Ἀργείοισιν οὐ διχορρόπως,
ἀλλ' ὡς ἂν ἡδήσαιμι γηραιᾷ φρενί·
πανδημίᾳ γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις
ἔρριζεν αἰθὴρ τόνδε κραινόντων λόγον·
ἡμᾶς μετοικεῖν τῇσδε γῆς ἐλευθέρους
καρρυσιάστους ξύν τ' ἀσυλίᾳ βροτῶν·
καὶ μήτ' ἐνοίκων μήτ' ἐπηλύδων τινὰ
ἄγειν· ἐὰν δὲ προστιθῇ τὸ καρτερὸν,
τὸν μὴ βοηθήσαντα τῶνδε γαμόρων
ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ.
Τοιάνδ' ἔπειθε ῥῆσιν ἀμφ' ἡμῶν λέγων
ἄναξ Πελασγῶν, ἱκεσίου Ζηνὸς κότον
μέγαν προφωνῶν μήποτ' εἰσόπιν χρόνου
πόλιν παχῦναι, ξενικὸν ἀστικόν θ' ἅμα
λέγων διπλοῦν μίασμα πρὸ πόλεως φανὲν,
ἀμήχανον βόσκημα πημονῆς πέλειν.
Τοιαῦτ' ἀκούων χερσὶν Ἀργεῖος λεὼς
ἔκραν' ἄνευ κλητῆρος ὡς εἶναι τάδε.
Δημηγόρους δ' ἤκουσεν εὐπειθεῖς στροφὰς
ὄχλος Πελασγῶν· Ζεὺς δ' ἐπέκρανεν τέλος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄγε δή, λέξωμεν ἐπ' Ἀργείοις
εὐχὰς ἀγαθὰς, ἀγαθῶν ποινάς.
Ζεὺς δ' ἐφορεύοι ξένιος ξενίου
στόματος τιμὰς ἐπ' ἀληθείᾳ,
τέρμον' ἀμέμπτως πρὸς ἅπαντα.

Νῦν ὅτε καὶ θεοὶ Στρ. α'.
Διογενεῖς κλύοιτ' εὐ-
κταία γένει χεούσας·
μήποτε πυρίφατον τὰν Πελασγίαν πόλιν,
τὸν ἄχορον βοᾶν κτίσαι μάχλον Ἄρη,
τὸν ἀρότοις θερίζοντα βροτοὺς ἐν ἄλλοις·
οὕνεκ' ὤκτισαν ἡμᾶς,
ψῆφον δ' εὔφρον' ἔθεντο· [τον·
εἰδοῦνται δ' ἱκέτας Διὸς, ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρ-
οὐδέ μετ' ἀρσένων Ἀντ. α'.
ψῆφον ἔθεντ', ἀτιμώ-
σαντες ἔριν γυναικῶν·
εἶδον ἐπιδόμενοι πράκτορά τε σκοπὸν
δυσπαλέμητον, ὃν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι
ἐπ' ὀρόφων μιαίνοντα· βαρὺς δ' ἐφίζει.
Ἅζονται γὰρ ὁμαίμους,
Ζηνὸς ἵκτορας ἁγνοῦ.
Τοιγάρτοι καθαροῖσι βωμοῖς θεοὺς ἀρέσονται.
Τοιγὰρ ὑποσκίων ἐκ στομάτων ποτάσθω φιλότιμος
μήποτε λοιμὸς ἀνδρῶν [εὐχὰ, Στρ. β'.
τῶνδε πόλιν κενώσαι·
μηδ' ἐπιχωρίοις † [στάσις] †
πτώμασιν αἱματίσαι πέδον γᾶς.
Ἥβας δ' ἄνθος ἄδρεπτον
ἔστω· μηδ' Ἀφροδίτας
ἐνάτωρ βροτολοιγὸς Ἄρης κέρσειεν ἄωτον.

DANAUS.

Placuit Argivis haud divisis sententiis,
sed ita ut animo senili juvenescerem;
nam totius populi dextris manibus sublatis
æther horruit omnibus idem decretum ratum facientibus,
nos posse in hac terra habitare liberos
nec cuiquam repetendos ab omnique injuria mortalium tutos,
neque cuiquam civium neque advenarum licere [adhibuerit,
tanquam prædam in servitutem nos abducere; si vero vim
quicunque horum civium nobis non succurrerit,
eum civitate privatum exilii pœna a populo afficiendum esse.
Quum talem sententiam de nobis diceret, persuadebat
rex Pelasgorum, iram Jovis, supplicum tutoris,
magnam denuncians ne unquam in posterum tempus
urbs sibi firmiter consciscet, dum peregrinum domesti-
duplex piaculum urbi oblatum affirmabat [cumque simul
inexplebile fomentum calamitatis fore.
Quæ quum populus Argivus audiret, manibus,
non exspectata præconis voce, ut hæc ita forent, decrevit.
Concionales autem ad persuadendum aptas orationis con-
versiones audivit] populus Pelasgorum; Jupiter vero exopta-

CHORUS. [tum exitum dedit.

Agite dum, bona vota de Argivis
faciamus, beneficiorum præmia.
Jupiter vero hospitalis honores oris hospitum
ex vera animi sententia respiciat, [exitum perducantur.
ut *quæ precemur*, ex omni parte sine reprehensione ad

Nunc est quando etiam dii Jove nati audiatis nos pre-
ces pro genere fundentes: Nunquam urbem Pelasgam igne
consumat incondito clamore dissonus protervus Mars; qui
in aliis, *quam ubi meti solet*, sulcis mortales demetit, quo-
niam nostrûm miserti benevolam de nobis sententiam tu-
lerunt. Verentur autem supplices Jovis, hunc calamito-
sum gregem;

neque secundum mares judicium dederunt mulierum
caussam aspernati; *sed* divinum vindicantemque inspecto-
rem insuperabilem respiciebant; quem nulla domus cæde
tectum commaculantem habere velit, *quum spretos sup-
plices ulciscitur*. Gravis vero insidet. Verentur enim
consanguineas, sancti Jovis supplices. Quapropter in pu-
ris aris deos placabunt.

Proinde ex obumbratis supplicum oribus votum evolet
præmia exposcens, ut nunquam pestis urbem horum viro-
rum exinaniat neque [seditio] domesticis cædibus solum
terræ cruentet. Juventutis flos illibatus maneat, neque
Veneris concubinus, mortalium perditor, Mars florem de-
cerpat.

Καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων θυμέλαι,
ὡς πόλις εὖ νέμοιτο· [φλεγόντων θ', Ἀντ. β'.
Ζῆνα μέγαν σεβόντων,
τὸν ξένιον δ' ὑπέρτατον,
ὃς πολιῷ νόμῳ αἶσαν ὀρθοῖ.
Τίκτεσθαι δ' ἐφόρους γᾶς
ἄλλους εὐχόμεθ' ἀεί·
Ἄρτεμιν δ' ἑκάταν γυναικῶν λόχους ἐφορεύειν.
Μηδέ τις ἀνδροκμὴς λοιγὸς ἐπελθέτω, Στρ. γ'.
τάνδε πόλιν δαΐζων,
ἄχορον ἀκίθαριν, δακρυογόνον Ἄρη
βοάν τ' ἔνδημον ἐξοπλίζων.
Νούσων δ' ἐσμὸς ἀπ' ἀστῶν
ἴζοι κράτους ἀτερπής·
εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ.
Καρποτελεῖ δέ τοι Ζεὺς ἐπικραινέτω Ἀντ. γ'.
φέρματι γᾶν πανώρῳ.
Πρόνομα δὲ βοτὰ τὼς πολύγονα τελέθοι·
τὸ πᾶν τ' ἐκ δαιμόνων λάβοιεν.
† Εὐφήμοις † δ' ἐπιβώντων
Μοῦσαι θεαί τ' ἀοιδοί·
ἁγνῶν τ' ἐκ στομάτων φερέσθω φήμα φιλοφόρμιγξ.
† Τιμὰς κἀτιμίας φυλάσσοι † Στρ. δ'.
τὸ δήμιον, τὸ πτόλιν κρατύνει,
προμαθὲς εὐκοινόμητις ἀρχά,
ξένοισί τ' εὐξυμβόλους,
πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη,
δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν.
Θεοὺς δ', οἳ γᾶν ἔχουσιν, ἀεὶ Ἀντ. δ'.
τίοιεν ἐγχωρίους πατρῴαις
δαφνηφόροισι βουθύτοισι τιμαῖς.
Τὸ γὰρ τεκόντων σέβας
τρίτον τόδ' ἐν θεσμίοις
δίκας γέγραπται μεγιστοτίμου.

ΔΑΝΑΟΣ.

Εὐχὰς μὲν αἰνῶ τάσδε σώφρονας, φίλαι·
ὑμεῖς δὲ μὴ τρέσητ' ἀκούσασαι πατρὸς
ἀπροσδοκήτους τούσδε καὶ νέους λόγους.
Ἱκεταδόκου γὰρ τῆσδ' ἀπὸ σκοπῆς ὁρῶ
τὸ πλοῖον. Εὔσημον γὰρ οὔ με λανθάνει·
στολμοί τε λαίφους καὶ παραρρύσεις νεὼς,
καὶ πρῷρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδὸν,
οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεὼς
ἄγαν καλῶς κλύουσά γ' ὡς ἂν οὐ φίλη.
Πρέπουσι δ' ἄνδρες νήιοι μελαγχίμοις
γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν,
καὶ τἄλλα πλοῖα, πᾶσά θ' ἡ 'πικουρία
εὔπρεπτος· αὐτὴ δ' ἡγεμὼν ὑπὸ χθόνα
στείλασα λαῖφος παγκρότως ἐρέσσεται.
Ἀλλ' ἡσύχως χρὴ καὶ σεσωφρονισμένως
πρὸς πρᾶγμ' ὁρώσας τῶνδε μὴ 'μελεῖν θεῶν.
Ἐγὼ δ' ἀρωγοὺς ξυνδίκους θ' ἥξω λαβών.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴσως γὰρ ἢ κῆρύξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι,

Et sacerdotibus aræ ministeria senum accipientes compleantur atque adolescant, ut res publica bene geratur. Jovem magnum colunto, sed hospitalem maximum, qui antiqua lege fortunam constituit. Præsides vero ut semper alii nascantur *qui mortuorum locum obtineant*, precamur, et ut Diana arcitenens mulierum partus tueatur.

Neque viros perimens strages hanc urbem dilanians irruat, choris alienum, citharæ expertem, lacrimabilem Martem clamoresque populares armis exornans. Morborum autem examen inamabile procul a virorum robore considat : benevolusque sit Lycius Apollo universæ juventuti.

Jupiter vero fructuoso proventu cujusvis tempore maturo insuper terram beet. Ita pecudes protinus pascentes numerosos fœtus edant atque unumquidque cives a diis accipiant. Bene ominantibus Musæ deæque cantatrices accinant et ex castis oribus vox lyræ adaptata exeat.

Civitatis jura et amissiones bene observet populus, qui urbis potestatem habet, providum communis consilii imperium peregrinisque ad paciscendum facile, antequam Martem exarment, jus sine fraude reddant.

Deos qui terram tenent indigenos lauriferis sacrificiorum honoribus patrio more colant. Hæc enim erga parentes reverentia (*si patrio more dii coluntur*) tertium inter præcepta Justitiæ summe venerandæ *præceptum* scriptum est.

DANAUS.

Vota quidem ista prudentia laudo, caræ filiæ.
Vos autem ne pavete, quum ex patre audiveritis
hæc nova et inexspectata verba.
Ex hac enim specula, quæ supplicem recepit, video
navigium; nam quum bene insignita sit, non me fallit :
et ornamenta velorum et cilicia navis *conspiciuntur*
et prora in antica parte oculis viam dispiciens,
clavo in puppe navem dirigenti
nimis bene audiens, quippe ut quæ nobis non amica sit.
Apparent viri nautici nigris
membris ex albis vestibus conspicui;
et alia navigia totaque classis auxiliaris
clare conspicitur : sed navis ceterarum dux sub terram
velis compositis magno strepitu remigatur.
Sed vos oportet quiete et prudenter
huic negotio intentas hos deos non negligere.
Ego autem auxiliatoribus patronis assumtis rursus adero.

CHORUS.

Fortasse præco aut legatus veniat,

ἄγειν θέλοντες ῥυσίων ἐφάπτορες.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἀλλ' οὐδὲν ἔσται τῶνδε· μὴ τρέσητέ νιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅμως ἄμεινον, εἰ βραδύνοιμεν βοῇ,
ἀλκῆς λαθέσθαι τῆσδε μηδαμῶς ποτέ.

ΔΑΝΑΟΣ.

Θάρσει· χρόνῳ τοι κυρίῳ τ' ἐν ἡμέρᾳ
θεοὺς ἀτίζων τις βροτῶν δώσει δίκην.

ΧΟΡΟΣ.

Πάτερ, φοβοῦμαι, νῆες ὡς ὠκύπτεροι Στρ. α'.
ἥκουσι, μῆκος δ' οὐδὲν ἐν μέσῳ χρόνου·
περίφοβόν μ' ἔχει τάρβος ἐτητύμως
πολυδρόμου φυγᾶς ὄφελος εἴ τί μοι.
Παροίχομαι, πάτερ, δείματι.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἐπεὶ τελεία ψῆφος Ἀργείων, τέκνα,
θάρσει· μαχοῦνται περὶ σέθεν, σάφ' οἶδ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐξῶλές ἐστι μάργον Αἰγύπτου γένος Ἀντ. α'.
μάχης τ' ἄπληστον· καὶ λέγω πρὸς εἰδότα.
Δορυπαγεῖς δ' ἔχοντες κυανώπιδας
νῆας ἔπλευσαν ὧδ' ἐπιτυχεῖ κότῳ
πολεῖ μελαγχίμῳ ξὺν στρατῷ.

ΔΑΝΑΟΣ.

Πολλοὺς δέ γ' εὑρήσουσιν ἐν μεσημβρίᾳ
θάλπει βραχίον' εὖ κατερρινημένους.

ΧΟΡΟΣ.

Μόνην δὲ μὴ πρόλειπε· λίσσομαι, πάτερ. Στρ. β'.
γυνὴ μονωθεῖσ' οὐδέν· οὐκ ἔνεστ' Ἄρης.
† Δουλόφρονες † δὲ καὶ δολιομήτιδες
ὑσάγνοις φρεσὶν, κόρακες ὥστε, βω-
μῶν ἀλέγοντες οὐδέν.

ΔΑΝΑΟΣ.

Καλῶς γ' ἂν ἡμῖν ξυμφέροι ταῦτ', ὦ τέκνα,
εἰ σά τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ μὴ τριαίνας τάσδε καὶ θεῶν σέβη Ἀντ. β'.
δείσαντες ἡμῶν χεῖρ' ἀπόσχωνται, πάτερ.
Περίφρονες δ' ἄγαν ἀνιέρῳ μένει
μεμαργωμένοι κυνοθρασεῖς θεῶν
οὐδὲν ἐπαίοντες.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ἀλλ' ἔστι φήμη τοὺς λύκους κρείσσους κυνῶν
εἶναι· βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὡς καὶ ματαίων ἀνοσίων τε κνωδάλων
ἔχοντας ὀργὰς, χρὴ φυλάσσεσθαι κράτος.

ΔΑΝΑΟΣ.

Οὔτοι ταχεῖα ναυτικοῦ στρατοῦ στολὴ,
οὐδ' ὅρμος, οὐδὲ πεισμάτων σωτηρία
ἐς γῆν ἐνεγκεῖν, οὐδ' ἐν ἀγκυρουχίαις
θαρσοῦσι ναῶν ποιμένες παραυτίκα,
ἄλλως τε καὶ μολόντες ἀλίμενον χθόνα.

qui vindiciarum exactores in servitutem nos abducere velint.

DANAUS.

At horum nihil fiet: illos ne expaveritis.

CHORUS.

Tamen satius est, si auxilium tardius accipiamus,
hujus præsidii (*ut ipsæ nobis consulamus*) numquam oblivisci.

DANAUS.

Bonum habe animum. Certe tempore suoque die,
quicunque mortalium deos neglexit, pœnas dabit.

CHORUS.

Pater, metuo ne naves celeriter volantes
adsint nec in medio longum temporis spatium relinquatur.
Territam me pavor tenet, an re vera
trepidæ fugæ fructus ullus mihi contingat.
Pereo, pater, timore.

DANAUS.

Postquam decretum Argivorum suffragiis ratum factum
fortiter sperate; pro te pugnabunt, certo scio. [est, filiæ,

CHORUS.

Perniciosum est protervum Ægypti genus
pugnæque insatiabile; et hæc scienti dico.
Compactas trabibus atras ingressi
naves ita prospero iræ successu adnavigarunt
cum magno subfuscarum copiarum exercitu.

DANAUS.

Multos vero profecto reperient meridiano sole
brachia caloribus bene roboratos.

CHORUS.

Solam vero me ne hic relinque; supplex te oro, pater;
Femina præsidio destituta nulla est; non Mars inest.
Servili autem mente præditi illi sunt et dolosi
impuris animis, ut corvi,
ararum sanctitatem nihil reverentes.

DANAUS.

Id sane nostræ rei bene conducat, filiæ,
si et tibi et diis invisi sunt.

CHORUS.

Non hosce tridentes et deorum sanctuaria
reveriti a nobis manum abstinuerint.
Nimis vero feroces sunt impia violentia
tumidi, canina impudentia protervi, deos
non audientes.

DANAUS.

At lupos canibus ferunt fortiores
esse; papyri vero fructus spicam non superat.

CHORUS.

Ut qui etiam scelestarum impiarumque belluarum [tet.
iracundos animi affectus habeant, eorum vim cavere opor-

DANAUS.

Non sane celeris est navalis exercitus navigatio,
neque adest statio navibus neque orarum securitas,
ut ad terram eas religent, neque jactis ancoris
navium custodes statim confidant,
præsertim quum ad importuosum littus appulerint.

Ἐς νύκτ' ἀποστείχοντος ἡλίου, φιλεῖ
ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.
Οὕτω γένοιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἔκβασις στρατοῦ
καλή, πρὶν ὅρμῳ ναῦν θρασυνθῆναι· σὺ δὲ
φρόνει μὲν ὡς ταρβοῦσα μὴ 'μελεῖν θεῶν,
πράξας' ἀρωγήν. Ἄγγελον δ' οὐ μέμψεται
πόλις γέρονθ', ἡβῶντα δ' εὐγλώσσῳ φρενί.

Sole autem in noctem vergente solet
nox sapienti gubernatori molestias parere.
Ita ne exscensio quidem exercitus fiat
tuta, priusquam navis stationi confidere possit; tu vero
cura ne, ut metu perculsa, deos negligas,
auxiliumque exposce. Nuncium autem me non accusabit
civitas, senem quidem, sed facunda prudentia vegetum.

ΧΟΡΟΣ.

CHORUS.

Ἰὼ γᾶ βοῦνι, ἔνδικον σέβας, Στρ. α'.
τί πεισόμεσθα, ποῖ φύγωμεν Ἀπίας
χθονὸς κελαινὸν εἴ τι κεῦθός ἐστί που;
Μέλας γενοίμαν καπνὸς
νεφεσσι γειτονῶν Διὸς,
τὸ πᾶν δ' ἄφαντος.
Ἀμπτᾶσα δ' ὡσεὶ
κόνις ἄτερθε πτερύγων ὀλοίμαν.
Ἄφυκτον δ' οὐκ ἔτ' ἂν πέλοι κέαρ. Ἀντ. α'.
Μελαινόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία.
Πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἶλον· οἴχομαι φόβῳ.
Θέλοιμι δ' ἂν μορσίμου
βρόχου τυχεῖν ἐν σαργάναις,
πρὶν ἄνδρ' ἀπευκτὸν
τῷδ' ἐγχριμφθῆναι χεροῖν·
πρόπαρ θανούσας δ' Ἅιδας ἀνάσσοι.
Πόθεν δέ μοι γένοιτ' ἂν αἰθέρος θρόνος, Στρ. β'.
πρὸς ὃν νέφη ὑδρηλὰ γίγνεται χιών,
ἢ λισσὰς αἰγίλιψ ἀπρόσ-
δεικτος οἰόφρων κρεμὰς
γυπιὰς πέτρα, βαθὺ
πτῶμα μαρτυροῦσά μοι,
πρὶν δαΐκτορος βίᾳ
καρδίας γάμου κυρῆσαι.
Κυσὶν δ' ἔπειθ' ἕλωρα κἀπιχωρίοις Ἀντ. β'.
ὄρνισι δεῖπνον οὐκ ἀναίνομαι πέλειν·
τὸ γὰρ θανεῖν ἐλευθεροῦ-
ται φιλαιακτῶν κακῶν.
Ἐλθέτω μόρος πρὸ κοί-
τας γαμηλίου τυχών.
Τίν' ἀμφ' αὐτᾶς ἔτι πόρον
τέμνω γάμου λυτῆρα;
Ἴυζε δ' ὁμφὰν ὀρνίαν, Στρ. γ'.
μέλη λίτανα θεοῖσι, καὶ
τέλεα δέ μοι πῶς, πελόμενά μοι
λύσιμα. Μάχιμα δ' ἔπιδε, πάτερ,
βίαια μὴ φιλεῖς ὀρῶν
ὄμμασιν ἐνδίκοις.
Σεβίζου δ' ἱκέτας σέθεν,
γαιάοχε παγκρατὲς Ζεῦ.
Ἴνις γὰρ Αἰγύπτιον ὕβριν Ἀντ. γ'.
σόσφορον ἀρσενογενές,
μετά με δρόμοισι διόμενοι,
φυγάδα μάταισι πολυθρόοις
βίαια δίζηνται λαβεῖν.
Σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν

Deinde vero non recuso, quin canibus et indigenis hujus terræ avibus præda fiam. Mors enim mea ærumnosis calamitatibus liberatur. Veniat obitus ante nuptialem torum opportunus. Quam pro me fugam nuptiarum inveniam, quem liberatorem?

Emitte voces lugubres ad cœlum evolantes; carmina dlis supplicantia, sed quæ etiam mihi rata fiant, me liberent. Molimina hostium adversus nos respice, pater; violenta facinora justis oculis intuens haud amas. Verere supplices tuos, qui terram tenes, omnipotens Jupiter.

Genus enim Ægyptium superbia intolerabile, proles mascula, cursibus me persequens fugitivam multisona investigatione violenter capere cupit. Penes te prorsus librile stateræ est. Quid vero sine te mortalibus perficitur?

ταλάντου. Τί ὀ' ἄνευ σέθεν
θνατοῖσι τέλειόν ἐστιν;
ὁ, ὁ, ὁ, ά, ά, ά.
Ὅδε μάρπτις ναΐος, γαΐος.
Τῶν πρὸ μάρπτι κάμνοις, ἰὼφ, ὅμ
αὖθι κάκκας νο
δύϊον βοὰν ἀμφαίνω.
Ὁρῶ τάδε φροίμια πρόξενα πόνων
βιαίων ἐμῶν. Ἧὲ ἠὲ,
βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν·
βλοσυρόφρονα χλιδᾷ
δύσφορα ναὶ κἀν γᾷ.
Ἄναξ προτάσσου.

ΚΗΡΥΞ.

Σοῦσθ' ἐπὶ βᾶ-
ριν ὅπως ποδῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκοῦν οὐκοῦν
τιλμοὶ τιλμοὶ καὶ στιγμοὶ,
πολυαίμων φόνιος
ἀποκοπὰ κρατός.

ΚΗΡΥΞ.

Σοῦσθε σοῦσθ' ὀλόμεναι ὀλόμεν' ἐπ' ἀμίδα.
Εἶτ' ἀνὰ πολύρρυτον
ἁλμήεντα πόρον,
δεσποσίῳ ξὺν ὕβρει † διολοῦ· †
αἶμον' † ἥσω † σ' ἐπ' ἀμίδα
† ἦ σὺ δουπία τἄπειτα· †
κελεύω βίᾳ μεθέσθαι
ἴχαρ, φρενί τ' ἄταν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ ἰοῦ.

ΚΗΡΥΞ.

Λεῖπ' ἕδρανα, κἰ' ἐς δόρυ,
ἀτίετ' ἀνὰ πόλιν εὐσεβῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Μήποτε πάλιν † ἴδοι μ' †
ἁλφεσίβοιον ὕδωρ,
ἔνθεν ἀεξόμενον
ζώφυτον αἷμα βροτοῖσι θάλλει.
Ἅγιος ἐγὼ βαθυχαῖος
βαθρείας βαθρείας,
γέρον.

ΚΗΡΥΞ.

Σὺ δὲ ναὶ ναὶ
βάσει τάχα
θέλεος ἀθέλεος,
βίᾳ βίᾳ τε πολλᾷ φροῦδα
† βάτε ναὶ βάθ' ἁλὶ πρὶν κακὰ παθεῖν †
ὀλόμεναι παλάμαις.

ΧΟΡΟΣ.

Αἰαῖ αἰαῖ.
Καὶ γὰρ δυσπαλάμως ὄλοιο
δι' ἁλίρρυτον ἅλσος,

O, υ, o, a, a, a!
Hic raptor est navibus advectus, in terra me persequens.
Ante hæc, raptor, affligaris, ioph, om:
exscensiones iterum, no,
calamitosas voces tollo.
Video hæc primordia ærumnarum initia
violentarum mearum. Ee ee!
propera fugitivis puellis auxilio.
Terribiliter hostes se efferunt
intolerabiles in nave atque in terra.
Rex, tuere nos.

PRÆCO.

Facessite hinc, facessite ad
navem quam celerrime.

CHORUS.

Itaque, itaque
capillorum vulsiones, vulsiones et punctiones,
sanguinea cruenta
capitis amputatio!

PRÆCO.

Facessite hinc, facessite perituræ in perniciem ad navem.
Deinde per multifluam
salsam viam,
tyrannica violentia
et in bene compacta nave peri.
Cruentam te in navem mittam,
ubi prostrata in posterum jacebis.
Jubeo violentiæ cedere
libidinem prudentiæque noxam.

CHORUS.

Hei hui!

PRÆCO.

Linque sedes, abi ad navem,
inhonoras in civitate piorum (*i. e. Ægyptiorum.*).

CHORUS.

Nunquam in posterum videat me
nutricia *Nili* aqua,
unde adauctus
vitalis sanguis mortalibus efflorescit.
Sacrosancta ego antiquissimo genere orta
in aræ gradibus, gradibus,
senex.

PRÆCO.

Tu vero ad navem, ad navem
ocius ibis
volens nolens:
vi vique multa abreptæ
ite ad navem, ite ad mare, antequam male afficiamini
pugnis perditæ.

CHORUS.

Eheu eheu!
Etenim misere pereas
in æquoreo nemore

κατὰ Σαρπηδόνιον
χῶμα πολυψάμαθον ἀλαθεὶς
εὐρείαις εἰν αὔραις.

ΚΗΡΥΞ.

Ἴυζε καὶ λάκαζε καὶ κάλει θεούς.
Αἰγυπτίαν γὰρ βᾶριν οὐχ ὑπερθορεῖ.
Ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων, οἰζύος ὄνομ' ἔχων.

ΧΟΡΟΣ.

Οἴ, οἴ, οἴ, οἴ, οἴ. Ἀντ. α'.
λύμασις ἡ πρὸ γᾶς ὑλάσκει·
περιχριμπτὰ βρυάζεις,
ὃς ἐρωτᾷς· ὁ μέγας
Νεῖλος ὑβρίζοντά σε ἀποτρέψει-
εν ἄϊστον ὕβριν.

ΚΗΡΥΞ.

Βαίνειν κελεύω βᾶριν εἰς ἀντίστροφον
ὅσον τάχιστα· μηδέ τις σχολαζέτω.
Ὀλκὴ γὰρ οὗτοι πλόκαμον οὐ δαμάζεται.

ΧΟΡΟΣ.

Οἴ, οἴ, πάτερ, βρότειος ἄρος † ἄτᾳ μ'* ἀδ'* ἀαγεῖ †
ἄραχνος ὡς βάδην [Στρ. β'.
ὄναρ ὄναρ μέλαν.
Ὀτοτοτοῖ.
Μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοᾶν
φοβερὸν ἀπότρεπε,
ὦ βᾶ Γᾶς παῖ Ζεῦ.

ΚΗΡΥΞ.

Οὗτοι φοβοῦμαι δαίμονας τοὺς ἐνθάδε·
οὐ γάρ μ' ἔθρεψαν οὐδ' ἐγήρασαν τροφῇ.

ΧΟΡΟΣ.

Μαιμᾷ πέλας δίπους ὄφις, Ἀντ. β'.
ἔχιδνα δ' ὥς με τί ποτ'
ἐνδακοῦσα.
Ὀτοτοτοῖ.
Μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοᾶν
φοβερὸν ἀπότρεπε,
ὦ βᾶ Γᾶς παῖ Ζεῦ.

ΚΗΡΥΞ.

Εἰ μή τις ἐς ναῦν εἶσιν αἰνέσας τάδε,
λακὶς χιτῶνος ἔργον οὐ κατοικτιεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ πόλεως ἀγοὶ πρόμνοι, δάμναμαι. Στ. γ'.

ΚΗΡΥΞ.

Πολλοὺς ἄνακτας, παῖδας Αἰγύπτου, τάχα
ὄψεσθε· θαρσεῖτ', οὐκ ἐρεῖτ' ἀναρχίαν.

ΧΟΡΟΣ.

Διωλόμεσθ'· ἄελπτ' ἄναξ, πάσχομεν. Ἀντ. γ'.

ΚΗΡΥΞ.

Ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς ἀποσπάσας κόμης,
ἐπεὶ οὐκ ἀκούεις ὀξὺ τῶν ἐμῶν λόγων.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὗτος τί ποιεῖς; ἐκ ποίου φρονήματος·
ἀνδρῶν Πελασγῶν τήνδ' ἀτιμάζεις χθόνα;
Ἀλλ' ἢ γυναικῶν ἐς πόλιν δοκεῖς μολεῖν;

ad Sarpedonium
aggerem (*i. e. promontorium*) arenosum dejectus
inter vastas tempestates.

PRÆCO.

Lamentare et vociferare et invoca deos;
navem Ægyptiam non effugies.
Lamentare et ede acerbiores doloribus ejulatus, quum
ipsum lamentandi nomen habeas.

CHORUS.

Eheu, eheu!
Contumelia ad littus latrat.
Abominanda effutis,
qui loqueris. Magnus
Nilus superbientem te superbia,
quæ tibi perniciosa fiat, avertat.

PRÆCO.

Ire vos jubeo ad navem littori prorâ appulsam
quam celerrime, neque ulla vestrûm moram faciat.
Neque enim trahendi violentia cincinnum non superat.

CHORUS.

Hui, hui, pater, mortalium præsidium calamitate invicta
tanquam araneus circumiens [me affligit
simulacrum *quum jam sim*, atrum simulacrum.
Otototoi.
Terra mater, Terra mater, clamorum
terrores averte,
o rex, Terræ fili, Jupiter.

PRÆCO.

Non metuo deos qui hanc terram incolunt; [duxerunt
non enim me puerum educarunt neque ad senectutem per-

CHORUS.

Furit prope me bipes serpens,
sed tanquam vipera me
mordens.
Otototoi
Terra mater, Terra mater, clamorum
terrores averte,
o rex, Terræ fili, Jupiter.

PRÆCO.

Nisi in navem quædam ibit verbis meis obsecuta,
scissura vestis opus non miserabitur.

CHORUS.

Hei, urbis duces proceres, subigor.

PRÆCO.

Multos dominos, Ægypti filios, illico
videbitis; mihi credite, non dicetis dominorum inopiam.

CHORUS.

Periimus; inopinata, rex, patimur.

PRÆCO.

Vos hinc crinibus tractæ abripiendæ esse videmini,
quoniam verbis meis non bene obtemperas.

REX.

Heus tu, quid agis? qua tu insolentia motus
hanc virorum Pelasgorum terram ignominia afficis?
Num forte in mulierum urbem te venisse putas

κάρβανος ὢν δ' Ἕλλησιν ἐγχλίεις ἄγαν·
καὶ πάλ' ἁμαρτὼν οὐδὲν ὤρθωσας φρενί.

ΚΗΡΥΞ.

Τί δ' ἡμπλάκηται τῶνδ' ἐμοὶ δίκης ἄτερ;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ξένος μὲν εἶναι πρῶτον οὐκ ἐπίστασαι.

ΚΗΡΥΞ.

Πῶς δ' οὐχί, τἀπολωλότ' εὑρίσκων ἐγώ;

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ποίοισιν εἰπὼν προξένοις ἐγχωρίοις;

ΚΗΡΥΞ.

Ἑρμῇ μεγίστῳ προξένῳ μαστηρίῳ.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Θεοῖσιν εἰπὼν τοὺς θεοὺς οὐδὲν σέβει.

ΚΗΡΥΞ.

Τοὺς ἀμφὶ Νεῖλον δαίμονας σεβίζομαι.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οἱ δ' ἐνθάδ' οὐδέν, ὡς ἐγὼ σέθεν κλύω.

ΚΗΡΥΞ.

Ἄγαμ' ἄν, εἴ τις τάσδε μὴ 'ξαιρήσεται.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Κλαίοις ἄν, εἰ ψαύσειας, οὐ μάλ' ἐς μακράν.

ΚΗΡΥΞ.

Ἤκουσα τοὔπος οὐδαμῶς φιλόξενον.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Οὐ γὰρ ξενοῦμαι τοὺς θεῶν συλήτορας.

ΚΗΡΥΞ.

Λέγοις ἂν ἔλθὼν παισὶν Αἰγύπτου τάδε.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἀδουπάλητον τοῦτ' ἐμῷ φρονήματι.

ΚΗΡΥΞ.

Ἀλλ' ὡς ἂν † εἰδὼς † ἐννέπω σαφέστερον,
κεἰ γὰρ πρέπει κήρυκ' ἀπαγγέλλειν τορῶς
ἕκαστα, πῶς φῶ πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς
ἥκειν γυναικῶν αὐτανέψιον στόλον;
Οὗτοι δικάζει ταῦτα μαρτύρων ὕπο
Ἄρης· τὸ νεῖκος δ' οὐκ ἐν ἀργύρου λαβῇ
ἔλυσεν· ἀλλὰ πολλὰ γίγνεται πάρος
πτώματ' ἀνδρῶν κἀπολακτισμοὶ βίου.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Τί σοι λέγειν χρή; τοὔννομον χρόνῳ μαθὼν
† εἴσῃ σύ τ' † αὐτὸς χοἱ ξυνέμποροι σέθεν.
Ταύτας δ' ἑκούσας μὲν κατ' εὔνοιαν φρενῶν
ἄγοις ἄν, εἴπερ εὐσεβὴς πίθοι λόγος.
Τοιάδε δημόπρακτος ἐκ πόλεως μία
χεῖρας κέκρανται, μήποτ' ἐκδοῦναι βίᾳ
στόλον γυναικῶν· τῶνδ' ἐφήλωται τορῶς
γόμφος διαμπάξ, ὡς μένειν ἀραρότως.
Ταῦτ' οὐ πίναξίν ἐστιν ἐγγεγραμμένα
οὐδ' ἐν πτυχαῖς βίβλων κατεσφραγισμένα,
σαφῆ δ' ἀκούεις ἐξ ἐλευθεροστόμου
γλώσσης. Κομίζου δ' ὡς τάχιστ' ἐξ ὀμμάτων.

ΚΗΡΥΞ.

† Εἴσῃ σὺ μὲν δὴ †, πόλεμον αἱρεσθαι νέον.

Barbarus quum sis, nimis Græcis illudis:
et quum multa deliquisti, nihil mente tua recte constituisti.

PRÆCO.

Quid vero in has præter justitiam delictum est?

REX.

Hospes quum sis, primum hospitem te gerere nescis.

PRÆCO.

Qui nesciam, quum quæ amissa sint hic reperiam?

REX.

Quibusnam hospitum patronis ex indigenis hæc dicis?

PRÆCO.

Mercurio, supremo patrono, *rerum amissarum* quæsitore.

REX.

Diis auctoribus ista te facere professus deos nihil revereris.

PRÆCO.

Equidem numina ad Nilum veneror.

REX.

Nihili hujus terræ deos, ut ex te audio, ducis.

PRÆCO.

Ducam utique, nisi quis has mihi eripuerit.

REX.

Plorabis, si has attigeris, idque illico.

PRÆCO.

Audivi verbum nequaquam hospitale.

REX.

Neque enim deorum deprædatores hospitio excipio.

PRÆCO.

Digressus illic hæc Ægypti filiis dicas.

REX.

Hæc cura minime animum meum tangit.

PRÆCO.

Sed ut edoctus manifestius possim dicere
(etenim præconem decet perspicue renunciare
singula quæque), quomodo et a quo me dicam [redire?
consanguineo puellarum agmine spoliatum *rebus infectis*
Profecto hanc rem non sub testibus judicat
Mars; neque vero hic litem argenti pensione
dirimere solet, sed multæ antea accident
cædes virorum et vitæ amissiones.

REX.

Quid tibi nomen dicere necesse sit? temporis progressu
et tu ipse illud cognoveris et comites tui. [edoctus
Has vero lubentes et cum bona earum voluntate
abducas, si quidem id venerabunda oratio iis persuaserit.
Tale enim populi suffragiis a civitate unanime [esse
consilium captum ratumque factum est, invitas puellas non
tradendas. Atque huic sententiæ penitus est infixus
clavus, ut illabefacta mansura sit.
Hæc non tabulis æreis perscripta sunt
neque in librorum plicis consignata,
sed certa audis ex libero prolata
ore. Tu vero facesse hinc quam celerrime.

PRÆCO.

Scies tu quidem novum bellum suscipere;

Εἴη δὲ νίκη καὶ κράτη τοῖς ἄρσεσιν.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ἀλλ' ἄρσενάς τοι τῆσδε γῆς οἰκήτορας
εὑρήσετ' οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ.
Ὑμεῖς δὲ πᾶσαι σὺν φίλοις ὀπάοσι
θράσος λαβοῦσαι στείχετ' εὐερκῆ πόλιν
πύργων βαθείᾳ μηχανῇ κεκλημένην.
Καὶ δώματ' ἐστὶ πολλὰ μὲν τὰ δήμια,
δεδωμάτωμαι δ' οὐδ' ἐγὼ σμικρᾷ χερί.
Εὔθυμον ἐστὶν εὐτύκους ναίειν δόμους
πολλῶν μετ' ἄλλων· εἰ δέ τις μείζων χάρις,
πάρεστιν οἰκεῖν καὶ μονορρύθμους δόμους.
Τούτων τὰ λῷστα καὶ τὰ θυμηδέστατα
πάρεστι, λωτίσασθε. Προστάτης δ' ἐγὼ
ἀστοί τε πάντες, ὥνπερ ἥδε κραίνεται
ψῆφος. Τί τῶνδε κυρωτέρους μένεις;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθοῖσι βρύοις,
δῖε Πελασγῶν.
Πέμψον δὲ πρόφρων δεῦρ' ἡμέτερον
πατέρ' εὐθαρσῆ
Δαναὸν, πρόνοον καὶ βούλαρχον.
Τοῦ γὰρ προτέρα μῆτις, ὅπου χρὴ
δώματα ναίειν, καὶ τόπος εὔφρων.
Πᾶς τις ἐπειπεῖν ψόγον ἀλλοθρόοις
εὔτυκος· εἴη δὲ τὰ λῷστα.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ.

Ξύν τ' εὐκλείᾳ καὶ ἀμηνίτῳ
βάξει λαῶν † [τῶν] † ἐν χώρῳ
τάσσεσθε, φίλαι δμωίδες, οὕτως
ὡς ἐφ' ἑκάστῃ διεκλήρωσεν
Δαναὸς θεραποντίδα φερνήν.

ΔΑΝΑΟΣ.

Ὦ παῖδες, Ἀργείοισιν εὔχεσθαι χρεών,
θύειν τε λείβειν θ', ὡς θεοῖς Ὀλυμπίοις,
σπονδὰς, ἐπεὶ σωτῆρες οὐ δι:χορρόπως,
καί μου τὰ μὲν πραχθέντα πρὸς τοὺς ἐκτενεῖς
φίλους πικρῶς ἤκουσαν αὐτανεψίους·
ἐμοῦ δ' ὀπαδοὺς τούσδε καὶ δορυσσόους
ἔταξαν, ὡς ἔχοιμι τίμιον γέρας,
καὶ μήτ' ἀέλπτως δορικανεῖ μόρῳ θανὼν
λάθοιμι, χώρᾳ δ' ἄχθος ἀείζων πέλοι.
Τοιῶνδε τυγχάνοντος εὐπρυμνῆ φρενὸς
χάριν σέβεσθε τιμιωτέραν ἐμοῦ.
Καὶ ταῦτα μὲν γράψεσθε πρὸς γεγραμμένοις
πολλοῖσιν ἄλλοις σωφρονίσμασιν πατρὸς,
ἀγνῶθ' ὅμιλον ὡς ἐλέγχεσθαι χρόνῳ.
Πᾶς δ' ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν εὔτυκον φέρει
κακὴν, τό τ' εἰπεῖν εὐπετὲς μύσαγμά πως.
Ὑμᾶς δ' ἐπαινῶ μὴ καταισχύνειν ἐμὲ,
ὥραν ἐχούσας τήνδ' ἐπίστρεπτον βροτοῖς.
Τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς·
θῆρες δὲ κηραίνουσι καὶ βροτοὶ, † τί μήν; †
καὶ κνώδαλα πτεροῦντα καὶ πεδοστιβῆ.

sit vero victoria et robur penes viros (*Ægypti filios*).

REX.

At viros etiam hujus terræ incolas
non ex hordeo coctum vinum bibentes invenietis.
Vos vero omnes cum vestris caris ministris
assumto animo introite in bene munitam urbem,
turrium alte fundatis operibus circumdatam.
Et ædes ibi multæ sunt publicæ,
nec ego exigua manu domos mihi ædificavi.
Jucundum est felices habitare domos
cum multis aliis; si vero magis placet,
vobis licebit etiam solitarias ædes tenere.
Horum quæ optima sunt et jucundissima, vobis
in promtu sunt; eligite. Patronus vero ego vobis ero
omnesque cives, quibus hæc placuit
sententia. Quid est quod alios fide digniores exspectes?

CHORUS.

Tu vero pro beneficiis tuis bonis affluas,
divine Pelasgorum rex.
Mitte vero benevolus huc nostrum
patrem animosum,
Danaum, providum consiliarium.
Hujus præstantior prudentia est, ut constituat ubi
ædes sint capiendæ locusque nobis benevolus.
Unusquisque ad probra peregrinis dicenda
paratus est. Eveniant vero optima quæque.

REX.

Cum bona laude et læto
sermone civium hujus terræ
ita locum tenete, caræ ancillæ,
quemadmodum cuique assignarit
Danaus servilem dotem.

DANAUS.

O filiæ, Argivis vota vos facere oportet
et sacrificare et tanquam diis Olympiis
effundere libationes, quoniam haud dubie nos servarunt.
Atque illi ex me ea, quæ circa pervicaces [audiverunt.
consanguineos nostros gesta sunt, cum magna indignatione
Comites vero mihi hosce et satellites
constituerunt, ut honorificum manus haberem
neve præter spem clam mortifero telo
occiderer, idque huic terræ æternum piaculum fieret.
Et quum hæc consecutus sim, vos decet bene directum
gratiam referre me honorificentiorem. [animi
Et hæc ascribite ad multa, quæ memoriæ mandata sunt,
alia prudentia patris monita,
ignotum populum tempore esse probandum.
Unusquisque enim in inquilino paratam linguam habet
maledicam, cujus verba facile probris violant.
Admoneo autem vos, ne me dedecore afficiatis,
quum eam habeatis ætatem quæ homines alliciat.
Tenera vero maturitas nullo modo facile custoditur;
sed feræ ei insidiantur et homines (quidni?)
et animalia volatilia et reptilia.

καρπώματα στάζοντα κηρύσσει Κύπρις
† κάλωρα κωλύουσ' ἂν † ὡς μένειν ἐρῶ.
καὶ παρθένων χλιδαῖσιν εὐμόρφοις ἔπι
πᾶς τις παρελθὼν ὄμματος θελκτήριον
τοξευμ' ἔπεμψεν, ἱμέρου νικώμενος.
Πρὸς ταῦτα μὴ πάθωμεν ὧν πολὺς πόνος,
πολὺς δὲ πόντος οὖν ἐκληρώθη δορὶ,
μηδ' αἶσχος ἡμῖν, ἡδονὴν δ' ἐχθροῖς ἐμοῖς
πράξωμεν. Οἴκησις δὲ καὶ διπλῆ πάρα,
τὴν μὲν Πελασγὸς, τὴν δὲ καὶ πόλις δίδοι,
οἰκεῖν λατρῶν ἄτερθεν· εὐπετῆ τάδε.
Μόνον φύλαξαι τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὸς,
τὸ σωφρονεῖν τιμῶσα τοῦ βίου πλέον.

ΧΟΡΟΣ.

Τἆλλ' εὐτυχοῖμεν πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων·
ἐμῆς δ' ὀπώρας οὕνεκ' εὖ θάρσει, πάτερ.
Εἴ γάρ τι μὴ θεοῖς βεβούλευται νέον,
ἴσχυς τὸ πρόσθεν οὐ διαστρέψω φρενός. [Στρ. α'.
Ἴτε μὰν ἀστυάνακτας μάκαρας θεοὺς γανάεντες
πολιούχους τε καὶ οἳ χεῦμ' Ἐρασίνου
περιναίετε παλαιόν.
Ὑποδέξασθε δ' ὀπαδοὶ
μέναν· αἶνος δὲ πόλιν τήνδε Πελασγῶν
ἐρέτω, μηδ' ἔτι Νείλου προχοὰς σέβωμεν ὕμνοις·
ποταμοὺς δ' οἳ διὰ χώρας θελεμὸν πῶμα χέουσιν
πολύτεκνοι, λιπαροῖς χεύμασι γαίας [Ἀντ. α'.
τόδε μειλίσσοντες οὖδας.
Ἐπίδοι δ' Ἄρτεμις ἁγνὰ
στόλον οἰκτιζομένα· μηδ' ὑπ' ἀνάγκας
γάμος ἔλθοι Κυθέρειος· στυγερὸν πέλει τόδ' ἄθλον·
Κύπριδος δ' οὐκ ἀμελεῖ θεσμὸς ὅδ' εὔφρων. Στρ. β'.
ξύνεται γὰρ Διὸς ἄγχιστα σὺν Ἥρᾳ·
τέτται δ' αἰολόμητις θεὸς ἔργοις ἐπὶ σεμνοῖς.
Μετάκοινοι δὲ φίλᾳ ματρὶ πάρεισιν
Πόθος ἠδ' οὐδὲν ἄπαρνον τελέθει θέλκτορι πειθοῖ.
Δέδοται δ' Ἁρμονίᾳ μοῖρ' Ἀφροδίτας
ἡδυρὰ τρίβοι τ' ἐρώτων.
Φυγάδεσσιν † δ' ἐπιπνοίας, κακά τ' ἄλγη, Ἀντ. β'.
πολέμους θ' αἱματόεντας προφοβοῦμαι.
Τί ποτ' εὔπλοιαν ἔπραξαν ταχυπόμποισι διωγμοῖς;
Ὅ τί τοι μόρσιμόν ἐστιν, τὸ γένοιτ' ἄν.
Διὸς οὐ παρδατός ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέρατος·
μετὰ πολλῶν δὲ γάμων ἅδε τελευτὰ
προτεραῖα πέλοι γυναικῶν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Ὁ μέγας Ζεὺς ἀπαλέξαι
γάμον Αἰγυπτογενῆ μοι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Τὸ μὲν ἂν βέλτατον εἴη.
Σὺ δὲ θέλγοις ἂν ἄθελκτον.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Σὺ δέ γ' οὐκ οἶσθα τὸ μέλλον.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Τί δὲ μέλλω φρένα Δίαν

Fructus succidos Venus præconio pronunciat,
tempestivos prohibens, ne desiderium exspectent.
Et puellarum decoram formositatem
unusquisque præteriens oculi blandum
telum cupiditate victus emittit.
Proinde ne ea patiamur, quorum causa multus labor
magnique maris navigatio suscepta est,
neu dedecus nobis, gaudium autem hostibus
paremus. Habitatio vero duplex præsto est;
alteram Pelasgus, alteram vero etiam urbs nobis tribuit
sine muneribus incolendam. Commoda hæc sunt.
Tantummodo serva hæc patris monita,
dum honestatem vita cariorem habes.

CHORUS.

Reliqua nobis deorum Olympiorum ope bene cedant;
de mea autem maturitate bono animo sis, pater.
Nisi enim a diis novi quid consilii intervenerit,
priorem animi tramitem non derelinquam.

Agite dum, urbis præsides beatos deos carmine celebrate
et qui urbem incolitis et qui circa antiqua Erasini fluenta
habitatis.

Et excipite cantum, ministræ. Laudibus hanc Pelasgorum
urbem efferamus, neque amplius Nili fluenta carminibus
veneremur;

sed fluvios, qui per hanc terram nutritium potum effundunt multiflui, fœcundis laticibus hoc terræ solum lætificantes.

Respiciat vero casta Diana nostrum agmen miserata, neque invitis nobis nuptiæ a Venere conciliatæ veniant. Hoc certamen mihi invisum est.

Venerem vero lubentem hic cœtus non contemnit; nam Jovi proximam potentiam cum Junone habet. Colitur versuta dea venerandorum munerum causa.

Sociæ vero caræ matri adsunt Cupiditas et *illa* cui nihil renuitur blandæ Suadelæ. Data est vero Concordiæ sors Veneris blandiloqua consuetudinesque amorum.

Pertimesco vero instigationes contra profugas, gravesque dolores et bella sanguinolenta. Cur tandem illi feliciter navigationem celeri persecutione nos insecuti perfecerunt?

Quod fataliter constitum est, id sane fiat. Inevitabilis est magna Jovis mens infinita. Hic autem exitus nuptiarum talis fiat, qualem multæ prisci ævi mulieres habebant (*i. e ubi initio melior exitus fuit, v. c. Ius*).

SEMICHORUS I.

Magnus Jupiter conjugium filiorum Ægypti a me avertat.

SEMICHORUS II.

Hoc quidem optimum esset.
Tu vero exores inexorabilem.

SEMICHORUS I.

Tu vero, quod futurum sit, ignoras.

SEMICHORUS II.

Quomodo Jovis mentem, immensum aspectum, perspe-

καθορᾶν, ὄψιν ἄδυσσον;
μέτριον νῦν ἔπος εὔχου.
ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.
Τίνα καιρόν με διδάσκεις;
ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.
Τὰ θεῶν μηδὲν ἀγάζειν.
ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.
Στρ. Ζεὺς ἄναξ ἀποστεροί-
η γάμον δυσάνορα
δάϊον, ὅσπερ Ἰὼ
πημονᾶς ἔλυσατ' εὖ
χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθών,
εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας.
ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.
Ἀντ. Καὶ κράτος νέμοι γυναι-
ξίν· τὸ βέλτερον κακοῦ,
καὶ τὸ δίμοιρον αἰνῶ,
καὶ δίκᾳ δίκας ἕπε-
σθαι, ξὺν εὐχαῖς ἐμαῖς λυτηρίοις
μηχαναῖς θεοῦ πάρα.

ctura sim? Modicum votum nunc facias.

SEMICHORUS I.
Quem tu modum me doces?
SEMICHORUS II.
Noli deorum res nimis investigare.
SEMICHORUS I.
Jupiter rex nuptias virifugas hostiles a me avertat, qui Ionem a calamitate liberavit, quum eam feliciter manu medenti, genus nostrum amica vi condens, attingeret.
SEMICHORUS II.
Et potentiam mulieribus tribuat. Quod malo melius et utriusque sortis particeps sit, laudo, atque *opto* ut justitia justam rem ex deorum salutiferis institutis cum meis precibus sequatur.

ÆSCHYLI

FRAGMENTA.

LYCURGIA.

Lycurgia inter paucas trilogias vel potius tetralogias referenda est, quæ quomodo a poeta compositæ fuerint, hodie dubitari non potest. Welckerus quidem olim libro de Æschyli Prometheis tragœdiis edito fabulas, quæ dictæ sunt Διονύσου τροφοί, Ἤδωνοί, Λυκοῦργος, Βασσαρίδες, unius trilogiæ continuatione conjunctas fuisse censuit. Postea viri doctissimi sententiam falsam esse apparuit edito ab Hermanno scholio ad Aristophanis Thesmoph. v. 135 in hunc modum scripto: Τὴν τετραλογίαν λέγει Λυκουργίαν, Ἤδωνὸς, Βασσαρίδας, Νεανίσκους, Λυκοῦργον τὸν Σατυρικόν.

Lycurgus rex fuit Edonorum Thraciam incolentium, feroci animo vehemens, Bacchi contemptor, quem in Thraciam venientem non modo recipere et colere recusavit, sed etiam ut pœnas injuriasque ei inferret, impio animo incitatus ultro insecutus est. Deus hominis improbitatem non ferens ignominiaque accepta offensus sui numinis violatorem perdidit.

Res gestas in sexto libro Iliadis ab Homero commemoratas postea multi inter veteres scriptores exposuerunt; nemo copiosius et accuratius quam Eumelus, ut est apud Scholiastam ad Iliad. *Z*, 131. Quum vero Eumeli narratio interierit et Hyginus, Diodorus Siculus, alii res breviter exposuerint, Apollodorum sequendum duximus, qui postquam Bacchum cognitis in Phrygia sacris Rheæ sumptoque in illis regionibus usitato vestitu Indos adire per Thraciam instituisse narravit, hæc addidit: Λυκοῦργος δὲ παῖς Δρύαντος Ἠδωνῶν βασιλεὺς οἳ Στρυμόνα ποταμὸν παροικοῦσι, τούτους ὁρίσας ἐξέβαλεν αὐτόν. Καὶ Διόνυσος μὲν εἰς ὕδωρ ἔπεσεν πρὸς Θέτιν τὴν Νηρέως κατέφυγε· Βάκχαι δὲ ἐγένοντο αἰχμάλωτοι καὶ τὸ συνεπόμενον Σατύρων αὐτῷ. Αὖθις δὲ αἱ Βάκχαι ἐλύθησαν ἐξαίφνης· ὁ δὲ μεμηνὼς Δρύαντα τὸν παῖδα ἀμπέλου νομίζων κλῆμα κόπτειν πελέκει πλήξας ἀπέκτεινε καὶ ἀκρωτηριάσας αὐτὸν ἐσωφρόνησε. Τῆς δὲ γῆς ἀκάρπου μενούσης ἔχρησεν ὁ θεὸς καρποφορήσειν αὐτὴν, ἂν θανατωθῇ Λυκοῦργος. Ἤδωνοὶ δὲ ἀκούσαντες εἰς τὸ Παγγαῖον αὐτὸν ἀπαγαγόντες ὄρος ἔδησαν, κἀκεῖ κατὰ Διονύσου βούλησιν ὑπὸ ἵππων διαφθαρεὶς ἀπέθανεν. Antiqui libri ἀκρωτηριάσας ἑαυτόν habent. Quod si verum est, Lycurgus, non Dryas, intelligitur, qui quum filium occidisset, pedem sibi præcidit, id quod a quibusdam scriptoribus perhibetur. Locus est apud Apollod. III, 5, 1. De morte varia scriptorum recordatio est. Homerus Lycurgum occæcatum, Sophocles saxeo antro inclusum, alii alia pœna affectum memoriæ prodiderunt. Non constat quid Æschylus de Lycurgo tradiderit; credibile tamen est hunc antiquissimos poetas secutum iis auctoribus adnumerandum fuisse, quos Diodorus Siculus III, 62 et 63 commemorat; nec potuit Lycurgum interemptum tradere, qui et in fabula Satyrica est introductus et inter deos relatus cultusque a Thracibus. Trilogiâ autem poeta procul dubio victoriam celebravit, quam Bacchus haud aliter de bipennifero Lycurgo atque de Pentheo retulit. Hic enim, ut Nonnus refert (XXI, 159), ἀδάκχευτος i. e. adversarius Bacchi, cujus cultus a Græcis in Thraciam delatus est.

Fatendum est ex iis, quæ Apollodorus memoriæ prodidit, quodam pacto posse intelligi, quemadmodum historia a poeta inter tres tragœdias dispertiri potuerit. *Edoni* Bacchi adventum in Thraciam, pugnam cum ejus comitibus, Lycurgi victoriam infelicem, cladem et captivitatem Bacchi; *Bassarides*, quæ eædem Bacchæ Thraciæ sunt dictæ, solutum Bacchum comitesque, insaniam Lycurgi, interitum Dryantis filii; *Neanisci* fortasse resipientis Lycurgi pœnam in monte Pangæo ejusque dedicationem ut dei, qui tamen Baccho inferior esset, Bacchique laudes; *Lycurgus* denique, fabula Satyrica, Lycurgum, deum agrestem Baccho cedentem in montesque relegatum solisque a pastoribus et agricolis cultum, continebant.

EDONI.

Edoni procul dubio chorum constituebant tragœdiæ quæ ab iis nomen accepit. Belli apparatus, impetus, pugna commissa, captivorum adventus a nunciis partim referebantur, pauca in ipsa scena spectatoribus exposita videntur. Carminis chorici egregium fragmentum Strabo X, p. 470 servavit, cujus etiam apud Athenæum XI, p. 479, B, et Scholiastam Homeri Eustathiumque ad Iliad. Ψ, 34 mentio est facta. Strabonis verba, quæ librariorum negligentia corrupta sunt, damus emendatiora :

Τῆς μὲν Κότυος τῆς ἐν Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ὀργάνων · εἰπὼν γὰρ,

[1] Σεμνὰ Κότυς, ἡ 'ν τοῖς Ἠδωνοῖς,
ὄρθια δ' ὄργαν' ἔχοντες,

τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον, εὐθέως ἐπιφέρει,

[2] Ὁ μὲν ἐν χερσὶν βόμβυκας ἔχων
τόρνου κάματον
δακτυλόδικτον πίμπλησι μέλος,
μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλάν ·
ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ.

Καὶ πάλιν ·

[3] Ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει,
ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται
ποθὲν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι,
τυπάνου δ' εἰκὼν ὥσθ' ὑπογαίου
βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

(Legebatur v. 1 K. ἐν τοῖς, v. 2 ὄρεια δ', v. 5 δακτυλόδεικτον.)

Non dubium est quin hæc cantata fuerint a choro ante adventum Bacchi; nam opus non erat hæc describi, si jam in scena essent spectata. Itaque maxime videtur vero consentaneum, si quis existimet tum esse cantatum carmen, quum Lycurgus illi impetum esset illaturus.

Initio dialogi, postquam nuncius adventum Bacchi instare retulit, adscribendus est versus, qui multum exercuit interpretes, ap. Scholiastam Homeri Iliad. I, 535: Videtur enim Lycurgus nuncium, quem exploratum miserat, reversum et quæ vidisset verbis exponentem, deinde ad quæsita respondentem ita interpellasse :

[4] Μακροσκελὴς μὲν ἆρα μὴ χλούνης τις ἦν;

Χλούνης autem Bacchus dicitur, quia corpore fuit ampliore, et μακροσκελής est procerus. Hermannus ita scripsit :

ΑΓΓ. Μακροσκελὴς μὲν ... ΑΥΚ. Ἆρα μὴ χλούνης τις ἦν;

vertens :

NUNCIUS.

Prælonga certe crura...

LYCURGUS.

Num locusta erat?

Hæc interpretatio comœdiæ conveniret, non tragœdiæ.

Ad descriptionem eorum, qui Bacchum comitabantur, credibile est ea pertinuisse, quæ apud Hesychium leguntur : Αἰγίζειν, διασπᾶν · παρ' ὃ καὶ αἰκίζεσθαι ἀπὸ καταιγίδων. Αἰσχύλος. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖς (codex ἡδονῇ) καὶ τὰς νευρίδας οὕτω λέγει. Eadem Suidas habet. Inde Hermannus versus ita constituit :

[5] Νεβρίδας δ' Ἠδωνίδας
ἤγιζον.

Prœlio enim commisso nuncius Bassaridas, Thracias Bacchi comites Thraciisque indutas vestibus, a Lycurgi militibus vestibus spoliatas esse narrat.

Fortasse huc referri potest aliud fragmentum apud Scholiastam Apollonii Rhodii I, 473 : [6] Καὶ Αἰσχύλος τὰς Βάκχας « χαλιμάδας » (Hermannus χαλειμάδας, *laxivestes*, conjecit) ἔφη.

Appropinquante Baccho ad Lycurgi regiam nescio quis, ut dei potentiam declararet, versum pronunciasse videtur, quem tanquam exemplum nimiæ audaciæ Longinus De sublimi cap. 15 servavit :

[7] Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη.

1.
Veneranda Cotys, quæ apud Edonos est,
viri altisonis instrumentis instructi.

2.
Alius manibus bombyces tenens
torni laborem,
digitorum pulsu excitatum carmen implet,
furoris incitativam vociferationem
alius æneis vasis strepit.

3.
Psalmus vociferatur,
taurisonique submugiunt
alicunde ex obscuro horribiles sonitus,
tympanique imago tamquam subterranei
tonitrui fertur horrifice sonans.

4.
Num forte is (quem vidisti) maialis fuit longis
instructus cruribus?

5.
Pelles hinnulorum Edonides
revellebant.

7.
Furore corripitur domus, bacchantur tecta.

Adest Bacchus sed non agnoscitur, ut est apud Ovidium Metam. III, 652. Quem quum Lycurgus videt, fortasse ea dixit, quæ suis interposuit versibus Aristophanes in Thesmoph. v. 134 :

[8] Καὶ σ' ὦ νεανίσχ' ὅστις εἶ κατ' Αἰσχύλον
ἐκ τῆς Λυκουργείας ἐρέσθαι βούλομαι·
Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;
τίς ἡ τάραξις τοῦ βίου; τί βάρβιτος
καλεῖ κροκωτῷ; τί δὲ λύρα κεκρυφάλῳ;
τί λήκυθος καὶ στρόφιον; ὡς οὐ ξύμφορον.
Τίς δαὶ κατόπτρου καὶ ξίφους κοινωνία;
σύ τ' αὐτὸς, ὦ παῖ; πότερον ὡς ἀνὴρ τρέφει;
καὶ ποῦ πέος; ποῦ χλαῖνα; ποῦ Λακωνικαί;
ἀλλ' ὡς γυνὴ δῆτ'; εἶτα ποῦ τὰ τιτυία;

Quæ quum pleraque Welckerus ex Lycurgia Æschyli sumpta esse credidit, Hermannus Scholiastam secutus tantummodo Ποδαπὸς ὁ γύννις Æschyli esse certo affirmari posse dixit, sed se non refragaturum, si quis hunc totum versum Æschyli esse censeret,

Ποδαπὸς ὁ γύννις; τίς πάτρα; τίς ἡ στολή;

Eadem suaserat Bœttigerus in Musei Att. vol. I, fasc. II, p. 358.

Videtur nemo certa respondisse Lycurgo, ita ut alio loco rursus in Bacchum respiciens quæreret (apud Schol. ad Aristoph. Av. 277) :

[9] Τίς ποθ' ἕσθ' ὁ μουσόμαντις ἄλαλος; ἁβρὸς
ὅσον σθένει.

Videtur igitur Lycurgus jam inscius divinasse magnam Bacchi potentiam. Ceterum versum qualicunque modo correximus, quum verba sint in antiquis libris corrupta, ἅλαλος, ἁβρατὺς (Venet. ἁβατοῦς) ὃν σθ. Neque vero Lycurgus a sententia abducitur, sed potius deo domum gratuitam se assignaturum dixit. Ita enim Photius : [10] « Ἄδασμον, » οὐδένα δασμὸν ἐκτίνουσα οὐδὲ μερίζουσα δαπάνην τῆς οἰκήσεως. Οὕτως Αἰσχύλος. Similiter Hesychius, qui Ἡδωνοῖς (cod. ἡδονὴν) addidit. Hermannus autem : « Minabatur, nisi fallor, inquit, Baccho vel Lycurgus vel quisquis cum eo colloquebatur στέγην ἄδασμον, non οἰκίαν, qua voce non usi sunt Tragici, carcerem dicens domum gratuitam. Nisi illa Bacchi verba fuerunt in specu inclusum iri Lycurgum prædicentis. »

Hermannus huic tragœdiæ versum adnumeravit, quem habet Orio Thebanus in Etym. p. 26, 4 :

[11] Δέσποινα νύμφη, δυσχίμων ὀρῶν ἄναξ.

Quadrant hæc certe, inquit, in Cotyn illam ab Edonis cultam. (Ex illo, ut videtur, versu Suidas : Ἀναξ, θηλυκῶς· οὕτως Αἰσχύλος.) Ad unam ex Lycurgiæ fabulis pertinebat fortasse hoc, cujus meminit Eustathius p. 827, 30 : [12] Οὕτω δὲ καὶ Αἰσχύλου μάχλον φασὶν ἄμπελον εἰπόντος τὴν ῥεομένην, ἡ κωμῳδία μάχλον εἶπε τὸν ὑπὸ κατωφερείας δίυγρον. Irriguam vitem si Æschylus lascivam dixit, debuit id ex verbis, quæ adjecerat, cognosci. Hæc ita Hermannus.

Supersunt præterea ex Edonis hæc glossemata. Erotianus p. 190 : [13] « Ἴκταρ », ἐγγύς, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Αἰσχύλος ... μέμνηται ὁ αὐτὸς τῆς λέξεως καὶ ἐν Ἡδωνοῖς. — Hesychius : [14] « Ἄσσιστα, » ἔγγιστα. Αἰσχ. Ἡδωνοῖς (codex ἡδωνῶν). — Idem : [15] « Ἀμφίδρομος »... δηλοῖ δὲ καὶ ἐξ ἑκατέρου μέρους θεώμενον ἢ προηγούμενον, ἢ ὁρμᾶν δυνάμενον, ὡς Αἰσχ. Ἡδωνοῖς (cod. ἡδωνέϊ).

BASSARIDES.

Altera tetralogiæ tragœdia, quæ Bassarides de chori nomine ex Bacchis compositi vocata est, Bacchus ejusque comites vinculis subito solutæ sunt ; Lycurgus vero insania correptus Dryantem filium, quem vitem esse putavit, bipenni (unde ipse bipennifer dictus est) obtruncavit ; quo facto ipse a Baccho pœna affectus est. Quæ qualis fuerit, incertum. Fortasse occæcatus vel antro saxeo inclusus est. A Thracibus inter deos relatus est et cultus ; Baccho autem parem honorem non obtinuit.

Bassarides chorum quidem, ut nomen suadet, constituerunt : neque tamen facile quis dixerit, quomodo poeta has introduxerit, utrum tamquam Bacchas, ut in aliis tragœdiis moris fuit, an alio modo ; credibile tamen est non multum diversas

---

8.

Et te, o adolescens, Æschyli verbis
in Lycurgia interrogare volo.
Quinam effeminatus iste? quæ patria, quæ stola?
quæ confusio vitæ? quid barbito
rei est cum crocota? quid lyræ cum redimiculo?
quid palæstrica ampulla et strophium? quam non
[quænam est speculi et gladii societas? [conveniunt!
... nam tu ipsus es, adolescens? num vir es?
at ubi penis? ubi læna? ubi viriles calcei?
an vero femina? ubi igitur papillæ?

9.

Quisnam est ille præstigiator? qui quum mollis sit,
[quantum valet!

11.

Regina nympha, gelidorum montium domina.

15.

Utrimque promicans.

eas fuisse a Bacchis, quæ in Cithærone monte orgia celebrarunt. Ut enim Pentheus in illa tragœdia, ita Lycurgus in Bassaridibus pœnam sibi debitam consecutus est. De compositione tragœdiæ nihil, nihil de personis constat. Neque vero facile est intellectu, quæ causa fuerit, cur cum Lycurgi pœna Orphei mors, quæ in tragœdia commemorata est, conjuncta fuerit. Ad hunc enim referenda sunt, quæ Eratosthenis esse dicuntur cap. 24 : [16] Ὃς (Ὀρφεὺς) τὸν μὲν Διόνυσον οὐκ ἐτίμα, τὸν δὲ Ἥλιον μέγιστον τῶν θεῶν ἐνόμιζεν εἶναι, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα προσηγόρευσεν, ἐπεγειρόμενός τε τῆς νυκτὸς κατὰ τὴν ἑωθινὴν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Παγγαῖον προσέμενε τὰς ἀνατολάς, ἵνα ἴδῃ τὸν Ἥλιον πρῶτον. Ὅθεν ὁ Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἔπεμψε τὰς Βασσαρίδας, ὥς φησιν Αἰσχύλος ὁ ποιητής, αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν καὶ τὰ μέλη διέρριψαν χωρὶς ἕκαστον· αἱ δὲ Μοῦσαι συναγαγοῦσαι ἔθαψαν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Λειβήθροις. Neque aliter Hyginus in Poet. Astron. II, 7 : « Sed ut Eratosthenes ait, in Pangæo sedens quum cantu delectaretur, dicitur Liber ei objecisse Bacchas, quæ corpus ejus discerperent interfecti. Musas autem collecta membra sepulturæ mandasse. »

Non patet, inquit Hermannus, qua de re scriptum fuerit, quod Scholiastes Nicandri ad Ther. 288 affert : Σημαίνει δὲ ἡ λέξις τρία· ἔστι γὰρ ψολόεν τὸ μέλαν, τὸ σποδοειδές, τὸ λαμπρόν. Εὐφορίων, Ἡ Αἴτνην ψολόεσσαν, ἐναύλιον Ἀστεροπαίου· καὶ ἔτι· Λιγνὺν δὲ ψολόεσσαν ἀϊδνήεντά τε καπνόν. Καὶ Αἰσχύλος ἐν Βασσαρίσι·

[17] Κάρφει παλαιῷ καπιβωμίῳ ψόλῳ.

Hesychius et Favorinus : [18] « Εἰλλόμενον, εἰργόμενον. Αἰσχύλος Βασσαρίσι. Codex Hesychii Βάσσαρες.

NEANISCI.

Sequitur tertia tragœdia, quæ Neanisci dicta est. Quæ dubitari non potest, quin Bacchi et fortasse Lycurgi cum illo, ut Strabo ait, conjuncti cultum continuerit. Itaque initiatio et dedicatio Bacchi argumentum tragœdiæ fuisse videatur. Græcus vero deus a colonis e Græcia in Thraciam deductis allatus majore veneratione cultus est quam deus indigena, quem Thraces antiquitus coluerunt. Ita Lycurgus Bacchi propheta, ut ait Rhesi scriptor.

Νεανίσκοι qui fuerint, magna est controversia. Welckerus Satyros, quos ad fabulam Satyricam relegamus, Hermannus Edonorum adolescentes, quos primæ tragœdiæ reservamus, intelligendos existimavit. Quid? sunt illi, qui Bacchi festa celebrarunt, chori ex mystis compositi nec alii, quam qui Athenis fuerunt chori cyclici.

Perpauca tragœdiæ servata sunt. [19] « Ἀρείφατον λῆμα, » *Mavortius animus*, apud Hesychium, fortasse Lycurgi est, quo Bacchi victoria augeatur. Deinde [20] « ἀφοίβαντον » apud eundem, *inexpiatum*, Lycurgum dici piaculo in Bacchum commisso credibile est.

Alius versus est apud Athenæum XI, p. 503, C:

[21] Σαύρας ὑποσκίοισιν ἐν ψυκτηρίοις,

cujus vix ullam interpretationem reperias, neque magis sententiam glossæ apud Photium eruas, quam sic correxit Hermannus : [22] « ὀκτώπηχυς καὶ ὀκτώπους, » Αἰσχύλος Νεανίσκοις. Φιλήμων ὀκτάπουν·

Ποταμὸν διαπέπλευκεν ὀκτάπους·

ἤτοι ὁ σκορπίος ὁ ὀκτώπους ἢ ὁ μακρὸς ὀκτὼ ποδῶν.

In exitu fabulæ ea, quæ Plutarchus servavit in libro De εἰ Delphico p. 389, A, B, a choro cantata crediderim. Sunt autem hæc, quemadmodum viri docti disposuerunt:

[23] Μιξοβόαν πρέπει
διθύραμβον ὁμαρτεῖν
σύγκοινον Διονύσῳ.

(Porsonus conjecit σύγκωμον Δ.) Videtur chorus conciliationem Bacchi et Lycurgi indicare et celebrare voluisse.

LYCURGUS.

Lycurgi argumentum qualè fuerit et quomodo Æschylus id exposuerit, ex fragmentis quodam pacto erui potest. Est enim vini usus, non illius quidem, quod Bacchi beneficio debetur, sed hujus, quod frumenti coctione in similitudinem vini corruptum a Thracibus inventum est. Hujus vini usum varium a poeta in scena modo satyrico ostensum esse fragmenta fabulæ docent. Huc pertinet primum illud, quod est apud Scholiastam Sophoclis ad OEd. Col. 674 :

17.
Aræ favilla et vetere paleæ fomite.

21.
Lacertos in umbrosis frigidariis,

23.
Mixtisonum decet
dithyrambum aditare
communem Dionyso.

[24] Ἄκουε δ' ἄν' οὖς ἔχων.

Est hic versiculus ex melico carmine depromptus, quo docetur, quemadmodum vinum ex frumento comparari possit. Deinde aliud fragmentum est apud Athenæum X, p. 447, B, ubi inventi vini mentio:

[25] Κἀκ τῶνδ' ἔπινες βρῦτον ἰσγναίνων χρόνῳ, κἀσεμνοκόμπει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ στέγῃ.

Aliud deinde fragmentum incertius est quam ut inde aliquid ad cognoscendam fabulam erui possit. Est illud scriptum apud Scholiastam Aristophanis ad Eq. v. 1147: Αἰσχύλος ἐν Λυκούργῳ ἀλληγορικῶς τοὺς δεσμοὺς κημοὺς εἴρηκε διὰ τούτων,

[26] Καὶ τούσδε κημοὺς στόματος.

Quum Hesychius denique [27] « ἀνούτατος » ex Lycurgo memoret, Hermannus ab Æschylo hæc scripta esse conjecit:

Ἄβλητος ὤν, ἀνούτατος.

Hæc sunt quæ de Lycurgia comperta habemus. Ambigua est notatio Scholiastæ Theocriti ad Idyl. X, 18: [28] Ἀρίσταρχος γὰρ ἐν ὑπομνήματι Λυκούργου Αἰσχύλου (Αἰσχύλου aliquot codices omittunt) τὴν ἀκρίδα φησὶ ταύτην (μάντιν), εἰ προσβλέψειέ τινι τῶν ζώων, ἐκείνῳ κακὸν γενέσθαι.

MYRMIDONES, NEREIDES ET PHRYGES.

Trilogia, quam Myrmidones, Nereides et Phryges continuisse putant, omnes fere res, quæ ad Trojam gestæ sunt, attigit. Inde a quibusdam *tragica Ilias* vocata est. Commune nomen, ut Lycurgiæ, non exstat; commune autem argumentum fuit et continuum.

Accepta ab Agamemnone ignominia Achilles, postquam Briseis ab eo abducta fuit, gravissimo dolore perculsus certamini se subtraxit hostesque vehementissime in Græcos irruentes nihil curavit. Lugens mærensque sedebat in littore. Interea multo facilior Trojanis invasio et victoria fuit. Magna impressione facta irruunt, Græci repelluntur, occiduntur. Non fossa, non munimenta, non vallum hostes retinet, Græci frustra se illato impetui opponunt, tantaque vis est Hectoris, ut ne invicta quidem virtus Ajacis hostes a navibus arcere possit. Jam ignis affertur, navibus injicitur, exitium instat Græcis, Achilles flecti non potest; infecta re ab illo redeunt legati, qui ut eum ad pugnandum permoverent et cum Agamemnone conciliarent, missi erant. Postremo in summo navium periculo precibus comitum suorum eo adducitur, ut Patroclum suis ornatum armis Græcis laborantibus auxilio mittat. Satis esse putat conspici arma sua, ut hostes fugiant. Patroclus armis instruitur, cum Myrmidonibus in prœlium proficiscitur, pugnat, occiditur, spoliatur ab Hectore; corpus in castra a Myrmidonibus reportatur, amicus et socius ab Achille defletur, qui frustra arma poscit, ut extemplo ultionem sumat de Hectore. At arma desunt ab hostibus rapta. Itaque Thetidem matrem Achilles invocat, ut dolorem suum videat opemque ferat. Mater auxilium pollicetur, nova arma se allaturam promittit; tum hæc fabricata ab Vulcano a Nereidibus afferuntur. Quibus instructus Achilles prœlium ingressus in Hectorem irruit, unum hunc persequitur, frustra insequenti fluminis undæ opponuntur, animi ardor nulla difficultate retinetur, prœlium optat, Hectorem assequitur, cum eo congreditur, pugnat, vincit obtruncat, interemptum circa urbis mœnia ad currum religatum rapit; tum canibus devorandum objicit. At non tulit Priamus filium fortissimum prædam fieri ferarum. Audet intrare castra Græcorum ope Mercurii adjutus et adire Achillem, ut occisi Hectoris corpus redimat. Multis precibus tandem Achillem adigit, ut sibi reddat. Corpus ablatum Priamus sepelivit.

Argumentum trilogiæ, quod expositum est, in tres partes facile distribui potest. Primam tragœdiam clades Græcorum, invasio Trojanorum, incendium navium, Myrmidonum et legatorum ad Achillem missorum preces, Patrocli apparatus, profectio in bellum et interitus; alteram ultio Achillis; tertiam Hectoris redemptio constituebant. In quo egregium poetæ commentum observandum est, qui dum extra scenam

24.
Aurem arrige ut audias.

25.
Ex his bibebas zythum tempore aridis,
et in virtute hoc jactitabat domus.

26.
Et hæc oris capistra.

27.
Non vulneratus eminus, non comminus.

28.
Aristarchus in commentario Lycurgi Æschylei narrat locustam quæ vates (μάντις) dicitur, si quod animal aspexerit, huic inde exitium evenire.

maxima esset trepidatio omniumque rerum tumultus, Achillem solum in perturbata re quietum ultionique indulgentem fecit. Inde sumptum est initium tragœdiæ, ubi Myrmidones Græcorum cladem spectantes Achillem adeunt, incuriam suorum ei exprobrant, quod dum intereat res Græcorum, ipse iræ satisfaciat. Sed singula videamus.

MYRMIDONES.

Ac non dubium est quin ii, qui Myrmidones vocantur, chorum constituerint. Hi a bello vacantes, dum ceteri Græci pugnabant, alea animum oblectabant. De ceteris personis perpauca divinari possunt. Dubitandum non est, quin Achilles et Patroclus, fortasse etiam legati Ulixes, Ajax Telamonius, Phœnix cum Hodio et Eurybiade præconibus a poeta introducti fuerint. Ceterum verisimile est in plerisque Æschylum ea secutum esse, quæ ab Homero acceperit.

Initium tragœdiæ ita factum diximus, ut Myrmidones a ludo surgentes Achillis incuriam increpent. Quod dum faciebant, hæc pronunciabant:

[29] Τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους,
οὓς [προπεπωκὼς] εἴσω κλισίας
[θάσσεις].

Fragmentum servatum est ab Harpocratione voce Προπεπωκότες, et Scholiasta Aristoph. ad Ran. 1023, qui in initio Myrmidonum scriptum esse referunt. Neque tamen refragabor, si quis hæc putet a legatis dicta, qui ad eum reconciliandum venerunt.

Adsunt legati, qui ut Achillem ad opem ferendam incitent, hæc dicunt, teste eodem Scholiasta, Ran. 1295:

[30] Φθιῶτ' Ἀχιλεῦ, τί ποτ' ἀνδροδαΐκτον
ἰὴ κόπον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν; [ἀκούων

Vel, ut Hermannus correxit,

Φθιῶτ' Ἀχιλεῦ, τί ποτ' ἀνδροδαΐκτον ἀκούων
ἰὴ
κόπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

Huc pertinere credibile est versum, quem Strabo servavit XIII, p. 616. Scribit autem ita: Ῥεῖ δ' ἐκ Τήμνου ποταμὸς Μύσιος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Κάϊκον ὑπὸ ταῖς πηγαῖς αὐτοῦ, ἀφ' οὗ δέγονταί τινες εἰπεῖν Αἰσχύλον κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐν Μυρμιδόσι προλόγου,

[31] Ἰὼ Κάϊκε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί.

(Confer Macrob. Saturnal. V, 20.) Quem versum equidem non Achilli, sed oratoribus ad illum missis tribuerim, quia, ut ait Strabo, secundum initium prologi reperiebatur. Neque vero quidquam impedimento est, nisi nomen prologi, quominus choro, si hujus initium tragœdiæ fuit, attribueretur; certe non fuit Achillis, cujus neque prologus fuit neque ea quæ insecuta sunt, nisi illum confabulatum cum choro, cujus rei nullum exstat vestigium, esse existimes. Præterea nihil servatum est, quod ad orationem legatorum pertineat, nisi fragmenta Attii huc referas, de quibus ita Hermannus: Phœnicem, inquit, ab Agamemnone etiam apud Æschylum ad Achillem legatum venisse veri est simillimum: sed eum Antilochus, non Ajax neque Ulixes videtur esse comitatus. Antilochi ex oratione, nisi fallor, hic fuit Attii apud Nonium versus p. 120, 33:

Tua honestitudo Danaos decipit diu.

De Achillis responso falsum est manifesto, quod legitur in scholio ad Aristophanis Ran. 941, ubi Achilles ad tertium usque diem nihil respondisse dicitur, id quod fecit in Phrygibus. Sed Hermannus ad Achillis orationem alium versum Attii retulit, apud Nonium p. 301, 33:

Mea facta in acie obliti,

cum quo comparanda ait, quæ Achilles in nono Iliadis v. 318 seqq. dicit. Deinde alium versum apud eundem p. 234, 8, eidem orationi attribuit, quem sic scripsit:

Classis trahere navium
videas in salum me et vela ventorum animæ
immittere,

quæ ex Homeri v. 357 et seq. ducta esse censet. Deinde porro æquius, inquit, fuisse censebat Achilles, ut ipse adeo Antilochus Agamemnonem desereret. Unde sic loquitur apud Nonium p. 137, 33:

Quodsi, ut decuit, stares mecum aut meus
te mæraret dolor,

29.

Hæc quidem vides, splendide Achilles,
bello afflictos Danaorum labores,
quos quum prodideris, intra tentorium
sedes.

30.

Phthiota Achilles, quid, quum viros perimentem
[audias
miserum laborem, auxilio non venis?

31.

Io Caice et Mysiæ (i. e. Mysii fluminis) alluvies

jam diu inflammari Atridæ naves vidissent suas.

Repudiante Achille gratiæ reconciliationem disceptatio orta videtur cum Antilocho. Hinc Achillem Attius apud Nonium p. 433, 1, sic dicentem fecit:

Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc prædicas:
ego pervicaciam aio et ea me uti volo.
Nam pervicacem dici me esse et vincere
perfacile patior; pertinacem nil moror.
Hæc fortis sequitur; illam indocti possident:
tu addis quod vitio est; demis quod laudi datur.

Postremo monuisse videtur Achilles Antilochum, ut sibi flagitando molesti esse desinerent; ille autem respondisse hæc apud Nonium p. 109, 32:

Nolo equidem, sed tu huic, quem scis quali in
fidelitate, ob fidam naturam viri [te siet
ignosce.

Credo autem eum dicere Phœnicem; nam quod apud Homerum est v. 616:

Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς,

apud Attium vix dubitandum puto quin his verbis dixerit:

Regnum tibi permitti malim: cernam, tradam
exercitum.

Interea, inquit Hermannus, rebus Græcorum in majus etiam discrimen adductis ignique navibus injecto consentaneum est nuncium aliquem venisse qui de his rebus exponeret. Eum Eurypylum fuisse quum ex Homero videtur conjici posse, tum, nisi magnopere fallor, aperit Attius, si ejus ex Myrmidonibus sunt, quæ Cicero servavit, Quæst. Tusc. II, 16, 17:

Eur. O Patrocles, ad vos adveniens auxilium
et vestras manus
peto, priu'quam oppeto malam pestem datam
hostili manu.
Neque sanguis ullo potis est pacto profluens
consistere,
si qui sapientia magi' vestra mors devitari potest.
Namque Æsculapi liberorum saucii opplent
porticus:
non potest accedi. Patroc. Certe Eurypylus
hic quidem est; hominem exercitum!

Et mox:

Eur. Qui alteri exitium parat,
eum scire oportet sibi paratum, pestem ut
participet parem.

Deinde:

Patroc. Eloquere res Argivorum prælio ut se
sustinet.

Eur. Non potis ecfari tantum dictis, quantum
factis suppetit
laboris..... quiesce et volnus alliga.

Denique:

Ubi fortuna Hectoris
aciem nostram inclinatam.

Hæc Hermannus. Nihil proficiunt legati, qui infecta re redeunt. Ignis jam injectus est classi, ardet navis Nestoris, non Protesilai, ut apud Homerum est. (Schol. Aristoph. ad Av. 1056: [32] Δεκέμβολον Αἰσχύλος εἶπε τὴν τοῦ Νέστορος ναῦν ἐν τοῖς Μυρμιδόσιν. Idem ad Pac. 1177:)

[33] Ἀπὸ δ' αὖτε ξουθὸς ἱππαλεκτρυὼν
στάζει κριθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος·

Ξουθὸς ἱππαλεκτρυὼν de nave, ab ejus insigni (v. Aristoph. Ran. 933). Κριθέντων Hermanni conjectura est. Codex στάζει κηρο... θεν τῶν φ. Dindorfius στάζει.... κηρὸς λυθέντων φ.

Aucto deinde periculo Achilles tandem permovetur, ut Patroclum suis indutum armis adversus irruentes hostes mittat. Appropinquante Patroclo Trojani nonnihil remittunt de pugna, eximiaque ejus virtute fugantur, ut est apud Aristophanem Ran. v. 1040, ubi poeta prædicat ἀρετὰς Πατρόκλων, Τεύκρων θυμολεόντων. A nuncio ista relata esse credibile est. Deinde ut magis extollat virtutem Patrocli, ipsum Hectorem ait haud aliter quam leonem hosti cessisse. Id refert Scholiastes Victorianus Iliad. XVI, 380, his verbis: Ἕκτωρ δὲ αὐτὸ μόνον ἐκαυχάσατο, οὐ μὴν ἐτέλεσεν· ἵπποι δὲ ῥέα τάφρον. [34] Αἰσχύλος δὲ Ἀχιλλέα (legendum Ἕκτορα) σὺν τῇ πανοπλίᾳ ὄπισθεν ὁρμήσαντα πηδῆσαι τὴν τάφρον μὴ δείξαντα τὰ νῶτα τοῖς ἐχθροῖς. Hector vero mox Patroclo resistens manum conserit. Cæditur Patroclus. Ad descriptionem cædis perobscurum fragmentum retulerim, quod ita scriptum est apud Hesychium: [35] Ἐγκουράδες, τὰ ἐν τῷ προσώπῳ στήματα καὶ οἱ ἐν ταῖς ὀροφαῖς γραφικοὶ πίνακες. Ἔστι γὰρ κουρὰς ἡ κορυφὴ (ὀροφὴ Struvius) καὶ ὁ γραπτὸς πίναξ, ἐγκουρὰς δὲ ὁ γεγραμμένος. Αἰσχύλος Μυρμιδόσιν. Et in glossa Κουράς: Παρὰ δὲ Αἰσχύλῳ ἐν Μυρμιδόσιν ἀμφιβάλλει ἐγκουράδι. Ἔστι δὲ ἐγκουρὰς ὀροφικὸς πίναξ. Quibus auditis Achilles gravissimo dolore perculsus statim in prœlium ruiturus ægre arma sua, quæ sunt in Hectoris potestate, desiderat Itaque eundi cupidus exclamat:

[36] Ὅπλων ὅπλων δεῖ,

32.
Decem rostris instructa navis Nestoris.

33.
Jam argutus equigallus

stillat, discretorum pigmentorum magnus labor.

36.
Armis armis opus est.

ut est apud Schol. ad Aristoph. Av. 1420. Neque enim convenit tragœdiæ, ut prodiens in vallum, ut apud Homerum est, hostes irruentes in fugam vertat. Deinde graviter deplorat occisum Patroclum gravissimoque mœrore abreptus etiam ea, quæ honestius silentio tegebantur, aperit. In ipsam rem delatus ἀταμιεύτῳ πάθει ea pronunciat, quæ servaverunt Plutarchus Moral. p. 751, C. et Athenæus XIII, p. 602, E, qui sic scribit: Αἰσχύλος καὶ Σοφοκλῆς ἀναφανδὸν ἔφασαν· ὁ μὲν Μυρμιδόσι·

[37] Σέβας δὲ μηρῶν ἄγνὸν οὐκ ἐπῃδέσω,
ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων.

Cum quibus comparanda sunt, quæ Plato scripsit in Symposio p. 180, A, et Ovidius Trist. II, 409, et Athen. p. 601, A.

Ad eadem lamenta Porsonus et Hermannus pertinere putant quæ sunt apud Lucianum Amor. c. 54, quæ adscripsimus quemadmodum sunt ab Hermanno correcta: Ἀλλ' ἦν καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσῖτις ἡδονή. Στένων γοῦν Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη·

[38] Μηρῶν τε τῶν σῶν εὐσέβησ' ὁμιλίαν
κλαίων.

Ad lamentantem consolandi causa venit Antilochus, qui Achillem virtutis admoneat et a muliebribus lamentationibus dehortetur ipsis diis irascentem:

[39] Ἀνδρῶν τάδ' ἐστὶν ἐναρέτων τε καὶ σοφῶν
ἐν τοῖς κακοῖσι μὴ τεθυμῶσθαι θεοῖς,

apud Plutarchum Moral. p. 116, F, quamquam Euripidi tribuit Stobæus Floril. CVIII, 43.

Achilles vero se negat obsequi admonitionibus velle:

[40] Καὶ μὴν φιλῶ γε κἀδέλυκτά μοι τάδε,

apud Suidam v. Ἀδέλυκτα et grammaticum Bekkeri Anecd. p. 321, 19. Utrobique legebatur φιλῶ γὰρ, ἀδέλυκτ' ἐμοὶ, quod eleganter correxit Bekkerus.

Antilochus vero quum postremo amici dolore non minus abripitur Patroclumque deflet, Achilles mitior jam factus se non minus esse deplorandum ait (apud Aristoph. Ecclesiaz. 392 et Schol.):

[41] Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
τὸν ζῶντα μᾶλλον· τἀμὰ γὰρ διοίχεται.

Sed τἀμὰ γὰρ διοίχεται nescio an Aristophanis verba sint, quod Scholiastes quoque significare videtur. Queritur quod spoliatus armis auxilium ferre non possit seque comparat aquilæ, quæ suis ipsius pennis interierit. Scholiastes Aristoph. in Avium v. 508 hos versus servavit:

[42] Ὡς δ' ἔστι μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος,
πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν
εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·
Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς
ἁλισκόμεθα·

Πεποίηκε γὰρ, addit Scholiasta, ὁ Αἰσχύλος ἀετὸν τρωννύμενον καὶ λέγοντα ταῦτα, ἐπειδὴ εἶδε τὸ βέλος ἐπτερωμένον καὶ ἐμπεπαρμένον αὐτῷ· Καὶ ἡμεῖς οὖν, φησὶν, οὐχ ὑπ' ἄλλων πάσχομεν ταῦτα, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν γνώμῃ. Verba, τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων.... πτεροῖς, in proverbium abierunt. V. Porson. ad Eurip. Med. 139, VIII.

Veri simile est autem, inquit Hermannus, in extrema fabula apparuisse Thetidem, quæ se arma a Vulcano fabricata allaturam promitteret.

Qui ab Scholiasta ex Myrmidonibus sumptus esse fertur versus apud Aristophanem Ranar. 1400,

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα,

nisi alia superessent testimonia, ipse Aristophanes docere poterat esse Euripidis.

NEREIDES.

Quid altera tragœdia argumenti continuerit,

37.
Decus femorum purum non es reveritus,
o ingratissime frequentibus basiis acceptis.

38.
Femorum tuorum consuetudinem reveritus sum lamentans.

39.
Virorum hoc est proborum et sapientum,
ut in malis non irati sint diis

40.
Atqui grata mihi sunt hæc et minime abominabilia.

41.
Antiloche, deplora me mortuo
vivum magis; (vita enim mea est deperdita.)

42.
Quemadmodum est Libysticarum fabularum nar- [ratio.
transfixam sagitta ab arcu aquilam
dixisse conspecto pennarum artificio:
Ita non ab aliis, sed nostris ipsorum pennis
capimur.

ipsa re indicatur. Venit Thetis cum Nereidibus arma allatura; armatur Achilles, in pugnam ruit, Hectorem interemptum circa mœnia ad currum religatum rapit, deinde vindicta expleta in tentorium redit suum. Reliqua valde dubia sunt neque quidquam constat de choro aut de personis tragœdiæ quod certo affirmari possit. Ac ne id quidem certo dici potest num tragœdia, quam Æschylus Nereidum nomine inscripsit, ad hanc trilogiam pertinuerit, an Armorum judicio, Ὅπλων κρίσει, ascribenda sit, an fortasse ad neutram referenda. Videntur tamen Nereides cum matre Achilli arma a Vulcano fabricata attulisse, et, si id fecerunt, chorum constituisse. Sequimur Hermannum, qui Achillem putat fabulam exorsum moræque impatientem vel inermem prodire voluisse, ut hostes adoriatur. Hoc indicatur versu Attii apud Nonium p. 233, 18 :

Ut nunc quum animatus iero, satis armatu' sum.

Posuit autem Attius ad similitudinem græcæ linguæ *animatum* pro *irato*. Retinet eum aliquis hæc dicens (ibid. p. 307, 9) :

Tamen haud fatiscar quin tuam implorem fidem.

Referri ad hanc deliberationem, ait Hermannus, hæc quoque possunt, ibid. p. 158, 2 :

Quod si procedit, neque te neque quemquam arbitror,
tuæ pœniturum laudis, quam ut serves vide.

Cohærebant, inquit, fortasse cum illis hi versus, ibid. p. 485, 15 :

Et contra quantum obfueris, si victus sies, considera, et quo revoces summam exerciti.

Tum p. 257, 5 :

Proin tu id cui fiat, non qui facias, compara.

Quo versu moneri videtur Achilles, ne nimium sua virtute confisus salutem posthabeat Græci exercitus, cogitetque se, si providus quam temere audax esse malit, quod legitur ib. p. 519, 8 ,

Probis probatum potius quam multis fore.

Sed perseverat Achilles in capto consilio, ibid. p. 2, 22 :

Mors amici subigit, quæ mî est senium multo acerrimum.

Hæc ita Hermannus, in quibus multa sunt, quæ poeta Romanus procul dubio suum secutus ingenium commentus est; nam facile intelligitur quantum ista a Græcæ tragœdiæ indole abhorreant. Sed adveniunt Nereides arma allaturæ (apud Schol. ad Eurip. Phœn. 209),

[43] Δελφινηρὸν πεδίον πόντου
διαμειψάμεναι.

Armis acceptis Achilles se comparat, ut vindictam sumat de Hectore, qui cæde Patrocli elatus Achilli ipsi, cujus arma ceperat, interitum se allaturum erat gloriatus. Ita autem chorus ea de re :

[44] Ἐναροκτάντας δὲ φόνος αὐχαῖς
ἔγκοτος ὑψοῦ
τέλος ἀθανάτων ἀπολείψει,
ἥξει τ' ἐχθρούς.

Sic emendavit Hermannus hæc Hesychii: Ἐναραφόρος, σκυλοφόρος. Ἐναροκτάντας δὲ φθογγ...κότος ὑψοῦ τέλος ἀθανάτων ἀπολέψει (sic codex : Musur. ἀπολείψει), Αἰσχύλος ἐν Νηρείσιν. Οἱ ὑπομνηματισταὶ παρὰ τὸ (Hom. Od. X, 412).

Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι· ἵνα ἢ ὁ νοῦς, ὁ δὲ ἐναροκτάντας θάνατόν μοι (codex μη) ἐπικαυχώμενος τὸ ἐκ τῶν θεῶν τέλος ὑψοῦ ἀπολείψει, τὰ τῶν ἀθανάτων ὕψη, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥξει. Eodem respicit Eustath. p. 437, 20 : Ἐκ τοῦ ἐναίρειν καὶ κτείνειν ἐναροκτάντας ὁ θάνατος.

Conseretur pugna (ap. Schol. Pind. ad Nem. VI, 85):

[45] Κάμακος δ' εἶσιν
γλώσσημα διπλοῦν.

Alii δίκρουν legunt. Codd. κάμακος εἶσιν κάμακος γλ. διπλάσιον. Armis indutus Achilles in bellum ruit ingentique strage edita Hectorem occidit. Quam stragem quum nuncius splendidissime exponeret, usus est verbo, quod Hesychius ex hac tragœdia accepisse videtur. [46] « Ἀθήρ », inquit, ἐπιδορατίς· μεταφορικῶς· Αἰσχ. Νηρεῖ, et grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 353, 15 : Ἀθήρ, ἀκμὴ τοῦ ἠκονημένου σιδήρου κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ ἀθέρος, ὅς ἐστι τοῦ ἀστάχυος. Λέγεται δὲ καὶ ἡ ἐπιδορατὶς ἀθήρ.

Nihil amplius Græcæ tragœdiæ servatum est,

43.

Delphinis repletum campum ponti transgressæ.

44.

Armis eripiendis interimens cædes gloriationibus irascens ex alto auxilium deorum derelinquet, et ad hostes veniet.

45.

Hastæque penetrabit
duplex cuspis

sed multa Attii fragmenta Hermannus huc retulit, quæ breviter ex illius emendationibus recensebimus. De certamine hæc apud Nonium p. 495, 21 :

Ab classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest
fulgentium armûm armatus ardorem obtui.

Deinde sequebatur Achillis descriptio (ap. Priscian. 11, 7, 39) :

Ut si lucifera lampade exurat Jovis
abietem;

in quo Attius secutus est Homerum, qui fulgorem scuti Achillei descripsit.

Postea proceres, ut secum pugnent, provocat apud Nonium p. 261, 16 :

Primores procerum provocarent nomina,
si esset quis, qui armis secum vellet cernere.

De fuga Trojanorum fortasse hæc dicta sunt :

Non perdolescit fligi socios, morte campos protegi.

De Hectoris et Achillis congressu hæc dici putat Hermannus, apud Nonium 93, 26 :

Incursio ita erat acris

et p. 101, 17 :

Martes armis duo congressos crederes.

Achilles fortasse ipse de se hæc prædicavit, ap. Nonium p. 192, 2 :

Scamandriam undam salso sanctam obtexi sanguine
atque acervos alta in amni corpore explevi hostico.

In mortuum Hectorem Achilles fortasse hæc dixit, ibid. p. 227, 30 :

Ubi nunc terricula tua sunt?

Reliqua vix cum ulla probabilitate constitui possunt.

PHRYGES SIVE HECTORIS REDEMPTIO.

Jam finitum est certamen, Hector occubuit cæsus manu Achillis, hostium opes fractæ sunt et deminutæ, vindicta sumpta est, dolor manet, qui fuit. Achilles non ignorat statim post interitum Hectoris mortem sibi instare, tamen sui oblitus totus est in mœrore cædemque deplorat carissimi socii, quem Hectoris virtute suaque pervicacia amisit. Nihil solatii ex ea re accipit, quod Hectorem circa Patrocli tumulum traxit, nihil quod ademptam Briseidem recepit, nihil quod Ilii expugnationem instare sciebat. Patroclus enim interiit. Per plures dies ne vox quidem ejus audita est. Silet gravissimo luctui indulgens. Advenit Mercurius, qui ei suadet, ut tandem aliquando ab ira desistat. Adventurum enim esse Priamum, qui magnis copiis Hectorem sit redempturus; fas esse rectumque senem comiter accipi.

Tragœdiæ Phryges vocata est, quia Phryges chorum constituebant, in quo tamen incertum est Priamine illi comites fuerint an captivi in tentorio Achillis, si Priamus, ut apud Homerum est, solus venit. Posterior Hermanni sententia est, prior Welckeri eaque proçul dubio verior, si quidem Aristophanes apud Athenæum I, p. 21, E, hæc dixit :

Τοὺς Φρύγας οἶδα θεωρῶν,
ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδ' ἦλθον τεθνεῶτα.

Initio tragœdiæ ad tacentem Achillem Mercurius introductus esse dicitur, ut est apud scriptorem Vitæ Æschyli : [46] Ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα. Eadem fere refert Scholiastes ad Aristophanis Ran. v. 941 et, qui locus valde corruptus est, Scholiastes ad Æschyli Prom. 435. Sedebat autem Achilles capite obvoluto præ dolore ob interemptum amicum. Adfuit Mercurius, ut Achillem de sævitia animi dehortaretur.

Deinde quum advenisset Priamus filium redempturus, Achilles eum nihil curavit, iræ semper indulgens neque quidquam roganti regi filiumque mortuum reposcenti respondit. Ex Priami oratione fortasse sumpta sunt, quæ Stobæus servavit Flor. CXXV, 7 :

[47] Καὶ τοὺς θανόντας εἰ θέλεις εὐεργετεῖν
εἶτ' οὖν κακουργεῖν ἀμφιδεξίως ἔχει
τῷ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι φθιτούς.
Ἡμῶν γε μέντοι νέμεσίς ἐσθ' ὑπερτέρα,
καὶ τοῦ θανόντος ἡ δίκη πράσσει κότον.

Dicit Priamus nullam mortuo injuriam infligi posse; vivorum esse non negligere defunctum, atque adeo se velle eum redimere et fas esse se

46.

In Redemptione Hectoris Achilles obvolutus nihil loquitur, nisi pauca quædam initio in diverbiis cum Mercurio.

47.

Et mortuos sive vis beneficio afficere
sive etiam injuria perinde est,
quum neque gaudeant neque doleant defuncti.
Verum apud nos verecundia pluris facienda est,
et justitia vindictam mortui exigit.

impetrare, quæ optet. (V. 2 codices ὁ γοῦν κακ., v. 3 καὶ μήτε... βροτούς.) Deinde quo facilius Achillem in suam voluntatem perducat, non inanem se venisse ait (apud Pollucem VII, 131):

[48] Ἀλλὰ ναυβάτην
φορτηγὸν ὅστις ῥῶπον ἐξάγει χθονός.

Quæ quum inania esse sentiat, Achillem admonet, ne nimium fidat fortunæ. Etiam illi, quamquam fortissimus sit, simile quid instare posse. Liceat id in exemplo Hectoris intueri, qui pulcherrimus fuerit (apud Athen. II, p. 51, C):

[49] Ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.

Eustathius enim πέπων explicat ὥριμος, i. e. cum pulchritudine maturus (p. 211, 16. Conf. Photium p. 275,19, Polluc. VI, 46). Et quamquam ille adeo maturus vir erat tempestiva pulchritudine, tamen interiit et vita ei erepta est.

Quibus quum nihil respondisset Achilles semperque tacens sedisset ita, ut fecit antea, Priamus jam vehementius instans ferociam illius reprehendit (ap. Stobæum Flor. IV, 15):

[50] Οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν·
σφαλεῖς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

Et deinde (ibid. 19):

[51] Τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν
εἰς πημονὰς καθῆκε πολλὰ δὴ βροτούς.

Utrumque fragmentum Hermannus primus tragœdiæ vindicavit; et aperte in codicibus turbata est illa pars Stobæani tituli.

Deinde ut misericordiam Achilles moveat, et alios multos dolore affectos et orbatam esse Andromacham interitu Hectoris (apud Schol. ad init. Eurip. Andromachæ) ait·

[52] Ἀνδραίμονος γένεθλον ** Λυρνησίου,
ὅθεν περ Ἕκτωρ ἄλοχον ἤγαγεν φίλην.

Sed ne sic quidem commovetur Achillis. Post ad suam rediens senectutem, omnem vitæ curam præteriisse ait, id quod est apud Hesychium

[53] Διαπεφρούρηται βίος,

οἷον ἡ διὰ τοῦ βίου φρουρὰ συντετέλεσται· ἢ διελήλυθεν ὁ χρόνος. Postremo patrem Achillis commemorat sui similem et fortasse aliquando pari modo ad hostes venturum, ut occisi filii corpus redimat. Tum vero mollior factus recordatione patris Achilles tandem permovetur, ut reddat auri æquo pondere repensum Hectorem patri. Ita enim Scholiasta Venetus ad Iliad. X, 351: [54] « Ὁ δὲ Αἰσχύλος ἐπ' ἀληθείας ἀνθιστάμενον χρυσὸν πεποίηκε πρὸς τὸ Ἕκτορος σῶμα ἐν Φρυξίν. Et huc referenda glossa Hesychii: [55] « Ἄροτον » τὸν ὁλκὸν τοῦ Ἕκτορος, ἢ τὸ ἀντίσταθμον. Αἰσχ. Φρ.

Quum Hector aufertur, ut sepeliatur et justa ei reddantur, a patre defletur tanquam qui diu fuerit [56] « ἀδίοπος » (Hesych., Suid., Bekk. An. p. 344, 8, Eustath. p. 203, 11), i. e. qui neglectus jacuerit, cui justa (ut ait Hesychius), [57] « ἀγαστὰ » i. e. ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο, οἷον ἀρεστὰ, non contigerint. Deinde recordatus temporis, quo Hector inter vivos fuerit, inter alia etiam ait, quam dulces sibi fuerint illius consuetudines, [58] « ἐπιστροφαί, i. e. διατριβαὶ, δίαιται, ut est apud Hesychium et Favorinum. Finitur tragœdia chori carmine, in quo quum commemoratæ sint [59] « τιτῆναι, » βασιλίδες, apud Hesychium, non constat utrum reginæ indicentur, quæ Trojæ fuerint, an invocentur reginæ apud inferos, ut animam Hectoris benevolæ recipiant.

Fortasse ad hanc tragœdiam pertinent etiam verba, quæ exstant apud Ciceronem Quæst. Tusc. I, 44, 105:

Immo enim vero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli.

Non igitur, inquit Cicero, Hectora traxisti, sed corpus quod fuerat Hectoris.

In hac fabula, vel in Nereidibus, ponendus versus a Cramero editus, Epimer. Hom. in An. vol. I, p. 119:

[60] Πᾶσα γὰρ Τροία δέδουπεν Ἕκτορος τύχης δίαι.

Sic Welckerus. Codex δέδορκεν. De Phrygum nomine observant Scholiastæ Homeri Iliad. B, 862 (et Eustath. p. 364,42): [61] Οἱ νεώτεροι τὴν Τροίαν καὶ Φρυγίαν τὴν αὐτὴν λέγουσιν, ὁ δὲ Ὅμηρος οὐχ οὕτως· Αἰσχύλος δὲ συνέχεεν.

48.
Sed nautam
merces vehentem, qui onus ex terra evehit.

49.
Vir ille fuit moris maturior.

50.
Non decet nimis acres mores habere;
bene enim quisquam, quum lapsus est, bene sibi consuluisse videtur.

51.
Hæc animi acrimonia et præcipitatio
in mala sæpe profecto mortales detrusit.

52.
Andræmonis sobolem... Lyrnesii,
unde Hector caram suam conjugem duxit.

60.
Universa Troja concidit per fortunam Hectoris.

PROMETHEI.

Duplex virorum doctorum sententia est de tragœdiis, quas Æschylus Promethei nomine inscripsit. Welckerus, qui primus quæstionem movit, tres fabulas : Prometheum Igniferum, Vinctum et Solutum una trilogia conjunxit unaque doctas esse docuit. Hermannus nullam causam esse affirmavit, cur conjungerentur, quum etiam incertum esse diceret, exstiterintne hæ tres *tragœdiæ*. Prometheumque πυρφόρον ab πυρκαιεῖ differre negavit fabulamque Satyricam fuisse aiebat. Postea vero mutavit, ut videtur, sententiam, et quum Welckeri rationibus in hac re concederet, tamen trilogiam fuisse pernegavit multasque causas esse dixit, cur una trilogiæ continuitate hæ tragœdiæ conjungi non possent.

Æschylus igitur, id quod vix negari potest, quatuor fabulas Promethei nomine inscriptas composuit, primam Προμηθέα πυρφόρον, alteram δεσμώτην, tertiam λυόμενον, quartam πυρκαέα. Postrema dubitari non potest quin ad trilogiam referri nequeat. Conjuncta enim fuit cum illa trilogia, qua Æschylus Persas docuit, id quod ex argumento hujus tragœdiæ cognoscitur. Itaque tres priores fabulæ restant, quæ videndum est an una continuitate conjungendæ sint.

Ac Welckerus quidem docuit consilium poetæ fuisse, ut omnia igne orta ostenderet, Prometheique nomine contineri primitivam humani generis sapientiam, qua monstretur artes ignis ope inter mortales esse disseminatas; Prometheum dici intelligentiam primitus generi humano insitam, quæ rebus creatis harumque legibus necessariis opponatur, animum in mundo diffusum, qui et beneficiis maximis genus humanum afficit, et contrariarum inter se virium certamini implicat. Hanc doctrinam putat tribus fabulis expositam, prima qua poeta doceret vim animi liberam, naturæ victricem; altera, animum, qui nimis exsultaverat, contrariis obrutum; tertia, quomodo utrumque, quod repugnare sibi videretur, conjungeretur et compensaretur, ut quid genus humanum vere possit debeatque esse et præstare, inde intelligeretur.

Contra hæc Hermannus primum negavit πυρκαέα differre a πυρφόρῳ. Contrariam sententiam, inquit, qui defendunt, iudici fabularum Æschyli non multum tribuendum esse monent; nominum autem significationes differre volunt, ut πυρφόρος sit, qui fraude mala gentibus intulerit ignem ætheria domo subductum, πυρκαεύς autem, qui accenderit. His argumentis Hermannus non multum profici ait, neque isti iudici, ut non temere fidendum sit, ita fidem temere denegandam non esse; qui autem accendat ignem, eundem etiam inferre ignem in vitam usumque hominum. Provocant Hermanni adversarii ad Scholiastam ad Æschyli Prometheum Vinct. v. 510, ubi hæc sunt: Ἐν γὰρ τῷ ἑξῆς δράματι λύεται, ὅπερ ἐμφαίνει Αἰσχύλος. Ex his verbis concluserunt veri simile videri totam trilogiam in eodem argumento esse versatam. Sed si quid est verisimile, non etiam consequitur id ita fuisse, nisi aliæ rationes accedunt. Sed aliud etiam affertur. Aiunt Æschylum fuisse philosophum, qui quum profundam illam sapientiam, quam supra exposui, in Promethei fabula explicare voluerit, non potuerit in parte argumenti consistere, sed esse necessarium, ut totum comprehenderet. « Sed poeta scenicus, inquit, non docere vult, sed placere populo, aut si docere, non docere per ænigmata abstrusæ cujusdam sapientiæ, sed per viva constantiæ, fortitudinis, animi magnitudinis exempla. Porro putarunt Jovis sævitiam, quam in Prometheum exercet, excusandam (v. 266 Prom. Vincti) et in sequenti tragœdia divinam justitiam Jove reconciliato restituendam fuisse. » Hæc vero Hermannus aliena a consilio poetæ judicat.

Præterea, si, cui rei multum tribuendum censuerunt, inter personas Promethei Vincti Tellus et Hercules memorantur in antiquioribus exemplis, illa nomina ex antiquo codice Hermannus derivata non putat; fluxisse illa existimat ex aliqua argumenti enarratione, in qua præter personas, quæ in scenam prodirent, etiam illæ fuerint nominatæ, quas poeta non introduxisset quidem, sed nominasset tamen ut cum fatis Promethei conjunctas. Tantum abest igitur, Hermannus ait, ut demonstratum sit tres Prometheos una fuisse trilogia conjunctos, ut id vel maxime dubium manere videatur. Neque Prometheidem ab antiquis scriptoribus commemorari ait. Quod si casu factum sit, tamen necesse fuisse illam Prometheidem exstitisse.

Accedit, inquit, aliud. Quod Hyginus scripsit Poet. Astron. II, 15, p. 456 : *Prometheum autem in monte Scythiæ nomine Caucaso ferrea catena vinxit, quem alligatum ad triginta millia annorum Æschylus tragœdiarum scriptor ait*, id ad Prometheum Igniferum pertinere Scholiastes ad Vincti v. 34 monstrat: Ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν. Hæc, si Ignifer pars trilogiæ fuit, aperte repugnant iis, quæ in Vincto dicit Prometheus tertia decima hominum generatione se solutum e vinculis iri, qui sunt anni circiter quadringenti. Ceterum Caucasi mentionem non urgebo, quia ex Hygini verbis non certo

colligi potest, nominatum eum montem in Igni-fero Prometheo esse. Hæc Hermannus, ad quæ addi potest, Prometheum, si in Ignifero vinctus fuit, in sequenti fabula vinciri necesse non fuisse.

Sed audiamus porro Hermannum. At ne Solutum quidem, inquit, Prometheum ut una cum Vincto in scenam productum credamus, eas habemus rationes, quæ dubitatione vacuæ sint. Hæc ille. Ac si sunt quædam in Prometheo Vincto reperta, quæ aliquam tragœdiarum conjunctionem indicent, tamen non sunt ejusmodi ut ista alio modo dici non potuerint, vel etiam necessario requirantur, ut quæ ad argumenti expositionem pertineant atque a Græcis desiderentur. Liberationis Promethei mentio facienda erat, ne Io inutilis esset persona, quoniam ex hujus posteris is erat oriturus, qui Prometheum ab ærumnis liberaret; Jovis conjugium omitti non potuit, ut spectatores justum fabulæ finem esse scirent, etiamsi id a poeta non esset expositum. Et quod ait Scholiastes Vincti ad v. 510 : Ἐν γὰρ τῷ λῦσις δράματι λύεται· ὅπερ ἐμφαίνει Αἰσχύλος, id non constat, utrum ad sequentem trilogiæ fabulam pertineat, an ad tragœdiam, quæ in codice Prometheum Vinctum excipiebat. Et potuit hoc dicere Scholiastes, si conjunctas videbat fabulas; at ex eo non consequitur trilogia conjunctas eas fuisse. Accedit, quod maxima scripturæ diversitas in codicibus illo loco reperitur aliis verba omittentibus, aliis varie scripta referentibus.

Præterea ex fragmentis colligitur tantam fuisse duarum fabularum similitudinem, ut si una doctæ fuerint tragœdiæ, tædium non movere non potuerint. Deinde tempus, cui Vinctum poeta assignavit, ab illo, quo liberatus fuit, nimium distat, ut spectatores eo minus potuerint decipi, quod tempus, quo Prometheus liberandus fuerit, inter præcipuas res pertinuerit. Verum huic argumento non adeo multum tribuerim, quia ignoramus, quo id artificio tegi potuerit.

Sed locus etiam in dubitationem vocandus est. In altera enim tragœdia Prometheum poeta ad Caucasum alligatum fingit; in Vincto autem nusquam dicitur Caucasus, quo Prometheus alligatus sit, sed etiam locum illum a Caucaso procul esse indicat v. 1 et 301 et 422 et 718. Sed jam singulas videamus tragœdias.

PROMETHEUS IGNIFER.

Prometheus ortu prior genere humano ideoque major hominibus, ex sententia Græcorum illis temporibus, quibus, quæ postea in vitam usumque mortalium introducta sint, oriebantur, adscribendus fuit. Ea de re antiqui Titanum fabulam commenti sunt, qua rerum origo indicatur.

Titanum genus pervicax pater quum esset exsecratus, Jupiter is est, qui Cœli exsecrationem exsequitur. Calamitate imminente Prometheus, Themidis præsagæ filius, Titanes monet, ut perniciem caveant. Hi qua erant animi contumacia non audiunt neque sapientibus illius consiliis obtemperant. Quibus quum Prometheus meliora persuadere nequeat, ad Jovem se confert, ut hunc re et consilio adjuvet. Pugna deinde commissa Titanes victi in Tartarum dejiciuntur. Neque vero contentus est Jupiter hac victoria, sed homines etiam vult perdere. Prometheus autem misericordia generis humani commotus et jam timens iram Jovis, mortales se servaturum decernit. Neque bonus successus in eo, quod aggressus est, ei defuit. At miseri sunt homines, inopes, sine viribus, sine instrumentis vitæ et industriæ, sine artibus, sine virtutibus, morbis multisque malis obnoxii. Quibus ut melior sors fortunatiorque vita contingeret, Prometheus ætheria domo surreptum ferulaque inclusum ignem mortalibus divisit. Inde orta magna beneficia hominibus; at irascitur Jupiter hujus muneris causa Prometheo cupitque delere quæ ab hoc humano generi contigerunt, ipsumque auctorem ulcisci. Neque impunitum hujus facinus mansit.

Hæc videntur in Prometheo Ignifero exposita esse. Scena, ut videtur, Lemnos fuit, ubi erat mons ignivomus Mosychlos, unde, ut ait Attius, « ignis cluet immortalibu' divis olim doctu' Prometheus clepisse dolo pœnasque Jovi fato expendisse supremo. » Hic Vulcani caminum fuisse veteres crediderunt hujusque ministros, Cabiros, Jovi fulmina fabricatos esse. Apud hos Prometheus usum ignis varium magnamque vim cognovit. Qui chorum constituerint, non constat. Putant tamen Cabiros fuisse. Welckerus ignis furtum in scena commissum esse putat, id quod probabile esse non videtur.

Ignis usum primus expertus est Prometheus, qui ejus ope primum finxit artificium. Ita Pandora orta est (apud Proclum ad Hesiod. v. 176, p. 46),

[62] Τοῦ πηλοπλάστου σπέρματος θνητὴ γυνή.

Deinde orto genere humano Prometheus docens

62.
Mortalis ex luti semine facta mulier.

mortales, quomodo illi accepto igne commode uterentur, et quam in vita agenda rationem recte sequerentur, unicuique exponit consilia, quæ optima sint, quid quisque agere debeat (apud Gellium XIII, 18):

[63] Σιγῶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια.

Non plura servata sunt.

PROMETHEUS VINCTUS.

Quamquam Prometheus Vinctus exstare integer videtur, tamen et sunt quædam, quæ ex illa citantur tragœdia neque hodie in ea reperiuntur, et si diligenter attendas, etiam loca quædam deprehendas, in quibus nonnihil desideratur. Id magis confirmatur similitudine versuum, qui ex Soluto citantur, ut in tanta utriusque tragœdiæ similitudine, ex Vincto excidisse jure divinaveris. Sunt autem hi apud Galenum in Comm. prim. ad Hippocr. Epid. VI, p. 454 (385):

[64] Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
δυσχειμέρῳ πέμφιγι συστρέψας ἄφνω.

Deinde versus exstat apud Scholiastam Aristidis a Frommelio editum (p. 191), ubi hæc: Τὸ δειλίας ἐξ Αἴαντος τοῦ μαστιγοφόρου Σοφοκλέους, τὸ δὲ σιωπῆς ἐκ Σιμωνίδου· καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ·

[65] Πολλοῖς γάρ ἐστι κέρδος ἡ σιγὴ βροτοῖς.

Versus denique est apud Priscianum Attii, qui quum Prometheum Vinctum, non Solutum latine verterit, ex illo sumptus esse creditur (ap. Prisc. XI, p. 685 et Nonium p. 208):

Tum profusus flamine hiberno gelus.

Vix enim credi potest (verba sunt Hermanni) hoc Attium posuisse pro verbis parum similibus, quæ apud Æschylum sunt v. 17 aut 992.

PROMETHEUS SOLUTUS.

Prometheum poeta in scenam denuo produxit, at non illum superbiæ contumaciæque plenum deorum contemptorem Jovisque imperio adversantem suaque immortalitate fretum, quem Prometheo Vincto expressit. Illa animi elatio jam flexa est infinito tempore, quo intolerabiles ærumnas toleravit, aquilam Jovis quotidie jecore suo et sanguine aluit, novosque in dies dolores suscepit Caucaso affixus. Jam vero instat tempus, quo relevationem malorum adepturus est; pristina præteriit contumacia, vires fractæ sunt obstinaciæ, quietem desiderat. Appropinquat heros, qui morte pro Prometheo subeunda finem malorum ex fato affert.

Desideranti ærumnarum finem Prometheo adsunt Titanes, qui magna terrarum parte peragrata ad Caucasum perveniunt, ut cruciatum vincti et aquilæ morsibus laniati fratris videant eumque consolentur. Tragœdiæ, ut videtur, initium fecerunt, ut est apud Arrianum in Periplo Ponti Eux. p. 19: Καίτοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. Λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα, ὅτι

[66] Ἥκομεν
τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐσοψόμενοι·

ἔπειτα καταλέγουσιν, ὅσην χώραν ἐπῆλθον·

Τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.

Tum Titanes explicantes, quantos terrarum tractus peragrarint, ea videntur addidisse, quæ Strabo servavit I, p. 33: Οὕτω τὰ μεσημβρινὰ πάντα Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι τὰ πρὸς Ὠκεανῷ. Μαρτυρεῖ τὰ τοιαῦτα· ὅ τε γὰρ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ φησὶν οὕτω·

63.

Tacens, ubi opus est, et dicens quæ tempestiva [sunt.

64.

Recta hac via incede; et primum quidem
ad Boreæ flatus pervenies, ubi cave,
ne tumultus deruens te abripiat
tempestuoso turbine subito te convertens.

65.

Multis enim mortalibus silentium lucrum affert.

66.

Venimus
has tuas ærumnas, Prometheu,
vinculorumque hanc calamitatem visuri.

Et deinde:

Huc ad duplicem Europæ
et Asiæ magnum terminum, Phasin.

[67] Φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς ἱερὸν
γεῦμα θαλάσσης
χαλκοκέραυνόν τε παρ' Ὠκεανῷ
λίμναν παντοτρόφον Αἰθιόπων,
ἵν' ὁ παντόπτας Ἥλιος ἀεὶ
χρῶτ' ἀθάνατον καματόν θ' ἵππων
θερμαῖς ὕδατος
μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

De Æthiopibus, inquit Hermannus, nescio an plura dixerint Titanes. Exstat certe quod ad eos spectet, anapæsticum fragmentum sine fabulæ nomine apud Scholiastam Apollonii Rhod. ad IV, 1348 : Στέρφος δέ ἐστι τὸ δέρμα, ὅθεν καὶ τὸ στερφῶσαι. Ἴβυκος δὲ στερφωτῆρα στρατὸν εἴρηκε τὸν ἔχοντα δέρματα· διὸ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἀξιοῦσι γράφειν·

[68] Μελανοστέρφων γένος,

ἀλλ' οὐ μελανοστέρνων· οὐ γὰρ μόνον τὰ στέρνα μέλανα ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸ σῶμα.

Finito chori carmine Prometheus versus respondisse videtur, qui sunt apud Ciceronem Q. Tusc. II, 10, 13 : Veniat Æschylus non poeta solum, sed etiam Pythagoreus. Quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium ? *unde igni' cluet mortalibu' clam*
Divisus : eum dictu' Prometheus Clepisse dolo, pœnasque Jovi Fato expendisse supremo. Has igitur pœnas pendens affixus ad Caucasum, hæc dicit :

[69] Titanum soboles, socia nostri sanguinis
generata cœlo, adspicite religatum asperis
vinctumque saxis ; navem ut horrisono freto
noctem paventes timidi adnectunt navitæ.
Saturnius me sic infixit Jupiter,
Jovisque numen Mulcibri adscivit manus.
Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
perrupit artus : qua miser sollertia
transverberatus castrum hoc furiarum incolo.
Jam tertio me quoque funesto die
tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus,
Jovis satelles pastu dilaniat fero.
Tum jecore opima facta et satiata affatim
clangorem fundit vastum et sublime advolans
pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
Quum vero ad esum inflatu renovatum est [jecur,
tum rursum tetros avida se ad pastus refert.
Sic hunc custodem mœsti cruciatus alo,
qui me perenni vivom fœdat miseria.
Namque ut videtis, vinclis constrictus Jovis,
arcere nequeo diram volucrem a pectore.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
amore mortis terminum anquirens mali.
Sed longe a leto numine aspellor Jovis.
Neque hæc vetusta seclis glomerata horridis
luctifica clades nostro infixa est corpori,
e quo liquatæ solis ardore excidunt
guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucasi.

Hermannus fortasse ad v. 11 pertinere ait, quæ Hesychius servavit : [70] « Εἰσαφάσματα », εἰσπτήματα· ἀπὸ τοῦ εἰσαφιέναι· ἢ σπαράγματα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ λυομένῳ.

Maximam partem tragœdiæ procul dubio tenebat Hercules, qui Prometheum liberaturus erat. Qui quum orbe terrarum peragrato ad Caucasum pervenisset affixumque ibi ad rupem Prometheum conspexisset dilaniatum quotidie ab aquila Jovis, avem occidere conatus est. Quod antequam transegit, Prometheus multa ei de beneficiis suis, quæ in genus humanum contulerit, multa etiam de erroribus et laboribus, qui Herculi erant exantlandi, exposuisse videtur. Ita etiam in hac re tragœdia Prometheo Vincto valde similis fuit, in qua tragœdia multa sunt de suis beneficiis et de Jovis erroribus. Huc pertinere videntur duo versus, quos Plutarchus De fortuna p. 98, C, non nominato tragœdiæ nomine servavit. Scripta autem sunt hæc : Οὐκ ἀπὸ τύχης οὐδ' αὐτομάτως περίεσμεν αὐτῶν καὶ κρατοῦμεν, ἀλλ' ὁ Προμηθεὺς, τουτέστιν ὁ λογισμὸς, αἴτιος·

[71] Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα καὶ ταύρων γονὰς
δοὺς ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα,

κατ' Αἰσχύλον.

Libri ἀντίδωρα, sed ἀντίδουλα ubi iidem versus repetuntur, De sollert. anim. p. 964, F. Postremo loco editur ἀνδέκτορα, sed libri meliores ἐνδέκτορα, i. e. ἐκδέκσορα, quod confirmat Porphyr. De abstin. III, 18, p. 258.

67.

Purpureo littore inclusum Rubri sacrum flumen maris
æreoque fulmine percussam apud Oceanum paludem almam Æthiopum,
ubi ille, qui omnia videt, Sol post quemvis cursum
corpus immortale fessosque equos in tepidis aquæ suavis profluviis quieti tradit.

68.

Genus nigripellium.

71.

Equorum asinorumque vehicula et taurorum genus dans ministeriorum vicarium et laborum susceptorem.

Exposuit deinde Prometheus labores, quos Hercules toleraturus esset. Eo pertinent versus, qui exstant apud Stephanum Byz. v. Ἄβιοι : Αἰσχύλος δὲ Γαβίους διὰ τοῦ γ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ·

[72] Ἔπειτα δ' ἥξεις δῆμον ἐνδικώτατον
[θνητῶν] ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον,
Γαβίους· ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
τέμνει δίκελλ' ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

V. 1 codd. ἥξει. Γαβίους ex Æschylo memorant Scholiasta Homeri Iliad. N, 6, et Eustath. p. 916, 24. Fortasse hæc excepit fragmentum quod Scholiastes Apollonii Rhodii servavit ad IV, 284 : [73] Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρῶν· οὕτω δὲ εἶπεν ἀκολουθῶν τῷ Αἰσχύλῳ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τοῦτο. Cum quibus Hermannus etiam conjunxit, quæ apud Strabonem leguntur VII, p. 300 : Καὶ Αἰσχύλος δ' ἐμφαίνει συνηγορῶν τῷ ποιητῇ φήσας περὶ τῶν Σκυθῶν,

[74] Ἀλλ' ἱππάκης βρωτῆρες εὔνομοι Σκύθαι.

Quum Septemtrionem versus profecturus esset Hercules, etiam illa loca Prometheus ei descripsisse et quæ ei essent evitanda pericula prædixisse videatur : id quod Galenus habet in Comment. prim. ad Hipp. Epid. VI, p. 454 (385) :

[75] Ἐξευλαβοῦ δὲ μή σε προσβάλῃ στόμα
πέμφιξ· πικρὰ γὰρ κοὐ διὰ ζωῆς ἀτμοί.

Alii cum his versus eodem loco a Galeno commemoratos, quos supra inter fragmenta Vincti Promethei posuimus, conjunxerunt.

Ex his locis reversus pugna cum Liguribus Herculi erat subeunda, ut ad Hesperidas perveniret. Qua de re hæc habet Strabo IV, p. 183 (277, B) : Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθὼν ἢ παρ' ἄλλου παραλαβὼν εἰς μῦθον ἐξετόπισε· φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας·

[76] Ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατόν·
ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὤν,
μέμψει· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν
ἐνταῦθ'· ἐλέσθαι δ' οὔτιν' ἐκ γαίας λίθον
ἔξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.
Ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ,
νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι γογγύλων πέτρων
ὑπόσκιον θήσει χθόν'· οἷς ἔπειτα σὺ
βαλὼν διώσεις ῥᾳδίως Λίγυν στρατόν.

Versus 1-3 attulit etiam Dionysius Hal. Ant. Rom. I, 41, ubi εὖ οἶδα. V. 7 libri στρογγύλων, quod correxit Porsonus. De eadem pugna Hyginus Poet. Astron. II, 6 hæc narrat : « Æschylus autem in fabula, quæ inscribitur Προμηθεὺς λυόμενος, Herculem ait esse non cum dracone, sed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim quo tempore Hercules a Geryone boves abduxerit, iter fecisse per Ligurum fines : quos conatos ab eo pecus abducere, manus contulisse et complures eorum sagittis confixisse : sed postquam Herculem tela deficerent, multitudine barbarorum et inopia armorum defessum se ingeniculasse, multis jam vulneribus acceptis. Jovem autem misertum filii curasse, ut circa eum magna lapidum copia esset : quibus se Herculem defendisse et hostes fugasse. Itaque Jovem similitudinem pugnantis inter sidera constituisse. » Conf. Theon. ad Arat. Phæn. 75.

Hermannus, qui ignorari ait, edoctusne sit a Prometheo Hercules, quomodo Hesperidum pomis ope Atlantis potiretur, verisimile tamen esse putat commemoratos esse fabulosos illos [77] « κυνοκεφάλους et στερνοφθάλμους et μονομμάτους », quos Strabo I, p. 43 et VII, p. 299 Apollodoro auctore ab Æschylo dictos referat. Verum hos ad Perseidem pertinuisse judicavimus.

72.

Deinde vero pervenies ad populum justissimum omnium mortalium et maxime hospitalem, Gabios, ubi nec aratrum nec terram discindens rastrum agrum dimovet, sed sua sponte sata arva largam victus copiam mortalibus afferunt.

73.

Ister descendit ex Hyperboreis et Rhipæis montibus.

74.

At casei equini esores, justa gens, Scythæ.

75.

Cave, ne os tuum attingat exhalatio; acerba est neque vitales vapores.

76.

Venies ad Ligurum intrepidum exercitum, ubi pugnam, quamvis bellicosus sis, id satis novi, non culpabis; decretum enim est hic te tela [derelictura; nullum vero lapidem de terra capere poteris, quoniam tota regio mollis est. [bitur, Cernens vero te Jupiter oppressum inopia miseranubemque subtendens imbre rotundorum lapidum obscuram reddet terram; quibus postea pugna contendens facile superabis Ligurum exercitum.

Finita narratione aquila perinde atque Mercurius in Prometheo Vincto advenisse videtur, ut jecur Promethei denuo exederet (cf. Apollod. II, 5, 11). Quam quum adspexit Hercules, Apollinem arcitenentem invocasse videtur, ut sagittas dirigeret avemque, quam peteret, transfigeret. Hæc ita Plutarchus in Amatorio p. 757, D, E, retulit: Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕτερον θεὸν παρακαλεῖ μέλλων ἐπὶ τὸν ὄρνιν αἴρεσθαι τὸ τόξον, ὡς Αἰσχύλος φησίν·

[78] Ἀγρεὺς δ' Ἀπόλλων ὀρθὸν ἰθύνοι βέλος.

Aquila interempta Prometheus vinculis liberatus est. Cujus procul dubio verba sunt apud Plutarchum in Vitæ Pompeii initio, quibus Herculem allorutus est. Sunt autem hæc apud Plutarchum: Πρὸς δὲ Πομπήιον ἔοικε τοῦτο παθεῖν ὁ Ῥωμαίων δῆμος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς πρὸς τὸν Ἡρακλέα σωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ λέγων,

[79] Ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον.

Incertum esse putat Hermannus fuerintne quæ Apollodorus II, 5, 11, § 12 refert, omnia ab Æschylo commemorata: Καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν ἤπειρον τὴν ἀντικρὺ κατετόξευσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου τὸν ἐσθίοντα τὸ τοῦ Προμηθέως ἦπαρ ἀετὸν, ὄντα Ἐχίδνης καὶ Τυφῶνος· καὶ τὸν Προμηθέα διέλυσε δεσμὸν δύσας τὸν τῆς ἐλαίας καὶ παρέσχε τῷ Διὶ Χείρωνα ἀθάνατον ὄντα θνήσκειν ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα. Ita Chiron mortem oppetiit, ut Prometheus liberari posset; corona autem remansit Prometheo, quod signum erat vinculorum. Ita enim Athenæus XV, p. 672, D: [80] « Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ στεφῶς φησὶν ὅτι ἐπὶ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ· « ἀντίποινα » τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ, καίτοι ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἶπεν·

Τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος, ἀρχαῖον στέφος,
δεσμῶν ἄριστος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Multi λόγον reposuerunt, quam correctionem Schweighæuserus, Jacobsius, Hermannus reprobarunt.

Fortasse ad Herculis laudem pertinent, quæ sunt apud Eustathium p. 600, 43: [81] Σχίσματα τάς τινα καὶ οἱ θύσανοι, ὅθεν « ἀρειθύσανοι » κατὰ Πτολεμαίαν Ἄρεος θύσανοι, οἷον ἀποσχίσματα, παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ. (Adde Hesych. v. Ἀρθύσανοι.) Hercules enim dicitur fimbria Ægidis vel Martis appendix, i. e. vir fortissimus.

Denique [82] « χερσὰ », τὰ μὴ γεωργούμενα, Antiatticistæ Bekkeri p. 116, 7, fortasse loca deserta sunt, quæ Hercules peragravit.

Quomodo tragœdia finita sit, incertius est quam ut quidquam ea de re dici possit. Neque vero est incredibile aliquid esse dictum in laudem Chironis, qui fatum pro Prometheo subiit. Deinde similitudinem Vincti secutus insigni aliquo casu Chironem ad inferos haud aliter descendisse puto atque omnium rerum perturbatione Prometheum in altera tragœdia ablatum Æschylus exhibuit.

DE PERSIS.

Constat ex argumento tragœdiæ, quæ Persæ inscribitur, huic fabulæ tres alias fabulas olim adjunctas fuisse, quas in unius tetralogiæ corpus redactas Æschylus Olymp. 76, 4 docuit. Hæ tragœdiæ fuerunt *Phineus*, *Persæ*, *Glaucus Potniensis* cum *Prometheo* πυρκαεῖ, fabula satyrica. De Glauco controversia orta est inter Hermannum et Welckerum, quorum alter Potniensem, alter Marinum cum Persis conjunctum fuisse credidit. Nec dubitari potest, quin aliis quoque locis utriusque nomina confusa sint. Verum in illo argumento, quod dixi, nihil est causæ, cur confusionem nominum factam esse suspicemur, præsertim quum fragmenta sint ejusmodi, ut alterius tragœdiæ reliquiæ optime cum Persis conveniant, alterius quæ supersunt nihil habeant similitudinis. Itaque Glaucum Potniensem intelligendum esse censemus. At ne de Prometheo quidem viri docti, quos dixi, consentiunt. Hermannus enim hunc πυρκαέα ab Ignifero diversum fuisse negavit. Sed vide Prometheos, ubi satis dictum est de hac controversia.

Gravior res est, ut inquiratur continuumne et unum tres fabulæ argumentum explicaverint, an quæque tragœdia totam aliquam rem a ceterisque diversam continuerit. Hermannus, qui olim contra Welckerum hac ipsa tetralogia usus erat, ut nullam continuitatem quatuor fabularum fuisse contra Welckerum ostenderet, postea ut videtur ab hac recessit sententia, neque hodie quisquam facile dubitarit, quin aliqua saltem

78.
Venator Apollo recta telum dirigat.

79.
Invisi patris hic mihi est carissimus filius.

80.
Corollas imponimus capiti, ut Æschylus dicit, in honorem Prometheï, ob ejus vincula.

ubique argumenti affinitas intercesserit. Alii aliter judicarunt. Est vero res in judicandis antiquarum tragœdiarum argumentis gravissima.

Ac Welckerus quidem pugnam Himerensem, qua Gelo Syracusanorum rex Karthaginienses superavit, a poeta celebrari dixit; Hermannus valde sese addubitare hanc Welckeri sententiam affirmavit multoque esse credibilius prorsus aliud argumentum esse a poeta expositum. Fatendum est profecto, fragmentis, quæ hodie supersunt, non confirmari Welckeri sententiam, et si Glaucus a quibusdam vates perhibetur et Phineus etiam vates dicitur, primæ tragœdiæ vaticinationem convenire, non postremæ. Sed de his rebus paullo amplius postea erit disputandum.

Totam tetralogiam *Persas* vocatam esse valde credibile est. Et commemorantur duo fragmenta ex Æschyli Persis, alterum ab Athenæo III, p. 86, B, τίς ἀνῆρει τὰς νήσους ἀναριτρόφους, quod postquam varie correctum est a viris doctis, Hermanno ita ab Æschylo scriptum videbatur: [82] Αἰσχύλος δὲ ἐν Πέρσαις τὰς νήσους « νηριτοτρόφους » εἴρηκεν, alterum in Bekkeri Anecdotis p. 1073 reperitur in hunc modum scriptum: [83] Φρύνιχος ἐν τῇ σοφιστικῇ παρασκευῇ παρατίθεται τὸ « ὑπόξυλος » ῥήτωρ καὶ ποιητής· εἴρηται δὲ, φησὶ, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἐκ ξύλου σκευῶν, οἷς ἐπιπολῆς ἐπελήλαται ἄργυρος. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. Αἰσχύλος ἐν Πέρσαις μέμνηται κ. τ. α. Hæc fragmenta hodie non reperiuntur in illa tragœdia neque ullus locus exstat, ad quem cum aliqua veri similitudine referantur. Hermannus quidem alterum voluit inserere v. 683 hoc modo:

Τίνα πόλις πονεῖ πόνον;
ἀληθοπενθεῖ δ' οὐδ' ὑποξύλῳ γόῳ
στένει κέκοπται καὶ χαράσσεται πέδον.

Et alterum v. 918:

Ὤφελεν, ὦ Ζεῦ, καὶμὲ μετ' ἀνδρῶν
τῶν οἰχομένων
περί που νήσους νηριτοτρόφους
θανάτου κατὰ μοῖρα καλύψαι.

Sed vereor ut verum viderit. Verba illa facile aut in Phineo aut Glauco suos locos habebant. Si vero illud Persarum nomen toti tetralogiæ inditum fuit, non dubitandum est, quin argumentum quatuor fabularum continuum fuerit et connexum.

PHINEUS.

Prima tragœdia Phineus fuit, ex qua exiguum fragmentum servatum est solum. Itaque prorsus ignoratur, quid argumenti fabula continuerit, neque potest id ullo modo nisi conjectura indagari. Phineus igitur quum vates perhiberetur, cæcus, ab Harpyiis male affectus, quæ cibum ereptum illi antequam ad os admovere posset fœdis ventris excrementis inquinabant, a quibus liberatus est ope filiorum Boreæ, ad eum Welckerus putat Argonautas venisse, ut ipsis Colchos proficiscentibus, quo ob accepta beneficia gratiam referret, totius itineris cursum viamque exponeret, victoriamque quo modo Colchis consecuturi essent, explicaret. Itaque ab Æschylo Phineum introductum ait, ut in ejus persona prima de barbaris reportata victoria celebraretur. Quocirca ut justum tragœdiæ ambitum expleret Æschylus, multa de Persarum rebus immixta esse dicit et exposita etiam oracula, quæ Darii simulacrum in Persis (v. 739) commemoret. Deinde negligendum non esse ait, Phineum, quamvis multa de ejus ortu perhibeantur, ex Asia semper oriundum perhiberi, Persam mythicum, qui tanquam alter Helenus ipsum sui populi interitum vaticinetur. Filius, inquit, est Agenoris vel Phœnicis Agenoridæ et Cassiopes, Belides apud Euripidem et Hyginum, frater Cephei (Cephenes apud Græcos Persæ dicti sunt), cujus filia Andromeda mater Persei fuit, ex quo Persæ orti sunt. Hæc Welckerus, in quibus multum dubii remanet et quomodo idoneum tragœdiæ argumentum fuerit et quod oracula illa, quæ dicit, Græcis sunt exhibita, non Persis, non Dario. Quocirca reprobanda esse Welckeri sententia videtur, aliaque sunt invenienda, quæ magis concinant cum iis, quæ ex antiquitate relata sunt. Quid igitur? Phineus deus fuisse perhibetur, ad Bosporum habitans vaticinandi peritus. At si in illos terrarum tractus Argonautæ pervenerunt Colchos proficiscentes, quidni in eadem loca pervenisse Darium adversus Scythas exercitum ducentem, quæ non minus pæne fabulosa fuit apud Græcos expeditio quam Argonautarum, credibile videatur, ut oracula, quæ in tragœdia v. 736 et v. 798 commemorat, a deo ipso comperiret? Quibus quum interitus potentiæ Persarum prædiceretur, satis grave argumentum fuit ad componendam tragœdiam. Oracula vero illa Xerxe regnante data non erant (Pers. 736 et 798 et Herodot. IX, 41-43), sed Dario obtigerunt. Videntur tamen neque Marathoniam pugnam neque ullum malum, quod antea Persis acciderit, attigisse. Darius enim felix dux in tragœdia prædicatur, cujus sub imperio nulla calamitate res publica Persarum afflicta est. Necesse est vero aliquid aliquo loco dictum

esse a poeta de illis oraculis, quæ, nisi nota antea essent, tamquam nota in tragœdia referri non potuerunt, præsertim quum etiam Herodotus ea satis gravia duxerit, quæ fusius exponeret. Reliqua prorsus ignorantur et ne illud quidem fragmentum, quod unum servatum est, facile quis, quo referendum sit, dixerit. Scribit autem sic Athenæus X, p. 421, F : Αἰσχύλος τ' ἐν Φινεῖ·

[84] Καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου
ἐρρυσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.

Codices ἐρρυσίας οἷον στ. quod correxit Lobeck. Fortasse versus, quem supra posui de insulis πριστροφοις (83), ex hac tragœdia sumptus est.

GLAUCUS POTNIENSIS.

Oraculorum partem priorem eventus pugnæ Salaminiæ, quam Xerxes paternorum præceptorum immemor commisit, destructa Persarum classe comprobavit. Restabat altera pars eaque non minus exitialis, quam prior clades fuit. Neque negligendum est novam calamitatem ab ipso Dario in Persis indicari. Classis quidem quum esset perdita, restabat pedester exercitus Mardonio duce in Macedonia et Thracia a Xerxe relictus. Periit autem ille anno post in Bœotia iisdemque fere locis, in quibus magna Glauci veneratio fuit et religio. Ita deus indigena hostes pessumdedit, et terra ipsa, ut ait Darius in Persis, pro Græcis pugnavit. Hoc igitur tertiæ tragœdiæ argumentum fuit, idque etiam Græca tragœdiæ expositio videtur iudicare, in qua pugnam Salaminiam cum prœlio Platæensi conjunctam vides.

Ex Welckeri quidem sententia tragœdia, quam Glaucum Marinum nominatam esse vult, nihil fere nisi rerum gestarum narrationem continuit, victoriam Himerensem Gelonis et Syracusanorum. Ita omnia fragmenta facile ordinari. Putat enim Glaucum deum narravisse, quomodo Anthedone, unde oriundus fuit, adnatarit, Athenas Diadas promontoriumque Cenæum prætervectus Rhegium appulerit, deinde Himeram in alto præruptoque colle sitam pervenerit. Scenam Anthedone fuisse ait, quo deus longa peregrinatione transacta redierit. Chorum ex cetis marinis illum concomitantibus vel diis mariuis inferioribus compositum fuisse putat. Cujus sententiæ ei fundus est Scholiastes ad Plat. Remp. p. 611 : Τὸν Γλαῦκόν φασι Σισύφου καὶ Μερόπης εἶναι υἱὸν, γενέσθαι δὲ θαλάττιον δαίμονα· οὗτος γὰρ περιτυχὼν τῇ ἀθανάτῳ πηγῇ καὶ κατελθὼν εἰς αὐτὴν ἀθανασίας ἔτυχε, μὴ δυνηθεὶς δὲ ταύτην τισὶν ἐπιδεῖξαι εἰς θάλατταν ἐρρίφη· καὶ περίεισι τοὺς αἰγιαλοὺς πάντας καὶ τὰς νήσους ἅπας τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅμα τοῖς κήτεσι.

Sed si Welckeri sententia fragmentis, quæ exstant, refellitur, in eundem scopulum illisam dicas Hermanni opinionem, qui hæc scripsit: Celebratissimi, inquit, fuerunt apud veteres ludi, quos Acastus in funere Peliæ instituit. In his ludis, quos Iolci factos esse ex Pausania III, 18, 9; V, 17, 4 discimus, præter alios, quorum certamina refert Hyginus, etiam Glaucus Sisyphi filius quadrigis decertans, quæ res ei jam ante Olympiæ male cesserat, exitium invenit. Historiam a Nonno Dion. XI, 143, Palæphato c. 26, Hygino Fab. 250 et 273, Virgilio Georgic. III, 266 memorari ait. Ad Virgilii locum hæc Servius : Potniæ civitas est, de qua fuit Glaucus, qui quum sacra Veneris spérneret, illa irata equabus ejus immisit furorem, quibus utebatur ad currum, et eum morsibus dilaceraverunt. Paulo post : Hoc autem, inquit, ideo fingitur, quod eis furorem Venus immiserit, quia dilaniatus est Glaucus effrenatis nimia cupiditate equabus, quum eas cohiberet a coitu, ut essent velociores. Hæc Servius; Probus equas humana carne pastas refert, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. Eadem fere, quæ Servius et Probus, etiam Philargyrius et Scholiastæ ad Eurip. Orest. 318 et Phœn. 1159 et Strabo p. 627 memoriæ prodiderunt. Sed nihil his lucramur, quia non intelligitur, quomodo fragmenta Æschyli his conciliari possint, in quibus est certaminis magni mentio et plurium mortuorum curruumque, denique felicis itineris, de quibus nihil in illis narrationibus reperitur. Glaucus Potniensis unus fuit, neque procedit illa fabula, si quis plures mortuos ei adscribat Apta tamen cohærent omnia, si ad pugnam Platæensem referantur. Potniæ enim civitas prope abfuit ab eo loco, in quo facta est Persarum clades. Quæ fieri non potuit, nisi deorum ope, id quod Darius indicat, quum terram pro Græcis pugnare dicit. Fuit autem Glaucus non aliter adjumento Græcis quam OEdipus in tragœdia, quæ OEdipus in Colono inscribitur, insequenti tempore eos adjuturus dicitur, in quorum terra conditus sit. Neque defuit dei auxilium, quia non plures gladio interierunt ex exercitu Persarum quam fame et omnium rerum

84.
Et multas falsas dapes malis protervientibus abligurierunt, ut in primo oris gaudio.

inopia. At si quis tamen pugnam Himerensem tenere voluerit, ei cogitandum est equos et currus, antequam in Siciliam Karthaginienses pervenirent, tempestate periisse.

Reliqua ignorantur neque ullum exstat indicium, quo ducti personæ quæ fuerint divinare possimus. Neque de choro quidquam innotuit, ad quem fortasse verba referenda sunt, quæ servavit Aristophanes et ejus Scholiastes Ran. 15:

[85] Εὐοδίαν μὲν πρῶτον ἀπὸ στόματος
γέομεν.

Codd. πρῶτα. Quum Græci felici omine, Persæ infaustis territi ostentis in pugnam ab historicis dicantur profecti, versum quem apposui, Græco choro vindicarim, fortasse iis, qui Glauci religionem laudibus extollere volebant. Et si Persæ in secunda tragœdia chorum constituebant, quidni Græcis tertia assignetur? Choro etiam fragmentum, quod est apud Hesychium. [86] « εὐφήμοις γόοις », δυσφήμοις, κατὰ ἀντίφρασιν, tribuerim, quo fugientium et morientium lamentatio indicetur; ut verbo [87] « ἀμφίσωπον », περίωπον, πάντοθεν ἀναπεπταμένον, apud eundem effusus exercitus, et immensa calamitas describi videtur voce [88] « ἴτηλον », τὸ ἔμμονον καὶ οὐκ ἐξίτηλον, sive, ut Photius p. 118, 3, ἀνεξάλειπτον.

Reliqua ad certamen pertinent, quod a nuncio existimo expositum. Ita versus, quem servavit Schol. Plat. p. 16 Ruhnk., p. 370 Bekk., quam magnum certamen fuerit, indicat:

[89] Ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους,

i. e. Græci erant viri fortissimi, quales eos in tali certamine esse decebat. Deinde describitur clades Persarum in schol. ad Eurip. Phœn. 1229 (1194 ed. Matth.):

[90] Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρὸς,
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι,

ubi ἐκπεφευγμένοι in codd. Ceterum si Aristophanes priorem versum commemorans Ran. 1403 duos currus Æschylum dixisse ait, duo verba ἅρματος et ἅρμα intelligit, in quo incertum est, quot currus poeta intelligendos esse voluerit. Ad Mardonii cædem referam duos versus, qui ab Hermanno tragœdiæ vindicati sunt (apud Schol. Ven. ad Hom. Iliad. N, 198 et Eustath. p. 927, 39), nisi rectius Penthei cædi adscribuntur.

[91] Εἷλκον δ' ἄνω λυκηδὸν ὥστε διπλόοι
λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις·

et deinde qui versus est apud Eustathium p. 1625, 44:

[92] Λεοντοχόρταν βούβαλιν νεαιτέραν,

nisi potius cum G. Dindorfio scribendum νεαίρετον, quum ap. Eust. legatur νεαίτερον.

Præterea ex Glauco Potniensi versus commemoratur, qui ad Pontium pertinere videtur, cui ab Hermanno vindicatus est. Sed si quid conjecturæ dandum, Mardonii equos dicas intelligi in fragmento quod est apud Eustathium p. 1157, 34: Αἰσχύλος δέ φησι καὶ τὴν τάφρου αὐλῶνα, ἔνθα καὶ φιμοὺς λέγει αὐλωτοὺς διὰ τὸ κώδωνας, φησί, προσῆφθαι αὐτοῖς, οἷς ἐμφύσαντες οἱ ἵπποι ὡς φωνὴν σάλπιγγος προίεντο. Γράφει οὖν οὕτως·

[93] Ὃς εἶχε πώλους τέσσαρας ζυγηφόρους
φιμοῖσιν αὐλωτοῖσιν ἐστομωμένους.

Conf. Hesychium v. Αὐλωτοὶ φιμοί.

PROMETHEUS ΠΥΡΚΑΕΥΣ.

Persis duobus prœliis devictis Athenienses ad lætitiam festosque dies redeunt. Victoria erat celebranda cum hilaritate animi, non sine laude immortalium deorum, qui victoriam dederunt. Itaque poeta tribus tragœdiis, quibus res gestas exposuit, quartam addidit, quæ erat in eum modum composita, ut cum rebus humanis deorum beneficia conjungi possent. Neque vero crediderim poetam id spectasse, ut ea laudaret, quæ ad Atheniensium opificum festa pertinerent, quæ Welckeri est sententia; quo modo enim poetæ in mentem veniret exponere, quæ ad unum genus civium Atheniensium idque satis vile referenda

---

85.

Felix iter (i. e. vota de felici itinere) primum ab ore fundimus.

89.

Certamen non fert viros inferiores.

90.

Super curru currus et super mortuo mortuus, et equi super equis permixti erant.

91.

Trahebant sursum luporum more, tamquam duo lupi hinnulum auferunt circa axillas.

92.

Leonis cibum bubalum tenellum (s. nuper captum).

93.

Qui habebat quatuor equos jugales camis sonantibus capistratos.

essent? sed procul dubio exponere voluit lætitiam partæ victoriæ, quam cursu cum facibus aliisque modis illi celebrarunt.

Recte autem docuit Welckerus omnium festorum apud Athenienses lætissima fuisse, quibus adolescentes facibus instructi inde ab ara Promethei in Ceramico Athenas versus cursu inter se contenderint. Itaque recte argumentum a poeta electum putat, in quo lætitiam Atheniensium optime ostenderet. Æschylum censet ita adornasse fabulam, ut eam ad vesperæ crepusculum agi voluerit. Id sane certum est et lætitiæ causa fabulam actam esse et Prometheum in Ceramico electum, qui λαμπαδοδρομίᾳ quasi auctor fuit lætitiæ.

Fabula quomodo composita fuerit, plane ignoratur; ne chorus quidem qualis fuerit constat, quamquam ex Satyris compositum eum fuisse credibile est. Itaque Satyrum igne primo conspecto, quem Prometheus in ara accenderit, allectum putant teretemque flammam, quæ coruscans se elevabat, amplecti voluisse et admonitum esse id ne faceret. Hoc prodi versu in hunc modum apud Plutarchum (De cap. ex inim. utilit. p. 86, F), scripto : Τοῦ δὲ Σατύρου τὸ πῦρ ὡς πρῶτον ὤφθη βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιβαλεῖν, ὁ Προμηθεύς,

[94] Τράγος γένειον ἆρα πενθήσεις σύ γε· καίει τὸν ἁψάμενον,

nisi postrema sunt Plutarchi; neque ea habentur apud Eustathium p. 415, 7, priora ita explicantem, ὦ τράγε, πάνυ στερήσῃ γενείου, εἰ τὴν χεῖρα φιλήσεις. Deinde credibile est fabulam ita esse compositam, ut doceretur quomodo inter lætitiam λαμπαδοδρομία inventa et Athenis instituta sit. Faces afferuntur aut quomodo fieri possint docetur; quo referenda sunt verba Pollucis X, 17 : Ἀλλὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ πυρκαΐ·

[95] Ἰυγγάδες δὲ, πίσσα κώμολίνου μακροὶ τόνοι.

Codd. λίνα δέ. Accenduntur faces cursusque instituitur. Qui vix dubitandum est quin factus sit ab adolescentibus Atheniensibus, qui facibus comprehensis Athenas versus cucurrerint. Sunt qui circa thymelen Satyros cucurrisse putent, id quod nullo modo probabile videtur, et quia Satyri non ii fuerunt, a quibus cursus institutus est, et quia Athenienses omnes vehementiores motus removere a scena solebant.

Quodsi jam ea, quæ exposui, valde ambigua sunt neque ullo modo pro certis in tanta Satyricarum fabularum obscuritate haberi possunt, audacissimus esset conatus habendus, si quis plura de eis vellet comminisci.

PHILOCTETA.

Philoctetam Æschyli, qui ne conjectura quidem cognoscitur, ad quam trilogiam pertinuerit, neque ad ullamne trilogiam omnino referendus sit, ex compositione Hermanni exhibebimus, qui quamquam non ea protulit, quæ extra omnem disputationem essent posita, tamen pleraque valde probabiliter, multa acute, omnia ingeniose explicavit.

Tragicorum primus videtur Æschylus Philoctetam scripsisse; secuti sunt Sophocles et Euripides, quorum tragœdias inter ipsas comparans Dio Chrysost. Or. 52 hæc scripsit : [96] Ἥ τε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἔτι δὲ καὶ τὸ αὐθαδες τῆς διανοίας καὶ φράσεως πρέπουτα ἐφαίνετο τραγῳδίᾳ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἔθεσι τῶν ἡρώων, οὐδὲν ἔχοντα ἐπιβεβουλευμένον οὐδὲ στωμύλον οὐδὲ ταπεινόν· ἐπείται καὶ τὸν Ὀδυσσέα εἰσῆγε δριμὺν καὶ δόλιον ὡς ἐν τοῖς τότε, πολὺ δὲ ἀπέχοντα τῆς νῦν κακοηθείας, ὥστε τῷ ὄντι ἀρχαῖον ἂν δόξαι παρὰ τοὺς νῦν ἁπλοῦς εἶναι βουλομένους καὶ μεγαλόφρονας, καὶ οὐδέν γε ἀλλαττούσης τῆς Ἀθηνᾶς προσεδεήθη πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναι ὅστις ἐστὶν ὑπὸ τοῦ Φιλοκτήτου, καθάπερ Ὅμηρος κἀκείνῳ δὲ ἑπόμενος Εὐριπίδης ἐποίησεν· ὥστε τυχὸν ἄν τις ἐγκαλέσαι τῶν οὐ φιλούντων τὸν ἄνδρα, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ ἐμέλησεν, ὅπως πιθανὸς ἔσται ὁ Ὀδυσσεὺς οὐ γιγνωσκόμενος ὑπὸ τοῦ Φιλοκτήτου. Ἔχοι δ' ἂν ἀπολογίαν, ὡς ἡγοῦμαι, πρὸς τὸν τοιαῦτον· ὁ μὲν γὰρ χρό-

94.
Hircus mentum tuum deflebis;
urit eum qui eum attigit).

95.
Funalia et pix et crudi lini longi funes.

96.
Videbatur Æschyli sublimitas et ingenium antiquum, praeterea etiam libertas in sententiis et elocutione, decere tragœdiam et vetustos mores heroum, quippe quæ nihil habeant nec insidiose fictum nec lepide dictum nec humile quidquam. Nam ille Ulixem induxit quidem acutum et callidum, ut tum erant homines, sed maxime alienum ab eorum qui nunc sunt malitia et improbitate; adeo ut revera homo antiquus esse videatur cum illis comparatus qui hodie simplices et magnanimi esse volunt. Quare minime indigebat Minerva formam ipsius mutante, quo non agnosceretur a Philocteta, ut quidem Homerus et qui eum sequitur Euripides scripserunt : et nescio an eorum quibus Æschylus non probatur, hoc ei quidam sint vitio daturi, quod minime curaverit qui Ulixes credi possit a Philocteta non agnosci. Verum ad ejusmodi censores prompta est, ut arbitror, et parata poetæ defensio : nam ut concedam decennale temporis

νος τυχὸν οὐκ ἦν τοιοῦτος ὥστε μὴ ἂν ἐνεγκεῖν τὸν χαρακτῆρα δέκα ἐτῶν διαγεγονότων· ἡ δὲ νόσος τοῦ Φιλοκτήτου καὶ κάκωσις καὶ τὸ ἐν ἐρημίᾳ βεβιωκέναι τὸν μεταξὺ χρόνον οὐκ ἀδύνατον τοῦτο ἐποίει· πολλοὶ γὰρ ἦδη, οἱ μὲν ὑπὸ ἀσθενείας, οἱ δὲ ὑπὸ δυστυχίας ἔπαθον αὐτό. Καὶ μὴν ὁ χορὸς αὐτῷ παραιτήσεως, ὥσπερ ὁ τοῦ Εὐριπίδου, οὐδὲν ἐδεήθη· ἄμφω γὰρ ἐκ τῶν Λημνίων ἐποίησαν τὸν χορόν· ἀλλ' ὁ μὲν Εὐριπίδης εὐθὺς ἀπολογούμενον πεποίηκε περὶ τῆς πρότερον ἀμελείας, ὅτι δὴ τοσούτων ἐτῶν οὔτε προσέλθοι πρὸς τὸν Φιλοκτήτην οὔτε βοηθήσειεν οὐδὲν αὐτῷ· ὁ δὲ Αἰσχύλος εἰσήγαγε τὸν χορὸν αὐτῶν πάνυ τραγικώτερον καὶ ἁπλούστερον, τὸ δὲ ἕτερον πολιτικώτερον καὶ ἀκριβέστερον. Καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐδύναντο πάσας διαφεύγειν τὰς ἀλογίας ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἴσον ἂν εἶχε λόγον μηδὲ τοῦτο παραπέμψαι· νῦν δὲ πολλάκις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ παραγινομένους ποιοῦσι τοὺς κήρυκας πλειόνων ἡμερῶν ὁδόν· ἔπειτα οὐδὲ ἐξ ἅπαντος ἦν μηδὲ προσελθεῖν αὐτῷ μηδένα Λημνίων μηδὲ ἐπιμεληθῆναι μηδέν· δοκεῖ γάρ μοι οὐδ' ἂν διεγένετο τὰ δέκα ἔτη μηδεμιᾶς τυγχάνων βοηθείας· ἀλλ' εἰκὸς μὲν τυγχάνειν αὐτὸν, σπανίως δὲ καὶ οὐδενὸς μεγάλου, καὶ μηδένα αἱρεῖσθαι οἰκίᾳ ὑποδέξασθαι καὶ νοσηλεύειν διὰ τὴν δυσχέρειαν τῆς νόσου. Αὐτὸς γοῦν ὁ Εὐριπίδης τὸν Ἕκτορα εἰσάγει ἕνα Λημνίων ὡς γνώριμον τῷ Φιλοκτήτῃ προσιόντα καὶ πολλάκις συμβεβληκότα. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνο δοκεῖ μοι δικαίως ἄν τις αἰτιάσασθαι τὸ διηγεῖσθαι πρὸς τὸν χορὸν ὡς ἀγνοοῦντα τὰ περὶ τὴν ἀπόλειψιν τὴν τῶν Ἀχαιῶν καὶ τὰ καθόλου συμβαίνοντα αὐτῷ· οἱ γὰρ δυστυχοῦντες ἄνθρωποι πολλάκις εἰώθασι μεμνῆσθαι τῶν συμφορῶν καὶ τοῖς εἰδόσιν ἀκριβῶς καὶ μηδὲν δεομένοις ἀκούειν ἐνοχλοῦσιν ἀεὶ διηγούμενοι. Καὶ μὴν ἡ ἀπάτη ἡ τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς τὸν Φιλοκτήτην καὶ οἱ λόγοι, δι' ὧν προσηγάγετο αὐτὸν, οὐ μόνον εὐσχημονέστεροι, ἥρωϊ πρέποντες, ἀλλ' οὐκ Εὐρυβάτῃ ἢ Παταικίωνι, ἀλλ' ὡς ἐμοὶ δοκοῦσι, καὶ πιθανώτεροι· τί γὰρ δεῖ ποικίλης τέχνης καὶ ἐπιβουλῆς πρὸς ἄνδρα νοσοῦντα καὶ ταῦτα τοξότην, ᾧ εἴ τις μόνον ἐγγὺς παρέστη, ἀχρεῖος ἡ ἀλκὴ αὐτοῦ ἐγεγόνει; Καὶ τὸ ἀπαγγέλλειν δὲ τὰς Ἀχαιῶν συμφορὰς, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα τεθνηκότα καὶ τὸν Ὀδυσσέα ἐπ' αἰτίᾳ ὡς οἷόν τε αἰσχίστῃ, καὶ καθόλου τὸ στράτευμα διεφθαρμένον, οὐ μόνον χρήσιμον ὥστε εὐφρᾶναι τὸν Φιλοκτήτην καὶ προσδέξασθαι μᾶλλον τὴν τοῦ Ὀδυσσέως ὁμιλίαν, ἀλλ' οὐδ' ἀπίθανον τρόπον τινὰ διὰ τὸ μῆκος τῆς στρατείας καὶ διὰ τὰ συμβεβηκότα οὐ πάλαι κατὰ τὴν ὀργὴν τὴν τοῦ Ἀχιλλέως, δθ' Ἕκτωρ παρὰ σμικρὸν ἦλθεν ἐμπρῆσαι τὸν ναύσταθμον. Deinde addit Euripidem ita adornasse fabulam, ut non solum Ulixem venisse diceret, sed etiam cum eo Diomedem, idque fecisse ad similitudinem Homerici carminis.

Ac fata quidem Philoctetæ multi narraverunt. Philocteta enim cum ducibus Græcorum Trojam proficiscens sagittis Herculis veneno viperæ Lernææ tinctis insanabili vulnere affectus, a Græcis, qui ejus continuas gravissimasque ejulationes diutius ferre non poterant, in Lemno insula expositus est ibique in omnium rerum inopia relictus. Nemo fuit qui ei ferret auxilium, nemo qui dolores relevaret, nemo qui virum miserrimum consolaretur. Vitam sustentabat aucupio præternolantes aves sagittis Herculeis transfigens, antro pro domo utebatur, pellibusque interfectarum ferarum et a frigore corpus protegebat et cubile sternebat. Verum non erat in fatis virum fortissimum in insulæ solitudine contabescere, neque Troja capi poterat, nisi adessent tela, quæ

---

spatium non adeo immutare formam hominis, poterat tamen et morbus Philoctetæ et miseria et vita per tantum tempus in solitudine acta hoc efficere, ut alii quoque multi vel infortuniis similiter sunt affecti. Ceterum chorus quem fecit excusatione non egebat, ut chorus Euripidis : nam finxit quidem uterque chorum Lemniorum; sed Euripides suum facit principio se purgantem de incuria, qua per tot annorum numerum neque accesserit ad Philoctetam neque quicquam ei tulerit auxilii; ab Æschylo chorus ita introducitur, ut tragœdiæ sit convenientior, ab altera parte simplicior, ab altera rebus aptior et verior. Quodsi quæ rationi non conveniunt omnia possent in tragœdiis evitari, jure meritoque hoc etiam notandum erat : nunc vero nuncios faciunt intra diei spatium advenientes, confecto scilicet plurium dierum itinere. Deinde fieri prorsus non poterat ut Lemniorum nullus unquam ad eum accederet nec quicquam ei curæ adhiberet : nam vivere adeo mihi videtur heros non potuisse per decem annos sine ulla alicunde ope : quam probabile est ei contigisse, sed raro neque magni momenti; probabile etiam, neminem voluisse eum domi suæ recipere et ægrotum curare, ob fœtorem morbi. Atque adeo Euripides Lemniorum unum, Hectorem nomine, introducit tamquam familiarem Philoctetæ et sæpius subinde convenientem. Neque majore jure, ut arbitror, hoc aliquis objecerit Æschylo, quod Philoctetam fingit choro narrantem Achivorum ipso relicto discessum et quæcumque sit passus : nam infortunati homines sæpe recordantur malorum suorum, et per singula narrant etiam iis qui sciunt neque audire cupiunt et narratione illa enecantur. Porro fraus qua Ulixes Philoctetam circumducit, et sermones quibus eum sibi conciliat, apud Æschylum non modo honestiore specie sunt, et heroem decentes, non Eurybaten aut Patæcionem, sed, me judice, etiam ad persuadendum magis idonei : quid enim opus est arte varia et insidiis ad virum ægrotum, eumque sagittis potentem, cui si quis modo propius accedit, inutilis fit ejus potentia? Deinde narratio calamitatum in quas inciderint Achivi, mortis quam oppetierit Agamemno, culpæ ignominiosissimæ in qua deprehensus fuerit Ulixes, denique exercitus prorsus pessumdati, non utilis modo est ad exhilarandum Philoctetam et ita afficiendum, ut Ulixis confabulationem facilius admittat, sed aliquatenus etiam credibilis, ob diuturnitatem expeditionis, et ob illa quæ non multo ante acciderant per iram Achillis, quando Hector paullum aberat ut combureret stationem navium.

Philocteta ab Hercule moriente accepisset. Itaque tandem Græci post decennalis belli certamina, quæ fortissimum quemque absumpserant, Philoctetam ex insula arcessendum decreverunt. Ad rem difficillimam transigendam Ulixes mittitur, qui quamquam exponendi Philoctetæ auctor fuerat, tamen idoneus putabatur, quia astutia omnes Græcos superabat. Hic solus profectus est apud Æschylum; cum Neoptolemo, qui unus omnium expers fuit injuriæ, quam Philocteta accepit, apud Sophoclem; cum Diomede apud Euripidem, ut Dio, quem descripsimus, auctor est.

Præterea ex Dionis verbis colligitur chorum ex Lemniis, qui insulam inhabitabant, fuisse compositum, Ulixem nullo adjutum Minervæ artificio decem annis elapsis a Philocteta non recognosci, quem decipit dolo eoque simplicissimo, res Græcorum valde afflictas referens interemptumque Agamemnonem seque exitio tristissimum deperditum. Quæ si de fabula ex Dionis verbis facile colliguntur, tamen reliquarum personarum commemoratio ægerrime desideratur. Sed potest illa quodammodo suppleri ex fragmentis Philoctetæ Attii, qui ex Æschyleo Philocteta expressus est, non ex Euripideo, quæ Scaligeri opinio fuit. Exstat enim Attii fragmentum ex initio tragœdiæ servatum, quod suspicionem facit deum aliquem, qui Ulixem et de loco certiorem faceret et ad agendum hortaretur, intervenisse. Et quem deum potius suspicemur quam Minervam? Versus autem Attii sunt apud Appuleium, qui in libro De deo Socratis ad finem hæc scripsit: « Sed ut qui te volet nobilitare, æque laudet, ut Attius Ulixem laudavit in Philocteta suo in ejus tragœdiæ principio:

> Inclute, parva prodite patria,
> nomine celebri, claroque potens
> pectore, Achivis classibu' ductor,
> gravi' Dardaniis gentibus ultor,
> Laertiade.

Novissime patrem memorat ». Hæc Appuleius, cum quibus Hermannus fuisse conjuncta putat, quæ apud Varronem leguntur L. L. VII, p. 67 p. 121 ed. Müll.): « Nam apud Attium in Philocteta Lemnio:

> Quis tu es mortalis, qui in deserta et tesca te
> apportes loca?

Ea enim loca quæ sint, designat quom dicit:

> Lemnia præsto
> littora rara et celsa Cabirûm
> delubra tenes mysteriaque
> pristina castis concepta sacris;

deinde,

> Volcania templa sub ipsis
> collibus, in quos delatu' locos
> dicitur alto ab limine cœli,

et,

> Nemus exspirante vapore vides,
> unde igni' cluet mortalibu' clam
> divisus ».

Sunt qui hæc ex carmine παροδικῷ sumpta esse credant, id quod apud Attium parum credibile videtur. Hermannus autem ex Faerni sententia cum his ea, quæ apud Ciceronem leguntur Tusc. II, 10, 13, cohæsisse putat omniaque conjuncta fuisse, in quo alii dissenserunt. Verba Ciceronis hæc sunt: « Veniat Æschylus non poeta solum, sed etiam Pythagoreus: quomodo fert apud eum Prometheus dolorem, quem excipit ob furtum Lemnium,

> Unde igni' cluet mortalibu' clam
> divisus; eum doctu' Prometheus
> clepisse dolo, pœnasque Jovi
> fato expendisse supremo ».

Colloquium deinde fortasse inter Minervam et Ulixem insecutum est, atque hic ex illa scisciatus esse videtur, ubinam esset Philocteta, ubi habitaret, ut indicat versus Attii apud Nonium v. Habere:

> Ubi habet? urbe agrone?

et fortasse ejusdem colloquii fuit, quod est apud Macrobium Sat. VI, 1:

> Quem neque tueri neque affari queas.

Deinde Minerva qualis vita Philoctetæ fuisset, Ulixi exponens, videtur apud Attium ea dixisse, quæ quum et apud Ciceronem De fin. V, 55 et Censorinum De die nat. 14 servata sint, Hermannus ita concinnavit:

> Vitam sagittarum aucupio propaginat.
> Configit tardus celeres, stans volatiles.
> Pro veste pinnis membra textis contegit.

Huc Hermannus fragmentum apud Athenæum retulit IX, p. 394, A: [97] Κἀν Φιλοκτήτῃ δὲ κατὰ γενικὴν κλίσιν « φαβῶν » εἴρηκεν· quæ fortasse versus præcessit, in quo de arcu, quo palumbes confixerit, sermo fuerit apud Eustath. p. 1748. 57 et in Schol. Ambrosian. ad Hom Od. Ξ, 12; ita scriptus emendatior:

[98] Κρεμαστὰ τόξα πίτυος ἐκ μελανδρύου.

(Eust. κρεμάσας τόξον, Schol. κρεμάσασα τόξον.) Rebus cognitis Ulixes Philoctetam aggredi parat, ut est apud Nonium v. Cautim :

Contra est eundum cautim et captandum mihi.

Atque affirmat dea cautione opus esse, v. Cupienter apud Nonium :

Cui potestas si detur, tua
cupienter malis membra discerpat suis.

Philoctetam deinde credibile est in conspectum progressum dixisse versum (ab Aristophane servatum in Ranis 1430) recordatione patriæ :

[99] Σπερχειὲ ποταμὲ, βούνομοί τ' ἐπιστροφαί.

Choro postea mala, quibus laboraret, exposuit pedisque labem narravit :

[100] Φαγέδαιναν, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός.

Apud Aristotelem Poet. c. 37 (22, 13) calamitatem fusius describens Philocteta ea addidit, quæ Plutarchus in libro, quo jucunde vivi ex præceptis Epicuri posse negat, p. 1087, F, memoriæ prodidit :

[101] Οὐ γὰρ δράκων ἐνῆκεν ἀλλ' ἐνῴκισε
δεινὴν στομωτὸν ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών.

Sic Valckenar. et Hermannus. Libri ἀνῆκεν...στομάτων... λαβεῖν. Etiam ex Attii tragœdia draco citatur apud Charisium I, p. 101. Deinde Philocteta de insula antroque loquitur :

[102] Ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος οὔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ,

ex Suida. (Versum proverbialem repetunt Plutarch. Mor. p. 476, B, Diogenian. IV, 88, Apostolius VIII, 30, p. 94.) At inculta sunt feris, sed (Macrob. Sat. VI, 5),

Caprigenûm trita ungulis;

tum de immanitate Græcorum querens ait, ut est apud Nonium v. Immane :

Phrygiam esse mitiorem immani Græcia.

Postea vitam quomodo sustentaverit, describens, ait (Varro L. L. VII, 80, et Serv. ad Virg. Æn. IX, 622) :

Reciproca tendens nervo equino concita
tela.

Herculis enim arcu παλιντόνῳ quæ ad victum necessaria erant sibi comparabat. Deinde fortasse his subjungenda sunt quæ apud Ciceronem inveniuntur Ad div. VII, 33 : « Ut etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quod hæc *pinnigero*, *non armigero in corpore tela exerceantur*, ut ait Philoctetes apud Attium, abjecta gloria ». Hæc Cicero. Inter eas res, quibus pro cibis utebatur Philocteta, fortasse etiam [103] « ὀχόρνους » locustas (apud Photium p. 326, 9) commemorabat. Tristissimum autem cubile fuit quo utebatur (Cic. Tusc. II, 7, 14. De fin. II, 29, Non. v. Imbuere) :

Jaceo in tecto humido
quod ejulatu, questu, gemitu, fletibus
resonando mutum flebiles voces refert,
quum e viperino morsu venæ viscerum
veneno imbutæ tetros cruciatus cient.

Ex cantico fortasse versus est desumptus, qui exstat apud Cic. Ad Att. I, 18 :

Littus atque aer et solitudo mera.

Quæ quum dixisset Philocteta chorusque miseram ejus sortem questus esset, Ulixes tandem procedit in conspectum, nec agnoscitur, quis sit. Cui Philocteta hæc (ap. Varronem L. L. p. 121 ed. Müll.) :

Quis tu es mortalis, qui in deserta et tesca te
apportas loca?

Quibus quum respondisset Ulixes fœditatemque corporis, qua Philocteta laborabat, miratus esset, hæc videtur Ulixi Philocteta dixisse (ap. Non. v. Tetritudo) :

Quod te obsecro, adspernabilem
ne hæc tetritudo mea me inculta faxit.

Ex similitudine metri enim colligendum est hæc conjuncta fuisse cum superioribus. Eadem de

---

98.
Suspensus arcus ex pinu nigri roboris.

99.
Fluvie Sperchie boumque pascua.

100.
Phagedæna quæ pedis mei carnes exest.

101.
Non enim draco insiluit, sed ibi collocavit
intolerabile exèdens excrementum pede comprehenso.

102.
Ubi nec manere ventus nec solvere permittit.

causa fortasse alius versus huc referendus est apud Nonium v. Contempla :

Contempla hanc sedem, in qua ego novem hiemes saxo stratus pertuli.

Postquam Ulixes fallendi causa Agamemnonem interemptum, sibique arma Achillis post hujus obitum a Græcis adjudicata narravit, Philocteta exclamavit (ap. Macrob. Sat. VI, 5) :

Eheu, Mulciber, arma ignavo invicta es fabrica[tus manu.

Deinde Paridis mentione facta, qui auctor fuit belli miseriæque, quæ inde exorta erat, Philocteta sortis suæ recordatione cum summo dolore ait (apud Quintil. V, 10, 84) :

... Pari, dispar si esses tibi, ego nunc non essem [miser.

Hermannus *eheu* vel *hei hei* primam versus vocem fuisse putat. Prorsus vero ignoratur, quo modo Philocteta ab Ulixe commotus fuerit, ut Trojam se profecturum profiteretur. Videtur tamen Æschylus, ut solet, eam rem simplicissime adornasse, ut versus quem postremum posuimus, jam ad ea referendus sit, quibus consilium eundi patefaceret, ut vindictam de auctore miseriarum suarum sumeret. Sed quum iturus esset, doloribus ulceris videtur correptus esse nec minus ejulasse quam est apud Sophoclem. Duo fragmenta ex illo loco servata sunt. Maximi Tyrii Dissertat. XIII, 5, p. 241 ed. Reisk.: Ἡ δὲ ἀειλὴ ψυχὴ κατορωρυγμένη ἐν σώματι, ὡς ἕρπετον νηδὺς εἰς φωλεὸν, φιλεῖ τὸν φωλεὸν καὶ οὐδεπώποτε θέλει ἀπαλλαγῆναι αὐτοῦ οὐδὲ ἐξερπύσαι, ἀλλὰ καιομένῳ συγκαίεται καὶ σπαραττομένῳ συσπαράττεται καὶ ἀλγοῦντι τῷ σώματι συναλγεῖ καὶ βοῶντι συμβοᾷ.

[104] Ὦ ποῦς, ἀφήσω σε ;

ὁ Φιλοκτήτης λέγει. Ἄνθρωπε, ἄφες καὶ μὴ βόα μηδὲ ὀχλῶ τοῖς φιλτάτοις, μηδὲ ἐνόχλει τὴν Λημνίων τὴν. Ὦ Θάνατε Παιάν· εἰ μὲν ταῦτα λέγεις ἀλλαττόμενος κακὸν κακοῦ, οὐκ ἀποδέχομαι τῆς εὐχῆς· εἰ δὲ ἡγεῖ τῷ ὄντι τὸν θάνατον παιᾶνα εἶναι καὶ ἀλλακτὴν κακῶν καὶ ἀπλήστου καὶ νοσεροῦ θρέμματος, ἡγεῖ καλῶς εὔχου καὶ κάλει τὸν Παιᾶνα. Æschyli verba esse, inquit Hermannus, Stobæo auctore constat Serm. CXX, 12, apud quem integri leguntur versus :

[105] Ὦ Θάνατε Παιάν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν·
μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
ἰατρὸς, ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ.

(Tertio versu utitur Plutarch. Mor. p. 109, F.) Ad ingravescentem dolorem etiam illa pertinere videntur, quæ Cicero servavit in Quæst. Tusc. II, 7 :

Hei quis salsis fluctibu' mandet
me ex sublimi vertice saxi?
Jamjam absumor : conficit animam
vis volneris, ulceris æstus.

Ad finem tragœdiæ necesse est Philocteta cognoverit Ulixem seque ab hoc circumventum dolisque deceptum; tamen precibus commotus sit, ut Trojam proficisci non recusaret. Id vero non facile fuit effici, quum initio quidvis potius perpeti mallet et exsul ætatem agere (Cic. Quæst. Tusc. I, 28, Censorin. D. N. c. 14, Non. v. Moliri, p. 346):

Sub axe posita ad stellas septem, ubi horrifer
Aquilonis stridor gelidas molitur nives.

Postremo permotus est, ut Trojam proficisceretur. Quo dum abducebatur, dicit (ap. Non. v. Succussare p. 16) :

Agite ac volnus ne succusset gressus, caute [ingredimini.

In ipso fine fabulæ (Hermanni hæc verba sunt) de cursu, qui navi tenendus esset, seu chorus, seu deus forsitan quispiam videtur explicasse. Cui rei convenit versus apud Varronem L. L. VII, 19 :

Mystica ad dextram vada prætervecti.

Versus tamen valde incertus est, quum etiam ad aliam tragœdiam pertinuisse possit, quamquam speciose comparentur paullo ante posita ap. Varronem § 11. Müllerus Eleusinium littus intelligere maluit quam Lemnium.

Hæc servata sunt, quæ aut certis veterum testimoniis, aut probabili aliqua de causa ad Philoctetam Æschyli referri possunt. In plerisque autem penes Hermannum fides esto.

DANAIS.

Tribus tragœdiis Æschylus res Danaidum exposuisse dicitur, *Ægyptiis*, *Supplicibus*, *Danaidibus*. Sed omnia, quæ de fabulis a viris doctis disputata sunt, valde incerta sunt et ambigua, ac

104.
Pes, teu' relinquam ?
105.
O mors liberatrix, ne me rejicias, quominus venias; sola enim es tu insanabilium malorum medica; nullus vero dolor ad mortuum pervenit.

ne illud quidem certo constat, conjunxeritne tres illas tragœdias Æschylus eodemque omnes tempore docuerit. Deinde quis in tanta omnium rerum ambiguitate dixerit, quo tragœdiæ ordine se exceperint? Hermanni quidem et Welckeri sententiæ prorsus in diversa abeunt sibique repugnant, uti solent.

Tragœdia quæ hodie exstat, quamque Supplices Æschylus inscripsit, ejusmodi est, ut facile ex se intelligatur neque quidquam desideretur quod sit ejusmodi, ut aliam tragœdiam præcessisse prorsus necessarium sit. Quodsi quis cum Welckero dicat alia tragœdia, quam Ægyptios fuisse vult, quamque præcessisse ait, rixas Danai cum Ægypto hujusque filiis, deinde abominationem nuptiarum, quas Danaides horruerint, postremo fugam explicatas esse, concedat necesse est easdem res etiam in Supplicibus exponi. Tam multa enim in initio Supplicum vario modo narrantur, ut appareat consilium poetæ fuisse ante gesta exponere, quæ, ut reliqua recte intelligi possent, ante exponenda erant. Et e contrario si quis existimet Supplicibus successisse Danaides nullo alius tragœdiæ interventu, dubitari non potest quin aliquid desit, quod ad componendam tragœdiam mirifice adaptatum fuit, certamen filiorum Ægypti cum Argivis et victoria Ægyptiorum. Neque vero credideris certamen et nuptias una tragœdia expositas esse a poeta.

Fabula vero, qua res Danaidum narrantur, ipsa in tres partes facile dividitur: in fugam ex Ægypto et adventum in Græciam Argos; nuptias et cædem filiorum Ægypti; judicium et absolutionem Hypermnestræ. Non constat quomodo Æschylus argumentum tractarit, utrum priorem fabulæ partem Argos an in Ægyptum transtulerit. Sunt tamen causæ gravissimæ, cur credibile sit poetam totam rem Argis potius quam in Ægypto agi voluisse. Primum fabula Argivorum fuit propria, deinde Supplices multa continent, quæ si alia tragœdia præcedente exposita fuissent, pro inutili repetitione habenda essent (cf. vv 4, 173, 328 ad 332), neque arte poetæ digna tragœdia videretur. Ac nescio an rixa inter Ægyptum et Danaum tragicam dignitatem non habuerit, quæ est ejusmodi, ut fugæ causam quidem explicet, at si totam fabulam spectes, inter res secundarias illam referendam dixeris. Accedit quod illa regum contentio primo Supplicum carmine satis copiose exponitur, quo manifesto intelligitur non id fuisse poetæ consilium, ut rixam seorsum exponeret satisque grave momentum totius historiæ duceret, quod tragœdia explicaret. Bellum quidem multi auctores gestum referunt. Neque Apollodorum vel Ovidium advocaverim, quorum uterque belli gesti mentionem facit. Ac potest Æschylus citari, qui præconem facit minitantem πόλεμον αἴρεσθαι νέον. Sed si bellum gestum fuit aut rixa solum orta, quo minus Danaides in manum filiorum Ægypti venirent, præco in Supplicibus dicere non potuit se repetere amissa, quippe quæ nunquam in Ægyptiadarum potestate fuerunt. Itaque illud νέον non æquiparandum est voci δεύτερον, sed bellum novum inter alia multa bella, quæ aliis de causis gesta fuerunt, significat. Certe non fuit commodum tam multas res coartari in postrema trilogiæ tragœdia.

Cur fugerint Danaides, satis constat. Noluerunt inire nuptias illegitimas nullo connubio junctas, γάμους οὐ θηρασίμους. Danaides, Græcæ, conjugium non repudiant, Venerem colunt; in manus autem Ægyptiorum, barbarorum, quibus nullum est connubium, venire nolunt. Conjuges esse volunt, non servæ dominorum libidini subjectæ. Itaque Junonem præter ceteras deas colunt. Jam apparet, quo pacto factum sit ut Hypermnestra, quæ omnium una maritum non occiderit, in judicium ut rea vocari potuerit. Migravit illa leges Græcorum. Condemnanda igitur iis fuit, quorum curæ respublica erat demandata. Attamen si violavit leges humanas, non item instituta divina, quæ potius servavit tenuitque humanis legibus violatis. Verum hæ quum ab hominibus judicari non possent, Veneris interventus fuit necessarius, quo Hypermnestra absolvi posset. Ceteræ Danaides in judicium venire non potuerunt, quia patris præceptis obnoxiæ leges hominum observarant coluerantque; at quia divina instituta neglexerunt, expiari eas oportuit a Minerva et Mercurio. Si autem absoluta fuit Hypermnestra Veneris interventu, sua sponte sequebatur, ut ceteræ Danaides ex divinis legibus, non ex humanis, damnandæ essent. Itaque non incredibile est Hypermnestram, postquam judices eam condemnarunt, a Venere judicio esse liberatam. Quæ disputavi si sunt ejusmodi, ut aliquid veri contineant, jam consequitur Supplices præcessisse Ægyptios, Danaidesque postremam constituisse tragœdiam. Atque ipse Welckerus nuper verbo indicavit, Supplices non potuisse non primum in trilogia locum obtinere. Acta est olympiadis LXXIX anno 3.

ÆGYPTII.

Ex Ægyptiis tragœdia nihil servatum est, no-

neque ipsum esset ignotum, nisi in antiqua Vita Æschyli perscriptum esset. Jam vero multa reperiuntur in Supplicibus, quæ bellum insecutum credibile reddunt. Hoc minitatur præco Ægyptiorum, Argivique defensionem receptarum Danaidum pollicentur. Neque vero bellum gestum credam, sed pactione potius compositum, fortasse Lynci suasu, ut est apud Schol. ad Eur. Orest. Sic etiam Hyginus Fab. 168: At Ægyptus ut resciit Danaum profugisse, mittit filios ad persequendum fratrem et eis præcepit, ut aut Danaum interficerent aut ad se non reverterentur. Qui postquam Argos venerunt, oppugnare patruum cœperunt. Danaus ut vidit se eis obsistere non posse, pollicetur eis filias suas uxores, ut pugna absisterent. Impetratas sorores patrueles acceperunt uxores: quæ patris jussu viros suos interfecerunt. Hæc Hyginus. Ac pax quidem non abnuente Danao, qui dolo facilius quam vi receptos sponsos perimi posse sperabat, facta esse videatur. Hæc igitur secunda tragœdia composita esse credibile est.

DANAIDES.

Accedimus ad tertiam fabulam, quæ in multis fuisse Eumenidibus simillima videtur. Cæde a Danaidibus patrata Hypermnestra, Danai filia, quia patris dicto audiens non fuerat neque matrem amore victa occiderat, in judicium adducitur, idque in loco, qui etiam postea judiciis valde nobilitatus fuit, haud aliter quam Areopagus, ubi de Oreste judicium factum est. At ibi, ut fuit disceptatio quam quæ humana prudentia dirimi posset: ut igitur Minerva docuit, quid de Oreste constituendum esset, ita in hac tragœdia Venus intervenit, ut causam Hypermnestræ defenderet.

Attigit inter alios historiam Euripides, qui quem recentiores auctores secutus sit, peropportune accidit, ut Pausanias antiquiora servaret. Scripsit autem hic de Hypermnestra II, 20, 5 et 21, 1, et explicatius 19, 6: Τὰ δὲ ξόανα Ἀφροδίτης καὶ Ἑρμοῦ, τὸ μὲν Ἐπειοῦ λέγουσιν ἔργον εἶναι, τὸ δὲ Ὑπερμνήστρας ἀνάθημα. Ταύτην γὰρ τῶν θυγατέρων μόνην τὸ πρόσταγμα ὑπεριδοῦσαν τοῦ πατρὸς ἐποίησεν ὁ Δαναὸς εἰς δικαστήριον τοῦ τε Αυγκέως καὶ ἑαυτοῦ κρίνων αὐτῷ τὴν σωτηρίαν ἡγούμενος καὶ ὅτι τῷ πονήματος οὐ μετασχοῦσα ταῖς ἀδελφαῖς καὶ τῷ βουλεύοντι τὸ ὄνειδος ἤνεγκε. Κριθεῖσα δὲ ἐν τοῖς Ἀργείοις ἀποφεύγει τε καὶ Ἀφροδίτην ἐπὶ τῷδε ἀνέθηκε νικηφόρον. Eandem rem Æschylus quoque in Prometheo 852 et 862 attigit, et Ovidius in Heroidib. XIV, 1:

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni;
cetera nuptarum crimine turba jacet.
Clausa domo teneor gravibusque coercita vinclis,
est mihi supplicii causa fuisse piam.
Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum,
sum rea; laudarer si scelus ausa forem.
Esse ream præstat quam sic placuisse parenti;
non piget immunes cædis habere manus.

Chorus fortasse, ut nomen indicat tragœdiæ, ex Danaidibus fuit compositus; accusator fuit Danaus, qui filiam ab judicibus condemnari voluit. Hic vero, si quid tribuendum Ovidio Heroid. XIV, 23, nondum rex fuit Argis; judices Argivi fuerunt, ut Athenienses in Eumenidibus. Reliqua ignorantur omnia.

Videtur tamen statim initio in scenam prodiisse Danaus, ut filiam accusaret, chorusque eum secutus esse. Hujus fortasse carmen plenum fuit atrocitatis ut in recenti sponsorum cæde. Ad accusationem Danai pertinere existimo quæ leguntur apud Schol. Pind. ad Pyth. III, 27: Τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς εἶπε διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν «σὺν κόροις τε καὶ κόραις.» Αἰσχύλος Δαναΐσι·

[106] Κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος
ἕως ἐγείρω «πρευμενεῖς τοὺς νυμφίους
νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις.»

Narrat enim Danaus quid mane fecerit. At cæsi erant sponsi. Danaus quum omnia dixisset, quæ in rem esse putaret, et fortasse etiam Hypermnestra causam suam defendisset, patere exspectatione judicii filias circa aram stare jubet, si versus, quos Schol. ad Hom. Iliad. Ξ, 200 citat, ex hac tragœdia petiti sunt:

[107] Ὑμεῖς δὲ βωμὸν τόνδε καὶ πυρὸς σέλας
κύκλῳ περίστητ' ἐν λόχῳ τ' ἀπείρονι
εὔξασθε.

Vult enim causam etiam ope deorum obtinere, videtur tamen antea pauca judicibus dixisse. (Verba λόχῳ ἀπείρονι Scholiasta sic explicat: Αἰσχύλος τὰς ἐν κύκλῳ ἑστώσας ἐν ἀπείρονι σχήματί φησιν ἑστασθαι. Περίστητ' scripsit Hermannus, quum legeretur παρίστατε, in schol. Odyss. A,

106.

Deinde vero procedit splendidum solis jubar usque dum excito, *dicens*, Benevolos sponsos faciunto ex more cum pueris et puellis.

107.

Vos autem aram hancce et ignis splendorem undique circumstate et in ordine sine fine (*i. e.* bona verba facite. [*circulari*]

98, περίστατε.) Judices quum aut eo jam accusatione essent perducti, ut Hypermnestram damnarent, aut jam condemnassent, Venus intervenit, ut infelicis puellæ sortem relevaret judicioque eam liberaret. Itaque primo explicuit, quid in judicando sequendum esset, deinde ut divinas leges interpretaretur, ea videtur pronunciasse, quæ Athenæus servavit XIII, p. 600, A : Καὶ ὁ σεμνότατος δ' Αἰσχύλος ἐν ταῖς Δαναΐσιν αὐτὴν παράγει Ἀφροδίτην λέγουσαν·

[108] Ἐρᾷ μὲν ἀγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν·
ὄμβρος δ' ἀπ' εὐναέντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον·
δενδρῶτις ὥρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου
τέλειός ἐστι· τῶνδ' ἐγὼ παραίτιος.

Videtur aliqua altercatio orta fuisse inter Venerem et Danaum, quum illa hunc crudelitatis accusaret. Ad hanc altercationem fortasse pertinuit versus et apud alios multos citatus et apud Schol. Aristoph. Nub. 1128 :

[109] Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Quum filiam dicto sibi audientem non fuisse ideoque læsisse pietatem argueret, aut Venus aut ipsa Hypermnestra ea, quæ sunt apud Stobæum Serm. IX, 23, et Scholiastam Homeri Il. B, 114, Eustathiumque p. 188, 44, respondisse videtur :

[110] Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός·

et fortasse versum alium, qui huic statim quasi continuus apud Sextum in Fabric. Bibl. Gr. vol. XII, p. 626 subjicitur, in quo illa defendit, quod promisso non steterit :

[111] Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου τιμᾷ θεός.

Denique fragmentum tragœdiæ exstat apud Hesychium, quod quo referendum sit, non constat : [112] « Καθαίρομαι γῆρας, » ἐκδύομαι. Αἰσχύλος Δαναΐσιν (codex δαίσι). Fortasse Danai est victoriam in judicio jam sperantis.

IASONEA.

Nomen Iasoneæ novum est ac nuper inventum; retinui tamen, quia et rei respondet neque aliud succurrit, quod ei substitui possit.

Nullum facinus in fabulis veterum Græcorum relatum est atrocius, quam cædes fuit quam mulieres Lemniæ suis maritis intulerunt, atque adeo omnem fidem superare videbatur, ut postea ad magna et atrocia facinora significanda sæpe usurparetur in proverbiumque etiam verteret.

Mulieres Lemniæ superbia elatæ Venerem colere ac venerari recusarunt prorsusque ejus religionem neglexerunt. Non tulit dea injuriam; sed contemptum numinis sui ultura malum odorem Lemniis excitavit, ut mariti eas fugerent ancillasque Thracias asciscerent, quas uxorum loco haberent. At non impune fecerunt, quod conjuges repudiarunt. Hæ enim ut ignominiam a maritis acceptam punirent, omnes una nocte viros necaverunt præter Thoantem regem, quem filia Hypsipyle, sive Hypso, quo nomine ab aliis vocata est, ex cæde servavit.

Facinore deletis viris accidit, ut non ita multo post Argonautæ Colchos navigarent. Hi prælio primum facto navali cum Tyrrhenis insulas incolentibus, deinde tempestate jactati, postremo omnibus malis exantlatis ad Lemnum insulam naufragio ejecti sunt. Quibus compertis Hypsipyle regina insulæ mittit nuncios, qui Argonautarum adventum explorarent renunciarentque quid illi consilii habere viderentur. Ac primo quidem adventu Lemniæ armis cum Argonautis confligere paratæ erant, deinde sedatiores satius ducebant pacem facere fœdusque inire ea conditione, ut Argonautæ secum rem habere atque coire vellent. Consenserunt Argonautæ receptique sunt præter Herculem, qui hujusmodi mulieres aspernatus rem se habiturum cum iis negavit. Remanent igitur illi aliquantum temporis in insula; quo elapso denuo navem conscendunt inter magnam lætitiam et festa, quæ a Lemniis in illorum honorem instituuntur; postea proficiscuntur.

Argumentum, quod exposui, tribus tragœdiis Æschylus explicasse dicitur, *Argo* sive Κωπεύτῃ,

---

108.

Penetrare terram purus ille æther cupit,
cupit vicissim terra conjugio frui :
ab amante cœlo defluens terram simul
fecundat imber, illa mortali parit
cereale generi germen et pastus gregum;
Maturitatem dat suam arboribus quoque
mador maritus : causa at his cunctis ego. HGROT.

109.

Vafri ad nectendas insidias Ægyptii.

110.

A justa fraude deus non recedit.

111.

Mendaciorum opportunitatem est ubi deus recolat

112.

Senectam exuo.

Hypsipyle et *Cabiris;* sed de his magnæ dubitationes sunt, ut ne illud quidem constet, fabulæne aliquid similitudinis inter se habuerint an prorsus diverso argumento scriptæ sint. Et quod ad primam tragœdiam attinet, quæ Argo sive κωπευστής dicta est, ne nomen quidem certo constat multumque de eo in utramque partem a Welckero, qui κωπευσταί scripsit, disputatum est. Ac si hoc concedendum est tragœdiam ab antiquitate Lemnia alienam non fuisse, tamen haud facile quis dixerit, qualis fuerit, quia nihil nobis est servatum, quod indicio esse aut viam monstrare possit. Κωπευστὰς Welckerus fabulam dictam esse conjecit, quia chorum ex remigibus Argus navis compositum fuisse affirmavit. Qua in re dixit quæ valde incerta sunt, ut satis esse videatur silentio ea præterire. Idem Welckerus prima tragœdia expositum esse putavit, quo modo heroes Colchos profecturi Argo navem ædificarint, armamentis instruxerint, deinde in altum vecti prœlium navale cum Tyrrhenis commiserint. At vix defendi hæc sententia potest, neque intelligitur quomodo factum sit, ut ejusmodi argumentum poeta in scena explicuerit, in quo fere nihil inveniatur, quod tragicam dignitatem habeat. Alii aliter rem explicaverunt, quorum nemo fuit, qui ejusmodi sententiam proposuerit, quæ ullam probabilitatem haberet. Itaque eorum opiniones omittendas neque habendum in re tam incerta censeo. Id tamen video, si cum Hypsipyle et Cabiris conjuncta fuit Argo, hanc tragœdiam aliquid argumenti continere debuisse, quod cum fabulis Lemni insulæ antiquis conjunctum fuerit. Neque tamen quidquam innotuit nisi gubernatorem Argûs Iphyn, non Tiphyn (Schol. Paris. Apoll. Rhod. I, 105) vocatum esse. Et fuerunt, qui conjecerint Attii Argonautas ex hac tragœdia expressos esse, cujus fragmentum est apud Ciceronem de Nat. D. II, 35 : « Atqui ille, inquit, apud Attium pastor, qui navem nunquam ante vidisset, ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit, primo admirans et perterritus, hoc modo loquitur :

Tanta moles labitur
fremebunda ex alto ingenti sonitu et spiritu.
Præ se undas volvit : vortices vi suscitat,
ruit prolapsa : pelagus respergit, reflat.
Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
dum quod sublime ventis expulsum rapi
saxum aut procellis vel globosos turbines
exsistere ictos undis concursantibus,
nisi quas terrestres Pontus strages conciet,
aut forte Triton fuscina evertens specus
subter radices penitus undanti in freto
molem ex profundo saxeum ad cælum eruit.

Dubitat primo quæ sit ea natura, quam cernit ignotam : idemque juvenibus visis auditoque nautico cantu :

Sicut incitati et alacres rostris perfremunt
Delphini :

item alia multa :

Silvani melo
consimilem ad aures cantum et auditum refert.»

Hæc apud Ciceronem. Sunt illa fortasse Æschyli; neque vero plus dicendum esse in re tam incerta censemus. Ex Argone vel Κωπευσταῖς, quæ ipsi est altera fabula, petita hæc esse putat Welckerus, indidemque locum Scholiastæ Apollonii statim proferendum : unde probabile esse primæ fabulæ *Hypsipyles* nomine totam trilogiam olim fuisse significatam.

HYPSIPYLE.

Sunt qui Hypsipylam cum Nemeis conjunctam fuisse putent. Hæc est Hermanni sententia, non tamen illa posita extra omnem dubitationem. Et si vera sunt, quæ scribit Scholiastes Apollonii Rhodii, Lemnias ab Æschylo in tragœdia Hypsipyle esse introductas, quæ Argonautas tempestate abactos invaserint ab iisque exegerint, ut rem se cum ipsis habituros promitterent, vix dubitandum est, quin Hermanni sententia reprobanda sit. Verba autem Scholiastæ hæc sunt, ad I, 773 : [113] Αἰσχύλος δ' ἐν Ὑψιπύλῃ ἐν ὅπλοις φησὶν αὐτὰς ἐπελθούσας χειμαζομένοις τοῖς Ἀργοναύταις, μέχρις οὗ ὅρκον ἔλαβον παρ' αὐτῶν ἀποβᾶσι μιγήσεσθαι αὐταῖς. Ex quibus præterea colligas chorum ex his Lemniis mulieribus esse compositum. Quo etiam ducit nomen Λήκνιοι in indice Robortelliano, quod Λήμνιαι corrigi possit. Fortasse huic tragœdiæ versus est vindicandus, qui inter incerta fragmenta Æschyli relatus est ex Philone Jud. p. 886, D : Ἄγαμαι καὶ τῶν Ἀργοναυτῶν οἳ σύμπαν ἀπέφηναν ἐλεύθερον τὸ πλήρωμα, μηδένα μήτε τῆς ἰδίας ἀναγκαίας ὑπηρεσίας προσέμενοι δοῦλον, ἀδελφὸν ἐλευθερίας λειτουργίαν ἐν τῷ τότε ἀσπασαμένων, εἰ δὴ καὶ ποιηταῖς προσέχειν δσιον. Διὰ τί οὐ μέλλομεν; παιδευταὶ γὰρ οὗτοί γε τοῦ σύμπαντος βίου, καθάπερ ἰδίᾳ γονεῖς παιδὸς καὶ οὗτοι τὰς πόλεις δημοσίᾳ σωφρονίζουσιν· οὐ δὴ ἀργοναυαρχοῦντος Ἰάσονος ἐπέτρεπεν ἐπιβαίνειν

113.

Æschylus in Hypsipyle Lemnias dicit armatas occurrisse Argonautis in mari fluctuantibus, usque dum jurejurando illi affirmarent egressos se cum iis coituros.

οἰκέταις μεμοιραμένη καὶ ψυχῆς καὶ λογισμοῦ φύσις οὖσα φιλελεύθερος· ὅθεν καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐπ' αὐτοῖς εἶπε·

[114] Ποῦ δ' ἐστὶν Ἀργοῦς ἱερὸν, αὔδασον, ξύλον;

Hæc fortasse Hypsipyle, quæ, postquam Argûs adventus ei est nunciatus, ipsa prodiit, ut quid rei esset exploraret. Aliter Butlerus explicuit, qui αὐδᾶσον scripsit, ut esset sententia : Ubi est Argûs sacrum locuturum lignum? quod videlicet Argo facultate dicendi prædita fuit. Comparavit præterea quæ sunt apud Hyginum Astron. II, 37 : « Homerus hunc eundem locum (Pagasas) in Thessaliæ finibus esse demonstrat; Æschylus autem, ut nonnulli aiunt, a Minerva quandam materiam loquentem eodem esse conjunctam. »

CABIRI.

Tertiam fabulam nomen a choro, qui ex Cabiris, diis Lemniis, compositus fuisse dicitur, accepisse valde est credibile, præsertim quum et fragmenta, quæ sunt perpauca, et commemoratio fabulæ apud scriptores veteres consentiant. Verum non satis certo dici potest, utrum tragœdia fuerit an fabula Satyrica. Profectio Argonautarum ex Lemno insula, quo appulerant, in illa fabula explicata est inter convivia et compotationes summamque lætitiam et licentiam. Singulos heroas ab Æschylo Colchos proficiscentes nominatos esse prodit Scholiasta Pindari Pyth. IV, 303, p. 361 Bœckh. : [115] Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον ἐλθόντας σκάφος, καὶ Αἰσχύλος Καβείροις (codd. κιθήραις). Quo satis apparet heroas in choro non esse introductos. Institutis conviviis Cabiri tantum vini se bibituros minitantur, ut etiam acetum defuturum sit, ut refert Plutarchus in Symp. probl. p. 632, F : [116] Καὶ εἴ τις ἀντιστρέψας αἰτιῷτο τοὺς Αἰσχύλου Καβείρους « ὄξους σπανίζειν δῶμα » ποιήσαντας, ὥσπερ αὐτοὶ παίζοντες ἠπείλησαν. Huc est etiam referendum fragmentum in Bekkeri Anecdotis p. 115, 3 : « Ὑδρηροὺς πίθους καὶ οἰνηρούς. » Αἰσχύλος καβείροις. Ita codex. Versus unde hæc petita servavit Pollux VI, 23 :

[117] Μηδὲ κρωσσοὺς
μήτ' οἰνηροὺς μήθ' ὑδατηροὺς
λείπειν ἀφνειοῖσι δόμοισι.

Deinde inter gaudia et jocos aliquis cavillatur, se nolle alium, quocum colloquitur, itineris sui ducem facere (apud Athenæum IX, p. 373, D):

[118] Ὄρνιθα δ' οὐ ποιῶ σε τῆς ἐμῆς ὁδοῦ.

Ebrios postremo fuisse Argonautas idem Athenæus X, p. 428, F, refert : [119] Καὶ τὸν Αἰσχύλον ἐγὼ φαίην ἂν τοῦτο διαμαρτάνειν· πρῶτος γὰρ ἐκεῖνος καὶ οὐχ ὡς ἔνιοί φασιν Εὐριπίδης παρήγαγε τὴν τῶν μεθυόντων ὄψιν· ἐν γὰρ τοῖς Καβείροις εἰσάγει τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα μεθύοντας. Quodsi quis ex his rebus conjecturam facere velit, initiationem festi, quod Lemnio vino in honorem Bacchi fortasse cum Cabiris conjuncti celebrabatur, ab Argonautis, antequam proficiscebantur, factam esse conjiciat.

GLAUCUS MARINUS.

Conjunximus cum Iasonea Glaucum Marinum non aliquod antiquitatis indicium, sed similitudinem aliquam historiæ secuti, quæ est ejusmodi, ut facile fabula huc referri possit. Fuit enim Pontius ille Glaucus a Lemno insula non alienus, commodeque poeta in hac fabula Argonautarum fata longumque iter, quo variis casibus in diversas terrarum regiones ablati tantum erraverint, ut etiam in Siciliam pervenirent, explicare potuit.

Glaucus Marinus fueritne tragœdia an fabula Satyrica non satis constat, quamquam Scholiasta Theocriti ad IV, 62 : [120] Τοὺς Σατύρους, inquit, ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ Ἀνδρομέδᾳ. Hermannus fabulam Satyricam fuisse putat, Welckerus tragœdiam; uterque in Siciliam translatam credit, ita tamen ut Welckerus Glaucum in Græciam reversum narrare censeat, quæ in longo itinere maritimo viderit. Ac videtur Glaucus ipse introductus fuisse, si quidem fuerunt qui postea ejus similitudinem imitando expresserunt. Qua de re videnda sunt quæ apud Velleium perscripta exstant II, 83, 2. Ruhnkenius infelicem amorem, quo Glaucus Scyllam deperisse (Ovid. Met. XIII, 904) narratur, descriptum, Hermannus illum Oresti vaticinatum esse, Welckerus cladem Himerensem Karthaginiensium in fabula exposi-

114.
Ubi est Argûs sacrum lignum? dic.

117.
Neque situlas
neque vinaria neque hydrias
relinquere beatis domibus.

118.
Avem auguralem ego non te faciam itineris mei.

tam et explicatam putavit. Sed alio loco plura diximus de Welckeri sententia, quæ est ejusmodi ut defendi nequeat. Ruhnkenii sententiam Hermannus improbavit, qui deinde ostendit pleraque fragmenta convenire cum Hercule, qui bubus Geryonis abactis in Siciliam appulisset thermasque complures ibi instituisset. Alia tamen cum iis, quæ de Hercule narrantur, conciliari posse negat; quare videndum ait, ne non Hercules sed Orestes sit is, cui fata canentem Glaucum poeta introduxerit. In hunc enim haud difficilius quam in Herculem fragmenta, quæ attulimus, quadrant. Scriptor de inventione bucolicorum Theocrito præmitti solitus : Ὀρέστῃ γὰρ ἐκνομίζοντι τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ἐκ Ταύρων τῆς Σκυθίας χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ νιφὰς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολούσασθαι· ὁ δὲ πορευθεὶς εἰς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας τὸ ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις εἰσχώροις ποταμοῖς· ἔπειτα εἰς Τυνδαρίδα Σικελίας ἦλθεν. Quæ quamvis speciosa sint, tamen non intelligitur, cur Glaucus potissimum Oresti oracula ediderit. Quæ si ille nescio quo in loco acceperit (in Sicilia enim non accepit), ab aliis multis potuit accipere. Contra Pausanias IX, 22, 6 hæc scripsit : [121] Τούτων τε δή ἐστι τῇ Ἀνηριόνι μνήματα καὶ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ καλούμενον Γλαύκου πήδημα· εἶναι δὲ αὐτὸν ἁλιέα, καὶ ἐπεὶ τῆς πάλαι ἔφυγε, δαίμονα ἐν θαλάσσῃ γενέσθαι καὶ ἀνθρώπους τὰ ἐσόμενα ἐς τόδε προλέγειν οἵ τε ἄλλοι πιστὰ ἤγγυνται καὶ οἱ τὴν θάλασσαν πλέοντες πλεῖστα ἀνθρώπων ἐς τὴν Γλαύκου μαντικὴν κατὰ ἔτος ἕκαστον λέγουσι. Πινδάρῳ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνηριωνίων τῷ μὲν οὐκ ἐπὶ πολὺ ἦλθεν ἆσαι τὰ ἐς Γλαῦκον, Αἰσχύλῳ δὲ καὶ ἐς ποίησιν δράματος ἐξήρκεσεν. Deinde apud Scholiastam Pindari Pyth. 1, 152 : Ἱμέρας ποταμὸς Σικελίας, περὶ οὗ καὶ Αἰσχύλος φησὶν ἐν Γλαύκῳ·

[122] Καλοῖσι λουτροῖς ἐκλελουμένος δέμας
εἰς ὑψίκρημνον Ἱμέραν ἀφικόμην.

(Sic Heynius : codd. ἐκλέλουμαι et Ἱμέραν δ' ἀφ.) Quibus quum fere concinant fragmenta, profectiones marinas descriptas esse, quum ex multis scriptoribus, Apollonio Rhodio I, 1310 seqq., Diodoro S. IV, 48, Philostrato Imag. 2, 15, appareat Glaucum Herculi inter Argonautas Colchos petenti vaticinatum esse, tum Glaucus ferruminationis inventor neque a Lemno insula neque ab Argonautis alienus fuerit, valde credibilis est, quamquam hariolationis non immunis, sententia, Glaucum aliquid de profectione Argonautarum exposuisse, qui ad easdem oras appulisse dicuntur, quæ in fragmentis commemorantur. Accedit quod, ut videtur, postrema Iasoneæ fabula Argonautarum profectio ultimo loco exposita est. Quocirca Glaucus commode eam fabulam, ut ad finem justum perduceretur, excepit. De Glauci autem itineribus est ap. Scholiastam Platonis in Remp. p. 611 : Τὸν Γλαῦκόν φασιν Σισύφου καὶ Μερόπης εἶναι υἱόν, γενέσθαι δὲ θαλάττιον δαίμονα· οὗτος γὰρ περιτυχὼν τῇ ἀθανάτῳ πηγῇ καὶ κατελθὼν εἰς αὐτὴν ἀθανασίας ἔτυχε, μὴ δυνηθεὶς δὲ ταύτην τισὶν ἐπιδεῖξαι, εἰς θάλασσαν ἐρρίφη· καὶ περίεισι τοὺς αἰγιαλοὺς πάντας καὶ τὰς νήσους ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἅμα τοῖς κήτεσι. Μαντεύεται δὲ πάντα τὰ φαῦλα. Hæc postrema procul dubio recentioris temporis opinio fuit.

Quod autem ad fabulam ipsam attinet, omnis argumenti conformatio ac dispositio ignoratur, neque quidquam de choro neque de ceteris personis dici potest. Welckerus quidem Glaucum a cetis circumdatum a poeta introductum fuisse putavit; id quod Hermannus omni jure improbavit.

Glaucus igitur e mari emergens in scena apparuit, ut ait Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 5, 21 :

[123] Ἀνθρωποειδὲς θηρίον
ὕδατι συζῶν,

ἐπὶ τοῦ Γλαύκου ἀναφανέντος ἐκ τῆς θαλάσσης. Αἰσχύλος. Deinde videtur fata sua exposuisse, quomodo immortalis deusque marinus factus sit. Quum enim piscem vidisset, qui captus gustata herba revixisset vivusque (Bekk. Anecd. p. 347, 24),

[124] Ὁ τὴν ἀείζων ἄφθιτον πόαν φαγών,

in mare desiluisset, exemplum secutus est Glaucus, referens (ibid. 29),

[125] Καὶ γεύομαί πως τῆς ἀειζώου πόας.

Qualis forma exterior Glauci fuerit, versu describitur in Etymologico M. p. 250, 4 :

121.
Pulchris lavacris lotus corpus
Himeram in altis sitam rupibus perveni.

123.
Homini simile animal
in aqua vivens.

124.
Qui sempiterna immortali herba pastus est.

125.
Et gusto sempiternam herbam.

[126] Δαῦλος δ' ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν.

Δαῦλον γὰρ τὸ δασύ. Primis verbis utitur Eustathius p. 274, 24, ex quo accessit δ'. Pausanias X, 4, 5 : Καλεῖσθαι τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι δαῦλα· ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ Αἰσχύλον τὰ Γλαύκου τοῦ Ἀνθηδονίου γένεια ὑπήνην ὠνομακέναι δαῦλον.

Deinde profectiones describens exponit quomodo transierit (apud Strabonem X, p. 447),

[127] Εὐβοΐδα καμπὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
ἀκτήν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

Si Lichæ sepulcrum memoratur, id est ejusmodi, ut locus, non tempus, significetur. Hujusmodi anachronismi non raro reperiuntur apud veteres scriptores; Hermanno tamen satis grave argumentum visum est, ut Oresti potius quam Herculi oracula assignanda viderentur. Accedit quod satis constat Herculem dereliquisse Argonautas. Et quis dixerit, quando Argonautæ illuc accesserint? Ex eodem loco sumptus est versus in Vita Arati servatus (Petav. Uranolog. p. 269, A, vel edit. Buhl. II, p. 430) : Εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθῆναι Διάδες, ὧν μέμνηται ἐν Γλαύκῳ Ποντίῳ Αἰσχύλος·

[128] Κἄπειτ' Ἀθήνας Διάδας παρεκπερῶν.

Deinde Himeram pervenit (loco supra citato) :

Καλοῖσι λουτροῖς ἐκλελουμένος δέμας
εἰς ὑψίκρημνον Ἱμέραν ἀφικόμην.

Videtur Thermas haud procul ab Himera sitas intelligere. Eodem fortasse referendus versus apud Pollucem VII, 167, qui sic scribit : Αἰσχύλος δ' ἂν εἰκοι τὰ βαλανεῖα λουτήρια λέγειν·

[129] Λοῦταί γε μὲν δὴ λουτρὸν αὐτὸ δεύτερον·

(sic codex Falckenb.; vulgo læsa mensura γε μὴν λουτήριον) et quod paullo post legitur:

Ἀλλ' ἐκ μεγίστων εὐμαρῶς λουτηρίων.

Adventum in Italiam indicat alius locus apud Strabonem, qui VI, p. 258 hæc scripsit : [130] Ὠνομάσθη δὲ Ῥήγιον, εἴθ' ὥς φησιν Αἰσχύλος διὰ τὸ συμβὰν πάθος τῇ χώρᾳ ταύτῃ· ἀπορραγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ὑπὸ σεισμῶν ἄλλα τε κἀκεῖνος εἴρηκεν·

Ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται.

Quibus adde Hesychium : [131] « Ξιφίρου λιμήν, Αἰσχύλος Γλαύκῳ Ποντιεῖ (Ποντίῳ Hermannus), ὁ πορθμός· ταῦτα γὰρ πάντα τὰ περὶ Ῥήγιον ὠρείων. Quibus verbis nihil corruptius; verum nulla emendatio satisfacit. Denique ex hac fabula Athenæus affert, III, p. 87, A : Ἀρσενικῶς

[132] Κόγχοι, μύες κῶστρεια.

ΤΟΞΟΤΙΔΕΣ, JACULATRICES.

Welckerus Jaculatrices, quæ tragœdia Æschyli fuit, Amazones fuisse putavit, ideoque Æthiopidi, quam ex tribus tragœdiis *Penthesilea* sive *Jaculatricibus*, *Memnone* sive *Psychostasia*, et *Nereidibus* compositam fuisse docuit, non dubitavit adscribere. Proclus enim hæc habet in Excerptis Chrestomathiæ (p. 583, a, editionis Paris. Homeri) : Ἀμαζὼν Πενθεσίλεια παραγίνεται Τρωσὶ συμμαχοῦσα, Ἄρεως μὲν θυγάτηρ, Θρᾷσσα δὲ γένος, καὶ κτείνει αὐτὴν ἀριστεύουσαν Ἀχιλεύς. Οἱ δὲ Τρῶες αὐτὴν θάπτουσι καὶ Ἀχιλλεὺς Θερσίτην ἀναιρεῖ λοιδορηθεὶς πρὸς αὐτοῦ καὶ ὀνειδισθεὶς τὸν ἐπὶ τῇ Πενθεσιλείᾳ λεγόμενον ἔρωτα. Καὶ ἐκ τούτου στάσις γίγνεται τοῖς Ἀχαιοῖς περὶ τοῦ Θερσίτου φόνου. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀχιλλεὺς εἰς Λέσβον πλεῖ καὶ θύσας Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Λητοῖ καθαίρεται τοῦ φόνου ὑπὸ Ὀδυσσέως. Μέμνων δὲ ὁ Ἠοῦς υἱὸς ἔχων ἡρμοστότευκτον πανοπλίαν παραγίνεται τοῖς Τρωσὶ βοηθήσων. Καὶ Θέτις τῷ παιδὶ τὰ κατὰ τὸν Μέμνονα προλέγει, καὶ συμβολῆς γενομένης Ἀντίλοχος ὑπὸ Μέμνονος ἀναιρεῖται, ἔπειτα Ἀχιλλεὺς τὸν Μέμνονα κτείνει· καὶ τούτῳ μὲν Ἠὼς παρὰ Διὸς αἰτησαμένη ἀθανασίαν δίδωσι, τρεψάμενος δὲ Ἀχιλλεὺς τοὺς Τρῶας καὶ εἰς τὴν πόλιν εἰσπεσὼν ὑπὸ Πάριδος ἀναιρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ περὶ τοῦ πτώματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης, Αἴας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζει Ὀδυσσέως ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν. Ἔπειτα Ἀντιλοχόν τε θάπτουσι καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Ἀχιλλέως προτίθενται. Καὶ Θέτις ἀφικομένη σὺν Μούσαις καὶ ταῖς ἀδελφαῖς θρηνεῖ τὸν παῖδα. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ τῆς

126.

Hirsuta barba et genarum fundamen.

127.

Euboidem flexionem circa Cenæi Jovis littus, ad ipsum sepulcrum infelicis Lichæ.

128.

Deinde Athenas Diadas præteriens.

129.

Lavatur saltem illo lavacro iterum.

Sed ex maximis facile lavacris.

130.

Rhegium Æschylus dicit appellatum esse quasi a *frangendo* (ῥαγῆναι), quia ibi per terræ motus Sicilia a continente fuerit abrupta :

Inde vero Rhegium accepit nomen.

132.

Conchæ, mures et ostrea.

πυρᾶς ἡ Θέτις ἀναρπάσασα τὸν παῖδα εἰς τὴν Λευκὴν νῆσον διακομίζει. Οἱ δὲ Ἀχαιοὶ τὸν τάφον χώσαντες ἀγῶνα τιθέασι καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων Ὀδυσσεῖ καὶ Αἴαντι στάσις ἐμπίπτει.

Ex his Welckerus trilogiam composuit, cujus primam tragœdiam Penthesileæ res gestas mortemque continuisse vult, chorum ex ejus comitibus ait compositum. In secunda Memnonem affirmat ab Achille occisum, in tertia Achillem a Paride et Apolline. At fragmenta, quæ ex prima tragœdia supersunt, cui nomen Τοξότιδες fuit, id quod exstat etiam in catalogo tragœdiarum, Welckeri sententiam minime confirmant, eamque, jam scriptis insequentibus, vidi ab auctore esse relictam. Inter quæ quum unum sit, quod perspicue res Actæonis attingat, dubitari non potest, quin Actæon is fuerit, cujus fata in Τοξότισι exposita fuerint. Quæ si vera est sententia, tutius jam licet conjicere jaculatrices nymphas fuisse quæ Dianam venatum exeuntem sequebantur. Quas quia Æschylus arcubus sagittisque instructas introduxit chorumque ex iis constare voluit, tragœdiam ex chori vestitu et ornatu Jaculatrices nominavit.

Actæon Aristei et Autonoæ filius fuit, Cadmi nepos, Chironis prudentia in venando eruditus. Adultus venationi omnium maxime indulgebat, neque ullus dies præteriit, quo animum venando non oblectarit. Aliquando tamen labore persequendi longoque cursu fatigatus antrum quærebat, in quo fessa membra relevaret. Atque ita accidit, ut Diana, quæ item venata erat in Gargithie monte, in quo fons Parthenius fuit, in idem antrum antea jam se recepisset, et ut reciraret fessa membra, vestibus depositis, in profluente fonte nymphis circumstantibus lavaretur. Huc quum pervenisset Actæon, deam lavantem conspexit gloriatusque est, quod eam solus nudam vidisset. Qua re indignata dea Actæonem superinfusa aqua in cervum convertit canibusque rabie injecta, ut dominum sub cervi forma latentem non cognoscerent, dilacerandum objecit. Fabula ab aliis aliter narratur. Quocirca, quomodo eam Æschylus explicarit, hodie prorsus ignoratur. Sunt enim fragmenta pauciora quam ut ex iis aliquid certi expiscari possimus. Quocirca ad conjecturas confugiendum est.

Videtur igitur Actæon ad antrum devenisse ibique nymphas conspexisse. Id fortasse indicatur verbis, quæ et Hesychius et Pollux VII, 51, servarunt: [133] «Πεζοφόροις ζώμασιν, Αἰσχύλος Τοξότισιν, ὥσπερ πέζαν ἐχόντων τῶν χιτώνων· τινὲς δὲ ποδήρεσι.

Deinde mirabundus Actæon instituto colloquio, quod quum viderentur virgines, non essent tales, quales virgines esse deceret, ait (apud Antigonum Caryst. Hist. mirab. c. 127, p. 174, πρὸς τὰς παρθένους ἐν ταῖς Τοξότισι):

[134] Κάτω γὰρ ἀγναῖς παρθένοις γαμηλίων
λέκτρων ἀγεύστοις βλεμμάτων ῥέπει βολή·
καὶ διαλιπὼν προσέθηκεν,

Νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη·
ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

(Priores vv. valde depravati ap. Antig. leguntur, Τοξότισιν ἅδων ταῖς ἀγν. π. γ. λ. αστει μη βλ. ρεπιβουλη. V. 3 verba νέας γυν. præbuit Plutarchus hoc et sequenti versu sine nomine fabulæ usus Moral. p. 81, D et p. 767, F. V. 5 cod. ἔχων δὲ... Hinc sumpsit θυμὸν ἱππ. Etymologus M. p. 209, 48; 474, 45.) At Actæon fata sequebatur sua; quæ quum a nuncio referrentur, hic conquestus esse videtur, quod interierit, qui non unquam inanis a venatione redierit. Hoc proditur duobus versibus, qui leguntur in Bekkeri Anecdotis p. 351, 4, ex Phrynicho: ... ἐπὶ Ἀκταίωνος·

[135] Οὔπω τις Ἀκταίων' ἄθηρος ἡμέρα
κενὸν πόνου πλουτοῦντ' ἔπεμψεν ἐς δόμους.

Accuratius, quomodo interierit, nuncius alio versu exposuit, quem servavit Scholiasta ad Hom. Iliad. I, 593: Ὁ δὲ Αἰσχύλος ἐπὶ τοῦ διαφθείρειν ψιλῶς τέταχε (verbum ἀμαθύνειν) περὶ τοῦ Ἀκταίωνος λέγων·

[136] Κύνες διημάθυνον ἄνδρα δεσπότην.

Præterea apud Pollucem, V, 47 hæc leguntur: [137] Τὰ μὲν δὴ τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν ὀνόματα κατὰ τὴν Αἰσχύλου δόξαν Κόραξ, Ἅρπυια, Χάρων, Λυκιτᾶς.

133.
Tunicæ cum institis *vel* ad pedes demissæ.

134.
Deorsum enim castis virginibus genitalium lectorum inexpertis luminum vergit acies.

Et paucis interjectis addit:

Novæ nuptæ non me fugiat ardens
oculus, quæ virum experta sit:
habeo harum rerum gnarum oculum.

135.
Nondum Actæonem ullus dies venationis expers inanem laboris divitem domum remisit.

136.
Canes abolerunt virum dominum.

137.
Nomina canum Actæonis apud Æschylum: Corax, Harpyia, Charon Lycitas.

Quæ incertum est an ad tragœdiam referenda sint.

Mystica Æschylum in hac tragœdia evulgasse Eustratius ad Aristot. Ethic. III, 1, p. 40, a, tradit.

ÆTHIOPIS.

Æthiopidis nomen a Welckero pluribus fabulis datum est, *Jaculatricibus*, *Memnoni* sive Ψυχοστασίᾳ et *Nereidibus*. In quo nonnihil erroris inesse illo loco paullo ante explicavimus, quo de Jaculatricibus egimus; neque est ullo modo credibile Nereides conjungendas esse cum Ψυχοστασίᾳ. Itaque duo tantummodo nomina remanent, Memnon et Ψυχοστασία.

Æthiopidis nomen ductum est a Memnone, Æthiopum rege, Auroræ et Tithoni filio, fortissimo Asiæ bellatore, qui quum adversus Europæ populos pugnandum esset, auxilio venit Trojanis omni cum fastu, ostentatione, magnificentia, reliquisque rebus conspicuus, quibus Asiæ gentes simpliciorem Græcorum cultum superabant. Itaque Asiæ Europa, Græci Persis opponuntur, idque fabulis explicare voluit poeta.

Tres viros fama, armis, virtute, bello insignes celebratosque poeta introduxisse videtur, Antilochum, Memnonem, Achillem, duos Græcos, unum barbarum. Verum tam pauca et exigua sunt fragmentorum indicia, ut vix aliquid conjectura de tragœdiarum argumentis consequi possimus. De Memnone tragœdia omnia incerta sunt, ut ne nomen quidem sit extra omnem dubitationem positum. Neque illud memoriæ proditum est præcesseritne Memnon Psychostasiam, an hanc ille secutus sit. Verum ex re ipsa intelligitur Memnonis res gestas priores fuisse quam Achillis, illiusque cædem præcessisse interitum Achillis, qui Memnonem occidit. Itaque videtur Memnon, qui Antilochum interfecit, primum locum, Psychostasia, in qua Memnon gladio Achillis cecidit, secundum, et interitus Achillis tertium locum obtinuisse. Quæ si probabiliter disputari possunt, reliqua tamen incerta sunt et perobscura.

Neque dubitari potest, quin Memnon in illa fabula, quæ ab eo nomen accepit, in conspectum auditorum processerit. Si autem introductus est, omni illo ornatu indutus esse debuit, quem Aristophanes in Ranis v. 961 descripsit. Ac primum videtur in tragœdia annunciatus esse; quo facto admiratione afficiuntur omnes, qui de ejus adventu audiunt. Novus est habitus, novus color oris, omnia peregrina et insolita nec Græcis consimilia; neque virilis fortitudo ostenditur, sed fluxa Persarum mollities, ita ut non vir venire, sed mulier Æthiops videatur. Itaque quærit aliquis:

[138] Πότερα γυνή τις Αἰθίωψ φανήσεται;

nec minus peregrinam dialectum miratur, qua Memnon utitur, « Αἰθίοπα φωνήν. » Uterque locus est apud Eustathium p. 1484, 47 : Αἰθίοπα γοῦν φωνὴν Αἰσχύλος λέγει, καὶ Πότερα κτλ. Mox ipse procedit Memnon magna cum ostentatione. Sed antequam cum Antilocho dimicaturus est, genus suum extollens ait (in libello de Nilo, nuper adjecto Athenæi libro sec., p. 165 ed. Dindorf.):

[139] Γένος μὲν αἰνεῖν ἐκμαθὼν ἐπίσταμαι
Αἰθιοπίδος γῆς, ἔνθα Νεῖλος ἑπτάρους
γάνος κυλίνδει πνευμάτων ἐπομβρίᾳ,
ἔν δ' ἥλιος πυρωπὸς ἐκλάμψας χθονὶ
τήκει πετραίαν χιόνα· πᾶσα δ' εὐθαλὴς
Αἴγυπτος ἀγνοῦ νάματος πλουμένη
φερέσβιον Δήμητρος ἀντέλλει στάχυν.

Dedimus versus ex Hermanni emendatione. Vulgo v. 2 ἑπτάρρους, Dindorfius Νεῖλος ἔνθ' ἑπτάρροος, v. 3 γαῖαν κυλ., v. 4 ἥλιος ἐν ᾗ πυρ. Mater deinde Memnonis Cissia est, non Aurora, quo magis ortus a Græcis alienus Persicus appareat. Id ex loco apud Strabonem intelligitur, qui XV, p. 728 sic scribit: [140] Λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι· φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν. Videtur deinde dimicatio insecuta esse. Antilochus occiditur, postquam e conspectu discesserunt. Corpore Antilochi allato Achilles fidum amicum deflet consiliumque ejus ulciscendi capit.

Observat Dübnerus, fortasse quartum alicubi histrionem in Memnone esse locutum. Pollux IV, 110: Εἰ δὲ τέταρτος ὑποκριτής τι παραφθέγξαιτο, τοῦτο παραχορήγημα ἐκαλεῖτο· καὶ πεπρᾶχθαί φασιν αὐτὸ ἐν Ἀγαμέμνονι Αἰσχύλου. Quod viri docti retulerunt ad Choephoros (v. Blomfield. præfat.

138.
An mulier aliqua Æthiopica apparebit?
139.
Genus laudare gnarus intelligo
terræ Æthiopicæ, ubi Nilus septemfluus
laticem volvit ventorum pluviosis imbribus;
ibique sol igneus effulgens terræ
saxosam nivem liquefacit; omnis autem florida
Ægyptus casto latice impleta
almam Cereris spicam procreat.

Agam. p. X, XI); sed optimi codices Pollucis præbent ἐν Μέμνονι, non ἐν Ἀγ. Probabilis est etiam Wellaueri conjectura ad Memnonem referentis hæc Grammatici in Bekk. Anecd. p. 353, 11 : Αἰσχ. Ἀγαμέμνονι·

Χαλκὸν ἀθέριστον ἀσπίδος θ' ὑπερτενῆ.

Codex ἀθέριτον. Deinde Boissonadius addidit θ', Blomfield. scripsit ἀσπίδων.

PSYCHOSTASIA.

Altera dimicatio inter Achillem et Memnonem secunda tragœdia continebatur, quæ *Psychostasia* vocata est. Fuit autem, ut videtur, duplex certamen, alterum cœleste duarum dearum Auroræ vel Cissiæ, quæ Memnonem peperit, et Thetidis. Itaque etiam scena duplex fuerit necesse est, cujus in superiore parte, quod theologium dictum est, Jupiter apparuit cum iis, qui eum sequebantur. Inter quos etiam matres fuerunt duorum bellatorum. Altera scena logium fuit, in quo ii spectati sunt, qui ad deorum majestatem adspirare non potuerunt. Rem explicavit Julius Pollux, qui IV, 130 sic scripsit: [141] Ἀπὸ δὲ τοῦ θεολογείου ὄντος ὑπὲρ τὴν σκηνὴν ἐν ὕψει ἐπιφαίνονται θεοὶ, ὡς ὁ Ζεὺς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐν Ψυχοστασίᾳ. Ἡ δὲ γέρανος μηχάνημά τι ἐστὶν ἐκ μετεώρου καταφερόμενον ἐφ' ἁρπαγῇ σώματος, ᾧ κέχρηται ἡ Ἠὼς ἁρπάζουσα τὸ σῶμα τοῦ Μέμνονος. Conf. Pausan. V, 22, 2. Et Plutarchus Thetidem Auroramque nominat, quæ Jovem sint comitatæ. In quo mireris Plutarchum, qui Auroram nominet, quum ex Strabonis loco, quem supra attulimus, satis constet, Æschylum matrem Memnonis Cissiam vocasse. Idem tamen est etiam apud Pollucem l. c., si nostra fabula intelligitur, ut videtur intelligenda. Quocirca Cissia tantum aliud nomen habendum est.

Quis dubitet, quin si minus Memnon, qui ex prima tragœdia notus fuit spectatoribus, at Achilles tamen in scena ante auditorum oculos apparuerit? Necesse erat enim ostendi bellatorem, quem poeta laudibus in cœlum efferre voluit. Quocirca initio in conspectum venisse censeas, ut quod haberet in animo consilium, indicaret, ad pugnam se armaret, proficisceretur. De choro nihil constat, nisi forte Achillis comites fuerunt ii, qui eum constituerunt. Sed hujus rei nullum testimonium ex veteribus citari potest. Reliqua Æschylus ex Homero expressit, apud quem hæc sunt (Iliad. Θ, 69):

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
ἐν δ' ἔτιθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
Τρώων ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων·
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ' αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν.

Et Plutarchus De audiendis poetis p. 16, F, 18, A, hæc scribit: [142] Οἷον ἐπὶ τοῦ Διὸς εἰρηκότος Ὁμήρου (Iliad. Φ, 209),

Ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο
τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο·
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών, ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ·
ᾤχετο δ' εἰς Ἀΐδαο, λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων,

τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν ἐπιγράψας Ψυχοστασίαν καὶ παραστήσας ταῖς πλάστιγξι τοῦ Διὸς ἔνθεν μὲν τὴν Θέτιν, ἔνθεν δὲ τὴν Ἠὼ, δεομένας ὑπὲρ τῶν υἱέων μαχομένων. Eadem fere retulit Scholiastes ad Iliad. Θ, 69. Paulo aliter Eustathius p. 699, 30 : Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ὅτι Αἰσχύλος ἐνταῦθα κῆρας οὐ τὰς εἰς θάνατον μοίρας, ἀλλὰ ψυχὰς νοήσας ἐποίησεν αὐτὸς Ψυχοστασίαν, ἐν ᾗ ὁ Ζεὺς ἵστησιν ἐν ζυγῷ τὴν τοῦ Μέμνονος καὶ τοῦ Ἀχιλλέως ψυχήν. Neque diversa sunt, quæ habet idem p. 1266, 37 : Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ἐκ τούτου τοῦ χωρίου πεπλάσθαι, ὡς καὶ αὐτὸ προεδηλώθη, τὴν Ψυχοστασίαν τῷ Αἰσχύλῳ, κῆρε νοήσαντι τὰς ψυχὰς, ὡς καθόλου τοῦ Διὸς ψυχὰς ἱστῶντος. Cf. Schol. ad Hom. Iliad. Θ, 70. Diverso loco deos hominesque fuisse prodit locus Pausaniæ V, 22, 2.

Ex his igitur consequitur deas adstitisse ad solium Jovis supplicantes utramque pro suo filio, dum Achilles et Memnon extra scenam pugnabant. Hæc ita consuetudo Græcorum postulabat, ut quæ essent horridiora et immaniora, e conspectu removerentur; neque voluerunt plures personas colloqui quam tres. Mirum autem fuisset legibusque Græcæ tragœdiæ contrarium, si mutæ fuissent deæ ad Jovis solium, dum utraque ab hoc filii incolumitatem et victoriam petiit. Trutinam aut Jupiter ipse tenuit aut, ut est in antiqua pictura, Mercurius. Memnonis autem lanx una cum anima ejus interitum continebat. Ita credibile est discrimine vix per trutinam manifestato Memnonis occisi corpus allatum esse, postquam Jupiter cum Thetide ceterisque, qui cum eo erant, de scena discesserat. Sequitur igitur lamentatio Auroræ, quæ primum deflet defletumque et jam rogo impositum per aerem aufert, ut est apud Pollucem IV, 130. Quo referendum videtur fragmentum, apud Hesychium : [143] « Αὐριδάτας. Αἰσχύλος τὸ αὖρι ἐπὶ τοῦ ταχέως τίθησι· καὶ ὁ αὐτὸς Ψυχοστασίᾳ οὕτως φησὶ τὸ ὄνομα ταχυδήμων (sic Salmas. Codex ταχυδήλων). Idem verbum Grammaticus explicavit in Bekkeri Anecdotis p. 464, 9 : Αὐρίδατον· τὸ αὖρι τιθέασι ἐπὶ τοῦ ταχέως καὶ τάχα, οὐκ ἀπὸ τῆς αὔρας, ἀλλὰ κατά τινα βαρβαρικὴν λέξιν· τάχα δὲ καὶ

ἀπὸ τοῦ αὔριον. Incerta et obscura alia duo fragmenta sunt, prius apud Hesychium [144], Ἀνηκίδωτοι » (sic recte Grammat. Bekk. An. p. 402, 25; cod. Hes. ἀνηκίδοτοι), ἄνευ ἀκίδος. Αἰσχύλος Ψυχοστασίᾳ, alterum apud Aristoph. Ran. v. 928, ubi [144] « γρυπαιέτους χαλκηλάτους » Welckerus ad scutum Memnonis pertinere putavit.

Sequebatur ex Hermanni sententia tertia tragœdia, cujus neque fragmentum neque nomen servatum est. Versata autem esse in obitu Achillis videtur. Fuerunt qui hoc argumentum in Nereidibus expositum putarent. Adscripsimus tamen hanc tragœdiam multis iisque bonis auctoribus illi trilogiæ, quæ Myrmidones tragœdiasque cum his conjunctas continebat.

Sunt tamen indicia quædam, quæ vix ullam relinquunt dubitationem, quin ab Æschylo etiam Achillis fata sint exposita. Ita enim tantummodo transacta sunt quæ inter se copulata unum argumentum efficiebant.

Apollo enim Achilli ob cædem Memnonis et Hectoris succensens pœnam vult exigere non ignorante Thetide matre, quæ, id ne faceret, eum in aliam mentem traducere voluit. Sed instabant fata Achilli occiso Hectore. Verum non curat ille victoria ferocior factus, quid sibi immineat. Poscit in matrimonium Polyxenam, Priami filiam. Et illa ei spondetur, sed dum fiunt sacra ad aram, Achilles in eadem ara perfidia Paridis ab Apolline adjuti sagitta transfigitur. Mater rite defletum in Leucam insulam aufert. Fortasse huc referendi sunt versus, qui apud Platonem De rep. II, p. 383, A, leguntur, nisi rectius ad Ὅπλων κρίσιν retuleris : Οὐδ' Αἰσχύλου (τοῦτο ἐπαινεσόμεθα), ὅταν φῇ ἡ Θέτις τὸν Ἀπόλλω ἐν τοῖς αὐτῆς γάμοις ᾄδοντα

[145] ἐνβατεῖσθαι τὰς ἐὰς εὐπαιδίας
νόσων τ' ἀπείρους καὶ μακραίωνας βίους,
ξύμπαντά τ' εἰπὼν θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
παιᾶν' ἐπευφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ·
κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
ἤλπιζον εἶναι μαντικῆ βρύον τέχνῃ·
ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
αὐτὸς ταδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

Non opus est scribere τὰς ἐμὰς εὐπαιδίας, quia Thetis contemptim eas commemorat, quæ Apollo ei attribuerat. Vide paulo post *Armorum judicium*.

TRAGOEDIÆ FATA AJACIS ET TEUCRI COMPLEXÆ.

Achille viro inter Græcos fortissimo dolo Apollinis interempto arma remanserunt, quæ Ajax una cum corpore, antequam Ulixes accedere potuit, qui ignavia motus certamini se subtraxit, ex prœlio retulerat. Ea Thetis mater accepit præmiumque illi proposuit qui post Achillem inter Græcos esset fortissimus, ut hic accepto beneficio Achillem ulcisci posset. Varia tamen memoria antiquitatis est de judicio, quod deinde insecutum est. Atque Arctinus quidem, quem Proclus in Æthiopide etiam armorum judicium exposuisse tradidit, ab Agamemnone captivos Trojanos, quos quam justissime et verissime judicare posse existimavit, interrogatos esse ait, a quonam sibi quam plurima mala inflicta esse putarent. Quibus respondentibus, Ab Ulixe, Agamemnonem non dubitasse, quin huic adjudicanda arma essent. Alia habet Parvæ Iliadis scriptor, qui Nestorem, Græcis de armis disceptantibus suasisse tradit, ut aliquos ad mœnia Trojæ mitterent auscultatum, quid Trojani ipsi et de Ulixe et de Ajace judicarent. Atque id factum esse a Græcis ait. Quum igitur legati mœnia subiissent, puellas inter ipsas disceptantes audivisse, uter fortior esset, Ulixes an Ajax; inter has unam dixisse multo fortiorem esse Ajacem, qui ex prœlio Achillem cum armis retulisset, id quod Ulixes facere recusavisset; deinde respondisse alteram, id recte judicatum esse sibi non videri, quia etiam mulier onus ferret, si id ei a viro esset impositum (Schol. Aristoph. ad Eq. 1051). Alia narrat Ovidius in Metamorph. XIII. Quarum narrationum nullam Æschylus secutus est, sed ita disposuit argumentum, ut a superioribus, qui ad Homerum proxime accedebant, acceperat; id quod postea satis manifesto a nobis exponetur. Fuerunt autem tres tragœdiæ, quibus historiam consummavit, quarum prima fuit Ὅπλων κρίσις, altera *Thraces*, tertia *Salaminiæ*.

145.

Apollo : dividere se suam progeniei felicitatem, morbis intactam longævamque vitam.
Et quum omnia cecinit, diis amicam sortem meam carmine extulit me (*Thetidem*) exhilarans, et ego Phœbi divinum os veridicum fore sperabam vaticinandi arte excellens. [vivio
Ille vero ipse qui cecinit, qui ipse adfuit in con-
qui ipse hæc dixit, ipse ille est qui interfecit filium meum.

ARMORUM JUDICIUM.

Congregatis Græcorum ducibus, ut de Achillis armis, cui ea tradenda essent, judicaretur, Thetis cum Nereidibus, quæ arma afferebant, in medium processisse videtur. Utrum Nereides chorum constituerint, an ex aliis compositus fuerit personis, incertum est. Si autem hæ judicabant, id quod vix est addubitandum, credibile non est chorum ex iis constitisse, quemadmodum etiam in Eumenidibus judices a choro distinguuntur. De Nereidibus autem hæc scribit Scholiastes ad Arist. Acharn. 848, ὁ στίχος ἀπὸ δράματος Αἰσχύλου Ὅπλων κρίσεως ἐπιγεγραμμένου, ἐν ᾧ ἐπικαλεῖται τὰς Νηρεΐδας τις ἐξελθούσας κρῖναι πρὸς τὴν Θέτιν λέγων·

[146] Δέσποινα πεντήκοντα Νηρήδων κορῶν.

(Sic Bentleius; vulgo legitur Νηρ. χορόν.) Ex quibus colligitur advocatas esse Nereides ab aliquo, ut judicarent. Non adfuerunt igitur omnes. Quocirca ex Græcis potius chorum compositum fuisse credas. Deinde perspicue appareret etiam Thetidem inter personas tragœdiæ fuisse. Absurdum autem esset, si Thetis regina chori quinquaginta Nereidum dicebatur, quarum non plus quindecim in choro aderant. Ac putant deam primam in medium processisse, ut, dum arma proponeret præmium, etiam de Apolline quereretur versibus, quos paullo ante posuimus, quemadmodum illi apud Platonem scripti sunt:

Ἐνδατεῖσθαι τὰς ἐὰς εὐπαιδίας
νόων τ' ἀπείρους καὶ μαχραίωνας βίους,
ξύμπαντά τ' εἰπὼν θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
τιμᾶν ἐπευφήμησεν εὐθυμῶν ἐμέ·
κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
ἔλπιζον εἶναι μαντικῇ βρύον τέχνῃ·
ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

Hermannus conjecit primum versum fuisse:

Ὁ δ' ἐνδατεῖται τὰς ἐὰς εὐπαιδίας.

Hæc autem Æschylus scripserit, ut indignabunda Thetis indicare videatur, quæ Apollo inaniter jactaverit. — Sed Welckerus his nuper ea argumenta opposuit quæ rationem illam vehementer infirment. Non potuisse fieri observat ut Thetis et Nereides judicent, quia cognatus et amicus Achillis causa cecidit, et injusta sententia diis non recte tribuitur. Potuit tamen Ajax, falsa testimonia indignatus, Thetidis os divinum testari. Quare versus novem ex Platone illi fabulæ, quæ mortem Achillis continebat et Psychostasiam sequebatur, unice conveniunt.

Causam deinde coram judicibus dixerunt et Ulixes et Ajax. Prior fortasse Ajax, ut est apud Ovidium, peroravit, ex cujus oratione, ut videtur, duo fragmenta servata sunt, alterum apud Stobæum Floril. XI, 8:

[147] Ἁπλᾶ γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἔπη·

et alterum apud Scholiastam Soph. Ajac. 191, in quo in Ulixem invehitur ignominiam ortus ei cum adulterio matris exprobrans:

[148] Ἀλλ' Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίσυφος,
τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἥ σ' ἐγείνατο.

Ulixes vero facile Ajacis simplicitatem et integritatem callida oratione, fraudibus, falsis laudibus et subdolis orationis artificiis superavit. Non armis affirmavit pugnandum esse, sed prudentia et arte victoriam præparandam et reportandam; inanes fuisse Ajacis vires, frustraneam animi pervicaciam, inutilem in periculis propulsandis perseverantiam, nisi ipsius consilium succurrisset, quid esset faciendum, suppeditasset, servassetque Græcos ab interitu. Ita fraudulentus veterator Græcos facile permovit, ut secundum se darent sententias, Ajacique Ulixem præferrent. Verum ignominiam acceptam ferox Ajacis animus non tulit. Morti jam se destinavit et vita plena doloris tristitiæque ei non est amplius vitalis.

[149] Τί γὰρ καλὸν ζῆν βίοτον, ὃς λύπας φέρει;

apud Stobæum Flor. CXXI, 23, ubi codd. βίον. Incertum est quo referendum sit fragmentum in Etymol. Gud. p. 567, 34, vehementer depravatum, probabiliter ita correctum: Χλίδον καὶ χλῆδον, σωρόν, δηλοῖ πλήθους ἔμφασιν. Αἰσχύλος Ὅπλων κρίσει, [150] «κεχληδότα» ἀντὶ τοῦ πληθύοντα.

146.

The Armorum Judicio aliquis Nereidas advocat, ut ejus rei judicent, dicens Thetidi:

Regina quinquaginta Nereidum puellarum.

147.

Simplex enim est veritatis oratio.

148.

At cum Anticlea propius congressus est Sisyphus. cum matre tua dico, quæ te genuit.

149.

Quid enim agenda ætas est quæ dolores affert?

Ex Græcis non sunt plura fragmenta servata; sed subjunxit his alia Hermannus ex Latinis poetis petita Pacuvio et Attio, quæ, quamquam uterque adeo argumentum extendit, ut etiam alias tragœdias comprehenderent, hoc loco, quia nonnihil bonæ frugis continent, simpliciter repetenda duximus.

Ac Pacuvius fortasse Agamemnonem fecit primo ludos funebres Achilli fieri jubentem (apud Charisium II, p. 175, 46):

Seseque ad ludos jam inde abhinc exerceant.

Quum Ajax cognati arma peteret, Agamemno Nestorem consuluisse videtur (Non. p. 507, 25):

Dic quid faciam quod me moneris, effectum dabo.

Nestor, ut ex Trojanis captivis quæreretur, fortasse suasit (Non. p. 475, 18):

Proloqui non pœnitebunt, liberi ex ingrato loco,

qui etiam hæc dixit (ib. p. 416, 1):

Qui viget, vescatur armis, ut percipiat præmium.

Deinde judicium instituendum esse probat Agamemno (ib. p. 261, 12):

Et æquum est et rectum [hoc] quod postulas:
jurati cernant.

Ejusdem Agamemnonis verba sunt (ib. p. 261, 20):

Qui sese affines esse ad caussandum volunt
de virtute, eis ego cernundi do potestatem omnibus.

Ex Ajacis oratione sumpta sunt verba apud Nonium p. 473, 15:

An quis est qui te esse dignum quicum certetur putet?

Callide deinde Ulixes captat judicum benevolentiam apud Festum v. Reapse:

Si non est ingratum reapse quod feci bene.

Ajace insania correpto editaque strage in armentis, nuncius hæc videtur retulisse apud Nonium p. 126, 22:

Quod inaudivi accipite et quid sit facto opus,
decernite.

Et Ajax ipse fuit (ib. p. 161, 24),

Feroci ingenio, torvus, prægrandi gradu;

nec solum judicibus, sed Atridis etiam et Ulixi mortem inferre voluit (ib. p. 124, 2):

Nam canis, quando est percussa lapide, non tam illum appetit,
qui se icit, quam illunc eumpse lapidem, qui ipsa icta est, petit.

Videtur deinde, ait Hermannus, Ajax cognita insania mœrore confectus sedisse, si recte judicatum est de verborum sententia, quæ manca leguntur apud Festum in Reses, integranda fortasse hoc modo: Pacuvius in Armorum judicio:

Tuque te
desidere mavis residem, nos hic esse in miseriis.

Querentis injuriam sibi factam Ajacis verba sunt apud Suetonium Jul. Cæs. c. 84:

Men' servasse, ut essent qui me perderent?

Teucro dicta putat Hermannus quæ sunt apud Ciceronem in Oratore c. 46, 155:

Nilne ad te de judicio arm ûm accidit?

Inter alia hic respondebat (ap. Festum in v. Feroc.):

Quum recordor eius ferocem et torvam confidentiam.

Ajax in tentorio se interfecit apud Pacuvium, si recte suppleta sunt verba apud Festum v. Reserari:

Pandite valvas, removete seras,
ut complectar.

Nisi fallor, inquit Hermannus, minister Agamemnonis Teucro dicebat (ap. Non. p. 246, 6):

Pro imperio agendum qui vetat
ne quis attollat.

Atque hæc ita Pacuvius; non multo aliter Attius, qui vix dubitandum est quin Æschylum secutus sit. Apud hunc Ajax arma poscere his verbis dicitur (ap. Non. p. 416, 5):

Sed ita Achilli armis inclutis vesci studet.
ut cuncta aperte levia jam præ illis putet.

Hermannus Attio versus quoque in libro Ad Herenn. II, 26, 42, vindicat, ubi Ajax oraculo et jure cognationis confisus arma petiisse dicitur:

Aperte fatur dictio, si intelligas:
tali dari arma, qualis qui gessit fuit,
jubet, potiri si studeamus Pergamo.
Quæ mea profiteor esse: nam me æquum est fraternis armis, mihique adjudicarier,
vel quod propinquus, vel quod virtute æmulus.

Ubi inter Ulixem et Ajacem contendebatur, hic (ap. Non. p. 257, 15):

Quid est
cur componere ausis mihi te ac me tibi?

Ulixes contra (Macrob. Sat. VI, 5, Non. p. 485, 15, utrumque Hermannus conjunxit):

Nam tropæum ferre me a forti viro
pulcrum est: si autem etiam vincar, vinci a tali nullum mi est probrum,
in quo salutis spes supremas sibi habet summa exerciti.

Altercatione orta Ajax dixit (ap. Charis. p. 251, 17, si Attio recte tribuitur):

Vidi te, Ulixe, saxo sternentem Hectora:
vidi tegentem clipeo classem Doricam:

ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam ;

et (apud Non. p. 521, 6) :

Inter quos sæpe et multo imbutus sanguine.

Respondebat Ulixes (ap. Non. p. 96, 23) :

Hujus me dividua cogit plus quam est par loqui.

In reliquis Attius Sophoclem secutus videtur, id quod Hermannus demonstravit.

THRESSÆ.

Altera tragœdia de choro mulierum captivarum Thressæ dicta est, id quod est apud Scholiastam Sophoclis ad Ajac. 134 : [151] Τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων κῆδεμονικὸν μέν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις, οὐ μὴν ἐπρόσωπον· ὅρα γὰρ οἷον τὸ αἰχμαλώτους ἐπιτρέψαν τῷ Μενελάῳ. Thressæ igitur fuerunt, quæ loco Salaminiorum, ut est apud Sophoclem, Ajacis curam susceperunt. Ex his probabile est ab Æschylo in hac tragœdia idem argumentum tractatum esse, quod Sophocles exposuit in Ajace Flagellifero.

Accepta enim injuria Ajax, cui vita jam non est amplius tolerabilis, transigendo consilio, quod ante iniit, incumbens, mori paratus est ; sed non ante vult mortem oppetere quam de iis, qui se ignominia affecerint, vindictam sumpserit. Quo facto quidquid instabit, non recusat subire. Neque tamen constat, quomodo Æschylus eum ultioni indulgentem fecerit : idemne fecerit quod est apud Sophoclem an aliud quid secutus sit. Quo autem animo fuerit, quum ex insania resipuerit, duobus fragmentis indicatur, quæ quamquam non certo huc referri possunt, tamen sunt ejusmodi, ut optime conveniant tragœdiæ. Utrumque est apud Clementem Alexandrinum Strom. II, 15, § 63, qui sic scribit : Ἀλλ' οὐδὲ Αἴας σωφρ[ονῶν], μέλλων δὲ ἑαυτὸν ἀποσφάττειν κέκραγεν· οὐδὲν οὖν ἦν πῆμα ἐλευθέρου ψυχὴν δάκνον οὕτως ὡς ἀνδρὸς ἀτιμία.

[152] Οὕτως πέπονθα καί με συμφορᾶς ἀεὶ
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει
λύσσης πικροῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον·

et quos paulo ante posuit duos versus, nisi sunt, quod certis ex indiciis colligo, Euripidei :

[153] Οὐκ ἔστιν οὐδὲν πῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν τοσοῦτον ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.

Perpauca deinde de obitu Ajacis servata sunt, Id tamen est certissimum Æschylum non fecisse Ajacem in scena ante oculos spectantium morientem, id quod Sophocles fecit, sed subtraxit id conspectui, quod cum voluptate aliqua spectari non potuit. Quo modo autem vir post Achillem fortissimus interierit, nuncius retulit. Hæc sunt apud Scholiastam Soph. ad Ajac. v. 815 : [154] Ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια· εἰώθασι γὰρ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. Τί οὖν τὸ αἴτιον ; φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγείλας.

At Ajacis obitus apud Æschylum valde mirabilis fuit. Neque enim Ajax, ut est apud Sophoclem et Homerum, toto corpore vulnerari potuit, sed alia nova vel ab ipso inventa vel ab aliis accepta secutus Ajacem toto corpore invulnerabilem fuisse narrabat præterquam ea parte, quæ leonina pelle tecta non fuit, quum Hercules ei puero invictum robur a diis precaretur. Quibus Æschylus ita usus est, ut ensem, quo ille se transfigere voluerit, in durata cute corporis inflexum esse perhiberet. Fusius hæc exposuit Scholiastes Sophoclis ad Ajac. v. 833 : [155] Παραδεδομένου δὲ καθ' ἱστορίαν ὅτι κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην τρωτὸς, διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα τῇ λεοντῇ αὐτὸν σκεπάσαντα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀσκέπαστον ἐᾶσαι διὰ τὸν γωρυτὸν, ὃν περιέκειτο Φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ Αἰσχύλος ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτετο οὐδαμοῦ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ· τόξον ὥς τις ἐντείνων, πρὶν δή τις, φησὶ, παροῦσα δαίμων ἔδειξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ. In quibus Hermanno talia fere poetæ verba latere videbantur :

Ἔκαμψε, τόξον ὥς τις ἐκτείνων, ξίφος,
πρὶν δὴ παροῦσα δαιμόνων τις εὐφρόνως
ἔδειξεν αὐτῷ.

Gladium autem, quo se transfixit, ab Hectore acceperat. Neque vero credibile est illum post mortem a Teucro aut a Græcis neglectum esse, sed quædam de ejus luctu, alia de sepultura, nonnulla de Teucro esse adjecta, satis certo conjeceris. Ad quæ referendum videtur quod apud Hesychium legitur, [156] « Ἀγαῖς, » ζηλώσεσιν. Ad

---

152.

Ajax quum in eo est ut manum sibi consciscat :

Ita dolore perculsus sum et ignominiæ semper profunda macula ex profundo pectore exagitat vesaniæ acerbis stimulis excitatum.

153.

Non est ullum malum quod liberi mordeat animum viri pariter atque ignominia.

155.

Inflexus est, ut si quis arcum intendit, gladius, priusquam dearum aliqua quæ adfuit benevole ei ostendit.

verba Æschyli, [157] « Τὸ συγκλινὲς ἐπ' Αἴαντι », ap. Aristoph. Ran. 1294, observat Scholiasta : Τιμαχίδας φησὶ τοῦτο ἐν ἑνίοις μὴ γράφεσθαι· Ἀπολλώνιος δέ φησιν ἐκ Θρῃσσῶν αὐτὸ εἶναι.

SALAMINIÆ.

Sequitur tertia tragœdia, cui nomen fuit Salaminiis, ut videtur a choro mulierum Salaminiarum inditum. Sed ne id quidem prorsus sine controversia est fuerintne Salaminii an mulieres, quum sit Σαλαμίνιοι in indice tragœdiarum scriptum.

Argumentum autem, quod poeta tractavit, hoc fuisse videtur. Teucer e bello in patriam redux Telamoni patri ingratum nuncium de obitu dilecti filii attulit, quo senex tantopere indoluit, ut etiam Teucro gravissime succenseret, quod fratrem ab injuria Græcorum non defendisset. Negat se filium videre posse, qui a stirpe paterna adeo degeneraverit, ut sanctissimum fratris ulciscendi officium turpi lucro incensus neglexerit. Neque permittit ille, ut in patria remaneat, sed expellitur Teucer, ut novum solum quærat, in quo sedes suas penatesque ponat luatque pœnam, quod fratris interitum non sit ultus.

Pater Teucro iratus, laudibus in cœlum Ajacis fortitudinem efferens, opprobriis illum cumulans, hunc desiderio invicto requirens, Teucri defensio vel silentium, consilium relinquendæ patriæ et profectio, partes sunt tragœdiæ gravissimæ ideoque necessariæ, quas poeta procul dubio in tragœdia tractavit suoque more exornavit. Videtur tamen inter omnes tragœdiæ personas Teucer eminuisse, id quod colligitur ex iis, quæ Æschylum Aristophanes in Ranis v. 1040 dicentem facit, ubi Teucrum θυμολέοντα vocavit.

Perpauca fragmenta supersunt, ex quibus nihil colligi potest, adeoque illa obscura sunt, ut ne intelligi quidem possit quæ fuerit sententia, quam significaverint. Primo, quod est apud Hesychium [157] « ἀνήρης, » ἀνδρώδης, fortasse Ajax intelligitur, quod maxime virili fortitudine fuit; alio apud eundem [158] « ἀναῤῥοιδδεῖ » (codex ἀναροιδδοῖ), ἀναῤῥοφεῖ, Æschylo positum ἀντὶ τοῦ διαπνεῖ, credas Ajacis sanguinem a terra haustum indicari, vocem [159] « ἔκλογον, » quam Hesychius διήγησιν explicat, defensionem Teucri fuisse dicas, postremoque [160] « κανθύλας, » τὰς ἀνοιδήσεις apud eundem, ictus in bello acceptos.

Denique integer exstat versus in Herodiani libro περὶ μονήρους λέξεως p. 36, 19 : [161] Εἴ μοι γένοιτο φᾶρος ἶσον ἐν οὐρανῷ.

(Conf. Herodian. Περὶ διχρόνων ap. Brunck. Lex. Soph. v. Φᾶρος, ubi ἐμοὶ γέν., Draco Strat. p. 35, 11, Grammat. Hermanni p. 443.) At neque quid significetur, neque quomodo Æschylus versum scripserit, facile quis dixerit. Fortasse εἴ μοι γένοιτο φᾶρος ἶσον ἂν οὐρανῷ vel ἶσον ὂν οὐρανῷ scribendum est, hac sententia, ut Teucer velum optet, quo tam procul a patria vehatur nave, quam cœlum extendatur. Verum concedendum est ejusmodi versum Æschyleum non videri.

Quum Pacuvius et Ennius idem argumentum tractarint, horum fragmenta Hermannus adscribenda censuit. Sed quia non constat, quem Romani poetæ secuti sint, Sophoclemne an Æschylum, multoque est credibilius illos Æschyli tragœdiam latinis versibus non expressisse, Hermanni consilium deserendum putavimus.

AJAX LOCRUS.

Ajax Locrus Æschyli semel tantummodo commemoratur in antiquis libris neque quidquam nobis innotuit de tragœdia nisi quod est apud Zenobium VI, 14, qui unum tragœdiæ verbum servavit. Fabula vero, si exstitit, repleta fuerit necesse est rebus maximis gravissimisque, quæ animum magno opere movere, metum et indignationem excitare, potentiæ divinæ majestatisque admirationem augere possent.

Ajax Oilei filius fuit, Locrus. Hic quum inter procos Helenæ fuisset jurejurandoque cum aliis esset obstrictus, inter Græcos Trojam proficisci coactus est, ut illatas Menelao injurias ulcisceretur. Urbe decimo anno expugnata hic, qui ubique impietate et improbitate excelluisset, Cassandra potiri voluit virginemque Apollini dicatam in templum persecutus, quum illa ad aram Minervæ confugisset, ex illo loco puellam deripere, vim et manus ei inferre, sacerdotem violare non dubitavit. Non tulit dea tantum sui numinis contemtum. Ut ab eo vindictam repetat causamque ut dicat, advocatur, a Cassandra accusatur, frustra pejerat, vix lapidationem, quæ pœna ei erat constituta, effugit, quum in ipsa ara deæ, quam improbissime offenderat, auxilium quærat. Dea hominem immortalibus mortalibusque invisum servavit quidem, at ille servatus est, non quo viveret improbitatemque deponeret, sed ut turpius interiret.

161.
Utinam mihi contingat velum par in cœlo.

Græci enim in patriam revertentes ob unius Ajacis facinus gravi calamitate deorum voluntate afflicti sunt, classis tempestate disjecta, alii in alias terras dispersi, multi navibus in scopulos allisis mari immersi et hausti. Ajax etiam nave, quam fulmen percussit, amissa aliquamdiu nando servatus postremo eo pervenit, ut in rupem Gyræ eniteretur. Neque vero servato et jam hospiti alia mens quam antea fuit. Eadem contumacia manebat eademque impietas; iraque abreptus ne deorum quidem odio se terreri posse exclamat. Neptunus vero tandem invicta Ajacis superbia graviter offensus precibusque Minervæ adductus tridente contra illum converso disruptoque saxo, quod escenderat, hominem in mare dejectum fluctibus obruit. Navis illius ardentibus velis tempestate abrepta est. Hæc fere ita Welckerus exposuit.

Fabulam Æschylus omnem tribus tragœdiis exposuit. Neque vero constat, quibusnam id fecerit. Neque ego dixerim illum omnia, quæ antea sunt exposita, spectatoribus proposuisse spectanda. Certe Ajacis facinus, quo Cassandræ vim inferre conatus est, deinde tempestatem a scena remotam fuisse necesse est. De re ipsa egregie Welckerus disputavit. Scelus, inquit, quod Ajax in Cassandra commisit, atrox et nefarium, perpetratumque inter expugnationis horrores, quod summum et ultimum esset violentiæ crudelissimæque victoriæ, declaravit. Non enim abhorruit ab usu belli expugnata urbe Priamum et regem et senem ad aram domesticam occidi. Quod enim fas erat et justum, id multo elapso tempore tandem apparuit, exactumque est quod fieri debebat, multisque laboribus exantlatis periculisque superatis de violatoribus justitiæ vindicta sumpta est. Verum fortuna in ipsos victores ob eorum facinora conversa est, germenque novi exitii in illo ipso loco depositum, ubi alius totam gentem, urbem, arcem sua animi impotentia et pervicacia et impietate abreptus perdidit. Cf. Æschyl. Agam. 345-347.

Quod tragœdiæ fragmentum servatum est, id, utpote unum et solum, ad Sophoclis Ajacem Locrum retulerunt alii. Est apud Zenobium Prov. VI, 14 : [162] « Τί σοι ὁ Ἀπόλλων κεκιθάρικεν; τὸ κεκιθάρικεν, οἷον ἐμαντεύσατο, ὡς φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. Fortasse verbum Ajacis est, quo ex Cassandra quærit, quænam illa somnia sint, quæ Apollo ei tanquam vaticinans, lyræ sonis ediderit.

Welckerus huic tragœdiæ *Iliades* adjunxit tragœdiam, quæ in Bekkeri Anecdotis p. 346,9 commemoratur : Ἀδριαναὶ γυναῖκες · Αἰσχύλος Ἰλιάσιν.

Ἀδριαναί τε γυναῖκες τρόπον ἕξουσι γόων.

Sed locus valde suspectus est verendumque ne nulla unquam tragœdia isto nomine fuerit. Præterea putavit adjecta Ἰλίου πέρσει compleri trilogiam. Verum etiam hæc tragœdia non minus incerta est quam illa prior. Scriptum est apud Aristotelem in Art. poet. XVIII, 17 : Ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. Hæc depravata esse consentiunt interpretes. Recte autem procedit sententia, ut ait Hermannus, si hoc dicit Aristoteles : Qui excidium Trojæ universum complexi sunt, uti Sophocles [hoc nomen enim illi alteri nomini Εὐριπίδης substituit] Nioben et non uti Æschylus, vel explodunter vel ægre se sustinent. Quodsi iste Aristotelis locus nullum præbet testimonium, quod Æschylum Ἰλίου πέρσιν scripsisse doceat, aliis opus erit testibus. At nulli exstant, nisi si quis aliquem cogat testari, quod non est testatus. Id igitur fecit Welckerus. Nam quia Aristoteles Æschylo Ἰλίου πέρσιν tribuat, duos alios scriptores istam Ἰλίου πέρσιν memorare censet, Athenæum p. 86, B, et Grammaticum apud Bekkerum p. 1073. Sed hujusmodi argumentis nihil probari satis luculenter Hermannus demonstravit. Nam ne illud quidem quod ab adversario concessum suo jure urget Welckerus, Æschyli verba apud Aristophanem Ran. 1451 :

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,

ad Astyanactis cædem aperte referri, extra dubitationem poni potest. Neque vero Hermanni probabilis sententia est, qui Persis versus attribuendos ait. De qua re disputavimus fusius, quum trilogiam, cujus pars Persæ sunt, exponeremus.

Alii *Proteum tragicum*, cujus mentio facta est apud veteres, ad trilogiam, cujus partem Ajax Locrus constituit, pertinere putaverunt, et quum nihil sit, quod de tragœdiæ argumento certiora doceat, facile est proponere sententiam, quam nemo possit refellere. Quodsi Proteus huc referri potest, id quod est valde incertum, duo versus, qui hodie supersunt, Ajacis ex undis emergentis aliquis esse existimaverit, quum ille ingenti labore, fame, frigore exhaustus primo mitiora verba edens se dixerit

[63] Σιτουμένην δύστηνον ἀθλίαν φάβα

163.

Vescentem infelicem miseram columbam | mediam ad latera a ventilabris percussam.

μέσην τὰ πλευρὰ πρὸς πτύοις πεπληγμένην.

Hæc apud Athenæum IX, p. 394, A, ἐν τῷ τραγικῷ Πρωτεῖ. V. 2 codices μέσακτα πλευρὰ ... πεπλεγμένην.

Apud Hesychium legitur : [164] « Ἄελπτοι, » δεινοὶ καὶ ἄαπτοι. Αἰσχύλος Πρωτεῖ, quum alibi addat σατυρικῷ.

NIOBEA.

Tribus tragœdiis Niobæ infelicem sortem ab Æschylo expositam esse putant, hac tamen virorum doctorum dissensione, ut Welckerus *Nutrices* primam tragœdiam, secundam *Niobam*, tertiam Προπομποὺς fuisse putet, alii ordinem fabularum immutent, Propomposque secundum, Niobam tertium locum obtinuisse censeant. Verum Τροφοὺς, quæ dicuntur, Dionysi Nutrices fuisse Hermannus affirmavit, Welckerus tragœdiam illius nominis nunquam exstitisse existimat; deinde Hermannus de Propompis dubitat, quam Welckerus certissime tragœdiam fuisse judicat. Tanta virorum in controversia quis dicat, quid sit Æschyli habendum?

Niobe autem matrum facile felicissima fuit. Tantali quum esset filia, ab Jove generis sui originem repetiit, ut nupta fuit Amphioni, qui non minus cœlesti origine gloriabatur. Maximæ ei contigerunt divitiæ, nullæ majores quam septem filiorum totidemque filiarum numerus. At non tulit mortalis femina tantam felicitatem, qua justo elatior ipsos deos contemnere ausa est, inprimis Latonam, Apollinis et Dianæ matrem, quod duos tantummodo liberos pepererit, neque audiit monitorem, qui animum pro sorte mortali habendum suasit.

Forte autem incidit, ut venerabunda multitudo a Tiresia vate vel ejus filia Mantone admonita Latonæ aras erigeret, sacra faceret, deam honoribus prosequeretur. Quæ quum resciisset Niobe, pectore non retinuit iram neque tulit ignominiam, qua se putavit affectam, quod potissimum illi deæ, quam omnium maxime præ se contemneret, civitas sacra faceret. Itaque relicta domo in medium prodit sacrisque disturbatis populoque ab incensis remoto aris, honores, qui deæ parati erant, sibi tribui jubet. Frustra admonetur, ut desistat ab audaci conatu deæque ipsa supplicet. Non audit ullum, qui ad meliorem mentem suscipiendam eam hortetur, sed vehementius etiam irritata minitatur vel Jovis templum, si ille consilio suo se opposuerit, se combusturam unaque regiam Amphionis, neque tectis opus esse, si templa obtinuerit. Tanta animi elatio major fuit quam quæ a diis tolerari posset, inprimis a liberis Latonæ, qui se a mortali muliere adeo contemptos videbant. Itaque matrem ulcisci statuerunt pœnamque a contumacia mortali exigere. Apollo Niobæ filios in Cithærone venantes omnes sagittis percussit idemque fecit Diana, quæ filias Niobæ in regia Amphionis interemit. Infelix pater gladio vitæ finem imposuit, Niobe autem tempestate in Lydiam delata fatis cessit lapisque facta est. De numero liberorum veteres non consentiunt neque de loco, ubi filii occisi sunt : cf. Gell. XX, 7.

Welckeri est sententia a poeta argumentum, quod retulimus, illa esse tragœdia expositum, quam Τροφοὺς vocatam esse ait. Puerorum enim pædagogos intelligi ait liberosque Niobæ non introductos esse, sed choro pædagogorum indicatos totamque primam tragœdiam in describenda felicitate fastuque Niobæ occupatam fuisse; deinde in altera tragœdia Niobam introductam in sepulcro liberorum suorum sedentem continuoque tacentem, dum chorus multa et longa carmina recitaret, neque prius silentii finem factum esse, quam Nioba abitum suum indicaret. Chorum ex senibus Thebanis compositum fuisse vult. Tertiam tragœdiam Welckerus a poeta ita ait compositam, ut Nioba sit in Lydiam delata ad patrem Tantalum, qui Jovem invocet, ut miseria finiatur. Itaque pater deûmque hominumque Niobam miseratus in lapidem mutavit, cui perpetuæ lacrimæ diu noctuque emanarent. Προπομποί autem nomen fuit tragœdiæ ex Welckeri sententia. Thebanos enim dicit Niobam prosecutos esse eosdemque chorum constituisse. Ceterum tragœdiam maxima gravitate conspicuam egregieque ad animos auditorum movendos aptam fuisse ex antiquis grammaticis commemorat. Hermannus Niobæ tragœdiæ scenam in Lydia fuisse docet, convenientissimumque putat si quis ex Lydis mulieribus chorum compositum existimet.

At omnia, quæ retuli, valde ambigua sunt et fallacia. Ne divinari quidem potest, qualis compositio fuerit trilogiæ, neque quemadmodum argumentum, quo Niobæ sors continebatur, poeta explicaverit, neque a quo initium fabulæ sit repetitum, neque quæ in scena sint exposita. Perobscurus locus est apud Aristotelem in Arte poet. XVIII, 17 : Ὅσοι πέρσιν Ἰλίου δλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται. Hic locus varie explicatus est ab interpretibus. Hermannus, ut ante diximus, Σοφοκλῆς pro Εὐρι-

πίδης scripsit. Verum id nihil ad nos, qui verba Aristotelis, quemadmodum in codicibus scripta sunt, retulimus. Jam vero perspicua omnia sunt, si hæc dicit Aristoteles: Qui excidium Trojæ totum carminibus complexi sunt neque per partes tractarunt, quemadmodum Euripides (vel Sophocles) universam Niobæ fortunam comprehendit neque per partes divisit, id quod fecit Æschylus, aut explodiuntur aut ægre rem sustinent. Quocirca ex his concluditur ab Æschylo non totam historiam Niobæ in tragœdia, quam de ejus nomine inscripsit, esse expositam.

Quod si pro vero habendum est, jam est quærendum, quid fabula continuerit. In quo maxima versatur difficultas, quum ne id quidem constet, scena Thebisne fuerit an in Lydia. Nulla quidem fama est Tantalum Thebas venisse; sed facile Æschylus causam invenire potuit ut ille non minus Thebas veniret quam Nioba filia; atque hæc non facile alibi nisi Thebis sepulcro filiorum insidere potuit. Nam etsi Hyginus, et Eustathius fortasse p. 1367,20, in Sipylo filios occisos fuisse memorat, tamen constans superioris antiquitatis memoria eos Thebas retulit. Quocirca credibilius est, scenam a poeta in istâm urbem esse delatam eoque aliqua de caussa venisse Tantalum, ut filiam in Lydiam reduceret.

De choro nihil relatum est; neque tamen Lydos, ut Hermannus, neque Thebanos cum Welckero existimaveris, sed Græcos Niobæ comites. In quo si quis mulieres, quæ Niobam Thebas e patria secutæ sint, intelligat, non refragabor. Jam vero perspicitur, quomodo fieri potuerit, ut, dum ipsa tacita in scena sederet gravissimo dolore oppressa, chorus multis carminibus eam consolari tentaret.

De personis nihil compertum habemus nisi Tantalum cum Nioba verba fecisse eamque abduxisse. Ex quo concluditur hunc non ab initio adfuisse. Neque plus constat de tragœdiæ compositione. Conjicias initio esse felicitatem Niobæ et superbiam expositam; quod tamen minus fortasse fecisse Æschylus videtur, quia partem historiæ, non omnem fortunam Niobæ complexus est. Paulo certiora sunt, quæ scriptor Vitæ illius memoriæ prodidit: [165] Ὥστε διὰ τὸ πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων κωμῳδεῖται παρὰ Ἀριστοφάνους· ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως τρίτης ἡμέρας ἐπικαθημένη τῷ τάφῳ τῶν παίδων οὐδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη. Eadem fere Aristophanes in Ranis 911 et seqq.:

Πρώτιστα μὲν γὰρ ἕνα τιν' ἂν καθῖσεν ἐγκαλύψας,
Ἀχιλλέα τιν' ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνὺς,
πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντας οὐδὲ τυτί.
Δ. μὰ τὸν Δί' οὐ δῆθ'. ΕΥ. ὁ χορός γ' ἤρειδεν ὁρμα-
[θοὺς ἂν
μελῶν ἐφεξῆς τέτταρας συνεχῶς ἀν· οἱ δ' ἐσίγων.
Δ. ἐγὼ δ' ἔχαιρον τῇ σιωπῇ, καί με τοῦτ' ἔτερπεν
οὐχ ἧττον ἢ νῦν οἱ λαλοῦντες. ΕΥ. ἠλίθιος γὰρ ἦσθα,
σάφ' ἴσθι. Δ. κἀμαυτῷ δοκῶ. τί δὲ ταῦτ' ἔδρασ' ὁ δεῖνα;
ΕΥ. ὑπ' ἀλαζονείας, ἵν' ὁ θεατὴς προσδοκῶν καθοῖτο,
ὁπόθ' ἡ Νιόβη φθέγξαιτο δή· τὸ δρᾶμα δ' ἂν διῆει.

Et Scholiastes ad Æschyli Prom. 433: Σιωπῶσι δὲ παρὰ τοῖς ποιηταῖς τὰ πρόσωπα ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους, ἢ διὰ συμφοράν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ. Ita etiam diu Cassandra tacet in Agamemnone. At P. Victorio offensioni fuit, quod ad tertium usque diem Niobe tacuisse dicitur; itaque ἕως τρίτου μέρους correxit. Quod merito rejectum est, quamquam quodam pacto a Welckero defensum. Sed recte intelligenda sunt verba Scholiastarum, et illius qui Vitam Æschyli conscripsit, et alius ad Aristophanem, qui per errorem de Achille in Phrygibus, ὃς μέχρι τριῶν ἡμερῶν οὐδὲν φθέγγεται. Non enim in tertium usque diem tacuit Niobe, ut tacens per omne tempus spectata sit, sed artificio poetæ inventum est, ut spectatores eam tam diu semper tacuisse crederent. Quo referendus versus est, quem servavit Hesychius voce Ἐπώζειν, ἐπικαθῆσθαι τοῖς ὠοῖς. Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ μεταφορικῶς·

[166] Ἐφημένη τάφων
τέκνοις ἐπῶζε τοῖς τεθνηκόσιν.

Quæ utrum a nuncio in initio fabulæ relata sint necne, non facile quisquam dixerit. Id tamen inde concludi posse videtur, quod antea diximus, Nioba si in tertium usque diem tacuit, id relatum esse auditoribus neque ab his nisi ex parte spectatum. Ita etiam aliquid de infortunio Niobæ fortasse ab eodem nuncio, cui illa verba adscribenda sunt, exponebatur, quod ex eo quod est apud Scholiastam Euripidis ad Phœn. 162, colligendum est: [167] Ὁμοίως καὶ Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ καὶ Ἀριστοφάνης δὲ ... ὁμοίως ζ' αὐτὰς εἶναι λέγουσιν, εἶναι δὲ ἑπτὰ καὶ

166.

Insidens in sepulcro liberis mortuis incubabat.

167.

Septem puellas et septem pueros fuisse Niobæ Æschylus refert.

τοὺς ἄρρενας. Quum vero constet chorum initio tacente Nioba multa cecinisse, huic fortasse versus, si sunt Æschyli, vindicandi sunt, qui apud Plutarchum leguntur in Consolat. ad Apoll. p. 116, maximeque illius sorti miserrimæ conveniunt:

[168] Οὐκ ἀεὶ θαλέθοντι βίῳ
βλάσταις τέκνων βριθομένα
γλυκερὸν φάος ὁρῶσα τελευ-
τήσει.

Hermannus versus ab Æschylo scriptos esse negat. Quattuor ordinibus versuum recitatis Niobe cum choro collocuta esse videtur. Quo referendi sunt versus apud Platonem (De rep. III, p. 391, E) et partim ap. Stranonem (XII, p. 580) relati:

[169] Οἱ θεῶν ἀγχίσποροι,
οἱ Ζηνὸς ἐγγὺς, οἷς κατ' Ἰδαῖον πάγον
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι,
κοὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

Ita Niobe sortem suam flens locuta est, quod Strabo testatur: Φησὶ γὰρ ἐκείνη (Niobe) μνησθήσεσθαι τῶν περὶ Τάνταλον, Οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ Δ. π. β. ἐστι. (Sic enim ap. eum legitur, ap. Plat. ὧν κατ' Ἰδ. Ad hos versus respexit Lucianus Encom. Demosth. c. 13: Μανίᾳ σώφρονι τῶν ψυχῶν, ὅσαι Ζηνὸς ἐγγὺς καὶ θεῶν ἀγχίσποροι, φησὶν ὁ τραγικός.) Deinde ad illud cum choro colloquium referam glossam apud Hesychium: [170] « Ἠμορίς, » κενή, ἐστερημένη· Αἰσχύλος Νιόβῃ. Dicit orbam se esse interfectis liberis. Consolans eam simulque excusans, cur audeat Niobam alloqui, ait Chorus illud quod continetur apud Philostratum Vit. Apoll. IV, 16, p. 154 Olear., in his verbis: Ἀλλὰ σὺ, Ἀπολλώνιε, σοφοῖς γὰρ πρὸς σοφοὺς ἐπιτήδεια, τοῦ τε τάφου ἐπιμελήθητι. Morellus versum ex Æschyli Nioba sumptum esse in argumento capitis scripsit. Hermannus verba ista ita correxit:

[171] Ὡς σοφοῖσι πρὸς σοφοὺς
ἐστὶ κηδεία·

Et conjuncta cum his fuerunt, quæ habet Strabo superioribus subjuncta:

[172] Σίπυλον Ἰδαίαν ἀνὰ
χθόνα.

Nec tamen facile quis quo referenda sint dixerit. Verisimile ex iis, quæ Aristophanes retulit, esse videatur Niobam quattuor versuum ordinibus a choro recitatis silentium rupisse non interveniente nova persona. Id enim si factum esset, Aristophanes versibus illis procul dubio indicasset. Neque vero constat, quomodo deinde poeta tragœdiam continuarit, nisi Tantalum paullo post illud colloquium introductum esse censeas, cujus maximæ erant partes in tragœdia. Hic enim advenieus felicitatem suam exposuit versibus, quos idem Strabo l. c. servavit. Qui quum corrupti sint multumque torserint interpretes, sic fortasse scribendi sunt:

[173] Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος,
ἀγέλαι τε μυκηθμοῖσι καὶ βρυχήμασιν
ἕρπουσι μήλων, πᾶν δ' ἐπηχεῖται πέδον.

Hæc teste Plutarcho Tantali verba sunt, qui ea procul dubio non suis exposuit, quibus bona illius ignota non fuerunt, sed peregrinis, quibus, ut nota essent, ista exponenda erant. Itaque Thebis ista illum dixisse censeas. (Initium, Σπείρω ... χῶρον, refert etiam Plutarchus Mor. p. 603, A, et 778, B. V. 3 ap. Strab. est Ἰδὴς δὲ μυκ., v. 4 πᾶν δ' (δ' omittit unus cod.) ὀρεχθεῖ, duo codd. ἐρέχθεον.) Deinde non ita multo post (μετ' ὀλίγον inquit Plutarchus De exilio p. 603, A) hi versus secuti sunt:

[174] Οὐμὸς δὲ πότμος οὐρανῷ κυρῶν ἄνω
ἔραζε πίπτει καί με προσφωνεῖ τάδε·
γίγνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.

(Primum versum restituit Porsonus, quum legeretur θυμὸς δέ ποθ' ἁμὸς οὐρ.) Deinde postquam

---

168.
Non semper florente vita
progenie liberorum exuberans
grata ætatis fortuna beata
occumbet.

169.
Diis proxime nati,
Jovis propinqui, quorum in Idæo vertice
Jovis patrii ara exstat in æthere,
nequedum ipsis sanguis deorum evanuit.

171.
Ut sapientibus cum sapientibus
est affinitas.

172.
Sipylum in Idæa
terra.

173.
Sero arva duodecim dierum itinere,
Berecyntium agrum, ubi Adrastea sedes habet.
gregesque mugitibus et balatibus
incedunt ovium totusque campus personatur.

174.
Sors vero mea, quæ in cœlo versabatur sublimis,
in terram decidit et me ita alloquitur: [ciendas.
Cognosce res humanas non esse nimis magni fa-

Tantalus suum infortunium memoravit, etiam filiæ calamitatem describit, id quod fortasse sic fecit :

[175] Καὶ δόμους Ἀμφίονος
κατηθάλωσε πυρφόροισιν αἰετοῖς,

versu ab Aristophane servato Avium v. 1246, 1247, ubi v. Scholiastam. Sed facile esse ait, ut deus ad homines perdendos inducatur :

[176] Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

Nobilitata illa sententia et ab aliis scriptoribus commemoratur (Plutarcho Mor. p. 17, B; 1065, E; Stobæo Flor. II, 7) et a Platone De rep. II, p. 380, A, ex quo loco cognoscitur eam in Nioba Æschyli positam fuisse. Postea ut quam vanus esset mœror, Tantalus ostenderet, hæc dixit :

[177] Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ,
οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις·
οὐδ' ἔστι βωμὸς, οὐδὲ παιωνίζεται·
μόνου δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ,

apud Stobæum Flor. CXVIII, 1. Primum versum afferunt etiam Aristoph. Ran. 1392, Scholiastæ Sophoclis El. 139, Eur. Alc. 56, Suidas v. Πάγκοινος, qui cum Schol. Soph. subjicit verba, Μόνος οὐ δέχεται γλυκερᾶς μέρος ἐλπίδος, nescitur unde sumpta. Tres primos habent Scholiasta Homeri Il. I, 159 et Eustathius p. 744, 2, cujus scripturam v. 3 recepimus, quum sit ap. Stob. οὐ βωμός ἐστιν. V. 2 ἄνοις posuit Dobræus, Stob. habet ναοῖς, Eust. λάβοις.

Postremo obitus Niobæ insecutus est. Non opus fuit in scena repræsentari, quæ Græci in scena ostendi non tolerabant. Videtur igitur Niobe fatali necessitati obsecuta de scena discessisse eo consilio, ut mortem oppeteret. Quo fortasse versus referendus est, quem Brunckius Sophoclis Niobæ tribuit apud Diogenem Laertium VII, 28, de Zenone : Ἐτελεύτα δὲ οὕτως· ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε. Πλησας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρί φησι τὸ τῆς Νιόβης·

[178] Ἔρχομαι· τί μ' αὖεις;

καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν ἀποπνίξας ἑαυτόν. Idem fere Lucianus in Macrob. c. 19, nisi quod τί με βοᾷς; scripsit.

Aliam eamque permiram vocem, ait Hermannus, ex hac fabula attulit Hesych. : [179] « Κάκαλα, » τείχη· Αἰσχύλος Νιόβῃ. Photius sine auctoris nomine Κάκαλον, τεῖχος. Denique Hephæstion p. 7 ed. Gaisf. : Αἰσχύλος ἐν Νιόβῃ·

[180] Ἴστρος τοιαύτας παρθένους λοχεύεται,

et fine poetæ fabulæque nomine Priscianus p. 562 (47), et Eustathius p. 1665, 38, apud quem μνηστεύεται.

Nec dubito quin ad Æschyli fabulam spectet, quod Aristophanes de OEagro histrione scripsit in Vespis v. 579 :

Κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει πρὶν ἂν ἡμῖν ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ βῆσιν τὴν καλλίστην ἀπολέξας.

Scholiasta : Ὅτι τραγικὸς ὑποκριτὴς ὁ Οἴαγρος εἴρηται πρότερον· ὡς θαυμάζων δὲ αὐτὸν φησὶν ὅτι κἂν ἐκεῖνος ὁ μέγας καταδικασθῇ· ἐκ τῆς Νιόβης δέ· καὶ γὰρ ὑπεκρίθη τὴν Νιόβην ἢ Σοφοκλέους ἢ Αἰσχύλου.

Non opus est pluribus disputare de Τροφοῖς, neque de Προπομποῖς, quarum tragœdiarum fama tam est exigua, ut quidquid profertur, valde incertum sit hariolationisque plenum. Itaque hunc locum non attingamus, de quo animosius quam fructuosius disputatum est a Welckero et Hermanno.

ΠΡΟΠΟΜΠΩΝ

hoc unum restat fragmentum apud Hesychium [181] : « Δίπολοι, » Αἰσχύλος διπλαῖ, Προπομποῖς. Paullo plura ex (Διονύσου) Τροφοῖς, quæ in fine ponemus.

TRILOGIÆ THEBANÆ.

Nullius urbis historia antiquissima apud Græcos fuit fabulis nobilitatior quam Thebarum, quæ componendis tragœdiis tam egregiam præbuit rerum copiam, ut omnes tragici poetæ in illa vires exercuerint. Neque facile quidquam inveniri potest, quod magis animum moveat, vel vitæ vicissitudines, vitii et virtutis progressus effectusque, humanam debilitatem et deorum immortalium majestatem potentiamque in illustriore exemplo ostendat.

175.

Et domum Amphionis incendit igniferis aquilis.

176.

Deus hominibus noxam procreat, quando domum penitus affligere vult.

177.

Sola deorum Mors dona non desiderat, neque sacrificando neque libando quidquam proficias; neque est ei ara neque pæanes canuntur, et ab ea sola cœlestium Suadela recedit.

178.

Venio; quid me vocas?

180.

Ister tales virgines procreat.

Et Æschylus multas scripsit tragœdias, quæ res Thebis nobilitatas fabularum memoria attingebant; quamquam non plane certo hodie constat, an omnia eo quæ relata sunt, jure sint referenda. Welckerus quidem tres trilogias constituit ex tragœdiis, quæ rerum Thebanarum historiam complexæ sunt, primamque fecit *Laium*, *Sphingem*, *OEdipum*, in quo secutus est Stanleium, qui idem olim in commentario, quo exiguam Eleusiniorum famam explicavit, conjecerat; alteram ex *Nemea*, *Septem ad Thebas*, *Phœnissis* compositam putavit; tertiam *Eleusinios*, *Argivos*, *Epigonos* continuisse dixit. Postea vero refinxit hanc trilogiarum compositionem, Eleusiniosque alterius trilogiæ postremam, Epigonos primam tertiæ fecit, tertioque hujus trilogiæ loco Phœnissas assignavit. Merito autem his compositionibus non multum fidei tribuitur, in quibus tanta ambiguitas est et dubitatio, ut ne illa quidem certa sint, ex quibus conjecturas repetimus; neque secuti sunt omnes, qui post Welckerum trilogias componere tentaverunt. Hermannus proxime verum accedere eos putat, qui unius trilogiæ argumentum in OEdipi rebus constitisse, de duabus aliis unam primi belli Thebani, alteram Epigonorum res gestas complexam censent.

Res Thebis gestæ satis notæ sunt. Facile tamen est perspectu triplicem ex vaticiniis nexam seriem rerum iis contineri, quarum prima fuit illa, quæ est in rebus OEdipi ejusque fatis, i. e. cæde patris, adipiscendo imperio, ultimaque fortuna, quam Thebis est expertus, occupata (sic enim data Laio oracula complebantur); altera Thebanorum certamina cum Septem adversus Thebas duce Polynice profectis horumque interitum comprehendit (hæc OEdipi vel etiam Amphiarai oraculis edita erant); tertia Epigonorum fata pariter oraculis destinata, quo illi tempore ultionem sumpturi Thebas profecti sunt, continuit. Quæ quamquam satis perspicua sunt, tamen in tragœdiis ipsis referendis maxima difficultas versatur, ut satius esse censeamus singulas quasque hic repetere nec copulare tragœdias trilogiarum nexu.

LAIUS.

Prima omnium procul dubio Laius fuit tragœdia, quæ ex nomine satis intelligitur quid continuerit. Laius, Labdaci filius, rex Thebanorum, Chrysippo, Pelopis filio, puero pulcherrimo, ad turpem libidinem abusus erat. Quo facto pater injuria filii exacerbatus et rei indignitate abreptus, Laium ob tantum facinus exsecratus gravissimis diris devovit, precatusque est, ut si unquam filium ille ex se genuisset, ipse ab hoc filio, qui natus esset, occideretur. Ac Laius quidem Iocasta in matrimonium ducta diu fuit sine liberis; mox vero orbitatem dolens oraculum consuluit, quomodo liberos nancisci posset. Oraculum ad ea quæ quæsivit non respondit, sed tantum admonuit eum, ut ne vellet ex se liberos procreare; quod si fecisset, fore ut ab his vita privaretur. Quo responso territus diu obtemperavit oraculo; postremo autem ab amicis, vino, libidine illectus filium genuit; sed ut oraculum anteverteret salvumque se posset præstare, recens natum puerum pastori dedit, qui eum ex regia ablatum in Cithæronem montem ferret, ibique feris devorandum exponeret. Ita Laius se sospitem fore speravit.

Quodsi argumentum tragœdiæ tale fere fuit, quale exposuimus, tamen ne exiguum quidem indicium hodie reperitur, quo fabulæ compositio cognoscatur; fragmenta etiam sunt tam pauca servata, ut ne ex his quidem quidquam conjectura assequamur. Laium quidem, inquit Hermannus, testantur index fabularum et hæc Hesychii glossa: [182] « Ἀράχνου · ἀπ' εὐθείας ὁ ἀράχνης· Αἰσχ. Λαΐῳ. Videtur hanc fabulam etiam Scholiastes Venetus ad Aristophanis Vespas v. 288 nominasse: [183] Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ καὶ Αἰσχύλος Λάξῳ (sic est in codice) καὶ Φερεκράτης. Putandus est autem Æschylus istud verbum de OEdipo dixisse, quem recens natum exponi jusserit Laius. Etiam quod Clemens Alexandrinus Strom. II, 15, p. 462 (ed. Lips. vol. II, p. 162) non nominato scriptore affert: Ὁ μὲν γὰρ Λάϊος ἐκεῖνος κατὰ τὴν τραγῳδίαν φησίν·

Λέληθε δ' οὐδὲν τῶνδέ μ' ὢν σὺ νουθετεῖς,
γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται,

ex Æschyli Laio esse Th. Gatakerus Adv. miscell. p. 529, B, conjiciebat: et fortasse ita est, etsi vere dixit Butlerus posteriorem versum magis Euripidem aut recentiorem aliquem Tragicum sapere. Ut Æschyleis usus est Sterkius in Historia Labdacidarum p. 46. Non recte vero Stanleius et Gronovius ad Æschyli Laium referendum putabant quod apud Harpocrationem in Μαλακίζομεν sic scriptum legitur: Αἰσχύλος Ἑλλαδίῳ· κεκμῆτι μαλακίων ποδί. In isto Ἑλλαδίῳ non fabulæ nomen, sed ipsius poetæ verba latere significavi in dissertatione de Heliadibus. Scribendum:

Ἔλα, δίωκ' ἀκμῆτι μάλκιον ποδί.

Hæc ita Hermannus de Laio.

SPHINX.

At puer quem pastor exponendum accepit quemque a tumore pedum, quos aculeis Laius perforarat, OEdipum appellavit, non interiit, sed alii pastori, qui Polybi, Corinthiorum regis, pecus pascebat, educandum dedit. Hic eum non solum servavit, sed Polybo regi tradidit, qui quum ipse orbus esset, OEdipum educavit filiique loco habuit. Et jam adoleverat seque ipse filium Polybi esse putabat, quum orta inter æquales rixa ex eo, quod aliquis OEdipum Polybi filium esse negavit, de ipsius ortu dubitans oraculum adire decrevit, ut quæreret, ex quo natus esset, utrum ex Polybo an ex alio homine. Oraculum Delphicum vero, quod consuluit, non id dedit responsum, quod petierat, sed eum vetuit simpliciter in patriam redire. Verum eodem tempore, quo OEdipus oraculum adiit, Laius quoque incertus et anxius, quid de filio suo actum esset, oraculum statuit consulere, ut sciret filiusne suus viveret an mortem obiisset. Quo quum proficisceretur cum exiguo comitatu, peregrinus quidam, ut putavit, obviam ei factus est in viarum angustiis, ubi difficile fuit de via cedere. Quod quum esset facere jussus a Laio, qui curru vehebatur, neque obtemperasset imperio regis, hic eum sceptro, quod manu tenebat, percussit; at OEdipus injuria, quam perpessus erat, exacerbatus regem cum plerisque comitibus occidit. Deinde eadem, ut cœperat, via perrexit ulterius, eo semper consilio, ut caveret, ne unquam Corinthum, quam patriam suam putavit, reverteretur.

Laius autem quum non rediret Thebas, Creon, Iocastæ frater, imperium accepit. Neque vero ei contigit, ut dignitate sua populo incolumi frui posset. Terribile enim monstrum, Sphinx, dimidiato corpore virgo et leæna, locis ante portam occupatis unumquemque perdidit, qui ænigma, quod illa proposuit, solvere non potuit. Fuit autem illud hujusmodi:

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή,
καὶ τρίπον· ἀλλάσσει δὲ φυὴν μόνον ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἕρπετὰ κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα καὶ κατὰ πόντον.
Ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ,
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

Quod quum multi frustra conati essent solvere et inter hos etiam Hæmon, Creontis filius, præda Sphingis factus occubuisset, infelix pater, Creon, ei, qui ænigmatis a Sphinge propositi sententiam eruisset, Iocastam in matrimonium se daturum dotisque loco imperium Thebarum additurum præconio edixit. Præmio adductus OEdipus, qui interfecto Laio eadem via, qua cœperat, profectus forte Thebas venit, Sphingem adiit auditoque ænigmate hæc respondit:

Κλῦθι καὶ οὐκ ἐθέλουσα, κακόπτερε Μοῦσα θανόντων,
φωνῆς ἡμετέρης σὸν τέλος ἀμπλακίης.
Ἄνθρωπον κατέλεξας, ὃς ἡνίκα γαῖαν ἐφέρπει,
πρῶτον ἔφυ τετράπους νήπιος ἐκ λαγόνων·
γηραλέος δὲ πέλων, τρίτατον πόδα βάκτρον ἐρείδει
αὐχένα φορτίζων γήραϊ καμπτόμενος.

Quibus auditis Sphinx in præcipitium sese dejecit. OEdipus autem rex Thebarum factus Iocastam, Laii uxorem, in matrimonium accepit.

Hæc, quæ exposui, a poeta in tragœdia, quam Sphingem nominavit, explicata esse volunt. Sed sunt fragmenta tam pauca servata, ut quidvis facile satis tuto pronunciaveris. Ita neque de personis tragœdiæ neque de choro quidquam nobis ab antiquis scriptoribus relatum est, neque quomodo OEdipus Thebas venerit neque qua ille ratione imperium sit assecutus, nobis ex tragœdia innotuit. Magna tamen cum lætitia OEdipum post interemptam Sphingem a Thebanis exceptum esse et ex re ipsa colligi potest et ex fragmento, quod apud Athenæum servatum est XV, p. 674, D, intelligitur: Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ σαφῶς φησὶν ὅτι ἐπὶ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ καὶ ἔτι (sic Hermannus) ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἰπών·

[184] Τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος, ἀργαῖον στέφος,
δεσμῶν ἄριστος, ἐκ Προμηθέως λόγου.

Correxerunt λύγου, quod quum esset improbatum ab Hermanno, postea ab eodem, nisi errore accidit, repositum est. Versu 1 libri στέφανον. Ceterum non absurdum esse judico, si quis terribilem Sphingis formam et motum et impetum descriptum esse in tragœdia putet. Quo referendum fuerit fragmentum apud Hesychium: [185] « Κνοῦς », ὁ ἐκ τοῦ ἄξονος ἦχος. Λέγεται δὲ καὶ κνόη καὶ ὁ τῶν ποδῶν ψόφος, ὡς Αἰσχύλος Σφιγγί· τινὲς δέ φασι κνοῦν τὸν ἦχον, κνόην δὲ μέρος τοῦ ἄξονος, ἡ χοινικίς.

Et est aliud apud Aristophanem in Ran. 1320:

[186] Σφίγγα δυσαμερίαν, πρύτανιν κύνα,

ubi Scholiasta: Ταῦτα δὲ ἐκ Σφιγγὸς Αἰσχύλου.

184.
Hospiti vero sertum, antiqua corona,
vinculorum optimum secundum Prometheum.

186.
Sphingem importunam, rectorem canem.

OEDIPUS.

Interempta Sphinge et Iocasta in matrimonium ducta OEdipus omnium beatissimus rex fuit, quippe qui imperii felicitatem cum læta liberorum progenie conjunctam vidit. Duos filios ex Iocasta suscepit, totidemque filiæ ei natæ sunt, omnes patri jucundissimæ senectutis spem faciebant. Et jam adoleverant inter maximam regni felicitatem, quum subito lues orta est gravissima, quæ non minus, quam Sphinx olim, urbem afflixit. Quam quum frustra humanis opibus avertere conati nihil profecissent, OEdipus nuncios ad oraculum misit quæsitum quomodo calamitas, qua terra opprimeretur, averti posset. Hinc responsum refertur Laii interfectorem quærendum esse pœnaque afficiendum. Tum Tiresias vates consulitur, tum minister Laii, qui unus ex cæde aufugerat, postremo OEdipus cognoscitur, qui sit; quippe qui non solum a Laio vitæ originem acceperit, sed etiam patrem occiderit.

Perpauca fragmenta servata, sed illa etiam valde incerta. Scripsit enim Scholiastes Sophoclis ad OEd. R. v. 733 hæc: Περὶ Δαυλίδα φησὶ τὴν σχιστὴν ὁδόν. Ὁ δὲ Αἰσχύλος περὶ Ποτνίας·

[187] Οὕτω δ' ἐπῆμεν γῆς ὅρους, τροχήλατον
σχιστῆς κελεύθου τρίοδον, ἔνθα συμβολὰς
τριῶν κελεύθων Ποτνιάδων ἠμείβομεν.

(Versu 1 codex οὕτως· ἐπῆμεν τῆς ὁδοῦ τρ.) Ita exposuit OEdipus, quomodo factum esset, ut senem in trivio occidisset, ignarus adhuc Laium illum fuisse. Ab aliis tamen hi versus ad Glaucum Potniensem referuntur.

Iocasta non constat qua morte apud Æschylum occubuerit; OEdipus autem oculos sibi eruit, genus suum devovit, patriamque relinquendam decrevit. Quod utrum fecerit an impeditus sit a filiis memoriæ non est proditum. Putant tamen historiæ illustrandæ inservire quæ sunt scripta apud Athenæum X, p. 465, F, et apud Schol. Sophocl. ad OEd. Col. 1375, et Schol. in Arg. ad Sept. ad Theb., qui OEdipum filios, quod patrem cæcum ἐν οἰκίσκῳ incluserint, devovisse tradit. Sunt etiam qui OEdipum Athenas venisse ibique et expiatum et initiatum esse putent. Hanc sententiam aiunt firmari fragmentis hisce, quorum prius exstat apud Schol. Soph. ad OEd. Col. 1047: Τὰ ἐν Ἐλευσῖνι τέλη φησὶ, καὶ εἴη ἂν λαμπάσιν ἀκταῖς λέγων τοῖς λαμπαδευομέναις καὶ καταλαμπομέναις ὑπὸ τῆς μυστικῆς φλογὸς καὶ τῶν ἱερῶν δᾳδῶν, περὶ ὧν Αἰσχύλος φησίν·

[188] Λαμπραῖσιν ἀστραπαῖσι λαμπάδων σθένει.

Butlerus quidem hoc fragmentum ad Eleusinios pertinere putavit. Alterum est apud eundem Scholiastam ib. v. 1049: Τέλη δὲ τὰς τελετάς· καὶ Αἰσχύλος·

[189] Ἔφριξ', ἔρως δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους.

Brunckius correxit ἔφρ. ἔρωτι τοῦδε.

Præterea Eustratius in Ethica Nichomach. Aristotelis III, 2 Æschylum in hac tragœdia mystica quædam evulgasse tradit.

THEBAIS.

Inveteravit calamitas, quam OEdipus filios exsecratus generi suo imprecatus est cladesque cladem excepit. Imperium urbis a patre acceptum filii initio integrum alternis habendum constituerunt. Mox Eteocles Polynicem fratrem expulit. OEdipus autem, primo domo inclusus, mox aut sua sponte aut coactus a filiis reliquit patriam, in qua non est ei honor, qui debuit, habitus, sed abiit ille iratus gravissimis diris filios devovens. Quo referuntur versus apud Scholiastam Sophocl. ad OEd. Col. 1375, ex Hermanni emendatione ita concepti:

Ἀεὶ δ' ὁρῶν γὰρ ὀξὺ, καὶ τυφλός περ, ἦν,
θυσίας γ' ἀπαρχὰς γέρας ἐπέμπομεν πατρὶ,
βοὸς περισσὸν ὦμον, ἔκκριτον κρέας·
ὃ δή γε συγκόψαντες οὐ μεμνημένοι,
λήσειν δοκοῦντες, ἀντίκοπτον ἰσχίον
ἐπέμψαμεν βόειον, ὁ δὲ λαβὼν χερὶ
ἔγνω 'παφήσας εἶπέ τ' ἔκθυμος τάδε·
Τίς μοι τόδ' ἀντ' ὤμου 'σθ' ὁ μισητὸν κρέας
πέμπων; γέλων δὴ τἀμὰ ποιοῦνται κόροι

187.
Ita incedebamus ad terræ fines, rotis pulsatum
divisæ viæ trivium, ubi concursus
trium viarum Potniadum præteribamus.

188.
Splendidis fulgetris lampadum valet.

189.
Perhorrui, sed desiderium hujus mysticæ initiationis [me tenet.]

Semper, quamquam cæcus erat, acute videbat.
Sacrificii quidem primitias dono patri mittebabovis eximium humerum, electam carnem, [mus.
quam saltem quum concidissemus immemores,
fore ut lateret rati, turgentem coxendicem
misimus bovinam, quam ille manu acceptam
et contrectatam cognovit et iracundus hæc dixit:
Quis est qui mihi hanc invisam carnem pro humittit? ludibrio me habent pueri mei, [mero

βάντες, ὕβρει θ' « ὁ τυφλός· οὔ τοι γνώσεται »
οὕτω λέγοντες· ὦ θεοὶ, μαρτύρομαι
ἐγὼ τάδ' ὑμᾶς καὶ κατεύχομαι κακὰ
κακοῖσιν αὐτοῖς τῶνδε δὶς τόσα σχεθεῖν·
χαλκῷ δὲ μαρμαίροντες ἀλλήλων χρόα
σφάξειαν ἀμφὶ κτήμασιν τυραννικοῖς.

Verum hæc talia, de quibus recte disputasse videtur Dindorfius in præfat. ad notas in Sophoclem p. IX–XII ed. Oxon., male ad Æschyli Thebaidem retulerunt, quum etiam alia exstent in Sept. adv. Theb. v. 784, quæ sunt ejusmodi, ut cum his conciliari nequeant. Quocirca reprobanda est Welckeri sententia, qui Œdipum ait a filiis iocuria lacessitum gravissimas diras iis imprecatum patriaque expulsum, postquam diu in domo inclusus fuerit, ut est in argumento tragœdiæ quæ inscribitur Septem adversus Thebas. Sed facile intelligitur ex iis, quæ Æschylus retulit, Œdipum statim, postquam patrem a se interfectum matremque in matrimonium ductam cognovit, dolore furentem et oculos sibi effodisse et filios, quos educasset, mutuæ cædi devovisse. Ita apparet, cur hæ diræ in Septem adv. Theb. v. 772 παλαίφατοι ἀραί dicantur. Œdipus autem mortuus cogitatur in tragœdia, quæ Septem adversus Thebas inscribitur.

Argumentum, quod poeta in Thebaide trilogia explicuit, tale fere fuisse videtur. Polynices ab Eteocle fratre patria pulsus Argos confugit Adrastumque permovit, ut sibi non solum filiam in matrimonium collocaret, sed etiam auxilium, quo in patriam redire posset, polliceretur. Quod quum etiam Tydeo, qui eodem auxilium quæsiturus venisset, se facturum promisisset, Nemeam edixit ut convenirent, qui expeditionis participes esse vellent. Inter septem heroas, qui cum suis copiis illuc congregabantur, etiam Amphiaraus fuit; qui quum infaustum expeditionis exitum ut vates providisset, diu occultatus bello se subtrahere conatus erat, donec ab Eriphyle uxore proditus Polynicis precibus se ceteris adjungere coactus est. Mox tamen illi, qui convenerant, novis tristibus ominibus territi sunt, de quibus ita scripsit Apollodorus III, 6, 4: Παρατεινόμενοι δὲ εἰς Νεμέαν, ἧς ἐβασίλευε Λυκοῦργος, ἔδιψων ὕδωρ. Καὶ αὐτοῖς ἡγήσατο τῆς ἐπὶ κρήνην ὁδοῦ Ὑψιπύλη νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλτην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔτρεφεν Εὐρυδίκης ὄντα καὶ Λυκούργου. Αἰσθανόμεναι γὰρ αἱ Λήμνιαι ὕστερον Θόαντα σεσωσμένον, ἐκεῖνον μὲν ἔκτειναν, τὴν δὲ Ὑψιπύλην ἀπημπόλησαν· διὸ πραθεῖσα ἐλάτρευε παρὰ Λυκούργῳ. Δεικνυούσης δὲ τὴν κρήνην ὁ παῖς ἀπολειφθεὶς ὑπὸ δράκοντος διαφθείρεται. Τὸν μὲν οὖν δράκοντα ἐπιφανέντες οἱ μετὰ Ἀδράστου κτείνουσι, τὸν δὲ παῖδα θάπτουσιν. Ἀμφιάραος δὲ εἶπεν ἐκείνοις τὸ σημεῖον τὰ μέλλοντα προμαντεύεσθαι· τὸν δὲ παῖδα Ἀρχέμορον ἐκάλεσαν. Οἱ δὲ ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα. Καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησαν Ἄδραστος, σταδίῳ δὲ Ἐτέοκλος, πυγμῇ Τυδεὺς, ἅρματι καὶ δίσκῳ Ἀμφιάραος, ἀκοντίῳ Λαόδικος, πάλῃ Πολυνείκης, τοξῳ Παρθενοπαῖος. Ex his Welckerus tragœdiam composuit, quam *Nemeæ* nomine, quod in Catalogo tragœdiarum invenitur et ab aliis scriptoribus commemoratum est, inscriptam fuisse ait. Putat enim Septem illos, qui Thebas proficiscebantur cum exercitu, sinistris ominibus territos, ut deos placarent et prodigia procurarent, ludos Nemeos instituisse initiationemque et profectionem Septem heroum a poeta celebrari. Prorsus diversa ab hac Welckeri sententia est Hermanni opinio, qui Nemeam eam tragœdiam, quæ Septem adv. Thebas dicta est, præcessisse negat, sed pertinuisse eam potius putat ad trilogiam, in qua Hypsipyle fuerit. Deinde, « Quodsi, inquit, non est verisimile, ut Nemea præcesserit Septem adv. Thebas, alia circumspicienda est tragœdia, quam partem hujus trilogiæ ponere possimus. Videor mihi aliquod de ejus argumento indicium invenisse in Septem adv. Theb. v. 576 et sqq. » Hæc dici potuisse negat, nisi uberior rei explicatio prægressa esset. Idemque indicari putat ab Homero Iliad. Δ, 376 et ab Apollodoro, cujus hæc verba sunt (III, 6, 5): Ὡς δὲ ἦλθον εἰς τὸν Κιθαιρῶνα, πέμπουσι Τυδέα προεροῦντα Ἐτεοκλεῖ τὴν βασιλείαν παραχωρεῖν Πολυνείκει καθὰ συνέθετο· μὴ προσέχοντος δὲ Ἐτεοκλέους, διάπειραν τῶν Θηβαίων Τυδεὺς ποιούμενος καθ' ἕνα προκαλούμενος, πάντων περιεγένετο. Οἱ δὲ πεντήκοντα ἄνδρας ὁπλίσαντες ἀπιόντα ἐνήδρευον αὐτόν. Πάντας δὲ αὐτοὺς χωρὶς Μαίονος ἀπέκτεινε, κἄπειτα ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἦλθεν. Illa igitur in fabula etiam de somnio Eteoclis, cujus in Septem adv. Thebas mentio facta sit, expositum aliquid putat Hermannus. De nomine nihil audet certi pronunciare. Fortasse *Argivos* vel *Argivas* fuisse ait. Supra vero demonstravi in Hypsipyle falsam esse hanc sententiam.

Fragmenta *Nemeæ* sunt ejusmodi, ut ex iis omnia alia, nihil certi tamen colligatur. Sunt

---

quum sacrificant, et contemptui « cæcus est, non ita loquuntur. O dii, testes advoco [cognoscet » me in hac re, et voveo, ut mala mali illi bis tanta habeant quam hæc sunt: ære coruscantes sua corpora invicem concidant regii imperii gratia.

enim nulla. Ac nescitur etiam, an illa, quæ memorat Scholiasta Pindari in præfatione Nemeorum, in Nemea fuerint. Hujus verba hæc sunt (p. 424 et 425 ed. Bœckh.): [190] Ἀμφιάραος δὲ τούτοις μαντευόμενος Ἀρχέμορον αὐτὸν ἐκάλεσεν, ὅτι αὐτοῖς ἀρχὴ μόρου ἐγένετο ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος, ἐφ' ᾧ καὶ τὸν ἀγῶνα διέθηκαν τὴν Ὑψιπύλην παραμυθούμενοι. Ἄλλοι, ὧν ἐστὶ καὶ Αἰσχύλος, ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τῷ Νεμέας παιδί [φασιν ἄγεσθαι τὰ Νέμεα].

De tertia tragœdia varie disputatum est a viris doctis. Hermannus memorabile ait, quod in Septem adv. Thebas præter fratres mutua cæde occisos nullius reliquorum ducum interitus memoretur, nec bellum profligatum, sed urbs tantum repulsa prima hostium irruptione salva esse videatur. Itaque nova tragœdia opus esse censet, in qua illa explicata fuerint, idque probari fragmento in Etymol. Magno p. 341, 6: Ἐνηλύσια, εὐκίνητα. Καὶ ἤλυσιν τὴν ἔλευσιν. [191] Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις· « Καπανεύς μου καταλείπεται λοιποῖς ἀχέραυνος ἁρούρων ἐπηλυσίων ἀπέλιπεν. » Οἱ δὲ τὰ κατασκηφθέντα. Οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν. Εἰς δὲ τοὺς ἐτυμολόγους εὗρον, εἰς ἃ κεραυνὸς εἰσβέβηκεν, ἃ καὶ ἀνατίθεται Διὶ καταιβάτῃ καὶ λέγεται ἄδυτα καὶ ἄβατα. Welckerus ab Æschylo scriptum putavit:

Καπανεὺς μὲν καταλείπεται
λοιβαῖς ἃ κεραυνὸς ἁρούρων
ἐνηλυσίων ἀπέλιπε.

Quæ quibus numeris, ait Hermannus, quaque sententia esse voluerit, se expedire non posse. Ac proposuit deinde Hermannus hæc:

Ἐν Ἀργείοις
Καπανεὺς μὲν ἂν ἀλλ' ἑπέτας λοιποῖς
ἀχέραυνον ἄρουραν ἐνηλυσίων
ἀπέλειπε.

Adrasti hæc verba esse vel, si idem tragœdiæ argumentum fuerit quod Euripidis Supplicum, Euadnæ putat. De argumenti quidem similitudine dubitari non posse existimat; sic enim demum justum rebus finem imponi, si sepulturæ traderentur, qui in bello cæsi essent. Itaque tragœdiam *Eleusinios* vocatam esse, de qua luculentus locus est apud Plutarchum in Theseo c. 29: Συνέπραξε δὲ καὶ Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ Καδμείᾳ πεσόντων, οὐχ ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ μάχῃ τῶν Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας καὶ σπεισάμενος. Οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι. Et paullo post: Ταφαὶ δὲ τῶν μὲν πολλῶν ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται, τῶν δὲ ἡγεμόνων περὶ Ἐλευσῖνα, καὶ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. Καταμαρτυροῦσι δὲ τῶν Εὐριπίδου Ἱκετίδων καὶ οἱ Αἰσχύλου Ἐλευσίνιοι, ἐν οἷς ταῦτα λέγων ὁ Θησεὺς πεποίηται.

Dubitari tamen potest an Eleusinii cum Septem conjungi non potuerint. Nam satis ostendit finis tragœdiæ Polynicis sepulturam exspectari, non illorum, qui bello cæsi erant. Hi ab Epigonis sepulti sunt Thebis expugnatis. Itaque perspicuum est justum finem imponi antiquæ fabulæ, si illa explicentur, quæ ad Polynicem pertineant. Jure igitur Welckerus Eleusinios ab illa trilogia removit. Neque vero *Phœnissas* cum Septem conjunxerim, quia incertior fama hujus tragœdiæ est, quam ut quidquam de ea dici possit. Itaque Hermannus, Quin ne certum quidem est, inquit, scripsisse Æschylum tragœdiam quæ dicta fuerit Phœnissæ. Nam præterquam quod illud nomen non est in indice fabularum, Pollux, qui solus eam memorat, quum omnino non optimus auctor est, tum hoc in testimonio ipse suam fidem elevat. Scribit ille VII, 91: Ἃ δὲ πόδεια Κριτίας καλεῖ, εἴτε πίλους αὐτὰ οἰητέον εἴτε περιειλήματα ποδῶν, ταῦτα πέλυντρα καλεῖ ἐν Φοινίσσαις Αἰσχύλος,

[192] Πέλυντρ' ἔχουσιν εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις.

Codex Palatinus omittit ἐν Φοινίσσαις [« Desunt in MS. ἐν Φοινίσσαις et versus ipse Æschyli. » Jungerm.] Sed etsi idem Pollux hæc confirmare videtur II, 196, ubi dicit: Καὶ ποδεῖα δὲ τὰ περὶ τοῖς ποσὶ πίλους Κριτίας, ἃ Αἰσχύλος πέλυντρα καλεῖ· tamen X, 50 pro Æschylo Sophoclem nominat, scribens, Ἃ δὲ ὑπεῖναι δεῖ, πόδια, πίλους, πέλυντρα· οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς τὰ πόδια καλεῖ. Tam dubia quis non, si fabula recte nominata est, ex Phrynichi potius Phœnissis sumpta esse suspicetur, in quibus multo credibilius est versum illum positum fuisse quam in fabula Œdipi res tractante? Hæc ita Hermannus.

ARGIVI.

Duæ supersunt fabulæ, quarum argumentum quodam pacto conjunctum fuit cum illis tragœdiis, quæ in Œdipi hujusque filiorum historia versabantur, Argivi et Epigoni. Sed valde

192.
Pelyntra habent in bene compositis arbylis.

exigua utriusque memoria est, ut vix conjectura aliquid de iis divinari possit.

Atque Argivos quidem fuerunt qui fabulam Satyricam fuisse crederent. Idque testari videtur Hesychius, apud quem hæc hodie leguntur in voce Ἐμμέλεια: Τραγικὴ δὲ ἡ ὄρχησις· [193] Ἀργυρίοις δὲ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ σατυρική, ἥ ἐστι σίκιννις. Pro Ἀργυρίοις emendatum est Ἀργείοις. Ad quæ Hermannus: «Eo igitur testimonio, inquit, Bœckhius in libro, quem scripsit de Tragicis Græcis p. 30, Argivos in Satyricis fabulis numeravit, recte sane, si nihil est vitii in verbis Hesychii. Et videntur ea fortasse inde aliquid præsidii habere, quod Lucianus De saltatione c. 22, vol. II, p. 280, nomina trium saltationum scenicarum ab Satyris inventa dixit. Sed permirum tamen est, quum tot scriptores ἐμμέλειαν tragicæ saltationis nomen testentur, nullum eorum præter Hesychium illud nomen ad σίκιννιν translatum dicere. Quare vereor, ne Hesychius sic scripserit: τραγικὴ δὲ ὄρχησις· Αἰσχύλος Ἀργείοις· ἦν δὲ καὶ σατυρικὴ, ἥ ἐστι σίκιννις. Certe sic idem in Σίκιννις: Ἦν δὲ καὶ ἐμμέλεια τραγικὴ, καὶ κωμικὴ κόρδαξ. Quodsi Hesychii testimonium cadit, nihil relinquitur, quo Satyricam fabulam fuisse Argivos cognoscamus. Nam quem versum Harpocratio in Χλῆδος affert ex Ἀργείοις (cod. Vratisl. Ἀργίαις):

[194] Καὶ παλτὰ κἀγκυλητὰ καὶ χλῆδον βαλών,

in quo Valesius scribendum putavit καὶ πάλτ' ἀναγκώλητα, is nihil continet, quod a gravitate tragœdiæ abhorrere videatur. Qui versus si Bœckhium adduxit, ut etiam illos versus, quos Athenæus I, p. 17 sine nomine fabulæ servavit, ad Argivos referret, est id ejusmodi, ut possit verum esse, si fabula fuit Satyrica; si non fuit, non possit. Sumamus nunc tragœdiam fuisse, ut Welckero placuit. Tum vero non videbitur prima trilogiæ fuisse, propterea quod ἐν Ἀργείοις Capanei fulmine percussi mentionem factam accepimus.» Hæc ita Hermannus. Sed quo utitur argumento, id postea ipse elevavit, ut antea in Thebaide exposuimus (ad fragm. 191). Id tamen certum esse videatur ambigua esse omnia, quæ de Argivis disputentur, ut ne illud quidem extra dubitationem sit positum tragœdiane fuerit an fabula Satyrica. Ac ne nomen quidem satis testatum est, quod etsi in indice tragœdiarum Ἀργεῖοι scriptum est, tamen apud alios scriptores aliter exaratum invenitur. Habent enim Ἀργυρίοις, Ἀργείαις, Ἀργίαις, Ἀργίας et Ἀργείᾳ. Hesychius: [195] «Ἀπόσκημμα», ἀπέρεισμα. Αἰσχ. Ἀργίας.

Quod legitur apud Athenæum I, p. 17, ad hanc fabulam translatum a Bœckhio, id rectius referri ad Odysseam videtur. Itaque hanc rationem secuti sumus.

EPIGONI.

Epigoni satis magno sunt documento ab Æschylo alterum bellum, quod filii interemptorum Septem heroum adversus Thebas susceperunt, tragœdiis esse explicatum. Verum fama hujus trilogiæ valde exigua est, ut hodie prorsus nesciatur, quasnam poeta tragœdias conjunxerit. Et inter illas, quæ hodie supersunt, ne nomen quidem est neque fragmentum invenitur, quod commode illuc referri historiamque explicare possit. Epigoni satis feliciter rem gesserunt, Thebas expugnarunt, vindictam ob patres interemptos exegerunt eosque sepeliverunt. Quæ quamquam omnia duce Alcmæone gesta sunt, tamen non constat, an hujus facta materiem tribus tragœdiis præbuerint.

Nec fragmenta quidquam continent indicii, quo certiora inveniri possint; immo sunt illa ejusmodi, ut nemo ea ad Epigonos referre posset, nisi nomen adscriptum esset. Omnium copiosissimum reperitur apud Scholiastam Pindari ad Isthm. VI, 10 (V, 10, p. 545 Bœckh.): Τὸν μὲν γὰρ πρῶτον (κρατῆρα) Διὸς Ὀλυμπίου ἐκίρνασαν, τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος· καθὰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἐπιγόνοις·

[196] Λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου
Ἥρας τε·

εἶτα·

Τὴν δευτέραν γε κρᾶσιν ἥρωσιν νέμω·

εἶτα·

Τρίτον Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

Et habet Hesychius hæc: [197] «Τιμαλφής, ἔντιμος, τιμὴν ἀλφάνουσα, διὰ τιμῆς ἀγομένη·... Αἰσχύλος δὲ ἐν Ἐπιγόνοις ἐπὶ τοῦ ἐντίμου.

Imitatus est Æschylum apud Romanos Attius,

194.
Et jacula et vibratilia et purgamenta conjecit.

196.
Libamina Jovis primum ob felices nuptias Junonisque;
deinde,
Secundum poculum heroibus attribuo;
postea:
Tertium Jovis sospitatoris precatorium laticem.

cujus versus est apud Ciceronem Tusc. Disput. II, 25, ubi hæc leguntur : « Tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse:

Audisne hæc, Amphiarae, sub terram abdite?

Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat. » Et Nonius voce Expectorare:

Eloquere propere ac pavorem hunc meum expectora.

Reliqua, quia Æschyli tragœdiam non illustrant, omisimus. Ad Sophoclisne an ad Æschyli Epigonos referendus sit versus,

[198] Ὀλόμενε παίδων, ποῖον εἴρηκας λόγον;

quem Andronicus histrio, Demosthenis æqualis, ex Epigonis recitasse memoratur ab Athenæo XIII, p. 584, D, incertum est.

PENTHEUS.

Egregiam componendis tragœdiis materiem poetis Græcis præbuerunt res, quæ a Baccho gestæ dicebantur, ortus ejus, expeditiones in remotissimas terras susceptæ et victoriæ magna cum gloria partæ. Neque facile urbs erat in Græcia, quæ his fabulis nobilitatior fuerit quam Thebæ, ubi et natus erat Dionysus et educatus et postea devictis adversariis inter deos relatus summaque religione cultus.

Quæ de Bacchi fabulis narrabantur, iis prorsus erant opposita, quæ de Œdipi fatis ferebantur. Cujus infortunio si ostendebatur, quæ sors esset hominum, qui divinis præceptis neglectis a vero rectoque nulla reverentia deorum recessissent, quique ea avertere conarentur, quæ dii delictis hominum ex æterno constituissent; Dionysi fabulis apparuit, quid divina potestas adversus homines posset, quantam vim haberet in genus humanum, quam facile subjiceret orbem terrarum adversariosque suo ipsorum impetu in deos facto perderet.

Atque Æschylus tribus tragœdiis Bacchi laudem etiam Thebis videtur celebrasse haud aliter quam Lycurgiam composuit. Trilogiam Welckerus *Penthei* nomine inscripsit, non apte omnino, tragœdiisque his *Semele* sive *Aquatoribus*, *Pentheo* sive *Bacchis*, et *Xantriis* compositam fuisse docuit. Egregie autem Æschylus Bacchi laudem declaravit, cujus tam mirabilem fecit potentiam, ut per ipsos adversarios dei efficeretur, ut huic victoria contingeret, ipsi se suosque cognatos et amicos pessumdarent. Ita Semele a suis inducebatur, ut perniciem sibi adduceret, quo Bacchus divina origine nasci posset, non a mortali matre; et Agave Pentheum dilaniavit haud aliter quam Lycurgus filium securi percussit.

SEMELE.

Prima tragœdia dicta est Semele, quæ Cadmi filia fuit. Quæ quum esset ex Jove gravida facta et ipsa a deo, quem erat paritura, divino furore non minus correpta esset quam illæ, quæ ejus ventrem attigerunt, valde gloriabatur fortuna, quæ ipsi contigisset adeoque sorte sua elata erat, ut Jovem precaretur, ut ad se veniret non aliter, quam cum Junone congredi consuesset. Quæ quum admoneretur ne peteret, nihil audiebat monita; immo eo processit, ut dubitaret, an Jupiter is non fuerit, qui filium quem ventre gereret, genuisset. Verum non amplius sese retinuit Jupiter, adest cum tonitrubus et fulminibus, flammis corripitur regia, Semele cum tota domo comburitur. Unus servatur Bacchus, qui inter incendium a Semele editus femori Jovis includitur, ut ad justum tempus nascendi ibi reconditus remaneret.

Fragmenta hujus tragœdiæ, quæ pauca supersunt, sunt ejusmodi, ut quomodo fabula adornata et composita fuerit, quodam pacto divinari possit. Quum enim inscripta sit Σεμέλη ἢ Ὑδροφόροι, quod nomen in indice fabularum legitur et apud Scholiastam Homeri Iliad. Λ, 319 (Schützius Ὑδροφόρος scripsit, non recte, jam apparet illos, quos ὑδροφόρους appellavit, chorum constituisse, regiaque combusta in exitu tragœdiæ aquam allatam, qua Bacchus recens natus perlueretur.

Aliud fragmentum, quod est apud Scholiastam Apollonii Rhod. ad I, 636, satis manifesto declarat etiam Semelen introductam fuisse gravidam. Sunt autem verba hæc : [199] Θυάσιν ὠμοβόροις Μαινάσιν. Ἔνθεν καὶ τὴν Σεμέλην Θυώνην καλοῦσιν, ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν οὖσαν καὶ ἐνθεαζομένην. Ὁμοίως δὲ τὰς ἐφαπτομένας τῆς γαστρὸς αὐτῆς ἐνθεαζομένας. Deinde Semele Jovi supplicasse videtur, ut ad se veniret. Quo referendum duco fragmentum, quod habet Hesychius : [200] « Ἀνταία, ἐναντία, Ἰκέσιος. Αἰσχύλος Σεμέλῃ.

Tum comburitur regia et Semele, servatur puer, quem illa moritura peperit, ab Amphidromo, novo deo, quem finxit Æschylus, dum chorus adest aquam afferens, qua puer recens natus perluatur, ut moris fuit. Ita Æschylus originem duorum festorum, quæ Athenienses

celebrare solebant, tragœdia explicuit, Ἀμφιδρομίων καὶ ὑδροφορίων. Huc pertinet fragmentum apud Hesychium: [201] «Ἀμφίδρομος.» Αἰσχύλος Σεμέλῃ ἐκλασε δαίμονα καινὸν περὶ τὰ ἀμφιδρόμια, ὡς εἰ ἔλεγε τὸν γενέθλιον. Rem Harpocration amplius explicat, qui scribit v. Ἀμφιδρόμια: Ἡμέρα τις ἦγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος παρὰ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας ἐλάμβανον. Welckerus circum aram vel thymelam Amphidromum cucurrisse et deinde abiisse scripsit. Id autem veri simile esse non videtur, quia veteres tragœdias ita composuerunt, ut in scena colloquia instituerentur; quæ sine colloquio agerentur, a scena removerentur.

Duo fragmenta supersunt, quæ quid significent, incertum est. Alterum est apud Hesychium hoc modo scriptum: [202] «Ἄστερκτα», τὰ οὐ δυνάμενα κατασχεθῆναι. Αἰσχύλος Σεμέλῃ. Corrigunt ἄστεκτα, quod satis aptum interpretationi. In altero apud Schol. Homeri ad Iliad. Δ, 319: Αἰσχύλος ἐν Σεμέλῃ ἢ Ὑδροφόροις· [203] «Ζεὺς ὃς κατέκτα τοῦτον,» Bacchum intellexeris, qui pro mortuo ab Amphidromo e flammis relatus sit. Præterea de hedera in ruinis succrescente et vitibus eodem loco ortis nonnulla disputat Welckerus, quæ præterire satius duximus.

PENTHEUS.

Alteram tragœdiam Pentheum dictam fuisse existimant. Argumentum vero, ut videtur, et ex nomine explicari potest et ex iis, quæ Aristophanes Byzantinus in præfatione ad Euripidis Bacchas scripsit. Sunt ejus verba hæc: Διώνυσος ἐπιθυθεὶς μηδὲ βουλομένου Πενθέως τὰ ὄργια αὐτοῦ ἀναλαμβάνειν, εἰς μανίαν ἀγαγὼν τὰς τῆς μητρὸς ἀδελφὰς, Σεμέλης λέγω, ἠνάγκασεν αὐτὰς τὸν Πενθέα διασπάσασθαι. Ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεῖ· τὸ ὄνομα μόνον μεταπεποίηται Εὐριπίδης. Colligitur ex his verbis pleraque, quæ apud Euripidem in Bacchis reperiantur, ex Æschyli tragœdia, quæ Pentheus dicta fuerit, sumpta esse; sed quum duæ supersint fabulæ, quibus fata Penthei Æschylus explicavit, prior pars tantummodo ad tragœdiam referenda est, quam poeta Pentheum inscripsit.

Atque hoc fere argumentum prioris tragœdiæ fuit: Bacchus, qui quum adolevisset, patriam reliquit, maxima parte terrarum peragrata expeditionibusque in Indiam usque confectis, postremo Thebas rediit, ut orgiis institutis in urbe, in qua natus erat, inter deos relatus etiam religione, qua decuit, coleretur. Fama adventus, quæ sparsa erat per gentes, mulieres commotæ ducibus Cadmi filiabus, quibus ne Cadmus quidem senex defuit, novo deo obviam factæ in Cithæronem montem abierunt, festa celebrare cœperunt, quæ grata deo fore putabant, summaque religione ipsum receperunt. At non probavit hoc consilium Pentheus rex Thebarum, cui Cadmus, suo ex Agave filia nepoti, imperium concesserat; religioni novæ sese opposuit, deum ipsum ut mendacem et commentitium expellere conatus est, mulieresque coercere studuit. Frustra Tiresias, qui omnium primus deum cognovit ejusque adventum prædixit, regem a sacrilego conatu deterrere aggressus suasit, ut desisteret ab incepto, in quo si diutius perseveraret, procul dubio interiturus esset. Nihil audiit Pentheus vatisque admonitionibus contemptis ministros misit, qui deum vinculis constrictum ad se perducerent. Mox puer eximia pulchritudine, facie feminea, molli corpore captus adducitur, qui a Pentheo ferociter interrogatus deum se narrat in Indiam concomitatum, ibique res maximas, quas deus gessisset, vidisse et admiratum esse, totumque orbem terrarum esse refertum factis, quorum magnitudinem nemo posset consequi. Deinde regem admonuit, ut desistens ab inani dei persequendi conatu Bacchum reciperet. Quibus auditis Pentheus iratior puerum, in quo deum non agnovit, ad boves in stabula perductum vinculis religari jussit. Quod quum fecissent ministri, magna dei potentia statim corruentibus magno cum strepitu ædibus declaratur deusque splendidior prodiens cum ovantibus comitibus in Cithæronem abit.

Quodsi argumentum tragœdiæ fere tale fuit, quale exposui, reliqua tamen omnia incerta sunt neque quidquam de personis neque de choro dici potest. Unum fragmentum autem, quod servatum est, nihil continet, quo aliquid divinetur amplius. Est illud in hunc modum apud Galenum Comment. ad Hippocr. Epidem. vol. 5, p. 455 Bas.; vol. 9, p. 385 Chart.:

[204] Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς.

Sunt qui hæc ipsius Bacchi verba existiment, quibus Pentheus admoneatur, ne deum persequatur.

203.
Jupiter, qui interfecit hunc.

204.
Neve sanguinis guttam in solum projicias.

XANTRIÆ.

Tertia trilogiæ fabula Xantriæ fuerunt, Carminatrices. In quo difficile est dispicere, quid Æschylo causæ fuerit, cur hoc nomen tragœdiæ dederit. Dubitari vero non potest, quin Xantriæ chorum constituerint. Quod si verum est, a choro dicas Pentheo perniciem illatam, non quæ est Welckeri sententia, a choro solum imitatione expressam, dum extra scenam Pentheus a matre et marterteris dilaniatus sit.

Argumentum et Euripides et Ovidius satis copiose tractarunt. Pentheus enim non sedatior liberato ex vinculis deo in Cithæronem discessit, ut mulieres, quæ deum secutæ orgia celebrarunt, reduceret novamque religionemque tolleret et destrueret. At quum vix in montem pervenisset, conspectus a matre et materteris, quæ cum aliis impetum in eum faciebant, jam intellexit rem se habere cum mulieribus insania correptis, quas non adeo facile esset continere. Jam fugam meditatur, jam de salute est sollicitus. Fugientem persequuntur, correptum hostiliter petunt, membra abrumpunt, ipsum dilaniant. Quo facto ad sedatiorem mentem redeuntes et id quod gesserint abominantes deflent interemptum regem; at talibus admonitæ exemplis nova sacra obeunt, turaque dant flammis sanctasque aras colunt.

Fragmenta quamquam pauca sunt, tamen egregiam Æschyli artem produnt, qui quod nemo ante fecerat, Furorem introduxit, quo argumento majorem gravitatem imponeret. Qua de re Suidas : Ὀκτώπουν, Κρατῖνος Θρᾴτταις, Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις· ἀντὶ τοῦ σκορπίον. Παροιμία γάρ, Σκορπίον ὀκτώπουν ἀνεγείρεις. [205] Ἐν δὲ ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις ἡ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησίν·

Ἐκ ποδῶν δ' ἄνω
ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα
κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω.

Ex hoc fragmento discimus, furore Bacchas, non Pentheum, ut quidam existimarunt, correptas easdemque fuisse illas Xantrias, quæ Pentheum dilaniarunt. Quod confirmant etiam Philostrati verba ab Elmsleio ad nostram fabulam relata, Imag. I, p. 790 : Αἱ δὲ ξαίνουσι τὴ θήραμα, μήτηρ ἐκείνη καὶ ἀδελφαὶ μητρὸς, αἱ μὲν ἀπορρηγνῦσαι τὰς χεῖρας, ἡ δὲ ἐπισπῶσα τὸν υἱὸν τῆς χαίτης. Deinde in hunc illæ fecerunt impetum insano concitæ motu missis thyrsis omni turba cum facibus in unum ruente, id quod fragmento apud Pollucem est expositum (X, 117): Τὰς μέντοι λαμπάδας καὶ κάμακας εἴρηκεν ἐν Ξαντρίαις Αἰσχύλος·

[206] Κάμακες πεύκης οἱ πυρίφλεκτοι.

Aliud est fragmentum apud Scholiastam Æschyli ad Eumenid. 24, ex quo discimus Pentheum esse in Cithærone discerptum. Scribit enim ille in hunc modum : [207] Νῦν φησὶν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθέα. Ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις ἐν Κιθαιρῶνι. Præterea si fragmentum, quod legitur in Etymologico Magno p. 595, 36, Æschyli est, matrem credo dici ipsam se, postquam ex insania resipuit, accusasse, quod filio interitum attulerit. Sunt autem verba ita scripta : Μύστις παρὰ τὸ μύστης· τοῦτο παρὰ τὸ μύω. Οὐ μόνον δὲ ἀπὸ βαρυτόνου γίνεται εἰς ι παρώνυμον, οἷον πλανήτης πλανῆτις· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ὀξυτόνου· οἷον ὕβριστής ὕβριστις, αἰχμητής αἰχμητις, βουλευτὴς βούλευτις·

[208] Τῶνδε βούλευτις πόνων,

ἐν ταῖς Ξαντρίαις. In quo tamen non dixerim hæc esse Agavæ verba, quia etiam illius esse potuerunt, quæ cum illa confabulabatur. Deinde videtur Furias nominasse, quæ cædem immissa insania effecerint (Galen. loco supra in fragm. 204 citato):

[209] Ἃς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται
οὔτ' ἀστεροπὸν ὄμμα Λητῴας κόρης.

(Photius p. 409, 10 : Πέμφιξ, πνοή. Αἰσχύλος ἐν Ξαντρίαις ἐπὶ τῶν ἀκτίνων.) Ceterum conferendum est fragmentum, quod in Potniensi Glauco posuimus p. 196, fragm. 91, quo sunt qui Pentheum tamquam a lupis dilaniatum describi putent. De Æschyli verbis ap. Aristophanem Ran. 1344:

[210] Νύμφαι ὀρεσσίγονοι,

narrat Scholiasta, ἐκ τῶν Ξαντριῶν Αἰσχύλου (sic codices veteres, non Εὐριπίδου), φησὶν Ἀσκληπιά-

---

205.
A pedibus vero sursum subit convulsio in summum caput,
compunctio linguæ, scorpii telum dico.

206.
Pertieæ tædæ igni accensæ circumcirca.

208.
Horum laborum consiliatrix.

209.
Quas neque radius solis adspicit, neque stellatus oculus Letoæ filiæ.

210.
Nymphæ in montibus natæ.

δης. Quæ sequuntur apud Scholiastam, non liquet an sint ex Xantriis; atque adeo de superioribus quoque vocabulis duobus non immerito dubitaveris. Conf. infra ad fr. 320.

ATHAMAS.

Welckerus trilogiam composuit Athamantem, quam ex his tribus tragœdiis constare voluit, Δικτυουργοῖς, *Athamante* et *Isthmiastis*.

ΔΙΚΤΥΟΥΡΓΟΙ.

Athamas rex fuit in Bœotia ad Copaidem lacum. Hic primam uxorem duxit Nephelam, ex qua ei nati sunt Phrixus et Helle. Deinde Nephela mortua Inonem in matrimonium accepit, Semelæ sororem, quæ Learchum et Melicertam peperit. Dii vero majores ei honores destinarunt; nymphæ enim Dodonides, quæ Bacchum ex matris incendio servatum et deinde Jovis femori inclusum usque ad maturitatem nascendi a patre suo tempore in lucem editum acceperunt, puerum ad Athamantem attulerunt, ut eum educaret. Non recusarunt Athamas et Ino exsequi, quæ Jovis voluntas esset; sed quia Junonem, quæ natum ex pellice infantem persecutura esset, timebant, muliebri veste occultatum enm tamquam puellam habere satius esse existimaverunt. Neque vero Junonem deceperunt, quæ fraudem facile aperuit iraque stimulata ultionem exigere ab iis decrevit, quæ invisum sibi puerum aluissent, præsertim quum Semele igne interiisset, neque illam ipsam punire posset. Athamanti igitur vesaniam objecit, qui subito perversis oculis regiam in silvam mutatam ferarumque plenam esse existimavit. Jam incitat comites, jam vult retia tendi, ut venaretur Inonem, quam leænam cum duobus catulis esse credidit. Venationem parat: Io comites, exclamat, his silvis tendite plagas, et incitat cunctantes, ut retia perficiant perfectaque afferant, quibus leæna capiatur. Adsunt illi vel admonentes, ne insania motus impia facta persequatur, vel etiam transigentes, quod rex fieri jusserit. Atque hoc Welckerus argumentum primæ tragœdiæ fuisse putat, ideoque fabulam Δικτυουργούς vocatam, quia Athamantis comites ii fuerint, qui retia fecerint. Sed quæ in veteri catalogo fabularum est Δικτυουργοί, apud ceteros omnes vocatur Δικτυουλκοί, Rete trahentes.

Fragmenta sunt ejusmodi, ut ex illis nihil colligi possit. Ælianus Hist. animalium VII, 47 hæc scribit: [211] Τῶν ὑστρίχων καὶ τῶν τοιούτων ἀγρίων τὰ ἔκγονα «ὄβρια» καλεῖται. Καὶ μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Πελιάσι τοῦ ὀνόματος καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι (v. 143) καὶ Δικτυουλκοῖς. Et Eustath. ad Odyss. p. 1395, 47, Ἐκεῖθεν καὶ ὀβρίκαλα παρὰ Αἰσχύλῳ, eademque fere p. 1625, 47; sed accuratius apud Photium in Lexico: Ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα, τὰ τῶν λεόντων καὶ λύκων σκύμνια. Αἰσχύλος Δικτυουλκοῖς. Aliud fragmentum est apud Polluc. VII, 35: Ὕφασμα δέ ἐστι λεπτὸν εὐυφὲς, ἰσχνὸν, εὐήτριον, εὔπλοκον. Τὸ δὲ εὐήτριον ἐν Δικτυουλκοῖς Αἰσχύλος εἰ καὶ μὴ ἐπὶ ἐσθῆτος, ἀλλ' οὖν εἴρηκε

[212] Δικτύου δ' εὐήτρια.

(Sic codex Falckenb. Vulgo Δικτυουργικοῖς. Similiter in codice Photii l. c. prima manus, ut videtur, δικτυουλικοῖς.) Denique ap. Hesychium: [213] «Θῶσθαι», δαίνυσθαι (codex δύνασθαι), θοινᾶσθαι (cod. θωνᾶσθαι, Etymol. Paris. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 358, θωρᾶσθαι), εὐωχεῖσθαι, Αἰσχ. Δικτυουλκοῖς.

ATHAMAS.

At non obtemperavit comitum precibus Athamas. Incepta perficit. Furore incitatus fugientem uxorem persequitur, Learchum, alterum puerum, ei ereptum in saxo elidit. Illa quo alterum filium servet et Athamantem prima cæde non satiatum fugiat, Melicertam in æneum lebetem injicit, tum inde sublatum secum aufert seque cum illo de Moluride saxo in mare præcipitavit. Dii vero et matris et filii miserti utrumque servarunt. A Nereidibus enim suscepti et incolumes servati inter deos relati sunt, materque dicta Leucothea, filius Palæmon. Hoc argumentum fuit alterius tragœdiæ ex Welckeri sententia; sed sunt multa quæ vix probari possint; nemo tamen facile meliora protulerit.

Ex fragmentis unum est, quod satis perspicuum esse videtur. Legitur apud Eustathium p. 740, 7, ex Athenæi epitome II, p. 37, F: Καὶ ὅτι τὸ ἀρχαῖον δύο γένη τριπόδων ἦσαν, οἱ καὶ λέβητες ἐμπυριβήτης καὶ λοετροχόος. Αἰσχύλος·

[214] Τὸν μὲν τρίπους ἐδέξατ', οἰκεῖος λέβης,
ἀεὶ φυλάσσων τὴν ὑπὲρ πυρὸς στάσιν.

Neque vero facile dici potest, utrum hæc Athamantis verba sint an Inonis. Conf. Eust. p. 1541, 29. Nomen tragœdiæ est apud Athenæum VII,

212.

Retis bene texta.

214.

Hunc vero tripus excepit, domesticus lebes, semper retinens super ignem stationem.

p. 316, B: Τὴν δὲ αἰτιακὴν πολύπουν φασὶν, ὡς καὶ Ἀλκίνουν καὶ Οἰδίπουν· καὶ τρίπουν λέβητα Αἰσχύλον εἰρηκέναι ἐν Ἀθάμαντι ἀπὸ ἁπλοῦ τοῦ πούς.

Alterum fortasse de Inone, quam pro leæna Athamas habuit, dictum est apud Hesychium: [215] « Βρυαζούσης λεαίνας· » ἐν Ἀθάμαντι· ἀκμαζούσης ἢ ἐγκύμονος. Ubi nescias tamen Sophoclis an Æschyli Athamas dicatur.

Reliqua obscura sunt apud Hesychium: [216] « Ἀήτους, » μεγάλους. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι (codex ἀθάμαντας), et [217] « Ἀπάρτι » (codex ἀπαρτιᾶ), ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς. Αἰσχύλος Ἀθάμαντι.

Welckerus autem Athamantem secunda tragœdia resipuisse, Inonem insania correptam fuisse, neque Inonem sed Athamantem puerum in æneum lebetem conjecisse fugiente Inone putat.

THEORI sive ISTHMIASTÆ.

Neque inter homines Inoni honorem dii deesse voluerunt et aliis de causis et quod illa Bacchum susceperat, nutriverat, educaverat. Itaque memoria ejus servanda fuit. Atque hæc causa fuit, cur Sisypho regi Corinthio appareret per somnum eumque ludos in suum honorem instituere juberet. Hic monitis obtemperans ludos Isthmicos fecit, qui quum diuturno silentio per latrones, ut dicebatur, premerentur, Theseus expulsis maleficis, qui regiones infestarunt, solennitatem ludorum renovavit. Ideo datum est Atheniensibus ludorum præsidium, magistratusque Athenienses quotannis in Isthmum missi certamina transigenda curarunt. Hæc ludorum institutio et dedicatio quia in tertia tragœdia a poeta explicabatur, ideo nomen Theoris sive Isthmiastis datum esse Welckerus existimat.

Fragmenta pauca et obscura sunt. Hesychius: [218] « Ἀποστάς », φυγών. Αἰσχύλος Ἰσθμιασταῖς (codex ἰσθάστις) καὶ Ἀλκμήνῃ, fortasse ipse Athamas est; deinde apud eundem: [219] « Ἰαμβίς. » Αἰσχύλος Θεωροῖς ἢ Ἰσθμιασταῖς. Τοῖς κιθαρίζουσιν ὁ αὐλὸς συνῄει καὶ αἱ τοιαῦται κιθαρίσεις ἐλέγοντο παριαμβίδες, fortasse næniæ intelliguntur in honorem Melicertæ cantatæ. Cf. Philostr. Her. p. 740. Ψόθος apud Photium ad Melicertam Welckerus a putredine servandum retulit. Est autem Photii locus ita conceptus p. 655, 12: Ψο: ἐπὶ τοῦ σαπροῦ καὶ μὴ συναρέσκοντος· ἔστι δὲ ἀποκομματικοῦ λεξειδίου· ψόθον γὰρ καλοῦσιν. Ἀριστοφάνης. Πλέω γράσου καὶ ψοθοίου καὶ ῥύπου γε καὶ ψόθου· Αἰσχύλος Θεωροῖς. Quæ sic restituit Dobræus:

[220] Πλέω γράσου γε καὶ ψόθου,

οἷον καὶ ῥύπου. Αἰσχ. Θ. Dindorfius autem,

Πλέω γράσου γε καὶ κοθοίου καὶ ῥύπου,

coll. Theognosto in Bekkeri Anecd. p. 1432. Perobscurum aliud fragmentum est apud Athenæum, qui de variis saltationum generibus disputans hæc scripsit XIV, p. 629, F: Ἦν δὲ ὁ σκώψ τῶν ἀποσκοπούντων τὸ σχῆμα ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων· μνημονεύει Αἰσχύλος ἐν Θεωροῖς·

[221] Καὶ μὴν παλαιῶν τῶνδέ σοι σκωπευμάτων.

Et Hesychius de hoc loco: « Σκωπευμάτων· σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Photius p. 527, 6: Σκώπευμα· σχῆμα σατυρικὸν, ὡς καὶ ὁ σκωπός· οὕτως Αἰσχ. Iterum Hesychius: Ὑπόσκοπον χέρα· Αἰσχύλος· ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, καθάπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι. Σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκοπός (sic). Varie est a viris doctis de his fragmentis disputatum, nihil certi erutum. Itaque satius putavimus ea præterire quam referre, quæ vix probabilia esse videantur.

IPHIGENIA.

An Æschylus Iphigeniæ nomine trilogiam inscripserit, dubitari potest. Welckerus tamen Ἱερείας, Θαλαμοποιοὺς et *Iphigeniam* una trilogiæ continuatione conjunxit, in quo virum doctissimum secuti sumus, quia nemo fuit qui meliora docuerit.

Argumentum Æschylus maximam partem ipse exposuit in tragœdia, quam Agamemnonis nomine inscripsit. Congregatis Aulidem Græcis Agamemno inter moras belli animum venando in vicina silva oblectans cervam occidit, quæ Dianæ sacra fuit. Qua cæde indignata dea malaciam misit Græcis aliisque calamitatibus adeo afflixit exercitum, ut Græci summa omnium rerum inopia laborarent neque quisquam sciret unde auxilium posset peti. Causa autem calamitatis comperta Græci vehementer Agamemnoni irascebantur, donec Calchas vates filiam Agamemnonis, Iphigeniam, patris delicias, decus domus, quæ sæpe Græcos cantu delectarat patrisque sortem extulerat, deæ iratæ sacrifican-

220.
Plena situs et madoris.

dam dixit. Diu restitit pater noluitque expeditionem cum calamitate sua conjungere; postremo cessit communi Græcorum consensui suamque incolumitatem saluti reliquorum posthabendam ratus filiam domo, ut immolaretur, accersendam esse decrevit. At non facile esse videbatur persuadere Clytæmnestræ matri, ut mitteret filiam. Itaque quia astu callidissimisque artificiis opus erat, Ulixes Argos mittitur, qui Clytæmnestræ indicaret Iphigeniam filiam Achilli a patre desponsam esse mittendam, ut fortissimo viro inter Græcos nuberet. Facile mater inducebatur, ut fraudulentis Ulixis verbis fidem haberet; filiam se missuram esse promisit, eamque ipsam se comitaturam dixit. Ita Iphigenia Aulidem adducitur. Quo quum illa venisset, omnia ea apparantur, quæ speciem verarum nuptiarum haberent, thalamus exstruitur ab iis, quibus hoc demandatum erat officium, festa et gaudia exspectantur. At qui thalamus credebatur, ara fuit; et pro nuptiis virgini mors instabat. Quod quum sensisset generosa puella, non pertimuit, non recusavit patris voluntati obedire atque adeo ipsa parata fuit ad obeundam sortem, quam Græci ei destinarant, ut sua sponte se ei submitteret mortique et immolationi sese ipsa ultro offerret. Ita a Græcis immolatur. At noluit Diana injurias a patre sibi illatas usque eo persequi, ut innocentem filiam pro nocente patre puniret. Itaque dea dolum invenit, quo virginem ex oculis sacrificantium sublatam in aliam terram servaret, Agamemnonemque filia privatum uxoris ultioni committeret. Troja interim cecidit, Græci in patriam reverterunt, Agamemno cæsus a Clytæmnestra fatis cessit, Clytæmnestra ab Oreste occiditur; hic profugus patria inquinatus materno sanguine multis peragratis terris postremo in Tauricam insulam pervenit. Ibi quum ad aram Dianæ auxilium a persequentibus eum Furiis petiturus confugisset, ab Iphigenia deæ sacerdote inventus est primumque morti destinatus mox a sorore cognitus est et servatus.

Tres fuerunt tragœdiæ, quibus hoc argumentum poeta explicavit, ut diximus, *Iphigenia*, *Thalamopœis*, *Sacerdotibus*. At prorsus ignotum est, quomodo poeta fabulas adornarit, præsertim quum tanta sit fragmentorum paucitas et obscuritas, ut ne ex his quidem quidquam certi colligatur. Ex nominibus tamen apparere videtur chorum alterius tragœdiæ thalamopœos, tertiæ sacerdotes Dianæ Tauricæ constituisse.

IPHIGENIA.

Duo tantum tragœdiæ fragmenta supersunt eaque valde obscura. Alterum reperitur apud Scholiastam Sophoclis Ajac. v. 722, quem Suidas in Κυδάζεται exscripsit: Κυδάζεται· λοιδορεῖται· ὑβρίζεται ὑπὸ πάντων. Ἐπίχαρμος ἐν Ἀμύκῳ·

Ἄμυκε, μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτην ἀδελφόν.

Καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἰφιγενείᾳ·

[222] Οὔτοι γυναιξὶ δεῖ κυδάζεσθαι· τί γάρ;

Apud Suidam hæc modo leguntur: Οὔτοι γυναιξὶ κυδάζεται. Alterum fragmentum valde incertum est. Apud Aristophanem in Ranis v. 1270 hos versus profert Euripides:

[223] Κύδιστ' Ἀχαιῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε,
μάνθανέ μου, παῖ·

ad quem Scholiastes hæc annotavit: Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος, ἐπισκέψασθε πόθεν εἰσί. Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Αἰσχύλου· Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας.

THALAMOPOEOE.

Tragœdiæ, quam Æschylus Θαλαμοποιοὺς inscripsit, perpauca verba servata sunt, quæ quamquam rei egregie apta sunt, fabulæ compositionem artemve poetæ non illustrant. Leguntur apud Pollucem hoc modo (VII, 122): Καὶ λέσβιον δὲ καὶ ἐκφατνώματα καὶ κῦμα μέρη ἔργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς·

[224] Ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον φάτνωμά τι,
κῦμ' ἐν τριγωνοῖς ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

Τάχα δὲ καὶ οἱ θαλαμοποιοὶ εἶδος τέχνης. Varie hæc emendata sunt a viris doctis. Fortasse sic versus scribendi sunt:

Ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον φατνώματι
κῦμ' ἐν τριγωνοῖς ἐμπεραινέτω ῥυθμοῖς.

In quo tamen valde obscurum est, quid ἐν τριγωνοῖς ῥυθμοῖς significet. Dindorfius verba φάτνωμά τι delet, ut temere illata.

222.
Minime debet mulieribus maledici: quid enim?

223.
Inclytissime Achivorum, Atrei multis imperans

gnate, percipe a me.

224
At alius quis Lesbium laqueari
cymatium in triangulatis numeris imponito.

SACERDOTES.

Scena tragœdiæ, quæ Ἱερεῖαι inscripta fuit, in Taurica insula fuisse dicitur. Sed si hæc fortasse probabilis conjectura est, cetera omnia adeo sunt obscura, ut nihil de eis, nisi quis hariolari voluerit, dici possit. Adscripsimus ea, quæ de fragmentis Stanleius disputavit : Schol. Sophocl. in OEd. Col. v. 971 : Ὡς καὶ ἐν Ἰφικλείᾳ φησὶ καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἱερείαις·

Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γαρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ.

Versum posteriorem integrum servavit Macrobius Saturnal. V, 22 : « In tertio Æneidos libro cursim legitur, neque unde translatum sit, quæritur :

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus prædixit. [Apollo

In talibus locis grammatici excusantes imperitiam suam, inventiones has ingenio magis quam doctrinæ Maronis assignant : nec dicunt eum ab aliis mutuatum, ne nominare cogantur auctores. Sed affirmo doctissimum vatem etiam in hoc Æschylum, eminentissimum tragœdiarum scriptorem, secutum, qui in fabula, quæ Latina lingua Sacerdotes inscribitur, sic ait :

[225] Στέλλειν ὅπως τάχιστα· ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα.

Et alibi [Eum. v. 19] :

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας. »

Hactenus Macrobius.

Eustratius ad Aristotelis Ethica Nicom. III, 1 : [226] Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἐν ταῖς Τοξότισι καὶ Ἱερείαις καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. Huc fortasse spectat, quod refert Ælianus Var. hist. V, 19, Æschylum ob quoddam drama impietatis damnatum fratris sui Aminiæ gratia absolutum : Αἰσχύλος ὁ τραγῳδὸς ἐκρίνετο ἀσεβείας ἐπί τινι δράματι. Ἑτοίμων οὖν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις, Ἀμεινίας ὁ νεώτερος ἀδελφὸς διακαλυψάμενος τὸ ἱμάτιον ἔδειξε τὸν πῆχυν ἔρημον τῆς χειρός· ἔτυχε δὲ ἀριστεύων ἐν Σαλαμῖνι ὁ Ἀμεινίας ἀποβεβληκὼς τὴν χεῖρα καὶ πρῶτος Ἀθηναίων τῶν ἀριστείων ἔτυχεν. Ἐπεὶ εἶδον οἱ δικασταὶ τοῦ ἀνδρὸς τὸ πάθος, ὑπεμνήσθησαν τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ ἀφῆκαν τὸν Αἰσχύλον. Idem procul dubio Clemens Alexandrinus Strom. II, p. 387, qui tamen quo evaserit modo, aliter narrat, scilicet se excusando, quod initiatus non esset : ὡς Αἰσχύλος τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξειπὼν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθείς, οὕτως ἀφείθη ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. Hactenus Stanleius. Præterea apud Hesychium verbum est ex hac tragœdia petitum; at non facile dixeris, quo referendum sit : [227] « Κασωλάβα· » οἱ μὲν πόλις, οἱ δὲ κώμη. Αἰσχύλος Ἱερείαις.

HELIADES.

Præclarum argumentum componendis tragœdiis fabula fuit, quæ infelicem Phaethontis fortunam continuit. Hic Sole prognatus cœlesti animo res humanas contemnens divinam mentem legibus, quibus mortales nati sumus, subjicere noluit. Jurgio inter æquales orto, quorum aliquis ei mentitam originem cœlestem exprobravit, primum apud Clymenam vel Rhodam matrem de injuria accepta questus, tum ad patrem accedere ipsamque Solis regiam escendere ausus est, ut certissima quæque ab ipso patre de ortu suo acciperet. Sol pater lætus filium suscepit adeoque facilem querimoniis aurem præbuit, ut quidquid Phaethon a se petiturus esset, se illi petenti daturum esse polliceretur, idque per Stygis aquam, quo major dictis fides esset, juraret. Tum imprudens adolescens temerario animo abreptus patrem rogavit, ut currum suum equosque in diem regendos sibi concederet, quibus illius loco per cœlum veheretur. Infelix pater non ignarus, quæ sors filii futura esset, postquam a temerario conatu eum abducere diu frustra conatus est, tandem precibus concedens currum equosque Phaethonti permisit. Conscenso curru paterno adolescens ingenti ardore equorum, qui quanta vis aurigæ deesset, facile sensissent, mox in varias cœli partes delatus est, et quum modo terræ modo cœlo propius veheretur, et terræ et cœlum ingenti incendio arserunt. Tandem pater deorum hominumque Telluris auxilium implorantis preces audiens temerarium aurigam fulmine jacto perditum in terram dejecit. Quem quum sorores per totum orbem terrarum diu frustra inquisitum tandem reperissent sepulcro a nymphis Hesperiæ conditum, ingenti dolore perculsæ in populos mutatæ dicuntur, e quibus continuo lacrimæ emanent, quæ in electrum duratæ originem suam usque referant. Lucidæ enim quum sint et solis speciem præ se ferant, facile ignem concipiunt penitusque ita ut nihil remaneat, comburuntur.

Quod autem Æschylus tragœdia, quæ Heliades

225.

Mittere quam celerrime; hæc enim pater Jupiter oracula Apollini mandavit.

dicta est, argumentum explicaverit, ex nomine illustratur. Nihil enim illa potest continuisse nisi querelas Heliadum; vix plura ei tribui possunt, quia non plura fabulâ Heliadum tradita sunt. Quo autem loco Heliades fratrem deflerint, veteres non satis certo retulerunt. Omnes fere ad Eridanum fluvium Phaethontem et repertum et defletum memorant; sed quis Eridanus fuerit, in controversia versatur. Welckerus Padum non fuisse putat, Rhodanum vult intelligi vel alium fluvium usque in Hispaniam. Censet enim celebratam esse ab Æschylo Rhodam, Hispaniæ oppidum, Massiliensium coloniam, eodemque nomine fuisse matrem Heliadum appellatam ait. Disputationem eam Hermannus veram esse pernegavit neque evinci locis censuit, quibus firmandæ sententiæ Welckerus sit usus, quorum alter est Plinii, qui hæc scripsit XXXVII, 11: «Phaethontis fulmine icti sorores fletu mutatas in arbores populos, lacrimis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus et electrum appellatum, quoniam sol vocitatus sit ἠλέκτωρ, plurimi poetæ dixere, primique ut arbitror, Æschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus. Quod esse falsum Italiæ testimonio patet. Diligentiores Electridas insulas in mari Adriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas unquam ibi fuisse certum est neque vero ullas ibi appositas esse, in quas quidquam cursu Padi devehi possit. Nam quod Æschylus in Iberia, hoc est in Hispania, Eridanum esse dixit eundemque appellari Rhodanum; Euripides rursus et Apollonius in Adriatico littore confluere Rhodanum et Padum, faciliorem veniam facit ignorati succini in tanta orbis ignorantia.» Hæc Plinius; idem testari ait Hermannus Appuleium in libro, quem de Orthographia scriptum Maius edidit p. 135. Alter deinde testis est Scholiastes Homeri ad Odyss. p. 208, qui hæc scripsit: Ἥλιος Ῥόδῃ μιγεὶς τῇ Ἀσωποῦ παῖδας ἴσχει Φαέθοντα καὶ Λαμπετίην καὶ Αἴγλην καὶ Φαέθουσαν. Ἀνδρωθεὶς δὲ ὁ Φαέθων, ἤρετο τὴν μητέρα τίνος εἴη πατρός· πυθόμενος δὲ ὡς Ἡλίου, παρεγένετο ἐπὶ τὰς τοῦ πατρὸς ἀνατολάς· γνωρισθεὶς δὲ τούτῳ ἐδεῖτο τοῦ πατρὸς ἐπ' ὀλίγον αὐτῷ συγχωρῆσαι τὸ ἅρμα καὶ τοὺς ῥυτῆρας, ὅπως καταπτεύσειε τὸν κόσμον· ὁ δὲ Ἥλιος ἀκούσας παραυτὰ μὲν ἀντέλεγεν εἰδὼς ἃ πείσεται· σφόδρα δὲ αὐτῷ ἐγκειμένῳ συγχωρεῖ διδάξας ὅ τι τὸ μεταίχμιον. Ἐπιβὰς δὲ ἐκεῖνος τοῦ ἅρματος, ἀτάκτως ἤλαυνεν, ὥστε πάντα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φρύγειν· καταπεσόντος δὲ αὐτοῦ μετὰ τῆς θείας φλογὸς ἐπὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν καὶ σβεσθέντος αἱ ἀδελφαὶ παραγενόμεναι κατὰ τὸν τόπον τοῦ Κιλτικοῦ πελάγους ἐθρήνουν ἡμέρας ἀδιαλείπτως καὶ νύκτας· ὅθεν κατελεήσας ὁ Ζεὺς ταύταις ἀνάμνησιν ἐνεποίησε τῶν κακῶν μεταμορφῶν αὐτὰς εἰς αἰγείρους, αἵπερ εἰσὶ δένδρα. Λέγεται δὲ καὶ ἐντεῦθεν ἀπογεννᾶσθαι τὸν ἤλεκτρον τῆς ἀρχαίας οἰμωγῆς ἀποδακρυόντων τοῦτον καρπὸν τῶν δένδρων. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ τοῖς τραγικοῖς. Ex Plinii verbis colligitur Æschylum Eridanum vocasse, qui alio nomine Rhodanus vocetur, et esse illum flumen Iberiæ. At satis constat longissime Iberiæ appellationem patuisse. Et quod ad Scholiastam Homeri attinet, Welckerus conclusit illa quæ Scholiastes tradat non esse ab Euripide sumpta; ergo sumpta esse ab Æschylo. Id vero non sequitur. Sed vanum est hoc quærere, ut vanum fuit investigare, ubi Prometheus affixus fuerit. Sufficit scire Eridanum flumen Hesperiæ fuisse, i. e. ad occidentem Solem, atque in ejus ripa veteres putasse Phaethontis sorores in populos esse mutatas. Vix autem credi potest fabulam ab Æschylo in Hispaniam esse delatam, quia mulieres Adrianas, quæ Phaethontem fleverint, poeta commemorat. Deinde Padus et Rhodanus procul dubio æque fabulosi erant Æschylo. Præterea nulla causa reperiri potest, qua Æschylus inductus sit, ut Rhodam, ignotam Massiliensium coloniam, tragœdia celebraret.

Fuerunt qui chorum ex Heliadibus compositum crederent; quod si est verum, ex eo non est concludendum eas in orchestra obriguisse et arbores esse factas. Quis dixerit Niobam in scena in saxum fuisse permutatam? Alii indicia volunt in fragmentis reperisse, quibus pateat Adrianas mulieres chorum effecisse. Utrumque valde incertum est. Nam si dubitari non potest, quin Heliadibus versus quidam inter eos, qui servati sunt, attribuendi sint; non adeo certum est illud fragmentum, in quo Adrianæ mulieres commemorantur, choro ex his mulieribus composito esse vindicandum. Sunt verba hæc apud Gramm. in Bekk. Anecd. p. 346, 9: Ἀδριαναί τε γυναῖκες. Αἰσχύλος Ἡλιάσιν· «Ἀδριαναί τε γυναῖκες τρόπων ἔξουσι γόων.» Hæc Hermannus ita disposuit:

[228] Ἀδριηναί τε γυναῖκες
τρόπον ἔξουσι γόων.

Hæc choro mulierum Hermannus attribuit. Sed facile est perspectu id injuria esse factum, siquidem Adrianæ mulieres chori intelliguntur. Hæc si chorum constituissent, non ἔξουσι, sed ἔχουσι aut fortasse etiam ἔχομεν dixissent. Sic enim nemo aliquem consolatur, ut dicat aliquando se tristem futurum esse. Splendidissimum autem idemque corruptissimum fragmentum est, quod Athenæus XI, p. 469, F, servavit. Disputat ibi de

poculo quo Sol pernoctem ferri a poetis dictus sit, et pergit ita : Καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἡλιάσιν· « Ἔνθ' ἐπὶ δυσμαῖς ἴσου πατρὸς Ἡφαιστοτευχὲς δέπας ἐν τῷ διαβάλλει πολὺν οἰδματόεντα φέρει δρόμου πόρον, οὐδ' εἰς μελανίππου προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν. » Hæc Hermannus ita constituit :

[229] Ἔνθ'
ἐπὶ δυσμαῖσι τεοῦ
πατρὸς Ἡφαιστοτυκὲς
δέπας, ἐν τῷ διαβάλλει
πολὺν οἰδματόεντ' ἀμφίδρομον
πόρον, εἰς μελανίππου
προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν.

Hæc ita quidem Hermannus, ut sententia efficeretur; in quibus violentiores esse conjecturas quam veriores facile quisque videt.

Aliud est fragmentum apud eundem Athenæum X, p. 424, D, non minus obscurum : Τούτῳ ὅμοιόν ἐστι τὸ ἀνιαρέστερον καὶ τὸ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλου, [230] « Ἀφθονεστέραν λίβα. » (Codd. ἀφθονέστερα, epitome ἀφθονέστερον.) Hermannus hæc verba ad uberes lacrimas Heliadum, Welckerus ad succinum, Schweighæuserus denique ad Africum retulit. Welckerus poetam vult λίβα alludentem dixisse, quod hic λίβανον a λείβειν in mente habuerit. Denique Scholiasta Sophoclis Œdip. Col. 1248 : Ἀπὸ ῥιπᾶν· τὰ ἀπὸ τῶν ὀρῶν φησι τῶν προσαγορευομένων Ῥιπῶν. Τινὲς δὲ οὕτω καλοῦσι Ῥιπαῖα ὄρη. ... Μέμνηται καὶ ἐν Ἡλιάσιν Αἰσχύλος· [231] « Ῥιπαὶ μὲν δὴ πατρός. » Sic codex, ut intelligatur cursus præceps Solis. Sed editores Ῥῖπαι, de montibus, uti præcipere videtur relatio Scholiastæ.

Hæc sunt quæ diserte ex Heliadibus commemorantur. Hermannus autem commode alia etiam huc referri posse putavit, quorum nonnulla aliis tragœdiis adscripsimus. Sunt autem hæc, apud Schol. ad Hom. Iliad. A, 754 : Οἱ δέ φασιν ἐκ πλήρους σπιδέος, καὶ ἀποδιδόασι πολλοῦ καὶ μακροῦ. Καὶ γὰρ Αἰσχύλος πολλάκις τὴν λέξιν οὕτως ἔχουσαν τίθησιν, ὅταν λέγῃ·

[232] Σπίδιον μῆκος ὁδοῦ.

Idem est fere apud Etym. Magn. p. 271, 17. « Σπίδιον πεδίον » ex Æschylo affert Eustathius p. 882, 58. Deinde in temeritatem Phaethontis putat apte dictum esse, quod est apud Stobæum Serm. IV, 15 :

Οὐ χρὴ ποδώκη τὸν τρόπον λίαν φορεῖν·
σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

Versus Phrygibus sive Hectoris redemptioni adscripsimus. Præterea, si quæ Sol Phaethonti currum conscendenti præcepta dederit, relatum fuit in tragœdia, apte ei rei convenire censet Hermannus quod est apud Grammaticum in Bekk. Anecd. p. 372, 8 :

[233] Ἄκουε τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς·

ἀντὶ τοῦ τῶν ἐμῶν ἐπιστολῶν· οὕτως Αἰσχύλος. Et quæ in fragmentis Laii legebantur, supra nobis memorata pag. 222 extr., apud Harpocrationem v. Μαλακίζομεν : Αἰσχύλος Ἑλλαδίῳ· κεκμῆτι μαλακίων ποδί, sic emendata : Αἰσχύλος·

[234] Ἔλα, δίωκ' ἀκμῆτι μαλκιον ποδί.

Postremo huc Hermannus retulit locum Athenæi XI, p. 491, A : Καὶ Αἰσχύλος δὲ ἐκφανέστερον προσπαίζων τῷ ὀνόματι κατὰ τὴν ὁμοφωνίαν·

[235] Αἱ δ' ἕπτ' Ἄτλαντος παῖδες ὠνομασμέναι
πατρὸς μέγιστον ἄθλον οὐρανοστεγῆ
κλαίεσκον, ἔνθα νυκτέρων φαντασμάτων
ἔχουσι μορφὰς ἄπτεροι Πελειάδες·

ἀπτέρους γὰρ αὐτὰς εἴρηκε διὰ τὴν πρὸς τοὺς ὄρνεις ὁμωνυμίαν. Versus ideo ad Heliades retulit Hermannus, quia apud Euripidem cum Heliadibus conjunctæ sint Pleiades, Euripides autem Æschylum sæpe imitetur.

CYCNUS.

Inter tragœdias Æschyleas unam fuisse putant, quam Cycni nomine poeta inscripserit. Hæc ne-

229.
Ubi
ad occasum tui
patris fabricatum a Vulcano
poculum, in quod effundit
multum æstuantem circumfusum
liquorem, in atræ
noctis sacræ caliginem effugiens.

230.
Copiosiorem liquorem

232.
Immensam viæ longitudinem.

233.
Audi mandata mea.

234.
Age, insta lenius firmo pede

235.
Septem Atlantis filiæ quæ dictæ sunt,
patris maximum laborem, quo cœlum sustinet,
deflebant, unde nocturnorum visorum
formas habent inalatæ Peliades.

que in iudice fabularum nominata est neque ullum ejus superest fragmentum. Quidquid de ea notum est, in his Aristophanis verbis (Ran. v. 972) continetur, ubi Euripides Æschylo dicit:

Ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκουν
ἐπὶ τοῦ φρονεῖν ἀποσπάσας, οὐδ' ἐξέπληττον αὐτοὺς,
Κύκνους ποιῶν καὶ Μέμνονας κωδωνοφαλαροπώλους.

Scholiastes ad hæc: Κύκνους· ὅτι δύο Κύκνοι ἐγένοντο· ὁ μὲν Ἄρεος υἱὸς ὁ ὑφ' Ἡρακλέους φονευθεὶς ὡς ἐν τῇ Ἀσπίδι Ἡσίοδος· ὁ δὲ Ποσειδῶνος ὁ ὑπ' Ἀχιλλέως, ὡς καὶ Πίνδαρος ἱστορεῖ. Hesiodi locus est in Scuto Herc. 65 seqq.; Pindari, Olymp. XI, 19. Plura Schol., Pausan. I, 27, 7, Apollod. II, 7, 7, Diod. IV, 37. Sunt qui Cycnum Phaethontis amicum, Liguriæ regem, intellexerint, quem Ovidius Metamorph. II, 367 sepulcrum Phaethontis quærentem in olorem mutatum esse tradit. At verba Scholiastæ Aristophanei, quæ descripsimus, falsam esse sententiam satis ostendunt. Veriora tamen et certiora eo minus exhiberi possunt, quod ne Scholiastes quidem, cujus testimonio unius quidquid de Cycno sciri potest, debetur, tragœdiam satis nosse videtur.

SISYPHI.

Æschylus duas fabulas composuit, quas Sisyphi nomine inscripsit, alteram Sisyphum πετροκυλιστὴν, alteram Sisyphum δραπέτην: harum prior tragœdia fuisse videtur, altera fabula Satyrica. Quæ autem de Sisypho narrantur hæc sunt. Sisyphus Æoli filius fuit, Ephyramque, quæ postea Corinthus dicta est, condidit, ludosque Isthmiacos ad initiandum Melicertam instituit. Qui quum inter mortales astutia et calliditate adeo emineret, ut omnes his artibus superaret, quumque Asopo, cujus Jupiter filiam rapuit, raptorem indicasset, postea apud inferos pœnas temerarii et impii facinoris dedit. Varie tamen fabula narratur. Apollodorus I, 9, 3 et III, 12, 6 Jovem tradit Æginam Asopi et Metopæ filiam rapuisse. Quam quum quæreret pater, Corinthum eum venisse et ex Sisypho audivisse quis raptor esset; quum amplius persequeretur, Jovem illum fulmine percussum domum remisisse, unde etiam nunc carbones Asopi torrentibus ferri. Conjuncta cum hac narratione alia fabula est, quæ ortum fontis in arce Corinthi ab eodem facto repetiit. Alii referunt Asopum, cui Sisyphus et raptorem filiæ prodidisset, et ubi abscondita esset indicasset, et quomodo eam reciperare posset, monstrasset, in Œnonam insulam, quæ postea Ægina dicta est, insecutum esse, sperantem fore ut inopinantem Jovem consequi posset. Verum divina prudentia major fuit quam astutia humana. Jupiter enim Æginam insulam fecit seque saxum. Quibus conspectis pater deceptus frustrato itinere in patriam rediit. Sunt qui addiderint saxum a Sisypho apud inferos volvi æque magnum atque illud in quod Jupiter se converterit.

Quid poetæ propositum fuerit in scribenda tragœdia, non constat inter interpretes. Stanleius, qui duas tragœdias Sisyphi nomine a poeta scriptas esse credidit, altera, qua saxum volvens exhibitus sit, transfugii eum pœnas luisse ait; alii Sisyphi laboribus inquieti aniini labores a poeta monstratos esse existimant, quia homo nunquam sibi satisfaciens ea indefesso studio appetat, quæ divinum consilium humanæ conditioni denegarit; alii in insigni exemplo ostendi crediderunt a poeta, quanto esset humana prudentia divina potentia inferior, hominisque astutiam etiam vaferrimi a diis semper superari. Quod et tragœdia et fabula Satyrica satis perspicue declarari putant.

SISYPHUS ΠΕΤΡΟΚΥΛΙΣΤΗΣ.

In tragœdiam vero si diligentius inquirimus, fatendum est tam exiguam esse hodie ejus notitiam, ut plane ignoretur quomodo composita fuerit. Id tamen fortasse pro certo haberi poterit, a poeta in Sisypho esse descriptum, quomodo nihil ignoretur a diis, quod homines aggrediantur, illique semper habeant quibus humana consilia continuo frustrentur. Itaque Æschylus docuit quædam, quæ pro arcanis habebantur, id quod satis clare ex ea re conjicitur, quod poeta in hac tragœdia arcana quædam evulgasse dicitur. Ita Eustrat. in Aristotelis Ethic. Nicom. III, 1: Δοκεῖ γὰρ Αἰσχύλος λέγειν μυστικά τινα ἔν τε ταῖς Τοξότισι καὶ Ἱερείαις καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ. Hesychius ex hac tragœdia affert: [236] «Θώψεις,» θωπεύσεις. Αἰσχύλος Σισύφῳ πετροκυλιστῇ, si recte correctum est. Et Scholiastes Aristophanis Pac. 73: Αἰσχ. ἐν Σισύφῳ πετροκυλιστῇ·

[237] Αἰτναῖός ἐστι κάνθαρος βίᾳ πονῶν.

Codices πόνων, quod correxit Dindorfius.

237.
Ætnæus est cantharus vi laborans.

SISYPHUS ΔΡΑΠΕΤΗΣ.

Quod poeta prius multa cum gravitate explicavit, fabula Satyrica inter facetias repetiit. Tanta enim erat Sisyphi calliditas et impietas, ut ne apud inferos quidem deos ludibrio habere desineret. Peropportune autem contigit, ut fabulæ memoria sit inter fragmenta Pherecydis servata. Argumentum hoc fere fuit. Furto indicato, quod Jupiter in filia Asopi commisit, hic, quo Sisyphum puniret, Mortem, quæ hominem ad inferos deduceret, inopinato misit. Verum Sisyphus, qua erat astutia, celeriter quid ageretur percepit, Mortemque comprehensam vinculis constrinxit. Qua sublata accidit ut nemo fato succumberet, nemo ad inferos veniret, donec Pluto ipse ad superos adscendit, mortem liberavit vinculis, Sisyphum, ut eum ob commissum delictum punire posset, secum abduxit. Sisyphus vero antequam mortem oppetiit, Meropæ uxori imperavit ut corpus suum insepultum relinqueret, neque inferias, quæ mortuis offerri solerent, sibi exhibendas curaret. Uxor imperio obtemperavit, moxque ipse Pluto deesse inferias intellexit. Quo facto Sisyphus Meropam accusavit, quod omisisset facere quod deberetur marito, rogavitque ut ad puniendam uxorem ad superos redire sibi liceret. Habere enim se in animo etiam Meropam ad inferos deducere. Facile a rege inferorum quod rogarat impetravit, præsertim quum se facturum pollicitus esset quo illius avaritia satiaretur. Sed quum ad superos revertisset, neque uxorem pœna affecit neque reditus memor fuit, sed remansit inter vivos, neque prius ad inferos pervenit quam Mercurius a Plutone missus illum vi abactum reduxit.

Quamquam nihil servatum est, quo conformatio fabulæ et dispositio cognoscatur, sunt tamen nonnulla, quæ probabiliter conjici possint. Ita chorum Satyrorum solum subito motum videre putes nescientem, quid inde proventurum sit. Murem exiturum conjicit, et adest mus, sed permagnus. Hoc proditur fragmento, quod Ælianus in Hist. Anim. XII, 5 servavit. Hic postquam tradidit Amaxitenses, quod oppidum fuit Troadis, mures adorasse, ex qua re Apollo, qui ibi maxima religione coleretur, Sminthius dictus sit, hæc subjunxit : Ἔτι γὰρ καὶ τοὺς Αἰολέας καὶ τοὺς Τρῶας τὸν μῦν προσαγορεύειν Σμίνθον, ὥσπερ οἶν Αἰσχύλος ἐν τῷ Σισύφῳ·

Ἀλλ' ἀρουραῖός ἐστι Σμίνθιος ὡς ὑπερφυής.

Quod corrigendum est :

[238] Ἀλλ' ἀρουραῖός τίς ἐστι σμίνθος, ὡς ὑπερφυής.

Hic Sisyphus fuit, qui emergens e solo primum tamquam occæcatus circumspicit, tum compellatur a Satyris. Habet hæc Pollux X, 20 : Παίζων δὲ καὶ σταθμοῦχον αὐτὸν (τὸν δεσπότην οἰκίας) εἰ ἐθέλεις καλεῖν. Ὁ δὲ δεινὸς ὢν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν λαμβάνει τὸ τοῦ ῥήματος ὡς οὐκ ἂν εἴη δόκιμον, οὐδὲ σὺ μὲν αὐτὸ πάντῃ δόκιμον νομίζοις, οὐ μέντοι οὐδὲ παντελῶς ἀδόκιμον. Ὅτι δέ ἐστιν εὑρημένον, εἰ γνωρίζοις, φιλότιμος εἶναι δόξεις. Εἴρηται τοίνυν Αἰσχύλου Σισύφῳ·

Ἰδοὺ σταθμοῦχος ἑκατήλλων φῶς ἀθρεῖ.

Versum correxit Hemsterhusius :

[239] Σὺ δ' ὁ σταθμοῦχος εὖ κατιλλώψας ἄθρει·

Alii ponunt ἐγκατιλλώψας ἄθρει. Deinde quum ex eo quæsitum esset, quæ esset mortuorum conditio, inter alia etiam illa respondet, quæ sunt in Etymol. Gudiano p. 321 : Κίχυς, ἡ δύναμις, Ἀπολλόδωρος ἰκμὰς ... καὶ Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ, καὶ θανόντων εἰσὶν οὐκ ἐνεστιγμάσει τὰ (hoc est οἷσιν οὐκ ἔνεστ' ἰκμασία) σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κίχις οὐδ' αἱμόῤῥυτοι φλέβες θανόντων φησὶν ἀψύχοις. Quæ vehementer turbata sunt; sed hæc haud dubie Æschylea cum Dindorfio agnoscas :

[240] Σοὶ δ' οὐκ ἔνεστι κῖχυς οὐδ' αἱμόῤῥυτοι φλέβες.

Fortasse ad viam convexam ab inferis referendum est fragmentum apud Hesychium : [241] « Ἄμβωνες » αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν. Αἰσχύλος Κερκύωνι καὶ Σισύφῳ.

Jam vero Sisyphus omnia discrimina se evasisse ratus primum ait :

[242] Ζαγρεῖ τε νῦν μοι καὶ πολυξένῳ χαίρειν,

ex Etymol. Gud. p. 227 (qui τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅδου φασὶν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σκύφῳ), deinde

238.
Sed campestris mus est præter modum grandis.

239.
Tu vero paterfamilias adductis apte oculorum pal- [pebris adspice.

240.
Tibi non inest humor neque sanguine fluentes venæ.

242.
Zagreum nunc et multorum hospitum acceptorem salvere.

que reficiatur lavacrum afferri jubet, ut est apud Pollucem X, 77 : Ἔξεστι δὲ καὶ σκάφην ὀνομάσαι κτ' Αἰσχύλον που εἰπόντα ἐν Σισύφῳ·

[243] Καὶ νίπτρα δὴ χρὴ θεοφόρων ποδῶν φέ-
Λεοντοβάμων ποῦ σκάφη χαλκήλατος; [ρειν.

Idem respicit Horatius Satir. II, 3, 20 ;

Olim nam quærere amabam,
quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus ære.

(Νίπτρα ex Æschylo Pollux memorat VII, 40.) Convivio instituto Mercurius supervenit, ut Sisyphum abducat lætantibus Satyris, quibus dapes solis conceduntur nec cum ullo alio communicandæ.

PSYCHAGOGI.

Valde obscurum est, quo sit argumento composita tragœdia, quam Æschylus Psychagogos inscripsisse perhibetur. (Phrynichus in Bekkeri Anecdotis p. 73, 10 : Ψυχαγωγός... οἱ ἀρχαῖοι τοὺς τὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων γοητείαις τισὶν ἄγοντας. Τῆς αὐτῆς ἐννοίας καὶ τοῦ Αἰσχύλου τὸ δρᾶμα Ψυχαγωγός[sic].) Nec tamen longe a vero discedere videtur, si quis Ulixem intellexerit ex Circes jussu inferos adeuntem, ut a Tiresia comperiat, quomodo reditum in patriam sibi parare possit. Itaque argumentum sumptum fuerit ex Odyssea.

Qua in re si quid veri divinavimus, de personis fortasse liceat conjecturam facere. Ulixes enim procul dubio introductus est a poeta apud inferos, et Tiresias, quem consulturus in Orcum ille venit. De choro dubitatio remanet, utrum ex inferis aliqui an comites Ulixis eum composuerint Aristophanes Ranis. 1266 :

[244] Ἑρμᾶν μὲν πρόγονον
τίομεν γένος οἱ περὶ λίμναν,

ad quæ Scholiastes annotavit : Ἐκ τῶν Αἰσχύλου Ψυχαγωγῶν. Ea Welckerus a choro aliena judicat; alii aliter censuerunt. Neque vero absurdum est putare chorum a poeta ex iis esse compositum, qui circa Stygem flumen vita defuncti palarentur.

Certior est oratio Tiresiæ Ulixi mortem vaticinantis, quam grandævus non ex lege naturæ obiturus sit, sed stimulis belluæ marinæ contactus, quibus senile corpus putrescat. Versus sunt apud Scholiastam Homeri ad Odyss. Λ, 133 :

[245] Ἐρωδιὸς γὰρ ὑψόθεν ποτώμενος
ὄνθῳ σε πλήξει νηδύος χειλώμασιν.
Ἐκ τοῦδ' ἄκανθα ποντίου βοσκήματος
σήψει παλαιὸν δέρμα καὶ τριχορρυές·

Aliud est fragmentum apud Photium p. 543, 1, ita scriptum : Σταθερὸν, ὀξὺν, ἰσχυρὸν ἢ θερμόν.... τινὲς καὶ ἐπὶ τοῦ στασίμου, ὡς Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς [246] « Σταθεροῦ χεύματος. » Eadem sunt apud Suidam v. Σταθερὸν, ubi στ. χρήματος scriptum, vitiose. Dicitur autem σταθερὸν χεῦμα amnis quietus, taciturnus : Styx videtur intelligi. Et est aliud fragmentum, quo Proserpina Δαῖρα dicitur apud Schol. ad Apollon. Rhod. II, 846 : [247] Ὅτι δὲ τὴν Δαῖραν Περσεφόνην καλοῦσι, Τιμοσθένης ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ συγκατατίθεται καὶ Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς ἐμφαίνει, τὴν Περσεφόνην ἐκδεχόμενος Δαῖραν. Phavorinus : Δαῖρα ἡ αὐτὴ τῇ Δαείρᾳ· Δαῖραν μουνογένειαν λέγει Ἀπολλώνιος τὴν Περσεφόνην... ὅτι δὲ τὴν Δαῖραν Περσεφόνην καλοῦσι, Δημοσθένης καὶ Αἰσχύλος μαρτυροῦσι. Diversas veterum sententias, quibus Dæræ nomen explicabatur, Eustathius collegit p. 648, 34 sqq. Plane ignoratur, quo referendus sit locus apud Hesychium : [248] « Δρώπτειν », διακόπτειν ἢ διασκοπεῖν· Αἰσχύλος Ψυχαγωγοῖς· et aliud apud Pollucem fragmentum, X, 10 : Αὐτὸ γὰρ τοὔνομα τῆς σκευοθήκης εὕροις ἂν ἐν τοῖς Αἰσχύλου Ψυχαγωγοῖς·

[249] Καὶ σκευοθηκῶν ναυτικῶν τ' ἐρειπίων·

Welckerus fragmento ductus, quod supra retulimus, quo Ulixes aculeo belluæ marinæ interiturus dicitur, novam Æschyli tragœdiam commentus est, quam Ὀδυσσέα ἀκανθοπλῆγα inscripsit. Cujus quum ne ullum quidem apud veteres sit neque testimonium neque indicium, satis habemus eam memorasse, ne incuria neglexisse videamur.

PALAMEDES.

Inter tragœdias Æschyli satis certis testimo-

243.
Et lavacra sane divinorum pedum afferre oportet. Ubinam est instructus leoninis pedibus alveus [æneus?

244.
Mercurium proavum
colimus paludicolæ.

245.
Ardea enim ex alto advolans
fimo te feriet ex ventris aperturis.
Ex hac aculeus marinæ belluæ
cutem senilem et denudatam crinibus putrefaciet.

249.
Et armamentariorum et navalium fragmentorum.

mis Palamedes tragœdia commemoratur, quam Welckerus primam fuisse putabat trilogiæ ex hac fabula, Psychagogis et Ulixe ἀχανθοπλῆγι compositæ. Verum argumenta, quibus comprobare sententiam aggressus est, adeo sunt incerta et ambigua, ut ipse postea eam sententiam missam fecerit.

Palamedes fuit filius Nauplii et Clymenæ, propinquus Agamemnonis, inter Græcos prudentia præcellens. Qui quum inter eos, qui Helenam repetituri erant, Trojam missus infecto negotio rediisset, postea Menelaum et Agamemnonem in excitandis Græcis ad expeditionem adversus Trojanos suscipiendam adjuvit. Quo consilio quum Ithacam venisset, ut Ulixem Græcorum exercitui adjungeret, hic non ignarus fortunæ quæ se consecutura esset, si cum Græcis proficisceretur, satius habuit illis sese subtrahere domique remanere. Itaque insania correptum se simulavit, quo Palamedem falleret. Conjunxit enim jugo equum et bovem, quibus agrum aravit. At non adeo facile erat decipere Palamedem, qui illico simulatorem cognovit. Itaque Telemachum Ulixis filium ita ante jumenta in sulco posuit, ut si ille in arando perstitisset, filium inductis jumentis fuisset necaturus. Quod quum Ulixes non fecisset, apparuit susceptam esse insaniam voluntariam, quam ille callide occulere non potuisset. Itaque coactus Ulixes reliquis Græcis in societatem venire Trojam profectus est. Descripta est apud Lucianum De domo c. 30 pictura, in qua Palamedes exhibitus est stricto gladio paratusque ad Telemachum interficiendum. Ulixes autem, quid Palamedes fecisset, haud oblitus, occasionem locumque ultionis speculatus, ut pœnam a Palamede posset exigere, non ægre vidit Agamemnonem esse alienatum a Palamede, qui minus illius imperio cessit quam par erat. Itaque quum Palamedes aliquando bellum, quod parabatur, vetaret, Ulixes occasionem vindictæ aucupans Palamedem proditionis accusavit consiliumque cum Trojanis, quibus ille ea, quæ in castris Græcorum agerentur, indicaret, iniisse arguit ostenditque aurum in tentorio Palamedis ab ipso defossum, quod pretium proditionis ab hostibus hunc accepisse affirmavit. Græci verbis Ulixis fidem habentes Palamedem condemnarunt pœnamque morte exegerunt. Cf. Virg. Æn. X, 83, Ovid. Metamorph. XIII, 56, Hygin. Fab. 105, Schol. Euripidis. Or. 434.

Sed tragœdiæ, quam Æschylus scripsit, tam exigua est memoria et tam pauca fragmenta supersunt, ut nihil hodie neque de compositione fabulæ neque de choro neque de personis divinari possit. Id tamen pro certo videtur statui posse, cum Palamede etiam Ulixem, fortasse Agamemnonem reliquorumque ducum nonnullos introductos esse partesque egisse in tragœdia. Judicarunt fortasse iidem, quos et Virgilius et Ovidius judicasse ait, Achivi, qui tamen chorum fortasse non constituerunt, quemadmodum in Eumenidibus judices a choro distinguuntur.

Duo tantum supersunt fragmenta, quorum unum procul dubio ex oratione Palamedis, crimen quod Ulixes ei objecit defendentis, sumptum est. Quum enim ille ea omnia, quæ Græcis usui futura invenisset, oratione exponeret, etiam hæc attulit, quæ sunt apud Athenæum p. 11, D: Ἔστι δ' ἡ τάξις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τῶν ὀνομάτων· ἐν οἷς ὁ Παλαμήδης πεποίηται λέγων·

[250] Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα, [τάρχας ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

Ex Athenæo sua duxit Eustathius p. 242, 22; 1358, 4; 1432, 5; 1791, 45; 1833, 4. Versum primum Valckenario melius constituit Porsonus,

Καὶ ταξιάρχας χἀκατοντάρχας στρατῷ ἔταξα,

collatis versibus Sophocleis quos servavit Achilles Tatius Isag. in Arâti Phænom. c. 1 (fr. Soph. 379). Versu 3 τρία Eustath. locis quatuor prioribus, subjiciens in primo, ἢ μάλιστα τρίτα κατὰ τοὺς παλαιούς· omisit Schol. Hom. Il. B, 381, Od. B, 20. Ad hunc locum spectat Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 23, 23.

Deinde alius versus exstat, cujus significatio valde incerta est. Scribit enim hæc Scholiasta Homeri Il. Δ, 319 (apud Villoison. p. 120): Ἡ γὰρ χρῆσις τοιαύτη ἦν παρὰ Ἀττικοῖς. Παρὰ γὰρ τὸ κτῶ καὶ κτῆμι κινήματα ἱκανὰ ἐξέπιπτεν· δεύτερος μὲν αὐτὸς ἀόριστος ὀφελων εἶναι κοινῶς ἕκτην· γινόμενος δὲ κατὰ Δωρίδα ἕκταν, ὃς ἐν χρήσει ὁρᾶται Ἀττικοῖς· Εὐριπίδης Πλεισθένει·

Οὗτος σὸν ἕκταν πατέρα, πολέμιόν γε μήν.

Αἰσχύλος δὲ Παλαμήδῃ·

250.

Et ordinum ductores et imperatores et centuriones constitui, et definivi ut cibum nossent, [nes jentaculum, prandium, cœnam tertiam quando su- [mere

[251] Τίνος κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης;

Butlero hæc indignantis Nauplii verba esse videbantur, quibus Ulixem vel Agamemnonem pater Palamedis accusaret. At nullum exstat testimonium, quo Nauplium Trojam venisse aut filium reum defendisse constet. Itaque multo est credibilius quod Welckerus ait, qui Ulixi verba attribuit. Putat enim hæc verba ita esse dicta ut Ulixes Palamedi, qui ab inimico se accusari profiteretur, responderet criminisque loco illud inceptum objiceret, quo Palamedes aliquando Telemachum in sulco ponere ausus Ulixis fraudem et simulationem detexerit. Quamquam enim illud facinus perpetratum non fuit, tamen Ulixes opportunitate data inimico altercans objicit, quo invidia illi contrahatur. Hæc sunt, quæ cum aliqua probabilitate de Palamede dici possunt.

ODYSSEA.

Ulixis reditum in patriam Æschylus pluribus tragœdiis exposuit, quas Welckerus variis modis conjunxit, ut trilogias conficeret. Primum putavit *Iuvenes*, *Ossilegos* et *Penelopam* trilogiam composuisse; postea immutata sententia *Convivas*, *Ossilegos* (vel *Ossilegos*, *Convivas*), *Penelopam* rectius consociavit. Ossilegos Hermannus fabulam Satyricam fuisse judicavit, id quod vel uno verbo σύρανη, quod ex illis citetur, satis manifesto evinci ait. In quo nimium dixisse vir doctissimus videtur, ut Welckerus satis accurate et diserte ostendit. Itaque Welckerum sequimur, qui quamquam nomina mutavit, tamen argumentum, ut antea, semper retinuit.

CONVIVÆ.

Prima tragœdia dicta fuerit Σύνδειπνοι vel Ἀχαιῶν σύνδειπνοι, adolescentes Achæorum, proci, qui Penelopam in matrimonium poscebant. Idem argumentum tractatum est a Sophocle et Timotheo in tragœdia, quæ Μνηστῆρες inscripta fuit.

Æschyli tragœdia prorsus interiit neque esset ullum vestigium reliquum, nisi servata esset ab Athenæo VIII, p. 365, B, memoria: Καὶ Πλάτων δή φησι, Τοῖς τὸ σύνδειπνον ποιησαμένοις, καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ·

Ἐν τοῖσι Συνδείπνοις ἐπαινῶν Αἰσχύλον,

in quo versu Æschylus putatur testis citari quod ut Plato nomen τὸ σύνδειπνον, idem in Convivas verbum usurpaverit. Fuerint igitur Convivæ proci Penelopæ, adolescentes procaces et impudici, qui neque deos neque homines reverentes, in Ulixis domo congregati, Penelopam ad maritum ex suo numero sibi deligendum compellere conabantur: nisi potius simpliciter id dicit Aristophanes, quendam inter convivas collaudasse Æschylum.

OSSILEGI.

De Ὀστολόγοις varie judicatum est. (Photius Lex. p. 353, 15: Δρᾶμα Αἰσχύλου Ὀστολόγοι.) Hermannus, ut diximus, fabulam Satyricam fuisse judicavit. Stanleio Argivi, qui ossa illorum Septem ad Thebas interemptorum legerint, intelligi videbantur; Petitus mendicos fuisse putavit, qui ossa ab Achæis, Penelopæ procis convivantibus, projecta roderent. Welckerus eidem sententiæ fuit addictus, quam nos quoque his auctoribus confisi secuti sumus, nisi quod pauca mutanda esse censuimus.

In plerisque credibile est Æschylum tragœdia expressisse, quæ ab Homero accepit. Hic ut Irum introduxit a procis cibum accipientem, ita Æschylus pauca varians ex Iro chorum fecerit ex mendicis compositum. In quo Petitus Ulixem quoque introductum fuisse existimavit parum probabili sententia, quia multo est credibilius Ulixem fuisse inter personas tragœdiæ et pugnasse cum procis, dum chorus carmine spectatores delectaret. Si quis tamen initio Ulixem mendicum introductum fuisse putaverit, non refragabor.

Ceterum argumentum tragœdiæ ne conjectura quidem probabiliter explicari potest. Videtur tamen verisimile esse Telemachum, qui Ulixem agnovit, introductum fuisse cum patre, fortasse etiam Penelopam, id quod Welckerus nunc negare videtur, quæ certamen procis proposuerit, ut eum sequeretur conjux, qui ceteros vicerit. Certamen oculis poeta subtraxit, non corpora interemptorum, quæ quum afferrentur, Ulixes pauca de singulis dixit contumaciam eorum increpans acceptasque referens injurias. Quo perspicue ducunt fragmenta, quæ ab antiquis scriptoribus servata sunt, ut est apud Athenæum I, p. 17, C: Αἰσχύλος οὖν ἁπρεπῶς που παράγει μεθύοντας τοὺς Ἕλληνας, ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περικαταγνύναι· λέγει γοῦν·

251.
Cujus noxæ causa filium meum interfecisti?

[252] Ὅδ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
γελωτοποιὸν, τὴν κάκοσμον οὐράνην,
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη,
χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί.

Ita Ulixes videtur referre quid actum sit antea illo tempore, quum adesset initio inter convivantes procos, ut et quam ipse perpessus sit insolentiam et qua lascivia inter ipsos sese habere soliti fuerint, exponeret. Neque valde a vero abhorrere sententiam, quam explicavimus, locus ostendit, qui est apud Scholiastam Lycophronis v. 778 : Παρ' Αἰσχύλῳ φαίνεταί τις τὸν Ὀδυσσέα τύψας ὀστράκῳ, οὐ μὴν παρ' Ὁμήρῳ. Deinde Eurymachi corpore allato ea dixit Ulixes, quæ sunt alio loco apud Athenæum, XV, p. 667, C : Καὶ Αἰσχύλος δ' ἐν Ὀστολόγοις ἀγκυλητοὺς λέγει κοττάβους διὰ τούτων·

[253] Εὐρύμαχος οὖν, οὐκ ἄλλος, οὐδὲν ἧσσονας
ὕβρις, ὑβρισμοὺς, οὐκ ἐναισίους ἐμοί.
Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ κότταβος τοὐμὸν κάρα,
τοῦ δ' ἀγκυλητοῦ κοττάβου γ' ἀεὶ σκοπός·
ἐτεμὼν (?) ἠβῶσα χεὶρ ἐφίετο.

Versu 1 οὖν a Casaubono adjectum. V. 3 codices κόττ. ἀεὶ τοῦ μὲν, 4 κοσσάβιός ἐστι σκοπός. Versu 5 Stanleius ἔκ τ' ἐμῶν, comparato loco Pollucis X, 76: Ἐξεμεῖν, ὅπερ οἱ πολλοὶ ἀποκοττα-βίζειν λέγουσιν.

PENELOPE.

Tertia trilogiæ tragœdia Penelope fuit ex Welckeri sententia. In ea Ulixes Penelopæ se obtulit devictisque procis ancillas etiam, quæ cum illis rem habuerunt, pœna affecit.

Qua de tragœdia quum pleraque quæ referuntur, Welckerus nullo vetere auctore sui ingenii ope concinnarit, satius est præteriri, quæ tam incerta sunt. Ex fragmento autem quod unum superest, facile concludas nondum servatum fuisse Ulixem ex omnibus periculis, quippe cui opus fuerit dolos comminisci, ut posset adversarios vincere. Est autem illud in hunc modum scriptum apud Etymologum Magn. p. 31, 4 : Ἰστέον ὅτι τὸ ἀρχέστατον, ὡς παρὰ Αἰσχύλῳ ἐν Πηνελόπῃ, οἷον·

[254] Ἐγὼ γένος μέν εἰμι Κρὴς ἀρχέστατον,

καὶ τὸ αἰδοιέστατον καὶ ἀφωνέστατον ποιητικά, εἰσι κατ' ἔθος Ἰώνων γινόμενα. Quocirca concludas fere Penelopam tragœdiam non potuisse postremum locum trilogiæ obtinere.

ÆTNÆÆ.

Æschylus in Sicilia apud Hieronem tyrannum peregrinans et in hujus honorem et urbis, quam ille recens condiderat in Ætna monte Ætnamque vocaverat, Ætnæas tragœdiam scripsisse dicitur. Dorienses fuerunt, quos in Ætna urbe Hiero condidit iisque instituta legesque a majoribus acceptas restituit. Dorienses autem in primis Herculem coluerunt et cum hoc filium Hyllum, deinde Dymantem et Pamphylum, a quibus Doriensium gentes originem ducere ferebantur. Itaque poeta hos celebrandos et cum eorum laude laudes Atheniensium conjungendas putavit. Antiquitus mos erat apud veteres, si cujus laus prædicanda fuit, illos primum prædicari, a quibus originem duxit. Hunc morem quum in laudanda urbe Æschylus sequeretur, duas alias tragœdias præcedere Ætnæas voluit, quibus Herculem hujusque posteros extolleret. Itaque in tres partes totam rem divisit, Heraclidarumque e patria fuga prima fuit tragœdia, reditus filiorum altera, tertia instauratio institutorum Doriensium. Heraclidæ enim patria pulsi Athenas se contulerunt, ubi recepti adjutique postea expeditionem adversus Eurystheum susceperunt. Alcmena tyrannum peremit. Itaque prima tragœdia Alcmena dicta est. Verum non fuit Peloponnesus Heraclidarum sedes perpetua. Iterum relinquenda erat jussu Herculis pestilentiam vaticinantis. Diuturno tempore elapso, Heraclidæ cum Dymantis et Pamphyli posteris reversi maximam partem Peloponnesi expugnant ibique sedes accipiunt perpetuas. Sed non una terra satis magna fuit, quæ tantam gentem continere potuerit. Emigrarunt Dorienses in Sici-

252.
Hic ille est, qui aliquando in me telum
ridiculum, male olentem matulam,
impegit nec frustratus est; sed ad caput meum
illisa confracta est in tesseras dissiliens,
diversum a vasis unguentariis olens mihi.

253.
Hic Eurymachus igitur, haud alius, non leniore
me injuria affecit, minime mihi prospera.
Erat enim ei cottabus caput meum,
et vibratilis cottabi semper scopus;
.... juvenilis manus appetiit.

254.
Ego Cres sum antiquissima origine.

liam insulam, ut novam ibi patriam sibi conderent. Verum paullatim obliterata sunt vetera instituta; at non perpetuo potuerunt ea, quæ a diis originem acceperunt, evanescere. Instaurata sunt in nova urbe, quam Hiero condidit, vitæque reddita, quæ periisse videbantur. Hæc exposita sunt in tertia trilogiæ tragœdia, quæ Ætnæ inscripta fuit. Dedicatio igitur urbis inter alia, quæ renovata sunt, non exiguam partem tragœdiæ complevit, ut videre licet ex fragmentis, quæ paulo post recensebimus.

ALCMENA.

Alcmenæ tragœdiæ unum tantummodo verbum servatum est apud Hesychium: [255] « Ἀποστάς », φυγών, Αἰσχύλος Ἰσθμιασταῖς καὶ Ἀλκμήνῃ. Stanleius dubitavit an nulla unquam tragœdia Æschyli fuerit voluitque Ἀλκμάν restituere. Albertius quærendum putavit an ab Hesychio scriptum fuerit: Καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀλκμήνῃ. Butlerus rectius legi posse putat ἐν Ἀμυμώνῃ.

HERACLIDÆ.

Tam pauca servata sunt fragmenta tragœdiæ, quæ Heraclidæ ab Æschylo inscripta est, ut ex iis alia omnia, non poetæ consilium quale fuerit, colligas. Si apud Hesychium hæc leguntur: [256] « Ἀμφιμήτορες », οἱ ἐκ πολλῶν μητέρων γεγονότες ἀδελφοί. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις (Suidas: « Ἀμφιμήτωρ », ὁ ἑτερομήτωρ. Αἰσχύλος), et apud Pollucem III, 23: Οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρὸς ἀδελφοί, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες· οἱ δ' ἐκ διαφόρων πατέρων, μιᾶς δὲ μητρὸς, ἀμφιπάτορες, facile intelligitur dici ipsos Heraclidas ex multis matribus natos, qui in Peloponnesum cum Doribus expeditionem susceperunt. Minus perspicuus alius est versus, quem Stobæus servavit, Floril. CXXII, 2:

257] Οὐ γάρ τι μεῖζον ἄλλο τοῦδε πείσομαι.

Videtur tamen mors intelligenda esse, quæ sit in bello subeunda.

Postremum apud Hesychium est: [258] « Ἐπιστοῦ », ἐπουνίζου διά γλώττης. Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις.

ÆTNÆÆ.

Diximus in tertia tragœdia instaurationem institutorum Doricorum dedicationemque antiquorum deorum, qui ex diuturna oblivione in lucem reversi novis honoribus amplificati sint, a poeta explicari. Neque crebra mentio est tragœdiæ apud veteres; in indice fabularum est: Αἰτναῖοι γνήσιοι · Αἰτναῖοι νόθοι, depravatis, ut Welckerus statuit, terminationibus, ut ibidem sunt Κίρκοι, Φρύγιοι, Ὑδροφόρος. Alii habent ἐν Αἴτναις, alii ἐν Αἴτνῃ. Vitæ Æschyli scriptor: Ἐλθὼν τοίνυν εἰς Σικελίαν Ἱέρωνος τότε τὴν Αἴτνην κτίζοντος ἐπεδείξατο τὰς Αἰτναίας, ἐντεῦθεν οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικίζουσι τὴν πόλιν. Sic codex Ask.; vulgo τὰς Αἴτνας. In ceteris locis fluctuatio similis; ap. Scholiastam Homeri Αἴτναις, et in vett. editt. Stephani, cujus codex Rhedigeranus ἐν Αἴτνᾳ, codex Joannis Lydi ἐν τῃ ετνη, Macrob. *Ætna*: ut non improbabile videatur Welckero indicem fuisse Αἴτνῃ. Hesychii codex αἰτιναίαις, λιανοίαις, αἰτναίας.

Exstat fragmentum tragœdiæ egregium, quod varie ab interpretibus explicatum est. Utcumque tamen intellexeris, id facile apparet, deos Doriensium novo nomine dici dedicatos. Leguntur apud Macrobium Saturn. V, 19: « Æschyli tragœdia est, quæ inscribitur Ætna. In hac quum de Palicis loqueretur, sic ait:

[259] A. Τί δῆθεν αὐτοῖς ὄνομα τιθέαται βροτοί;
B. Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.
A. Ἦ καὶ Παλικῶν εὐλόγως μένει φάτις;
B. Πάλιν γὰρ ἴκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος.

(V. 1 τιθέαται Hermannus. Edit. Camerarii τίθενται. Vulgo θήσονται.) Hesych.: Παλικοί· Ἀνδρανῷ δύο γεννῶνται υἱοὶ Παλικοί, οἳ νῦν τῆς Συρακουσίας εἰσὶ κρατῆρες οἱ καλούμενοι Παλικοὶ, οἱ καὶ κατοικήσαντες αὐτῇ. Stephanus Byz.: Παλικὴ, πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δ' ἐν ἑνδεκάτῳ Περιηγήσεως Σικελίας Παλικὴν κρήνην φησὶν εἶναι. Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίαις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου... Κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικοὺς διὰ τὸ ἀποθανόντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἰκέσθαι.

Reliqua fragmenta perpauca sunt eaque in sola quorundam verborum explicatione versantia. Hesychius: [260] « Αἰμοί », δρυμοί. Αἰσχύλος Αἰτναίαις. Suidas: Αἰμοὺς τὰς δρόσους φησὶν ὁ Αἰσχύλος. Idem Zonaras habet p. 69. Hermannus autem: Veram, inquit, cum Hesychio scripturam præbet grammaticus in Bekkeri Anecdotis

257.
Non enim aliud majus hoc malo patiar.

259.
A. Quod nomen igitur iis dant mortales?
B. Venerandos Palicos Jupiter eos vocari jussit
A. Num etiam Palicorum fama merito manet?
B. Manet;] iterum enim ex caligine in hanc lucem redeunt.

p. 360, 30 et in Bachmanni vol. I, p. 49, 24 : Αἰμοὺς τοὺς ὀρυμοὺς Αἰσχύλος, ἴσως ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ ἡ αἱμασιὰ κέκληται. Eustathius p. 1851, 26: Ἀλλαχοῦ δὲ φέρεται καὶ ὅτι αἱμασιὰν Ἀττικοὶ καὶ Ἴωνες τὸ τειχίον φασί. Τὸ δὲ ἔδαφος αὐτὸ Δωριέας οἶμαι καλεῖν. Καὶ ὅτι αἱμοὺς τοὺς δρόμους Αἰσχύλος λέγει, ἴσως, φασὶν, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ καὶ ἡ αἱμασιὰ κέκληται.

Porro Hesychius : [261] « Ἀναξίαν, » βασιλείαν. Αἰσχύλος Αἰτναίαις (Codex λιανοίαις). Idem Hesychius et Favorinus : [262] « Κρείττονας· » τοὺς ἥρωας οὕτω λέγουσιν· δοκοῦσι δὲ κακότυχοί τινες εἶναι. Διὰ τοῦτο καὶ παριόντες τὰ ἡρῷα σιγὴν ἔχουσι, μή τι βλαβῶσι. Καὶ οἱ θεοὶ δέ· Αἰσχύλος Αἴτνᾳ.

Scholiastes Homeri ad Iliad. II, 183: [263] Τὸν κάλαμον τῶν βελῶν τινὲς ἠλακάτην φασὶ, καὶ Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις τοὺς ποταμοὺς « πολυηλακάτους » φησί.

Jo. Lydus De mensibus fragm., p. 274 ed. Hasii, p. 116, 6 ed. Bekk, de Saturno : [264] Καὶ βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ἡ ἱστορία παραδίδωσιν, ὡς ἔμπροσθεν ἀφηγησάμην, κατά τε τὴν Λιβύην καὶ Σικελίαν [οἰκίσαι τε τοὺς τό]πους καὶ [πόλιν] κτίσαι ὡς ὁ Χάραξ φησί, τὴ[ν τότε μὲν λεγ]ομένην Κρονίαν, νῦν δὲ Ἱερὰν πόλιν, ὡς [Ἴ]σίγο[νος περὶ Ἑλλην]ικῶν θεῶν καὶ Πολέμων καὶ Αἰσχύλος ἐν τῇ Αἴτνῃ π[αραδιδόασιν]. Uncis inclusa sunt supplementa Hasii. Hæc Hermannus : Quæ deinde a viris doctis de fabula, in primis de Palicis disputata sunt, ea prætereunda duximus, quia et incertiora sunt quam illa quæ retulimus, et nihil ad tragœdiæ explicationem adjumenti afferunt.

PERSEIS.

Inter tragœdias Æschyli quum *Danae*, *Phorcides*, *Polydectes* nominentur, Welckerus tres fabulas trilogia conjunxit, quam *Perseïdem* appellavit. Historiam exposuit Apollodorus II, 4, 1 : Ἀκρισίῳ δὲ περὶ παίδων γενέσεως ἀρρένων χρηστηριαζομένῳ ὁ θεὸς ἔφη γενέσθαι παῖδα ἐκ τῆς θυγατρὸς, ὃς αὐτὸν ἀποκτείνῃ. Δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον, τὴν Δανάην ἐφρούρει. Ταύτην μέν, ὡς ἔνιοί φασιν, ἔφθειρε Προῖτος· ὅθεν αὐτοῖς καὶ ἡ στάσις ἐκινήθη· ὡς δὲ ἔνιοί φασι, Ζεὺς μεταμορφωθεὶς εἰς χρυσὸν καὶ διὰ τῆς ὀροφῆς εἰς τοὺς Δανάης εἰσρυεὶς κόλπους, συνῆλθεν. Αἰσθόμενος δὲ Ἀκρίσιος ὕστερον ἐξ αὐτῆς γεγεννημένον Περσέα, μὴ πιστεύσας ὑπὸ Διὸς ἐφθάρθαι τὴν θυγατέρα, μετὰ τοῦ παιδὸς εἰς λάρνακα βαλὼν ἐρριψεν εἰς θάλασσαν. Προσενεχθείσης δὲ τῆς λάρνακος Σερίφῳ, Δίκτυς ἁρας ἀνέτρεφε τοῦτον. Βασιλεύων δὲ τῆς Σερίφου Πολυδέκτης, ἀδελφὸς Δίκτυος, Δανάης ἐρασθεὶς καὶ ἠνδρωμένου τοῦ Περσέως, μὴ δυνάμενος αὐτῇ συνελθεῖν, συνεκάλει τοὺς φίλους, μεθ' ὧν καὶ Περσέα, λέγων ἔρανον συνάγειν ἐπὶ τοὺς Ἱπποδαμείας τῆς Οἰνομάου γάμους· τοῦ δὲ Περσέως εἰπόντος καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τῆς Γοργόνος οὐκ ἀντερεῖν, παρὰ μὲν τῶν λοιπῶν ἤτησεν ἵππους, παρὰ δὲ τοῦ Περσέως οὐ λαβὼν τοὺς ἵππους ἐπέταξε τῆς Γοργόνος κομίζειν τὴν κεφαλήν. Ὁ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Ἀθηνᾶς προκαθηγουμένων ἐπὶ τὰς Φόρκου γίνεται θυγατέρας Ἐνυὼ, Πεφρηδὼ καὶ Δεινώ. Ἦσαν δὲ αὗται, Κητοῦς τε καὶ Φόρκου, Γοργόνων ἀδελφαὶ, γραῖαι δὲ ἐν γενετῆς· ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον, καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἡμειβον ἀλλήλαις, ὧν κυριεύσας ὁ Περσεὺς, ὡς ἀπῄτουν, ἔρη δώσειν, ἂν ὑφηγήσωνται τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὰς Νύμφας φέρουσαν. Αὗται δὲ αἱ Νύμφαι πτηνὰ εἶχον πέδιλα καὶ τὴν κίβισιν, ἣν φασιν εἶναι πήραν. Εἶχον δὲ καὶ τὴν κυνῆν. Ὑφηγησαμένων δὲ τῶν Φορκίδων, ἀποδὺς τόν τε ὀδόντα καὶ τὸν ὀφθαλμὸν αὐταῖς καὶ παραγενόμενος πρὸς τὰς Νύμφας καὶ τυχὼν ὧν ἐσπούδαζε, τὴν μὲν κίβισιν περιεβάλετο, τὰ δὲ πέδιλα τοῖς σφυροῖς προσήρμοσε, τὴν δὲ κυνῆν τῇ κεφαλῇ ἐπέθετο. Ταύτην ἔχων αὐτὸς μὲν οὓς ἤθελεν ἔβλεπεν, ὑπὸ ἄλλων δὲ οὐχ ἑωρᾶτο. Λαβὼν δὲ καὶ παρὰ Ἑρμοῦ ἁρπαντίνην ἅρπην, πετόμενος εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἦλθε καὶ κατέλαβε τὰς Γοργόνας κοιμωμένας. Ἦσαν δὲ αὗται Σθενὼ, Εὐρυάλη καὶ Μέδουσα. Μόνη δὲ ἦν θνητὴ Μέδουσα.... Ἐπιστὰς οὖν αὐταῖς ὁ Περσεὺς κοιμωμέναις, κατευθυνούσης τὴν χεῖρα Ἀθηνᾶς, ἀπεστραμμένος καὶ βλέπων εἰς ἀσπίδα χαλκῆν, δι' ἧς τὴν εἰκόνα τῆς Γοργόνος ἔβλεπεν, ἐκαρατόμησεν αὐτήν.... Ὁ μὲν οὖν Περσεὺς ἐνθέμενος εἰς τὴν κίβισιν τὴν κεφαλὴν τῆς Μεδούσης, ὀπίσω πάλιν ἐχώρει. Αἱ δὲ Γοργόνες ἐκ τῆς κοίτης ἀναστᾶσαι τὸν Περσέα ἐδίωκον καὶ συνιδεῖν αὐτὸν οὐκ ἐδύναντο διὰ τὴν κυνῆν· ἀπεκρύπτετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς. Cf. Hom. Iliad. N, 319. Ex hac Apollodori narratione Welckerus duas tragœdias composuit, Danaen et Phorcidas.

DANAE.

Danaes, quam primam tragœdiam fuisse ait, perexigua memoria est, ut etiam incertum sit an omnino non fuerit tragœdia. Tota enim pendet de uno loco Hesychii, in quo ne id quidem constat, quid antiquitus lectum fuerit. Id etiam nobis causæ fuit, cur hoc prorsus contemne-

263.
Fluvii arundinibus densi.

264.
Æschylus in Ætnæis et alii memorant Saturnum in Libya et Sicilia locos quosdam colonis frequentasse et condidisse urbes, inter quas quæ olim dicta *Cronia* vel Saturnia, nunc Hiera.

mus testimonium fragmentumque, quod Hesychio debetur, cum Danaidibus conjungeremus. Est illud autem scriptum in hunc modum: « Καθαίρομαι γῆρας· » ἐκδύνομαι. Αἰσχύλος δαίσι (sic codex). Quum vero Æschylus Phorcidas tragœdiam scripserit, non est absurdum existimare aliam etiam fuisse tragœdiam, qua res cum Phorcidibus conjunctæ explicatæ fuerint. Hæc nobis causa fuit, cur Danaen ipsam non prorsus rejiciendam cum fragmento censeremus.

PHORCIDES.

Alteram trilogiæ tragœdiam Phorcidas fuisse putant. De qua apud veteres tam pauca hodie leguntur, ut quidvis satis confidenter hariolando dici possit. Ita sunt qui chorum e Phorcidibus compositum neque exiguas earum partes fuisse credant in tragœdia, ut quæ Gorgonas custodiverint tanquam προφύλακες, id quod Eratosthenis loco infra afferendo cognosci volunt. Negat tamen Welckerus Græcarum numerum, ut Eumenidum, quo chorus ad quindecim choreutas perveniret, adauctum esse neque Gorgonas, quæ eædem Phorci filiæ essent, cum illis conjunctas fuisse, id quod Hermannus putaverat de choro Eumenidum (I, p. 40). Illas enim ait primarias fuisse personas neque potuisse iis adjungi, quibus secundariæ partes convenirent. In Prometheo Phorcides ab Æschylo (794) κυκνόμορφοι vocantur, id quod *canæ* explicatum est. At minus recte ita. Sententiam tamen Welckerus adhuc obscuram esse judicat.

De choro Phorcidum si non plus cognitum est quam de compositione et conformatione tragœdiæ, tamen certo affirmari posse videtur, a nuncio vel etiam a Mercurio esse expositum, quomodo Perseus in antrum, in quo Medusam interemit, dei alicujus ope pervenerit. Hæc enim fragmento, quod Athenæus, XI p. 402, B, et ex eo Eustathius p. 1872, 3, servavit, intelligi possunt. Athenæus hæc habet · Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαγρον. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Φορκίσι παρεισάγων τὸν Περσέα τῷ ἀγρίῳ τούτῳ συΐ φησιν ·

[265] Ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὡς.

Et Eustathius : Ὁ δὲ σῦς, ὡς καὶ αὐτὸ ἐν ῥητορικῷ κεῖται λεξικῷ, καὶ ἀσχέδωρος λέγεται· Φησὶ γάρ· ἀσχίδωρος ὁ σύαγρος παρὰ Ἰταλιώταις.... Χρῆσις δὲ φασὶν, ἀσχεδώρου παρ' Αἰσχύλῳ διατρίψαντι ἐν Σικελίᾳ καὶ εἰδότι. Φησὶ γάρ·

Ἔδυ δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὡς.

Grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 457, 21 : Ἀσχέδωρος· παρ' Αἰσχύλῳ ὁ ἐκ τῆς ἰδίας ἀλκῆς ἄσχετα δωρούμενος, οἷον βίαιος. Ἰταλιῶται τὸν σύαγρον ἀσχέδωρον καλοῦσιν.

Eratosthenes in Catasterismis c. 22 : [266] Περσεύς. Περὶ τούτου ἱστορεῖται ὅτι ἐν τοῖς ἄστροις ἐτέθη διὰ τὴν δόξαν· τῇ γὰρ Δανάῃ ὡς χρυσὸς μιγεὶς ὁ Ζεὺς ἐγέννησεν αὐτόν. Ὑπὸ δὲ τοῦ Πολυδέκτου ἐπέμφθη εἰς Γοργόνας, τὴν δὲ κυνῆν ἔλαβε παρ' Ἑρμοῦ καὶ τὰ πέδιλα ἐν οἷς διὰ τοῦ ἀέρος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. Δοκεῖ δὲ καὶ ἅρπην παρ' Ἡφαίστου λαβεῖν ἐξ ἀδάμαντος, ὡς Αἰσχύλος ἐν Φορκίσι φησὶν, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής. Φορκίδας Γραίας εἶχον προφύλακας αἱ Γοργόνες, etc. Hæc postrema quoque ex Æschylo esse sumpta Hygini locus in Poet. Astron. II, 12 testatur: « Sed ut ait Æschylus tragœdiarum scriptor in Phorcidis, Grææ fuerunt Gorgonum custodes.... quæ utræque uno oculo usæ existimantur.» Antiquiores editiones *Phorcis* habent. Huc referas licet etiam quos supra ex Strabone memoravimus κυνοκεφάλους et στερνοφθάλμους.

POLYDECTES.

Tertia tragœdia Polydectes vocata est, cujus argumentum Welckerus ex Pherecyde et Apollodoro concinnavit. Perseus, ut narrat Pherecydes, cum Danae matre et Andromeda conjuge e Seripho insula Argos profectus regem non invenit, qui metu nepotis Larissam ad Pelasgos se contulerat. Ille vero avi videndi beneficiisque afficiendi cupidus insecutus est in Thessaliam Acrisioque facile persuasit, ut se Argos sequeretur. Quum iter pararent nec Acrisius amplius dubitaret, quin falsa ab oraculo renunciata essent, accidit ut, quum Perseus cum adolescentibus Larissæis disco jaciendo certaret in ludis funebribus Teutami, ut ait Apollodorus, discus jam in terram delapsus Acrisii pedem provolutus leviter vulneraret. Quod quum non sine numine factum esset, Acrisius levi illo vulnere interiit. Perseus autem Argos rediit. Paullo aliter Hyginus Fab. 63 : Ea (arca) voluntate Jovis delata est in insulam Seriphum, quam piscator quum invenisset, effracta ea, vidit mulierem

265.
Subiit antrum tanquam aper.

cum infante, quos ad regem Polydecten perduxit, qui eam in conjugio habuit et Perseum educavit in templo Minervæ. Quod quum Acrisius resciisset, eos apud Polydecten morari, repetitum eos profectus est. Quo quum venisset, Polydectes pro eis deprecatus est. Perseus Acrisio avo suo fidem dedit, se eum nunquam interfecturum. Qui quum tempestate retinetur, Polydectes moritur. Huic ubi funebres ludos fecerunt, Perseus disco misso, quem ventus distulit in caput Acrisii, eum interfecit. Sepulto autem eo Argos profectus est regnaque avita possedit. Hæc ita Hyginus, fortasse ex Euripidis Danae. Cf. Hygin. Fab. 273. Quum autem tragœdiæ nihil nisi nomen servatum sit, vanum est de argumento et compositione disputare.

TELEPHUS ET MYSI.

Inter tragœdias, quas Æschylus scripsit, fuerunt *Telephus* et *Mysi*, quæ duæ tragœdiæ fortasse aliquid affinitatis argumenti habebant. Itaque fuerunt qui eas conjungerent; alii utroque nomine eandem tragœdiam significari putarunt.

TELEPHUS.

Telephus Augæ filius fuit, quam Hercules clam compressit. Illa ab Aleo patre damnata Nauplioque tradita, ut mari submergeretur, in via filium peperit, qui in Parthenio, Arcadiæ monte, expositus a cerva repertus et nutritus est; postea vero a pastoribus receptus adolevit Telephusque vocatus est, quia cerva ei ubera puero præbuerat. Mater autem casu servata Caribus dono erat permissa, qui eam in Asiam abductam Teuthranti regi vendiderunt. Hic illam sibi in matrimonium collocavit. Telephus autem postquam adolevit matris videndæ cupidus, illam apud Teuthrantem regem reperit, qui eum non solum comiter recepit, sed etiam, quum mascula progenie orbus esset, unicam filiam ei uxorem dedit moriensque regnum reliquit. Quibus factis accidit, ut Græci adversus Trojam proficiscentes ad Mysiam appellerent. Quos quum Telephus neque hospitio recepisset neque per fines suos transire passus esset, bello orto ab Achille hasta vulneratus est. Quod vulnus quum curari non posset, consultus Apollo responsum dedit ab alio illum sanari non posse nisi a quo vulneratus esset. Achilles igitur precibus adductus, incertum num herba, an hasta, an gladii ærugine, an eodem telo quo læserat, curavit. Fabula ab aliis aliter narratur. Sic autem Hyginus Fab. C : Teuthrantem regem in Mysia Idas Apharei filius regno privare voluit; quo quum Telephus Herculis filius ex responso quærens matrem cum comite Parthenopæo venisset, huic Teuthras regnum se et filiam Augen in conjugium daturum promisit, si se ab hoste tutatus esset. Telephus conditionem regis non prætermisit, cum Parthenopæo Idam uno prælio superavit; cui rex pollicitam fidem præstitit regnumque et Augen matrem inscientem in conjugium dedit. Quæ quum mortalem neminem vellet suum corpus violare, Telephum interficere voluit inscia filium suum. Itaque quum in thalamum venisset, Auge ensem sumpsit, ut Telephum interficeret. Tum deorum voluntate dicitur draco immani magnitudine inter eos exisse, quo viso Auge ensem projecit et Telepho inceptum patefecit. Telephus re audita inscius matrem interficere voluit. Illa Herculem violatorem suum imploravit et ex eo Telephus matrem agnovit et in patriam suam reduxit. Hæc ita Hyginus; qui quæ narravit procul dubio ab Euripide accepit. Fabula CCXLIV Telephum tradit Hippothoum et Nerea aviæ suæ filios occidisse. Itaque quum interfectis avunculis exul oberraret, dignus visus est tragicis, qui tragœdiæ argumentum præberet. Qua autem ratione Æschylus conditionem vitæ ejus miserandam versibus explicaverit, ex fragmento, quod unum servatum est, intelligi non potest. Est illud autem apud Clement. Alex. Strom. VI, p. 359 sic scriptum: [267] Οὐκ ἔστιν οὖν κατὰ τὸν Αἰσχύλου Τήλεφον νοεῖν ἁπλῆν οἶμον εἰς Ἅιδου φέρειν·

ὁδοὶ δὲ πολλαὶ κἀπάγουσ' ἁμαρτίας.

Qui versus non est Æschyli. Plato Phædon. p. 108, A: Ἔστι δὲ ἄρα ἡ πορεία οὐχ ὡς ὁ Αἰσχύλου Τήλεφος λέγει· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῆν οἶμόν φησιν εἰς Ἅιδου φέρειν... Et Dionysius Halic. Artis rhetor 6, 55, p. 40, 32 ed. Sylb.: Ἐπὶ δὲ τοῖς καθ' ἕκαστον καὶ ἀπὸ τῶν ἡλικιῶν πολλὰς ἀφορμὰς παρέξει ὁ λόγος· εἰς παραμυθίαν, εἰ μέν τις ἄφνω τελευτήσειε καὶ ἀλύπως, ὅτι μακαρίως αὐτῷ ἡ τελευτὴ συνηνέχθη... κἂν ᾖ ἐν ἀποδημίᾳ, ὅτι οὐδὲν διενήνοχε· μία γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ οἶμος κατὰ τὸν Αἰσχύλον εἰς Ἅιδου φέρουσα. Ex his factus est versus, quem Telepho tribuerunt:

Ἁπλῆ γὰρ οἶμος εἰς Ἅιδου φέρει.

267.
Simplex via enim ducit ad inferos.

Incertius aliud fragmentum est apud Hesychium: [268] « Ἀμφιδεξίοις χερσί· » ταῖς τῶν τοξοτῶν, διὰ τὸ ἑκατέραν χεῖρα ἐνεργεῖν ἐν τῷ τοξεύειν. Αἰσχύλος Τηλέφῳ. Sed hoc recte animadversum ab Welckero, sanationem quæ Argis ei ab Achille contigit, in illa tragœdia comprehensam fuisse, et conspirare cum hac Cypriorum relatione, Τήλεφον κατὰ μαντείαν παραγενόμενον εἰς Ἄργος ἰᾶται Ἀχιλλεὺς (fragm. Cycli p. 58a ed. Homeri Paris.), locum Scholiastæ Aristophanis Acharn. 332: [268] Τὰ δὲ μεγάλα πάθη ὑποπαίζει (Aristophanes) τῆς τραγῳδίας, ἐπεὶ καὶ ὁ Τήλεφος κατὰ τὸν τραγῳδοποιὸν Αἰσχύλον, ἵνα τύχῃ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν σωτηρίας, τὸν Ὀρέστην εἶχε συλλαβών.

MYSI.

Pervenimus ad Mysos, quorum ne minimum quidem fragmentum remansit, ex quo certi aliquid de argumento, quod poeta explicaverit, divinare possumus. Videtur tamen, si fabula aliquid affinitatis habuit cum Telepho, hujus expiationem continuisse, quippe qui multis terris post avunculorum cædem peragratis postremo illuc pervenit, ubi quies ab ærumnis ei concedebatur. Expiatio autem quum ex ritu Græcorum lotionibus institueretur, perpauca fragmenta, quæ hodie supersunt, facile explicari possunt. Ita mos fuit mutos esse cæde inquinatos: quo referendum est indicium apud Aristotelem De poet. c. 44 (c. 25, p. 69 Herm.: [269] Ὥπερ ἐν Ἠλέκτρᾳ οἱ Πύθια ἀπαγγέλλοντες ἢ ἐν Μυσοῖς ὁ ἄφωνος [Τήλεφος] ἐκ Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἦλθεν. Deinde apud Photium, Harpocrationem et Suidam v. Ὀργεῶνες: Ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτω καλοῦσι. Ὁ γοῦν Ἀντίμαχος.. καὶ οἷον ὁ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ Καΐκου προσαγορεύων,

[270] Ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών, εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας παιωνίαις.

(Apud Suidam est v. 2 σώσεις et παιονίας). Vult enim Telephus inter preces a cæde lotionibus fluminis ope sacerdotis expiari: sed ipsum fas cogit vocem premere; quare famulum ejus verba facientem vides. Præterea hæc apud Hesychium et Stephanum Byz.: [271] « Οἶος », πολίχνιον Τεγέας· Αἰσχύλος Μυσοῖς, non improbabiliter eidem vindicaveris, qui unde venerit Telephus, sacerdoti indicat. Denique consentiunt fere critici in versu,

Ἰὼ Καΐκε Μύσιαί τ' ἐπιρροαί,

quem Strabo ex Myrmidonibus affert, ubi cum Hermanno reliquimus, huic fabulæ vindicando. Nimirum legebatur, Strabone teste, κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ προλόγου, cujus, ut aliunde novimus, alia erat conformatio in Myrmidonibus. Et egregie eidem illi famulo advenienti tribuantur. Ex incertis fabulis hæc ad nostram pertinere conjicit Welckerus: Etymol. Magn. p. 118, 22: [272] « Ἀπάργματα » λέγεται τὰ ὑπὸ τῶν τραγῳδῶν λεγόμενα μασχαλίσματα· ταῦτα δέ ἐστι τὰ τοῦ φονευθέντος ἀκρωτηριάσματα. Ἦν γάρ τι νομικὸν τοῖς δολοφονήσασιν ἀφοσιῶσαι τὸν φόνον, διὰ τοῦ δολοφονηθέντος ἀκρωτηριασμοῦ... Ὅτι δὲ καὶ ἐγεύοντο τοῦ αἵματος καὶ ἀπέπτυον, Αἰσχύλος μαρτυρεῖ. Et versum a Plutarcho servatum Moral. p. 358, E:

[273] Ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθήρασθαι στόμα,

κατ' Αἰσχύλον, ut sacerdotis qui exponens quid necessarium sit ad expiationem, quæreret an omnia essent a Telepho rite peracta

ATALANTA.

Meleager interfecti apri Caledonii pellem Atalantæ dedit, avunculosque, qui illam sibi vindicaverunt, ideoque illi succensuerunt, interfecit. Mater autem fratribus interfectis irata magis quam de interitu filii dolens, titionem, ex quo Meleagri vita pendebat, in ignem conjectum combussit. Fabulam copiose exposuit Ovidius in Metamorph. VIII, 455. Nomen tragœdiæ exstat in indice, sed nihil amplius servatum est, nisi huc referas versum apud Plutarchum in Vita Demetrii c. 35: Ἀλλ' ἡ τύχη περὶ οὐδένα τῶν βασιλέων ἔοικεν οὕτω τροπὰς λαβεῖν μεγάλας καὶ ταχείας οὐδ' ἐν ἑτέροις πράγμασι τοσαυτάκις μικρὰ καὶ πάλιν μεγάλη καὶ ταπεινὴ μὲν ἐκ λαμπρᾶς, ἰσχυρὰ δ' αὖθις ἐκ φαύλης γενέσθαι. Διὸ καί φασιν αὐτὸν ἐν ταῖς χείροσι μεταβολαῖς πρὸς τὴν τύχην ἀναφθέγγεσθαι τὸ Αἰσχύλειον,

[274] Σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταίθειν μοι δοκεῖς.

(Repetita hæc Moral. p. 827, C, ubi scriptum

268.
Telephus Æschylus, ut a Græcis salutem adipisceretur, Orestem correptum tenet.

270.
Fluminis Caici salve primus sacerdos,

precibus servato dominos salutiferis.

273.
Despuere oportet et purgare os.

274.
Tu vero me genuisti, tu me comburere videris.

με φυσᾷς et μοι omissum. Grotius conjecit, σύ με καταφθιεῖν δοκεῖς, sed καταίθειν utroque loco Plutarchi sine varietate est.) Fortasse Attii Meleager, cujus mentio est apud Nonium, ex Æschyli Atalanta expressus fuit.

IXION.

Tragœdiam Ixionem Æschyli et index tragœdiarum testatur et grammatici sæpius commemorarunt. Sed sunt hæc indicia ejusmodi, ut perpauca de tragœdia divinari possint.

Ixion, Antionis filius (Scholiasta Pindari Pyth. II, 39: Τὸν Ἰξίονα οἱ μὲν Ἀντίονος γενεαλογοῦσιν, ὡς Αἰσχύλος), unus ex iis fuit, quos antiquitas remotissimis temporibus ob animi feritatem divinis legibus adversarios omnique humanitati repugnantes neque tamen a peccandi libidine alienos fuisse finxit. De quo quæ Pindarus et Pherecydes retulerunt, eadem etiam Æschylus secutus esse videtur; neque vero constat, quo id modo fecerit, quia in tanta fragmentorum paucitate quidquam certi dici non potest. Aristoteles tamen tragœdiam pathetico generi adscribendam censuit; Horatius perfidiam potissimum in Ixione eminuisse ait.

Ixion igitur quum Diam in matrimonium petens Eioneo patri maxima munera daturum sese pollicitus esset, si filiam in matrimonium sibi collocaret, postea accepta Dia promissis non stetit. Eioneus perfidia generi vehementer indignatus, equos illius rapuit, quos, dum dona promissa afferrentur, pignoris loco retineret. Ixion ita suis ipsius laqueis constrictus jam non recusavit facere, quod socer ab eo postulabat, invitavitque Eioneum, ut ad munera accipienda veniret. Venit infelix. At Ixion domi suæ fossam in solum depressam fecerat, quam prunis candentibus completam ligno et pulvere texit. Quo quum superingressus esset Eioneus, in fossam delapsus misere interiit. Hoc primum inter mortales piaculum fuit commissum in iis, qui erant summa pietate reverendi. Tum primum excitatæ sunt Furiæ Noctis filiæ, et ad maleficos persequendos evocatæ. Ixion vero, qui hominis iram avertere adortus erat, pœnas deorum non evitavit. Insania correptus et propinqui sanguine inquinatus patriam fugit, neque quisquam neque homo neque deus inventus est, qui seleratum hominem per varias terras oberrantem reciperet receptumque cæde expiaret, ignorato expiandi modo, quia nemo ante eum fuit, qui sanguinem cognatum profudisset. Postremo conscientia maleficii stimulatus in templum Jovis Urii perfugiens in ara summi dei, quem ipsum peccando violavit, auxilium quæsivit. Quo conspecto Jupiter hominis calamitosi misertus precibusque adactus ipse illum piaculo solvit. Verum tanta fuit impietas Ixionis, ut maximis acceptis beneficiis ne Jovi quidem parceret. Nam quum ab hoc receptus confectis cæremoniis expiandi mensæ admotus ambrosiæque particeps factus esset, Junonis potiundæ libidine exardescens vim adhibere adversus recusantem deam conatus est. Non tulit improbitatem Juno, sed pro dea simulacrum, quod ei objecit, amplexus est posteaque, quum libidine expleta se jactaret mortalium sibi uni contigisse, ut cum regina cœli concubaret, Mercurius ab Jove missus eum ad inferos deduxit, ut igneæ rotæ impositus continuoque circumactus scelerum pœnas æternum lueret.

Quamquam argumentum, quod est expositum, Æschylus in tragœdia explicavit, ut et index fabularum et veterum scriptorum memoria satis certo declarat, tamen prorsus ignoratur, quo id modo fecerit. Perpauca fragmenta servata sunt eaque omnia tam incerta et obscura, ut ne conjectando quidem aliquid de compositione divinare possimus. Primum servatum est a Stobæo Floril. CXXI, 16:

[275] Βίου πονηροῦ θάνατος εὐκλεέστερος,

in quo Ixionis errantis mortemque optantis ærumnas describi credibile videtur. Cum versu, quem modo posui, conferendi sunt tres alii eodem loco a Stobæo commemorati et inter incerta fragmenta repositi:

[276] Ζωῆς πονηρᾶς θάνατος εὐπορώτερος,
τὸ μὴ γενέσθαι δ' ἐστὶν ἢ πεφυκέναι.
κρεῖσσον κακῶς πράσσοντα.

In postremis versibus Butlerus aliquid, quod vix Æschyleum habendum esset, inesse sensit. Paulo plus licet ex parvulo fragmento conjicere, quod est apud Hesychium, [727] « Ἱερεῖτιν » (vel Ἱερῖτιν. Codex Ἱερείτην), καθαρμοῦ δεο-

275.
Malâ vitâ mors est gloriosior,
276.
Vitâ malâ mors est præstantior;
non nasci vero satius est quam in lucem esse edi-
malis obrutum
tum

μένην, ὑπέτιν. Αἰσχύλος Ἰξίονι. Non est obscurum ad Ixionem illa referri non posse. Itaque non absurde fecerit, qui Diam Ixionis conjugem, Eionei filiam, Jovi pro marito supplicasse conjecerit.

Prorsus ignoratur, quid tertium fragmentum continuerit, quod est apud Athenæum IV, p. 182, B: Οἴδασι δὲ καὶ τοὺς διόπους· ἔτι δὲ καὶ μεσοκόπους καὶ καλουμένους ὑποτρήτους. Οἴδαμεν δὲ καὶ ἡμιόπους καλουμένους. Hæc de tibiis Athenæus, quæ aut duo habent foramina aut in medio sunt perforatæ aut aliter fabricatæ. Deinde addit: Εἰσὶ δ' οἱ αὐλοὶ ὀλάσσονες τῶν τελείων. Αἰσχύλος γοῦν κατὰ μεταφορὰν ἐν Ἰξίονί φησι·

[277] Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα ταχέως ὁ μέγας καταπίνει.

Porsonus καὶ τὸν ἐλάσσω. Bothius ea verba delet ut glossam. Ἡμίοπον αὐλὸν ex hoc loco memorat Pollux VI, 161, coll. IV, 77.) Sunt qui, quum Æschylus voce ἡμίοπον metaphorice usus sit, ut significet, minus quod sit et inferius a majore obscurari et quasi deglutiri, noxam Ixionis priorem intelligi credant, quæ a posteriore delicto prorsus obscuretur et deglutiatur. Fortasse illi versus ipsius fuerunt Ixionis, si antiquior Athenæi scriptura verior est.

Vix dubitandum est quin tragœdiæ ascribendi sint versus, quos servavit Eustathius ad Iliad. p. 1183, 18: Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐπιτήδειος ἐδόκει πρὸς καθαρμὸν ὁ σῦς, ὡς δηλοῖ Αἰσχύλος ἐν τῷ,

[278] Πρὶν ἂν παλαγμοῖς αἵματος χοιροκτόνου αὐτός σε χράναι Ζεὺς κατασταξας χεροῖν.

Denique ex hac tragœdia affert scriptor epimerismorum Homericorum p. 62 (Crameri Anecd. vol 1),

[279] Πρευμενὴς ἀλάστορος.

PERRHÆBIÆ.

Ex concubitu Ixionis cum Nube, quam Juno ei obtulit, exortum est ferox Centaurorum genus; ex Dia autem natus generosus Pirithous, Thesei socius et amicus, qui rex factus est Lapitharum. Qui quum Hippodamiam uxorem duceret, ad celebrandas nuptias Centauri et Perrhæbi illis accolæ invitati omnes haud inviti convenerunt. Inter gaudia festi diei argentea pocula apposita (Pind. fragm. 147) ad bibendum exhortabantur, Centaurique cum ceteris, qui aderant, rejectis vasis, quæ hac continebant, merum avide bibebant. At, ut ait Ovidius,

Vina dabant animos; et prima pocula pugna
missa volant fragilesque cadi curvique lebetes.

Sed non in his constitit contentio; temulenti in mulieres Lapitharum cupidine abrepti impetum faciunt; multi ipsam Hippodomiam, Adrasti regis filiam, adoriuntur, inter eos Eurytion, qui illi vim intulit, centaurus; multi morte libidinem luunt, alii pugnant, alii fugiunt; ingens certamen oritur. Quod quum esset pictura in templo Phigaliensi expressum (exstat hodie ni fallor in Museo Britannico reperta inter parietinas templi Apollinis Epicurii in Cotylio monte [*Phigalian Saloon* n. 1 et seq.]), Welckerus in hunc fere modum amplius descripsit. « Pugna, inquit, oritur missis poculis, fragilibus crateribus, latis mensarum orbiculis; tum faces afferuntur, quibus ora dilanientur, palatum perforetur; mensarum fragmenta capiuntur, ara pro armis est; cornua cervi de pariete derepta tela fiunt, in quorum ramis oculi virorum excussi, quotcumque a barba non excipiuntur, defluunt; titiones de ara sumpti comam accendunt, ut intermixtus capillis sanguis igne correptus haud aliter quam ferrum aqua temperatum strideat; limen ædificii ab introitu avulsum non minus, quam ut currum implere possit, proxima arma sunt; deinde nova foris quæsita, moles lapideæ, arborum rami; unus est inter pugnantes, qui quercum evellere conetur, annosam pinum Centaurus manu vibrat contectus sex leoninis pellibus, quæ et virum et equum ambiunt. Quæ dum geruntur Aphius solus quietus vinoque et somno solutus humi jacet prostratus, nihil sentiens eorum quæ geruntur, neque hastæ conscius, qua cervices ejus ita perforantur, ut ater sanguis in poculum vino repletum, quod manus lassa tenet, effluat. Nec deest Theseus, qui inter multos alios Tereum interficit Atheniensibus invisum hominem multorumque facinorum sceleratum auctorem. Postremus omnium est Cæneus, a Neptuno e femina vir factus: hic quum vulnerari non posset, abietibus concussus, ut ait Pindarus picturæque veteres produnt, in terram, quæ viam aperit, deprimitur. » Hæc ita Welckerus. Victoria autem potitus est divi-

278.

Priusquam aspersione sanguinis e cæde porcina ipse te Jupiter humectarit manibus instillans.

279.

Propitius ultor.

nus pugnator Pirithous, qui hostes fugam capessere coegit.

Quæ si Æschylus tanto tumultu in tragœdia expressit, non dubitandum est, quin facere ausus sit, quod nemo post eum repetiit prorsusque alienum a tragœdia Græcorum judicaveris. Non enim agi in scena voluerunt Græci, sed colloquia institui, quibus quæ aut acta essent, aut agenda instarent, magna cum arte explicari solebant. Prorsus autem ignoratur, quid poeta ex argumento, quod explicavimus, in tragœdiam, quam Perrhæborum nomine inscripsit, asciverit. Id tamen pro certo est habendum, non illos tumultus esse versibus expressos, quos Welckerus picturam secutus descripsit. Gravis est et simplex musa Æschyli.

Neque magis de personis choroque quidquam constat, nisi Pirithoum vel etiam Hippodamiam introductos fuisse credas. Cujus tamen nullum est apud veteres testimonium. Sunt qui propter fabulæ nomen ex Perrhæbis sive Perrhæbidibus potius chorum compositum putent, quum Περραιβίδες, non Περραιβοὶ, inscriptam fuisse consentiant critici. At duo fragmenta sunt, quibus certamen describi credas apud Athenæum, alterum XI, p. 476, C: Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβοῖς τοὺς Περραιβοὺς παρίστησιν ἀντὶ ποτηρίων τοῖς κέρασι χρωμένους διὰ τούτων·

[280] Ἀργυρηλάτοις
κέρασι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.

Eadem fere repetiit Eustathius, p. 917, 63, qui, ut epitome, προβεβλημένοις. Res altero fragmento apud eundem Athenæum, ib. p. 499, A, fit clarior: Αἰσχύλος δὲ ἐν Περραιβίσι·

[281] Ποῦ μοι τὰ πολλὰ δῶρα κἀκροθίνια;
ποῦ χρυσότευκτα κἀργυρᾶ σκυφώματα;

Eadem Eustathius repetiit p. 1775, 22. Ita aliquis nova arma videtur quærere. Deinde fortasse de Aphio dicta sunt hæc apud Hesychium: «Ἀπαιόλη,» ἀπάτη, ἀποστέρησις. Αἰσχύλος Περρέβην (sic codex). Sed Eustathius p. 353, 23: Ἱστέον δὲ ὅτι ἀπὸ ῥηθέντος αἰόλλω καὶ ἀπαιόλη γίνεται, ἡ ἀπάτη καὶ ἀποστέρησις. Αἰσχύλος,

[282] Τέθνηκεν αἰσχρὸς χρημάτων ἀπαιόλῃ.

Dixerit enim poeta Aphium vel alium aliquem esse interemptum crateribus vel utensilibus fractis, quibus interiit. Sed hæc explicatio non prorsus convenit cum verbis grammaticorum. Butlerus conjecit αἰσχρῶς.

ORITHYIA.

Orithyia Erechthei filia fuit regis Atheniensium. Quum Boreas patrem diu rogasset, ut filia sibi desponderetur neque quidquam precibus blanditiisque, ut qui agrestior immaniorque esse videretur, ab Erechtheo impetrasset, alio modo, qui magis sibi conveniret, agendum decrevit vique extorquendum, quod frustra ante precibus quæsisset. Itaque cum flatibus vehementissimis irruens quum super montes evolans virginem ad Ilissi ripas flores colligentem cumque æqualibus colludentem reperisset, trepidam puellam alis complexus per tempestatem rapuit, raptamque in Thraciam abduxit, ubi mater facta Zethum Calainque ex Borea peperit.

Fabulam multi veterum varie narraverunt, quorum nomina Heynius ad Apollodorum p. 364 collegit. Facile tamen apparet argumentum Æschylo dignissimum fuisse, in quo et sublimitas quædam rerum morumque explicari posset, neque minus quam in Prometheis tragœdiis, quas poeta composuit, antiqua quædam philosophia contineretur. Quas enim remotissima antiquitas in rerum natura vires observasset ubique disseminatas propagatasque, quasque humano genere majores cognovisset ideoque ad ipsos deos retulisset deorumque liberos ex terrestribus matribus procreatos finxisset, has vires naturæ Æschylus in tragœdia secutus haud aliter, quam ex antiquitate acceperat, versibus explicavit personasque composuit iisdem instructas moribus virtutibusque, quæ illis viribus naturalibus essent attribuendæ. Itaque si ventorum esset vehementissimus asperrimusque cogitandus, Boreas erat fingendus violentus et inhumanus; si vis ignis mollibus flatibus nihil proficit, vehementioribus quam maxime accenditur, necesse fuit Zethum et Calain, quorum alter flatum excitatum, alter flammam crepitantem significat, non rogantis Boreæ esse filios, sed rapientis uxorem; denique ex nomine satis cognoscitur, cur Orithyia Boreæ et uxor fuerit et cur eam rapuerit.

Quæ quum fragmentis tragœdiæ, quæ per-

280.
Argenteis
cornibus, quæ aureis oris erant instructa.
281.
Ubi mihi multa illa munera et selecta spolia? ubi auro et argento confecti scyphi?
282.
Interiit turpis opum interitu

pauca supersunt, poeta secutus cognoscitur, tamen non constat, quo poeta modo fabulam adornarit. Id tamen pro certo affirmari potest, Boream ipsum introductum fuisse eumque ante raptum Orithyiæ, ubi ad vim faciendam frustratis precibus se parat. Quod apparet fragmento apud Longinum De sublimitate cap. 3 initio, quod lacuna interceptum est :

[283] ***καὶ μὴ καμίνου σχῶσι μάκιστον σέλας.
Εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι μόνον,
μίαν παρείρας πλεκτάνην χειμάρροον
στέγην πυρώσω καὶ κατανθρακώσομαι
νῶν δ' οὐ κέκραγά πω τὸ γενναῖον μέλος.

Addidit Longinus : Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγῳδα, αἱ πλεκτάναι, καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν ἐξιμεῖν, καὶ τὸ τὸν Βορέαν αὐλητὴν ποιεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ἑξῆς. Ruhnkenius hæc annotavit : Quod T. Faber de conjectura vidit, Æschyli fragmentum esse, planissime confirmat Joannes Siceliota Commentario Ms. in Hermogenem, quem Parisiis excussimus in bibliotheca Camilli Falconet V. C. (nunc in Walzii Rhett. vol. VI, p. 225) : Φαίνεται δὲ ἡ ἀτοπία τοῦ ποιητοῦ (Æschyli, cujus ante mentionem fecerat) ἐν τῷ τῆς Ὠρειθυίας δράματι, ὅπου ταῖς δυσὶ σιαγόσι φυσῶν ὁ Βορέας κυκᾷ τὴν θάλασσαν· οὐ γὰρ φέρω ἐπὶ μνήμης τὰ ἰαμβικὰ ἐπιλαθόμενος. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς μιμεῖται. Λέγει δὲ περὶ τούτων Λογγῖνος ἀκριβέστερον ἐν τῷ κα' τῶν Φιλολόγων. Ruhnkenius correxit Σοφοκλῆς οὐ μιμεῖται. (Confer Rhett. vol. VIII, p. 741.)

Hæc sunt quæ de Orithyia habemus comperta; reliqua interierunt.

EUROPA sive CARES.

In indice fabularum mentio fit tragœdiæ nomine Κᾶρες ἢ Εὐρώπη inscriptæ; eademque commemorata est Stobæo Floril. LI, 26; at ex uno fragmento et Stephani Byzantini commemoratione urbis Caricæ colligi non potest, quale aut argumentum aut compositio tragœdiæ fuerit. Putant res, quas poeta explicavit, ex Eumeli Europæa esse sumptas. Cares fortasse chorum composuerunt, id quod ex nomine colligas. Fragmentum, quod a Stobæo servatum est, ejusmodi est : Αἰσχ. Καρῶν·

[284] Ἀλλ' Ἄρης φιλεῖ
ἀεὶ τὰ λῷστα πάντα τἀνθρώπων στρατοῦ.

Valckenarius probabiliter conjecit πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ, quod vertendo expressimus. In codicibus ἀνθρώπων exarari solet ἀνων. Dindorfius πάντ' ἀνατρέπων στρατοῦ, eadem sententia. Indicem plenum posuit epitomator Stephani Byzantini : Μύλασα, πόλις Καρίας... λέγεται καὶ [285]« Μύλας », ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν ἢ Εὐρώπῃ.

CRESSÆ.

In indice tragœdiarum Cressæ commemorantur, eædemque eodem nomine citantur a grammaticis. Argumenti tamen nihil notum est tantaque est tragœdiæ obscuritas, ut ne conjectura quidem certi quidquam consequi possimus. Polyidi Sophocleæ et Euripideæ argumentum in Cressis tractatum fuisse conjecerunt O. Müllerus et Hœckius (in libro de Creta vol. III, p. 289). Fragmenta pauca servata sunt. Apud Athenæum duo versus leguntur, II, p. 51, D : Μόρα...τὰ τῆς βάτου·

[286] Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις
καὶ μιλτοπρέπτοις βρίθεται ταὐτοῦ χρόνου.

At Eustathius p. 1254, 25 : Παραγωγὴ δὲ αὐτοῦ μείρω μερῶ μέμορκα, μέσος μέμορα, ἐξ οὗ μέμορμαι, μέμορσαι, ὅθεν ὁ μόρσιμος κατ' ἀναλογίαν τῶν διὰ τοῦ ιμος παραγώγων, ὧν τινὰ καὶ διὰ τοῦ χιμος καινότερον παράγονται· οὕτως Αἰσχύλος πέπλους μελαγχίμους φησίν· ἕτερος δέ τις μελάγχιμα συκάμινα ἐν τῷ

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις·

ὅπερ ἐστὶ μέλασι·

Καὶ μιλτοπρέπτοις (ἤγουν ἐρυθροῖς) βρίθεται ταὐτοῦ χροιᾷ.

Videtur tamen Eustathius errasse, qui, quod est Euripidis in Phœn. 238, Æschylo tribuit, quod est Æschyli, ab hoc abjudicat. Pollux VI, 46 : Ταῦτα δὲ (τὰ συκάμινα) καὶ « μόρα » Αἰσχύλος ὠνόμακε, τὰ ἄγρια οὕτως ὀνομάσας τὰ ἐκ τῆς βάτου.

Reliqua fragmenta tam obscura sunt, ut ex iis nihil possit divinari. Apud Hesychium hæc : [287] « Ἐπιξενοῦσθαι, » μαρτύρεσθαι, πορεύεσθαι.

283.

* *

neve camini maximum fulgorem habeant.
Si enim ullam in foco scintillam solum videbo,
uno fune stramineo ventis acto subinserto
ædes incendam et in cineres convertam,
nunc vero proprium carmen nondum cano.

In Orithyia Æschylus fingit Boream duabus maxillis flando turbare salum.

284.

Sed Mars amat semper optimos quosque exercitus metere.

286.

Candidis enim moris et nigricantibus
et rubris eodem tempore ingravescit.

Σοφοκλῆς Ἀχαιῶν συλλόγῳ καὶ Αἰσχύλος Κρήσσαις. Et alio loco: [288] « Ἀτόπαστον, » ἀνείκαστον· τοπάζειν γὰρ τὸ εἰκάζειν· καὶ τὸ ὑποτοπῆσαι δὲ ἐνθένδε λέγεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις. Et hæc ejusdem glossa: [289] « Αὐτορέγμονος πότμου » · ὃν ἑαυτῷ ἔρεξε. ... Αἰσχύλος Κρήσσαις, quod Dindorfius restituit. Codex κρή. Denique apud Photium in Lex. p. 430, 24: [290] « Πισσοκωνήτῳ πυρί, » τῷ εὐκαύτῳ, ἐπεὶ τὰ καιόμενα πίσσῃ χρίεται. Αἰσχύλος Κρήσσαις. Et apud Hesychium: Κωνῆσαι, πισσοκοπῆσαι καὶ κύκλῳ περιενεγκεῖν· καὶ πισσοκώνητον μόρον λέγουσιν, ὅταν πίσσῃ καταχρισθέντες τινὲς ὑπὸ πυρὸς ἀποθάνωσιν· Αἰσχύλος Κρήσσαις καὶ Κρατῖνος. Codex Αἰσχ. καὶ Κρ. Κρήσσαις.

AMYMONE.

Amymone, quæ fuit fabula Satyrica, subjecta fuit, ut putant, Danaidi. Argumentum satis copiose his exposuit Hyginus Fab. 169: « Amymone Danai filia missa est a patre aquam petitum ad sacrum faciendum: quæ dum quærit, lassitudine obdormiit, quam Satyrus violare voluit. Illa Neptuni fidem imploravit. Quod quum Neptunus fuscinam in Satyrum misisset, illa se in petram fixit. Satyrum Neptunus fugavit. Qui quum quæreret in solitudine a puella, illa se aquatum missam esse dixit a patre. Quam Neptunus compressit. Pro quo beneficium ei tribuit jussitque ejus fuscinam de petra educere. Quæ quum eduxisset, tres silani sunt secuti, qui ex Amymones nomine Amymonius fons appellatus est. Ex qua compressione natus est Nauplius. Hic autem fons Lernæus est postea appellatus. »

Fragmentorum unum libidini Satyrorum convenit apud Hesychium: [291] « Θρώσκων κνώδαλα », ἐκθορίζων καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ. Fortasse eodem referendum alterum apud Athenæum XV, p. 690, C: Αἰσχύλος δ' ἐν Ἀμυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησί·

[292] Κἄγωγε τὰς σὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα.

Tertium fragmentum Neptuno tribuerim, servatum ab Ammonio De differentia verborum v. Γῆμαι·

[293] Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δ' ἐμοί.

« Vulgo γαμεῖν δὲ μή. Emendatum ex Bachmanni Anecd. vol. II, p. 375, 9. Apud Herodianum Ms. περὶ ἀχυρολογίας est ἐμοὶ δὲ γαμεῖν. » *Dindorf.*

CIRCE.

In indice tragœdiarum legitur Κίρκοι Σατυρικοί in editione Robortelliana. Is. Casaubonus Κίρκη Σατυρική correxit ex Hesychio. Circe fabula Satyrica procul dubio fuit scripta eodem argumento, quod Homerus exposuit in Odyssea. Ulixis comites quum ad Circen venissent, benigneque cibo potuque excepti postea in aulam deducti essent et in sues conversi, Ulixes a Mercurio edoctus adjutusque supervenit comitesque liberavit. Quod si argumentum fabulæ fuit, tamen prorsus ignoratur, quomodo composita illa fuerit. Videtur tamen poeta exposuisse, quo pacto fieret, ut vires libidine facile absumerentur, ut ille, qui antea robustissimos tauros domare jugoque submittere potuisset, nunc nihil valeret. Huc referendus videtur versus a Suida v. Ζυγῶσαι sine poetæ nomine servatus:

[294] Ἥρως ζυγώσας εὐσθενωτάτῳ θράσει ταύρους.

Hesychius enim (coll. Photio p. 55, 8): « Ζυγώσω », δαμάσω, κλείσω, καθέξω. Αἰσχύλος Κίρκῃ σατυρικῇ. Adsunt Satyri ad porcos interficiendos parati, quibus convivium sibi exstruant. Huc retulerim fragmentum apud Athenæum IX, p. 375, E:

OEbares, dux Persarum, μέγας, *P.* 984.
OEclides. *Vide* Amphiaraus.
OEcleus, Amphiarai pater, *Th.* 609.
OEdipus, πατροκτόνος, et incestum ejus, *Th.* 751—757. Post Sphingem sublatam insolito modo ab omnibus honoratus, cognito connubio incesto luminibus se privavit et ob nutrimenta liberos devovit, 772—790. Ejus diræ in filios, *ib.* 654 *sq.*, 677,695, 709, 711, 720 *sqq.*, 785—791; ἀρὰ μέλαινα καὶ τελεία, 832 *sq.*, 842 *sq.*, 886 *sq.*, 895 *sq.*, 946. *Memoratur in eadem fabula* 203, 372, 801, 807, 886, 976, 988, 1055.
OEnus, urbs Tegeatici agri, *fr.* 271.
OEnops, pater Hyperbii, *Th.* 504.
Ogygius, *Eum.* 1036.
Olympii dii, *Eum.* 73, 618; *S.* 161, 981, 1014; *Ch.* 784.
Olympus, *Pr.* 150.
Onca, μάκαιρ' ἄνασσα, *Th.* 164. Onca Minerva, Thebis ἀγχίπτολις, 501. Thebarum porta Oucæ Minervæ, 487.
Orcus, Ἅδης, ἀγησίλαος, *fr.* 354; νεκρῶν σωτήρ, *Ag.* 1387; μέγας εὔθυνος βροτῶν, *etc.*, *Eum.* 273—275. Ἅδου δίκτυον, *Ag.* 1115. Ἅδᾳ παιᾶν' ἐχθρὸν ἐπιμέλπειν, *Th.* 868 *sq.* Orci mater, *Ag.* 1235. Orci portæ, *ib.* 1291.
Orestes, Agamemnonis et Clytæmnestræ filius : (infans) a Telepho supplice correptus, *fr.* 268. Eum se fingit Clytæmnestra civilium turbarum metu Strophio hospiti tradidisse, *Ag.* 877-886. Orestem ultorem venturum Ægistho prædicit Chorus, 1646-48, 1667. Adest cum Pylade ad tumulum patris, cincinnum nutricium Inacho, lugubrem patri deponens, *Ch.* 4 *sqq.* Secedit quum Electram et virgines advenientes conspexit, 20 *sq.* Adhuc exul esse putatur, 115. Ut redeat ultor, in patris tumulo precatur Electra, 130 *sqq.*; cincinnum depositum invenit et agnoscit, 168 *sqq.* Prodit et se cognoscendum præbet Electræ, 212-234. Ab Jove precibus petit salutem domus, 246-263. Ab Apolline per oracu-

lum ultor fieri jussus, horrenda minitante nisi obtemperet, 269-297; sed sponte etiam rei indignitate motus, 298-305. Ejus nænia in patrem, 315-321, 345-353. Preces pro ultione patris, 394 *sqq.*, 455 *sqq.*, ad umbram patris, 489 *sqq.* Audito quibus somniis permota Clytæmnestra inferias miserit, bona auguratur, 514-551. Consilia capit quomodo regiam ingrediatur, 554-584. Advenit tanquam Dauliensis hospes, a Strophio præteunte sibi mandatum narrans ut mortem Orestis parentibus nunciet, 652-690. Ejus nutrix, Gilissa, Clytæmnestræ missu Ægisthum arcessit, et nutritionem suam irritam deflet, 734-782. Occidit Ægisthum intus, 869, Regia exit, 892, et matrem, quæ interea advenerat, non exauditis ejus precibus, intro agit occidendam, 894-930, τλήμων, 933. Soli ostendit rete sanguine maculatum in quo pater occisus, et detestatur facinus matris, 972-1017. Furorem jam sentit appropinquare: adhuc clara mente juste se fecisse affirmat, supplex Delphos perrecturus, 1021-1043. Jam videt Furias, 1048-1050, 1054, 1057 *sq.* Ab iis, ipsi soli conspicuis, abigitur, 1061 *sq.* In Delphico sacrario ad umbilicum conspicitur a Pythia, supplex cum ramis, Furiis circa eum dormientibus, *Eum.* 40-47. Apollo eum confirmat et Athenas proficisci jubet Mercurio deducente, ad amplexandum antiquum signum Minervæ, 64-93. Hinc e mediis Furiis evadit. Athenis in Minervæ (Poliadis) templum advenit, in vagatione ab hospitibus expiatus, 235-243. Eum insequuntur Furiæ; Minervæ signum amplectitur, 258 *sq.* Animo per lustrationes jam mitigato illis respondet et Minervam precatur ut veniat se liberatura, 276-298. Minerva advenit, ipso signum ejus amplectente, 409, 439 *sq.* A Minerva loqui jussus narrat se lustratum advenire, qui sit et quare matrem occiderit, 443-469. Lite inita, facinora sua Furiis accusantibus confitetur: an jure matrem occiderit, Apollini explicandum relinquit, 588-613. Ipsum et posteros ejus in æternum Athenis socios esse vult Apollo, 667-673. Ei suum calculum adjicit Minerva, ut vel paribus vincat, 735, 741. Solutus pari numero, lætatur, gratias agit Minervæ, Apollini, Jovi, et Argivorum auxilium in omne tempus promittit Atheniensibus, cum devotione suorum si contra agant, 754-777. Orestis reditum et ultionem paternæ cædis vaticinatur Casandra, *Ag.* 1280-1284. Θεῖος, *Ch.* 867.

Orpheus cantu omnia ad se traxit, *Ag.* 1629 *sq.* Solem sive Apollinem præ Baccho veneratus, a Bacchis jubente Baccho discerptus est; ejus ossa collecta Musæ Libethris condiderunt, *fr.* 16.

Ossa (mons), *fr.* 453.

P.

Pæan, Ἰήιος, *Ag.* 146. Pæan vocatur Mors, *fr.* 105. Παιών, *Ag.* 1248.

Pæones, trans Pindum, *S.* 257.

Palæchthon, γηγενής, pater Pelasgi, *S.* 250 *sq.*, 347.

Palamedes quæ invenerit, *fr.* 250.

Palamys, rex, *fr.* 448.

Palici, Jovis et Thaliæ, Vulcani filiæ, filii, σεμνοί unde sint dicti, *fr.* 259.

Pallas, Διογενὲς φιλόμαχον τέκνον, *Th.* 129 *sq.* Palladis urbs et antiquum signum, *Eum.* 79 *sq.* Pallas, tutela Athenarum, *P.* 347 *Memoratur Eum.* 10, 629, 667, 745, 772, 916, 1001, 1016, 1045. Pallas Προναία Delphis (*ante templum Delphicum posita*), *Eum.* 21. *Vide* Minerva.

Pamphyli, *S.* 552.

Pan, φιλόχορος, in insula Psyttarea, *P.* 449. *Memoratur Ag.* 56, *fr* 318. Panes, *fr.* 120.

Pandora quæ sit, *fr.* 62.

Pangæus mons, *P.* 494, *fr.* 16.

Paphus, Dario subjecta, *P.* 891. *Memoratur fr.* 358.

Parca, Μοῖρα, *Eum.* 1046, βαρυδότειρα, μογερά, *Th.* 975, 987; κυανέη, *fr.* 453; δικανταία, *Eum.* 334; δολόμητις, quam insidiose agere soleat, *P.* 93—102.

Parcæ, Μοῖραι, *Pr.* 895, τρίμορφοι, *ib.* 516; παλαιαί, ἀρχαῖαι: eas vino decepit Apollo (ne Admetum abriperent), *Eum.* 723-727; ματροκασιγνῆται (Furiarum), ὀρθόνομοι, *etc.*, *ibid.* 961-967; παλαιγενεῖς, 172; μεγάλαι, *Ch.* 306.

Paris, *Ag.* 399, 532, 712, 1156. *Vide* Alexander.

Parnasia (Παρνησὶς) lingua, *Ch.* 563. Parnasius, *ib.* 953

Parnasus, *Eum.* 11.

Paros, Dario subjecta, *P.* 885.

Parthenopæus, Arcas, Atalantæ filius, Borrhæam portam Thebarum invasurus, *describitur Th.* 527-549.

Parthus, dux Persarum, *P.* 984.

Pegastagon, Ægyptiorum dux in exercitu Xerxis, *P.* 35.

Πειθώ. *Vide* Suada.

Pelagon, dux Persarum, *P.* 958.

Pelasgi, a Pelasgo rege nominati, *S.* 251-253. Regnum Pelasgicum quantum, *ib.* 254-261. *Memorantur S.* 327, 348, 616, 624, 912, 967, 1024.

Pelasgia, *Pr.* 860. Pelasgia urbs, *S.* 633.

Pelasgus, rex Argivorum, Terræ filius, *S.* 892, 901, ad Danaidas supplices accedit, mirans præsidio nullo cinctarum audaciam, *S.* 234-245. Narrat quis sit et quale regnum suum, 249-271. Res Danaidum exquirit et audit, 272-340; sed bellum cum Ægypti filiis metuit, 341-345, 354-358. Cum civibus consultare vult, 365-369. Varie ambigit, 376-454. Tandem Danaidibus minatis se suspensuras ex deorum simulacris, Danaum petit ut ad aras magis in populi conspectu positas suppliciа deponat, 468-489. Dat Danao satellites, 500-503; Danaidas, positis suppliciis, in lucum concedere jubet, et verbis animum addit, 506-523, et populo persuasurus discedit. Argivis persuasit ut reciperent supplices et tuerentur, 615-624. In ipso discrimine Danaidum advenit, Ægypti filiorum præconi denunciat se et urbem tueri supplices: illo bellum minante, Danaidas invitat ut in urbe apud se habitent, 911-979, 1010.

Πελειάδες. *Vide* Pleiades.

Pelopidæ, *Ag.* 1600, *Ch.* 503.

Pelops: Πέλοπος τόποι, Peloponnesus, *Eum.* 703.

Pelorus (*alii* Agenor), unus Spartorum, pugnæ superstes, *fr.* 458.

Pentheus, a Baccho perditus, *Eum.* 26

Perrhæbi, sub Pelasgo, *S.* 256.

Persæ. Persarum senes optimates, domi relicti, nuncio nullo ex Græcia adveniente, animo malorum præsagо ingentem exercitum Xerxis recensent, *P.* 1-64, ejus transitum Hellesponti ducisque splendorem describunt, 65-92; sed fortunæ invidiam, quæ jam olim Persis bellum induxit, metuentes de patriæ salute anguntur, 93-139. Atossam advenientem salutant, 150 *sqq.*; consolantur, 215 *sqq.* Sed clades nunciatur, 249 *sqq.* Fuga Persarum post pugnam Salaminiam, 480 *sqq.* Senum querelæ de clade, 532-597; canticum, quo evocant Darium e sepulcro, 623-680. Persarum res antiquæ et reges, 762-786. Persæ Græciam invadentes templa spoliarant et incenderant; quare ad Platæas eos tum cummaxime deleri dicit Darius, 800-820. Post discessum ejus senes Persas laudes ejus canunt, magnificas victorias, et imperii amplitudinem, 852-904. Cum Xerxe lamentantur, 918 *ad fin.* Persæ ἀβροβάται, 1072.

Perseus harpen adamantinam a Vulcano accepit, *fr.* 266. *Memoratur Ch.* 831.
Persides (uxores Persarum), *P.* 135; βαθύζωνοι, 155. *Memorantur ib.* 288, 541 *sqq.*
Περσὶς γλῶσσα, *P.* 406.
Pharandaces, dux Persarum, *P.* 31, 957.
Pharnuchus, dux Persarum, cecidit in pugna Salaminia, *P.* 313, 966.
Phasis fluvius, Europam et Asiam distinguens terminus, *fr.* 66.
Pheres (Admeti pater), *Eum.* 723.
Pheresseues (Ægyptius, *ut videtur*), dux copiarum Persicarum, cecidit in pugna Salaminia, *P.* 312.
Philocteta Æschyli, *fr.* 96.
Phineus pictus cum *Harpyiis* dapes ipsi auferentibus, *Eum.* 50 *sq.*
Phlegræa planities, *Eum.* 290.
Φόβος. *Vide* Terror.
Phocenses, *P.* 485, *Ch.* 674, 679.
Phocica (Φωκὶς) lingua, *Ch.* 564.
Phœbe, Telluris filia, Titanis, cui Themis oraculum Delphicum concessit; quod ipsa Apollini dedit ut natalitium donum, unde hic Phœbus appellatus, *Eum.* 4-8.
Phœbus, *Eum.* 283. Ejus ara, *P.* 206. Phœbo invisa quæ peritura sunt, *Th.* 691. *Vide* Apollo.
Phœnicia (Φοινίσσα) navis, *P.* 410.
Phorcides, *describuntur Pr.* 793-797.
Phryges, Cyro subjecti, *P.* 770.
Phrygia μηλοβότος, *S.* 548. Phrygia *Æschylo est* Troja, *ut* Phryges *sunt* Trojani, *fr.* 61.
Phthiotes, *fr.* 30.
Pindus, mons, *S.* 257.
Platææ, ubi Persarum clades, *P.* 817 *sqq.*
Pleiades, *Ag.* 826, septem filiæ Atlantis, ἀπτεροι Πελειάδες ab Æschylo dictæ, *fr.* 235.
Plisthenes, *Ag.* 1602.
Pleisthenidæ, *Ag.* 1569.
Plistus (*pater Coryciarum nympharum*); ejus πηγαὶ Delphis, *Eum.* 27.
Pluto, *S.* 791. Circa χρυσόρρυτον νᾶμα Πλούτωνος πόρου habitant Arimaspi, *Pr.* 805 *sq.* Pluto *intelligendus S.* 157 *sq.* 231. *Vide* Jupiter *in fine*, *et* Aidoneus. Πολύξενος *dictus sine substantivo*, *fr.* 242. *Ibid.*, ejus filius Zagreus.
Poena, Ποινή, βαρύδικος, *Ch.* 936; δολόφρων, 947.
Polynices, Eteoclis frater, ob patriæ oppugnationem exprobratur ab Amphiarao, *Th.* 576-586. *Ad originem nominis*, πολὺ νεῖκος, *respicitur v.* 578, *et* 658, 829 *sq.* Septimam portam Thebarum obsidet, diras et vota edens, 631-649. Cecidit in pugna singulari cum fratre, 805, 811, 815 *sqq.* Lessus Chori de fratribus Polynice et Eteocle interemtis, 822-860, 870-960; lessus sororum, 961-1004. Corpus Polynicis insepultum projici Thebanorum proceribus placuit, 1013-1022. Sed sepelire eum statuit Antigona, 1023 *sqq.*; cui se adjungit virginum Thebanarum chorus, 1066 *sqq.*
Πολύξενος vocatur Pluto, *fr.* 242.
Polyphontes, Thebanus bellicosus, ad Electræ portas Thebarum Capaneo oppositus, *Th.* 447-450.
Pontus. Ponti ostium a Dario subjectum, *P.* 876.
Potnia: Potniades vitæ tres, *fr.* 187.
Priamidæ, *Ag.* 537, 746, *Ch.* 935.
Priamus, *Ag.* 40, 126, 267, 710, 813, 935, 1336.
Prœtis porta, Προιτίδες πύλαι, Thebarum, *Th.* 377. Προίτου πύλαι, 395.
Proetus, *Th.* 395.
Prometheus suas res narrat, quomodo a Titanibus spretus, Jovem adjuverit, deinde mortales, quos perdere Jupiter volebat, 197-241. Alia ejus in homines merita, 248-254. Artes et humaniorem cultum omnem hominibus tradidit, quod narrat 447-506. Κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖς, 613. Rupi Scythiæ affigitur, 1 *sqq. Conf. fr.* 69. Ejus querelæ et minæ, *Pr.* 88-192. Oceanum, qui suum apud Jovem auxilium offert, remittit, 284-396. Io ad ipsum pervenit, 561 *sqq.* Cui reliquos errores Prometheus vaticinatur, 703-740, 790-815; et narratis quæ Dodonæ ipsi ante acciderant, futuram ejus progeniem recenset usque ad Herculem, 827-873, qui ipsum sit liberaturus. Jovis summum discrimen ex nuptiis cum Thetide ineundis memorat, quod ipse solus ab illo possit avertere, 756-770, 908-940. Jovi hæc per Mercurium ab ipso exquirenti non cedit, neque minis illius, 941-1079, et per summum fulminum, ventorum, terræ pontique fragorem in profundum deprimitur, 1080-1093, post longum tempus inde proditurus et ab aquila laniandus, usquedum deus alius laboribus ipsius succedat, 1020-1029. Prometheus Herculi exponit iter a Caucaso ad Hesperidas, *fr.* 76. In ejus honorem coronæ geruntur, ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ, *fr.* 80 *et* 184.
Pronæa. *Vide* Pallas.
Propontis, μυχία, a Dario subjecta, *P.* 875.
Proserpina, Περσέφασσα, *Ch.* 490 Dæra dicta ab Æschylo, *fr.* 247.
Psammis, dux Persarum, *P.* 959.
Psyttarea, parva insula proxime Salaminem, *intelligenda P.* 447-449.
Pylades, cum Oreste accedit ad tumulum Agamemnonis, *Ch.* 20. *Conf.* 562. Orestem confirmat coram matre, 899-902.
Pythia, Πυθιάς, Delphica vaticinatura preces fundit diis in oraculo constitutis, *Eum.* 1-33. Sacrum ingressa refugit, Oreste et Furiis conspectis, 34-63.
Pythica oracula, *Ag.* 1255, μεσόμφαλα, *Th.* 747.
Pythius: Πύθιος ἄναξ (Apollo), *Ag.* 509.
Pytho [Delphi], *Pr.* 658.

R.

Rhea. Rheæ sinus magnus, *mare Adriaticum*, *Pr.* 837.
Rhegium unde dictum, *fr.* 130. Ibi Ξιφίρου [?] λιμήν, *fr.* 131.
Rhipæ [montes Rhipæi], *fr.* 231.
Rhipæi montes Istrum emittunt, *fr.* 73.
Rhodus, Dario subjecta, *P.* 891.
Rhypes, urbs Oleniorum Achivorum, κεραύναι, *fr.* 359.
Robur et Vis, Κράτος καὶ Βία, Jovis jussu Vulcanum cogunt ut Prometheum rupi affigat. *Pr.* 1—87. Robur, *Ch.* 244.
Rubrum mare. *Vide* Mare.

S.

Sabæus. *Vide* Cabæus.
Salamis, θαλασσόπληκτος, *P.* 307, νῆσος Αἴαντος, 307, 368, 596, πελειοθρέμμων, *quippe in Veneris tutela*, 309; γῆ σκληρά, 319. *Conf.* 273, 284. Dario olim subjecta, τᾶς νῦν ματρόπολις αἰτία στεναγμάτων, 896 *sq.* Pugnæ ad Salaminem commissæ narratio, *ib.* 355 *sqq. Adj. fem.* Σαλαμινιάσι, 964.
Salmydessus: τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος, *Pr* 726.
Samus, ἱλαιόφυτος, Dario subjecta, *P.* 884.
Sardes, *P.* 321, πολύχρυσοι, 45.
Saronicum fretum, *Ag.* 306 *sq.*
Sarpedonius agger, Σαρπηδόνιον χῶμα, *S.* 869.
Saturnus: eum cœlo ejicere deorum aliqui volebant, *Pr.*

201. Saturnum senem patrem Jupiter vinxit, *Eum.* 641. Saturni regno excidentis imprecatio in Jovem, *Pr* 910—912. In Tartarum dejectus, *ib.* 219 *sqq.* Saturnus condidit in Sicilia Hieram urbem, olim ab ipso *Croniam* dictam, *fr.* 264. *Memoratur fr.* 450, *intelligendus Ag.* 171 *sq.* Saturni filius, *Pr.* 185.
Satyri, *fr.* 120.
Scamander, *Ag.* 511, 1157, *Ch.* 366, *Eum.* 398.
Scylla, κυνόφρων, Minois corrupta donis, Niso patri fatalem crinem aureum abscidit : punit eam Mercurius, *Ch.* 613—622. *Memoratur Ag.* 1233 *sq.*
Scytha, *Ch.* 160. Scythæ, *Eum.* 703. Scythæ νομάδες, qui domos plaustris vehunt, sagittis utuntur, *Pr.* 709 *sqq.* Εὔνομοι, ἱππάκης βρωτῆρες, *fr.* 74. Scythæ circa Mæotidem paludem, *Pr.* 418 *sq.* Scythæ, apud quos chalybs, *Th.* 729.
Scythia, *Pr.* 2; mater ferri, *ib.* 301.
Scythicum ferrum, *Th.* 817. *Hinc* ὁ πόντιος ξεῖνος *dictus* gladius, *ibid.* 942.
Semele gravida et furore correpta, *fr.* 199.
Septem duces adversus Thebas, *Th.* 43 *sqq.* *Vide* Adrastus, Amphiaraus, Capaneus, Eteoclus, Hippomedon, Polynices, Tydeus. Portas septem Thebarum aggressuri, *ib.* 124-126.
Sesamas, Persa, *P.* 983.
Seualces, dux Persarum, ἄναξ, *P.* 968.
Sicilia, καλλίκαρπος, olim Ætnæis ignibus cremanda, *Pr.* 369..
Sidonius : Sidonium velum, *S.* 121, 133.
Sileni, *fr.* 120.
Sileniæ, *regio littoris Salaminii*, *P.* 303.
Simois, *Ag.* 696.
Sipylus in Idæa terra, *fr.* 172.
Sirius, Σείριος κύων, *Ag.* 967.
Sisames, Mysius, dux Persarum, in pugna Salaminia cecidit, *P.* 322.
Sisyphus, pater Ulyssis, *fr.* 148.
Sol, ἄναξ, *P.* 232; τρέφων χθονὸς φύσιν, *Ag.* 623; πατὴρ, omnia videns, *Ch.* 985 *sq.*; ὁ παντόπτας, cum equis quiescit et lavatur ad lacum Æthiopum, *fr.* 67. Solis fontes, *Pr.* 808 *sq.* Ejus poculum ἠφαιστοτυκές, in quo ab occasu ad ortum redit, *fr.* 229. Solem, quem Apollinem dicebat, maxime venerabatur Orpheus, *fr.* 16. Sol *memoratur S.* 213, *Ag.* 1323.
Soli, Dario subjecta, *P.* 895.
Sors, Αἶσα, φασγανουργός, *Ch.* 648.
Sosthanes, ἵππων ἐλατήρ, dux Persarum, *P.* 32.
Sparti, *ex dentibus draconis a Cadmo satis orti*, *Th.* 412, 474. Quinam eorum superstites fuerint pugnæ adversus Cadmum, *fr.* 458.
Sperchius, fluvius, *P.* 487, *fr.* 99.
Spes inductæ hominibus a Prometheo, *Pr.* 250.
Sphinx, πόλεως ὄνειδος, ὠμόσιτος, *Th*, 539, 541; δυσαμερία, πρύτανις κύων, *fr.* 186. *Intelligenda Th.* 776 *sq.*, *ubi dicitur* ἀναρπαξάνδρα κὴρ ab Œdipo sublata.
Sternophthalmi (oculos in pectore habentes), *fr.* 77.
Strophius, Phocensis, Agamemnonis δορύξενος, cui Orestes puer mandatur, *Ag.* 880—885, et apud quem est educatus, *Ch.* 679.
Strymon, fluvius regni Pelasgici ad occidentem solem, *S.* 255; ἀγνός, *P.* 497. *Memoratur Ag.* 192. Strymonium mare, cui adjacentes urbes subegit Darius, *P.* 869.
Stygius, *P.* 669.
Suada, Πειθώ, *Eum.* 970 *sq.*, *fr.* 177; θέλκτωρ, *S.* 1040.
Susa, *P.* 16, 535, 730, 761. *Confer* Susis.
Susas, dux Persarum, *P.* 958.
Susis, *P.* 557; μέγ' ἄστυ Σουσίδος, Susa, 119. Σουσιγενὴς θεός [Darius], 644.
Susiscanes, Ægyptiorum dux in exercitu Xerxis, *P.* 34; Ἀγβάτανα λιπών, 960 *sq.*
Syennesis, dux Cilicum, in pugna Salaminia cecidit, *P.* 326—328.
Syria, *S.* 6. Syria aromata, *Ag.* 1312. Syrio curru vehitur Xerxes, *P.* 84.

T.

Tantalidæ, *Ag.* 1469.
Tantalus : ejus latifundia prædicantur, *fr.* 173
Tartarus, *Pr.* 154, 1029, 1051, *Eum.* 72; μελαμβαθής, *Pr.* 219.
Tegea, *fr.* 269, 271.
Telephus, ut a Græcis servetur, Orestem corripit, *fr.* 268; mutus ex Tegea in Mysiam venit, ut expietur, *fr.* 269
Tellus, Γῆ, *Th.* 69. Γαῖα, πρωτόμαντις, Delphis adoratur, *Eum.* 2 Mater Themidis, *ibid.* Ejus filia Phœbe, *ib.* 6. *Vide* Terra.
Tenagon, Bactrius, dux Persarum in pugna Salaminia, *P.* 306.
Tenus, insula, Τήνῳ συνάπτουσ' Ἄνδρος, *P.* 885.
Tereus : Terei [Τηρεία] conjux luctuosa, χειρήλατος ἀηδών, filii necem usque recolens, *S.* 60—67.
Terra, *Ch.* 127 *sq.* Terra mater, *S.* 890, 899. Rex Pelasgus Γᾶς παῖς, 892, 901. Mater Titanum, *Pr* 205. Terra, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, vaticinatur, *Pr.* 210 *sq.* *Inter* inferos deos *invocatur P.* 629, 640. *Confer* Tellus. Terræ umbilicus, *Eum.* 166. *Vide* Delphi.
Terror, Φόβος, φιλαίματος, *Th.* 45.
Tethys, Oceani uxor, πολύτεκνος, *Pr.* 137. Ejus libri fontes summittunt, *Th.* 310 *sq.*
Teucris [*Trojana*] terra, *Ag.* 114.
Teuthras, *S.* 549.
Thalia, filia Vulcani, mater Palicorum ex Jove, *fr.* 259
Tharybis, Lyrnæus, dux 250 navium Persicarum, in pugna Salaminia cecidit, *P.* 323—325.
Tharybis. *Vide* Mardon.
Thebæ, Κάδμου πόλις, *Th.* 74; Marti amatæ, 108. Earum septem portæ, *Th.* 125, 165.
Thebæ (Ægyptiacæ), ὠγύγιαι, *P.* 38.
Themis, Titanis, vates, ὀρθόδουλος, *Pr.* 18, futura vaticinata erat Prometheo filio, 209 *sqq.*, 873 *sqq*, 1091 Jovem adjuvat contra Titanes, *ib.* 217. Themis, Telluris filia, post matrem tenebat oraculum Delphicum. *Eum.* 2—4. Θέμις ἱκεσία, *S.* 360.
Themiscyra, Amazonibus habitanda, *Pr.* 724.
Themistocles. (Ejus) astus in pugna Salaminia, *P.* 355—363.
Theœnus, Bacchi cognomen, *fr.* 379.
Thermodon, *Pr.* 725.
Theseus, *Eum.* 402. Contra eum duxerunt Amazones, *ib.* 786. Θησῆς γθών, *Athenæ*, *ib.* 1026.
Thesprotus Jupiter, Dodonæ, *Pr.* 831.
Thessali, *P.* 489.
Thestias. *Vide* Althæa.
Thetidis nuptiæ cum Jove *intelligendæ Pr.* 762—768 908 *sqq.* Δέσποινα Νερείδων, *fr.* 146. Pro filio adversus Memnonem pugnante precatur coram Jove, *fr.* 147 Thetis de Apolline queritur, qui filium ejus Achillem occiderit, *fr.* 145.
Thracia, *P.* 509; πεδιήρης, δύσχιμος, 566. Θρήϊκια ἔπαλξις, *ibid.* 870, quibus vicinas urbes subjecit Darius. Thracii venti, *Ag.* 654, 1419.
Thyestes, Ægisthi pater, de regno contendens cum Atreo fratre, fugit; supplici redeunti a fratre apponuntur carnes filiorum, *Ag.* 1583—1599; post exsecrationes expellitur, Ægisthum tertium filium, in fasciis aufereus,

1600—1606. Cœna Thyestæ, *Ch.* 1068 *sq.*, *intelligenda Ag.* 1213—1222.
Thyias (Baccha), *Th.* 498, 836, *S.* 564.
Tiresias : (ejus) augurandi modus *describitur Th.* 25—28.
Titanes, Cœli et Terræ filii, *Pr.* 205; superbissimi, 207 *sq.*; μελανόστερφοι, *fr.* 68. *Memorantur fr.* 69.
Titanis, *Eum.* 6.
Tmolus, ἱερός, *P.* 49.
Tolmus, dux in exercitu Persarum, αἰχμᾶς ἀκόρεστος, *P.* 999.
Triton, γενέθλιος πόρος Minervæ, *Eum.* 293.
Troja, Ἰλιάμου πόλις γεραιά, *Ag.* 70. Ei Helena perniciem invexit, *ib.* 669 *sqq.* Cecidit Hectoris obitu, *fr.* 60, a tutoribus diis relicta, *Ag.* 1286 *sqq.*; capta, *ib.* 267 *sqq.*; 320 *sqq.*; 357 *sqq.*, 525 *sqq.*, 573 *sqq.*, 812 *sqq.* Nunc πόλις ἄπολις, *Eum.* 457. *Memoratur Ag.* 9, 131, 316, 591, *Ch.* 303. *Conf.* Ilium.
Trojana regio, a ducibus Græcis post victoriam Minervæ dedicata, ab hac dea occupatur, Thesei posteris donum, *Eum.* 398—402. Trojani, *Ag.* 67. Τρωΐα (terra), *Ch.* 363.
Troicus, *Ag.* 334.
Tydeus, ad portam Prœtidem Thebarum constitutus, *describitur Th.* 377—394, Objurgatur ab Amphiarao, 571—575.
Tyndareus, *Ag.* 83.
Typhos *vel* Typhon terrigena, Cilicia antra incolens, centiceps, in Jovem exoritur, a quo sub Ætnam depressus, unde olim ignem eructabit, *Pr.* 351—372. Ab Jove fulmine victus, *Th.* 517, χθόνιος δαίμων, 522 *seq.*, ignivomus, 493 *sq.*, 511. Typhos, in Ægypto, *S.* 560.
Tyrius. Tyria navis, *P.* 963.
Tyrrheni, ἔθνος φαρμακοποιόν, *fr.* 453. Tyrrhenica [Τυρσηνική] tuba, *Eum.* 567.

U.

Udæus, Spartorum unus, pugnæ superstes, *fr.* 458.
Ulixes, solus Argivorum ducum Agamemnoni fidus, *Ag.* 841—844. Qualis in Philocteta Æschyli, *fr.* 96. Eum stimulis belluæ marinæ perituram esse vaticinatur (Tiresias), *fr.* 245. *Dicitur* Sisyphi filius ex Anticlea, *fr.* 148
Upupæ [ἔποπος] descriptio, *fr.* 341.

V.

Venus, Κύπρις, *Eum.* 215, *S.* 1035 : cum Junone Jovi proximam potestatem habet, *S.* 1036; αἰολόμητις θεός, 1037; cum Marte concumbens, 664. Veneris verba, *fr.* 108. *Memoratur S.* 555, 1001 *sq.*, 1041, *Ag.* 419. *Adde* Cypris.
Verecundiæ [Αἰσχύνης] thronum colere, *Th.* 409.
Vis. *Vide* Robur.
Vulcanus Prometheum rupi affigit invitus, *Pr.* 3—81. Ejus officina in summo Ætna, *ib.* 366. Perseo harpen adamantinam dat, *fr.* 266. Ἡφαιστοτυκὲς ποκλυμ Solis, *fr.* 229. *Memoratur Ag.* 281. Vulcani filii, κελευθοποιοὶ Apollini Delphos, quam terram cultam reddiderunt prius feram, *Eum.* 13 *sq.* Ejus filia Thalia, *fr.* 259.

X.

Xanthus, Mardorum dux in exercitu Xerxis, μυριόνταρχος, *P.* 994 *sq.*
Xerxes, rex Persarum, Darii filius, quantum exercitum in Græciam duxerit, *P.* 5 *sqq.*, Ἀσίας ἄρχων, 73, θούριος, 718, 754. Navium, quas duxit adversus Græciam, numerus, 341—343. Ejus in expeditionem abeuntis splendor, 73—85. *De eo* 144—146. Init pugnam ad Salaminem, 355 *sqq.*; quam in alto colle positus spectat, 465—467; partem copiarum salvam in Psyttaream mittit, 450 *sqq.* Quibus obtruncatis vestes lacerat et fugit, 468 *sqq.* Ægre ex Græcia effugit per Thraciam, 564—567. Solus ad pontem duarum continentium venit, 734, 736, laceris præ dolore vestibus domi adventurus, *P.* 834—836. Advenit ejulans, 909 *sqq.*
Ξιφίρου [?] λιμήν, prope Rhegium, *fr.* 131.

Y.

Ὑδριστής. *Vide* Fluvius.

Z.

Zagreus, Plutonis filius *apud Æschylum*, *fr.* 242.
Zephyrus, γίγας, *Ag.* 692.

EXCERPTA

EX

ANNOTATIONIBUS G. DINDORFII

OXON. 1841.

Postquam Æschylus noster typis descriptus comitem sibi Sophoclem ultra biennium exspectaverat, evenit ut ipso tempore emittendi afferrentur nobis *Annotationes G. Dindorfii.* Quas magna cum exspectatione cupide arripuimus, ut insigniora inventa cum nostris quoque lectoribus communicaremus. Omisimus quæ ad metra constituenda spectant, quoniam ejusmodi observata aut integra reddenda sunt aut non attingenda.

Prometheus. Versus 347-372 *Prometheo* continuandos esse vidit Elmsleius. — 378 fort. ὀργῆς ζεούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι· ad νοσούσης aberrare potuisse librarium propter vicinum ἰατροί. — 426 ἀδαμαντοδέτοις ex Paris. 2785. — 430 γᾶς οὐράνιόν τε πόλον νώτοις ὀχῶν στενάζει. — 550 seq. ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον; οὔποτε θνατῶν | τὰν Διὸς ἁρμονίαν ἀνδρῶν παρεξίασι βουλαί. — 642 λέγουσ' αἰσχύνομαι ex codd. aliquot. — 692 sq. πήματα, λύματα, δείματ' ἐμὰν | ἀμφάκει κέντρῳ ψύχειν (vel ψύξειν) ψυχάν. — 835 ab interpolatore esse videtur. — 902 et 903 ἄφοβος et ἔρως delenda, 904 legendum ἀπολέμιστος.

Septem adversus thebas. V. 79 καθεῖται. — 83 sq. ἕλε (vel εἷλε) δ' ἐμὰς φρένας δέος· ὅπλων κτύπος ποτιχρίμπεται, | διὰ πέδον βοὰ ποτᾶται, βρέμει δ' ... — 89 βοᾷ ὑπὲρ τάφρων λευκοπρεπὴς λεὼς ὄρνυται ἐπὶ πόλιν. — 109 πολίοχοι vel πολιάοχοι cum lacuna in fine versus. — 110 πάντες ὧδ'. — 114 γὰρ delendum cum Ritschelio. — 148 τόξον εὐτυκάζου (quod habet Hesychius) L. Dindorfius. — 157 ἐπάξει. — 161 post Διόθεν nonnulla exciderunt. — 170 ἑτεροβάγμονι Hermannus. — 206 ἱππικῶν πηδαλίων δία | στόμια πυριγενετᾶν χαλινῶν Lachmannus. — 254 αὐτὴ σὺ δουλοῖς καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πόλιν Wunderlichius. — 273 ὕδασί τ' Ἰσμηνοῦ λέγω L. Dindorfius. — 274-278 εὖ ξυντυχόντων καὶ πόλεως σεσωσμένης, | λάφυρα δᾴων δουρίπηχθ' ἁγνοῖς δόμοις | στέψω πρὸ ναῶν, πολεμίων ἐσθήματα. | Τοιαῦτ' ἐπεύχου μὴ φιλοστόνως θεοῖς. — 294 πάντρομος. — 315 νόσον, pro καὶ τὰν. — 318 sq. καὶ πόλεως ῥύτορες ἔλθετ' εὔεδροί τε στάθητ'. — 333 ἀρτιτρόφοις Schneiderus. — 358 κυρήσας ex glossemate irrepsit. — 515-520 ab interpolatore adjecti sunt. — Ante v. 550 quædam exciderunt, et sequentium 551, 552 ordo invertendus est. — 605 ἢ ξὺν πολίταις. — 613 a grammatico quodam confictus videtur. — [705 corrige Νῦν.] 776 τὰν ἁρπαξάνδραν Hermannus — 826 πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι τύχᾳ. — 952 πόνοισι γενεάν. — 984 sq. Αν. δύστανος ἁ κηδεμονία. ΙΣ. λυγρὰ διπάλτων πημάτων. — 1056 πρέμνοθεν.

Persæ. V. 121 ᾄσεται Burneius. — 152-154 sublatis lacunæ supplementis a grammatico aliquo illatis scribendi videntur : βασίλεια δ' ἐμὴ ** | ** καὶ προσφθόγγοις | πάντας μύθοισι προσαυδᾶν. — 450 ὅτ' ἐκ νεῶν Elmsleius. — 616 θαλλούσης ἴσον. — 732 δῆμος οὐ δή τις γέρων, *flos populi.* — 860 ἐπεύθυνεν Bothius.

Agamemno. V. 122 δύο λήμασι πιστοὺς Lobeckius. — 170 οὐδὲ λέξεται πρὶν ὢν Ahrensius. — 216 delenda verba περιόργως ἐπιθυμεῖν, glossa ad ὀργᾷ ascripta, et septem syllabarum lacuna indicanda. — 251 verba interpolata. — 336 ὡς δὲ δαίμονες Hermannus. — 345 fort. θεοῖς δ' ἐναμπλάκητος. — 660 ναυτικοῖς τ' ἐρειπίοις Stanleius. — 723 δ' ἦστ' ἐν ἀγκάλαις. — 1024 versus inepte interpolatus. — 1163 ἀνθρώπων corruptum ex ἂν κλύων. — 1235 ἄσπονδόν τ' Ἄρη Lobeckius. — 1391 διοσδότῳ γάνει Porsonus. — 1566 γένος πρὸς ἄτᾳ Blomfieldus. — 1590 ἀστοξένια δὲ Hermannus. — 1595 seq. καθήμενος | ἄσημ'· ὁ δ' αὐτῶν.

Choephoroe. V. 65 ἄκρατος Schützius. — 94 ἔσθλ' ἀντιδοῦναι Elmsleius. — 129 χέρνιβας φθιτοῖς

Hermannus. — 172 πλὴν ἑνὸς Dobræus. — 418 τί δ' ἂν φάντες τύχοιμεν; Bothius. — 439-443, 444-455 Electræ tribuit Ahrensius. — 574 ἀρεῖ (i. e. ἀρεῖ ὀφθαλμοὺς καὶ καταβαλεῖ) Bambergerus. — 665 ἐν λέσχαισιν Emperius. Schol. ἐν ταῖς πρὸς γυναῖκας ὁμιλίαις.

Eumenides. V. 96 ὧν μὲν Tyrwhittus. — 105 φρενῶν Hermannus pro βροτῶν, ex scholiasta. — Post v. 188 aliquid excidisse videtur. — V. 286 delet Hermannus aliunde insertum. — 359 deletis verbis ὑφ' αἵματος νέον quattuor syllabarum lacuna indicanda. — 475 versus spurius. — 483 ὀρχίους αἱρουμένη Pearsonus. — 550 ἑκὼν δ' ἀνάγκας ἄτερ Wieselerus. — 651 ex duobus versibus conflatus : finis prioris, alterius initium periit. — 716 νέμων Hermannus. — 727 σύ τοι παλαιὰν διανομὴν καταφθ. ex codice. — 767-774 versus non Æschylei. — 845, 879 δαναΐδαν L. Dindorfius. — 944 εὐθενοῦντα γᾶ Dobræus. — 1013 αὖθις ἔπος διπλοίζω. — Post v. 1027 plura excidisse vidit Hermannus, ad eaque respicere Harpocrationem v. Εὐμενίδες. — 1034 ὑπ' εὔφρονι πομπῇ L. Dindorfius.

Supplices. V. 9 αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ Bambergerus. — 95 δ' ἐλπίδων Hermannus. — 111 θρεομένη δ' ἐγὼ Engerus. — 156 τὸν γάϊον Wellauerus. — 193 χερῶν εὐωνύμων Pearsonus, ex scholiasta. — 227 ἄκοντος πατρὸς Burgesius. — 350 λυκοδίωκτον ὡς Hermannus, 351 ἠλιβάτοις, ἵν' ἀλκᾷ Valckenarius. — 444, 448 versus ab his locis alieni. — 597 explendæ lacunæ caussa ex glossematis conflictus. — 674 δὲ φόρους γᾶς Ahrensius. — 694 sq. εὔφαμον δ' ἐπὶ βωμοῖς μοῦσαν θείατ' ἀοιδοί. Codex εὐφήμοις δ' ἐπὶ β. Ahrensius μοῦσαν θεῖεν. — 799 τῷδε χριμφθῆν χροΐ.

Parisiis, nonis Aprilibus, MDCCCXLII.

ΣΟΦΟΚΛΗΣ.

SOPHOCLIS TRAGOEDIÆ

SEPTEM

ET PERDITARUM FRAGMENTA,

EX NOVA RECENSIONE GUILIELMI DINDORFII.

TRANSLATIONEM LATINAM BRUNCKII REFORMAVIT

L. BENLOEW,

FRAGMENTA POST WELCKERUM DISPOSCIT ET EXPLICUIT

E. A. I. AHRENS.

ACCEDUNT INDICES NOVI.

Ga 9.168

ege Library.
arch 4, 1892.
enman W. Ross,
Cambridge.

PRÆFATIO.

Firminus Didot, vir eruditissimus, quum scriptores quos Collectione sua complectitur, edere studeat quam emendatissimos, a Guilielmo Dindorfio Sophoclem petiit ipsius et reliquorum criticorum curis ultimis expolitissimum. Cui vir de scenicis poetis Græcorum meritissimus annuit ita, ut hunc poetam non solum ea quam in Annotatione Oxonii edita proposuerat ratione restitutum mitteret, sed multa iterum ac sæpius examinaret et per biennium, quo typographicum opus lente procedebat, plurimas emendationes novas subinde nobiscum communicaret. Qua mora effectum est ut Sophoclem confidenter tradamus hominibus doctis, qui sciunt quid sit artem criticam exercere non arbitrio levi, sed via ac ratione.

Translatio Brunckiana, ceteroqui digna viro tam docto et ingenioso, caussæ multæ erant cur passim refingeretur. Nam Brunckius ubi signum extulit, secuti sunt Hermanni, Elmsleii, Lobeckii, Boissonadii, Dindorfii, Wunderi, alii, qui crisin et interpretationem poetæ mirum in modum promoverent; inventus est liber manuscriptus Laurentianus, qui plura quam ceteri omnes genuinæ orationis Sophocleæ conservavit. Hæc igitur in translatione latina neglexisse quum fas non esset, docto juveni L. Benloew, qui de Ajace libellum peculiarem scripsit, datum est munus, ut ex commentariis editorum et ipsius studiis illa omnia Brunckii corrigeret aut refingeret, quæ non viderentur recte posita esse.

Sed præcipuum est nostræ editioni, ut fragmenta perditorum dramatum in ea plenius et majore cum cura collecta et expolita legantur quam in præcedentium ulla. Præstitit hoc etiam Guilielmi Dindorfii sollers diligentia, qui olim edita fragmenta correxit et nova quæ emerserunt adjecit multa. Ea autem jam nunc

publici juris faceremus, nisi WELCKERI quæstionibus doctissimis frui vellemus lectores nostros. In his examinandis, disponendis, augendis quum etiamnum versetur egregius vir E. A. I. AHRENS, et dudum ab nobis expetatur editio Sophoclis, emittimus quæ finiri potuerunt, brevi, ut speramus, tempore adjecturi novum indicem et fragmenta correcta, aucta, in eumque modum explicata, qualem fere in Æschyleis tenuimus, non versuum particulas et emortua verba, sed ipsam mentem poetæ, quantum potest, in his reliquiis ostendentes. Scripsimus Parisiis, mense Martio, MDCCCXLII.

ΑΙΑΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΘΗΝΑ.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΑΙΑΣ.
ΧΟΡΟΣ ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ ΝΑΥΤΩΝ.
ΤΕΚΜΗΣΣΑ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΤΕΥΚΡΟΣ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΚΩΦΑ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ.
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΣΤΡΑΤΟΚΗΡΥΞ.

ΑΘΗΝΑ.

Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε
πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον·
καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,
πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
ἴχνη τὰ κείνου νεσχάραχθ', ὅπως ἴδῃς
εἴτ' ἔνδον εἴτ' οὐκ ἔνδον. Εὖ δέ σ' ἐκφέρει
κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.
Ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει, κάρα
στάζων ἰδρῶτι καὶ χέρας ξιφοκτόνους.
Καί σ' οὐδὲν εἴσω τῆσδε παπταίνειν πύλης
ἔτ' ἔργον ἐστίν, ἐννέπειν δ' ὅτου χάριν
σπουδῆς ἔθου τήνδ', ὡς παρ' εἰδυίας μάθῃς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὦ φθέγμ' Ἀθάνας φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως,
φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενὶ
χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς.
Καὶ νῦν ἐπέγνως εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ
βάσιν κυκλοῦντ', Αἴαντι τῷ σακεσφόρῳ.
Κεῖνον γὰρ, οὐδέν' ἄλλον, ἰχνεύω πάλαι.
Νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆσδε πρᾶγος ἄσκοπον
ἔρξει περάνας, εἴπερ εἴργασται τάδε·
ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανὲς, ἀλλ' ἀλώμεθα·
κἀγὼ θέλοντὶς τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ.
Ἐσπαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
λείας ἁπάσας καὶ κατηριθμημένας
ἐκ χειρὸς αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.
Τήνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει.
Καί μοί τις ὀπτὴρ αὐτὸν εἰσιδὼν μόνον
πεζῶντα πεδίᾳ σὺν νεορράντῳ ξίφει
φράζει τε κἀδήλωσεν· εὐθέως δ' ἐγὼ
κατ' ἴχνος ᾖσσω, καὶ τὰ μὲν σημαίνομαι,

AJAX.

PERSONÆ FABULÆ.

MINERVA.
ULYSSES.
AJAX.
CHORUS SALAMINIORUM SOCIORUM.
TECMESSA.
NUNTIUS.
TEUCER.
MENELAUS.
AGAMEMNON.

MUTÆ PERSONÆ.

EURYSACES.
PÆDAGOGUS.
PRÆCO EXERCITUS.

MINERVA.

Semper te quidem, o fili Laertæ, satagere video, ut molimen aliquod hostium præripias :

at nunc ad Ajacis nautica castra, ubi stationem extremam tenet, jampridem te conspicor venantem et metientem recentia illius vestigia, ut dispicias intusne sit, an foris.

Opportune vero te educit tanquam Lacænæ canis sagax vestigatio.

Intus enim jam vir hic est, caput stillans sudore et manus ense cædentes :

adeoque nihil te per hanc portam amplius introspicere opus est : ede modo qua gratia laborem hunc susceperis, ut a sciente quidquid hujus est discas.

ULYSSES.

O vox Minervæ, dearum mihi carissimæ, quam facilem agnitu, tametsi in longinquo stes, loquelam tuam auribus percipio et corripio mente, ut æreæ clangorem Tyrrhenicæ tubæ!

Et nunc probe sensisti ob inimicum virum me circumire : Ajacem dico scutiferum.

Quippe ipsum, nec quemquam alium, vestigio dudum. Hac enim nocte non conspectum nobis facinus patravit, si modo facti ille auctor est. Namque nihil scimus liquido, sed vagamur incerti : quare ego sponte explorandi suscepi laborem.

Pecus enim omne prædando collectum modo invenimus manu absumptum et contrucidatum, una cum ipsis gregis custodibus.

Hanc in illum culpam omnes conferunt : retulitque mihi et indicavit unus e speculatoribus se illum vidisse per campum magnis ambulantem passibus solum, cum gladio recenti cæde tincto. Persequor illico legens vestigia, et quædam signis indubiis noto, quibusdam vero

τὰ δ' ἐκπέπληγμαι, κοὐχ ἔχω μαθεῖν ὅπου.
Καιρὸν δ' ἐφήκεις· πάντα γὰρ τά τ' οὖν πάρος
τά τ' εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί.

ΑΘΗΝΑ.

Ἔγνων, Ὀδυσσεῦ, καὶ πάλαι φύλαξ ἕδην
τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυναγίᾳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ καὶ, φίλη δέσποινα, πρὸς καιρὸν πονῶ;

ΑΘΗΝΑ.

Ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ἦξεν χέρα;

ΑΘΗΝΑ.

Χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν;

ΑΘΗΝΑ.

Δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' Ἀργείοις τόδ' ἦν;

ΑΘΗΝΑ.

Κἂν ἐξεπραξάτ', εἰ κατημέλησ' ἐγώ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ποίαισι τόλμαις ταῖσδε καὶ φρενῶν θράσει;

ΑΘΗΝΑ.

Νύκτωρ ἐφ' ὑμᾶς δόλιος ὁρμᾶται μόνος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ καὶ παρέστη κἀπὶ τέρμ' ἀφίκετο;

ΑΘΗΝΑ.

Καὶ δὴ 'πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;

ΑΘΗΝΑ.

Ἐγώ σφ' ἀπείργω, δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι
γνώμας βαλοῦσα, τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς,
καὶ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω σύμμικτά τε
λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα·
ἔνθ' ἐσπεσὼν ἔκειρε πολύκερων φόνον
κύκλῳ βαχίζων· κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε
δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων,
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπίτνων στρατηλατῶν.
Ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
ὤτρυνον, εἰσέβαλλον εἰς ἔρκη κακά.
Κἄπειτ' ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου,
τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν
ποίμνας τε πάσας ἐς δόμους κομίζεται,
ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων.
Καὶ νῦν κατ' οἴκους συνδέτους αἰκίζεται.
Δείξω δὲ καὶ σοὶ τήνδε περιφανῆ νόσον,
ὡς πᾶσιν Ἀργείοισιν εἰσιδὼν θροῇς.
Θαρσῶν δὲ μίμνε μηδὲ συμφορᾶν δέχου
τὸν ἄνδρ'. Ἐγὼ γὰρ ὀμμάτων ἀποστρόφους
αὐγὰς ἀπείρξω σὴν πρόσοψιν εἰσιδεῖν.

perturbor, nec unde certior fiam habeo. Itaque tempera ades : nam ut omnia priora, ita et futura te duce gerar.

MINERVA.

Novi hæc, Ulysse, et jampridem in viam prodii custos tui, tuoque favens venatui.

ULYSSES.

An vero, cara domina, opportune cœptus est mihi hic labor?

MINERVA.

Quippini? quum sint illius hominis ista facinora.

ULYSSES.

Quanam vero gratia insanum ad modum sic grassatus est?

MINERVA.

Ira percitus ob Achillis arma sibi adempta.

ULYSSES.

Cur igitur in pecora hunc fecit impetum?

MINERVA.

Ratus se vestra manum cæde tingere.

ULYSSES.

Moliebatur ergo Argivis hanc stragem?

MINERVA.

Quin perfecisset, si neglexissem ego.

ULYSSES.

Qua audacia, vel qua fretus mentis fiducia?

MINERVA.

Noctu in vos furtim egressus est solus.

ULYSSES.

An et propius accessit, finemque contigit viæ?

MINERVA.

Atque ad eo geminorum ducum tentoriis jam institerat.

ULYSSES.

Qui vero inhibuit manum avidam cædis?

MINERVA.

Repressi eum ego ab immedicabili gaudio, objectis ob oculos falsis imaginibus, et ad greges promiscuos averti, prædam abactorum pecorum, nondum partitos, publicis custoditos a pastoribus, quo ille facto impetu cornigerûm boum late edidit stragem, passim obtruncans, modo geminos se putans manu sua occidere Atridas, modo alium, alio irruens, ducem.

Ego vero grassantem furialibus morbis hominem instigans, in casses impuli malas.

Tandem ubi hoc a labore conquievit, superstites colligavit vinculis boves, ceterasque pecudes, abduxitque omnes domum, ratus viris se, non autem cornigero potiri pecu et nunc domi vinctos flagris cædit.

Ostendam vero et tibi manifestum hunc morbum, ut, ubi videris, omnibus Argivis enarres.

Fidenter hic consiste, nec deputa malo tibi hunc virum fore; illius enim aversam in partem torquebo lumina, ne vultum tuum intueatur.

Οὗτος, σὲ τὸν τὰς αἰχμαλώτιδας χέρας
δεσμοῖς ἀπευθύνοντα προσμολεῖν καλῶ·
Αἴαντα φωνῶ· στεῖχε δωμάτων πάρος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί δρᾷς, Ἀθάνα; μηδαμῶς σφ' ἔξω κάλει.

ΑΘΗΝΑ.

Οὐ σῖγ' ἀνίξει μηδὲ δειλίαν ἀρεῖς;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Μὴ πρὸς θεῶν· ἀλλ' ἔνδον ἀρκείτω μένων.

ΑΘΗΝΑ.

Τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐχθρός γε τῷδε τἀνδρὶ καὶ τανῦν ἔτι.

ΑΘΗΝΑ.

Οὔκουν γελῶς ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐν δόμοις μένειν.

ΑΘΗΝΑ.

Μεμηνότ' ἄνδρα περιφανῶς ὀκνεῖς ἰδεῖν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ.

ΑΘΗΝΑ.

Ἀλλ' οὐδὲ νῦν σε μὴ παρόντ' ἴδῃ πέλας.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἰδοὺ, εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ;

ΑΘΗΝΑ.

Ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Γένοιτο μέντἂν πᾶν θεοῦ τεχνωμένου.

ΑΘΗΝΑ.

Σίγα νυν ἑστὼς καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Μένοιμ' ἄν· ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν.

ΑΘΗΝΑ.

Ὦ οὗτος, Αἶαν, δεύτερόν σε προσκαλῶ.
Τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπει τῆς ξυμμάχου;

ΑΙΑΣ.

Ὦ χαῖρ' Ἀθάνα, χαῖρε Διογενὲς τέκνον,
ὡς εὖ παρέστης· καί σε παγχρύσοις ἐγὼ
στέψω λαφύροις τῆσδε τῆς ἄγρας χάριν.

ΑΘΗΝΑ.

Καλῶς ἔλεξας. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι φράσον,
εἶσῆλας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ;

ΑΙΑΣ.

Κόμπος πάρεστι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

ΑΘΗΝΑ.

Ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ἤχμασας χέρα;

ΑΙΑΣ.

Ὥστ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

ΑΘΗΝΑ.

Τεθνᾶσιν ἄνδρες, ὡς τὸ σὸν ξυνῆκ' ἐγώ.

ΑΙΑΣ.

Θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα.

Heus tu, qui captivas manus vinculis coerces, te accedere jubeo : Ajacem appello, progredere huc foras.

ULYSSES.

Quid agis, Minerva? Nequaquam eum foras evoces.

MINERVA.

Non tacebis neve timiditatem concipies?

ULYSSES.

Ne, per deos obtestor. Maneat intus potius.

MINERVA.

Quidni progrediatur? nonne antea homo hic erat?

ULYSSES.

Infensus quidem mihi, et nunc etiam amplius.

MINERVA.

Nonne irridere inimicum risus est dulcissimus?

ULYSSES.

Mihi quidem satis est illum intus manere.

MINERVA.

Furentem manifeste hominem adspicere vereris?

ULYSSES.

Sanum quidem illum intueri non refugerem.

MINERVA.

At nunc te, ne prope adstantem quidem, videbit.

ULYSSES.

Quidum, si modo iisdem cernit oculis?

MINERVA.

Oculis etiam videntibus caliginem obfundam.

ULYSSES.

Fiant quidem omnia, deo machinante.

MINERVA.

Tacitus nunc adsta, et mane quo es in loco.

ULYSSES.

Manebo : mallem tamen procul abesse.

MINERVA.

Heus tu, Ajax, iterum te huc voco. Cur tam parvi facis auxiliatricem tuam?

AJAX.

O salve Minerva, salve Jove genita proles! Quam opportune ades! Quippe aureis mactabo te spoliis, hujus prædæ gratia.

MINERVA.

Pulchre dixti : sed hoc mihi narra; tinxistin' ensem probe in Argivorum exercitu?

AJAX.

Gloriari fas mihi est, nec factum negem.

MINERVA.

An etiam Atridis armatam intulisti manum?

AJAX.

Ita ut Ajacem non amplius illi afficiant contumelia.

MINERVA.

Perierunt, ut verba tua intelligo.

AJAX.

Mortui jam mea eripiant arma.

ΑΘΗΝΑ.

Εἶεν, τί γὰρ δὴ παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου,
ποῦ σοι τύχης ἔστηκεν; ἢ πέφευγέ σε;

ΑΙΑΣ.

Ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου;

ΑΘΗΝΑ.

Ἔγωγ'. Ὀδυσσῆ τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω.

ΑΙΑΣ.

Ἥδιστος, ὦ δέσποινα, δεσμώτης ἔσω
θακεῖ· θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔ τί πω θέλω.

ΑΘΗΝΑ.

Πρὶν ἂν τί δράσῃς ἢ τί κερδάνῃς πλέον;

ΑΙΑΣ.

Πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἐρκείου στέγης

ΑΘΗΝΑ.

Τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν;

ΑΙΑΣ.

μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

ΑΘΗΝΑ.

Μὴ δῆτα τὸν δύστηνον ὧδέ γ' αἰκίσῃ.

ΑΙΑΣ.

Χαίρειν, Ἀθάνα, τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι·
κεῖνος δὲ τίσει τήνδε κοὐχ ἄλλην δίκην.

ΑΘΗΝΑ.

Σὺ δ' οὖν, ἐπειδὴ τέρψις ἥδε σοι τὸ δρᾶν,
χρῶ χειρὶ, φείδου μηδὲν ὧνπερ ἐννοεῖς.

ΑΙΑΣ.

Χωρῶ πρὸς ἔργον· τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι,
τοιάνδ' ἀεί μοι ξύμμαχον παρεστάναι.

ΑΘΗΝΑ.

Ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση;
τούτου τίς ἄν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος,
ἢ δρᾶν ἀμείνων ηὑρέθη τὰ καίρια;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδ'· ἐποικτείρω δέ νιν
δύστηνον ἔμπας, καίπερ ὄντα δυσμενῆ,
ὀθούνεκ' ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ,
οὐδὲν τὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοὐμὸν σκοπῶν.
Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν.

ΑΘΗΝΑ.

Τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν ὑπέρκοπον
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς ἐς θεοὺς ἔπος,
μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν', εἴ τινος πλέον
ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.
Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
ἅπαντα τἀνθρώπεια· τοὺς δὲ σώφρονας
θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

ΧΟΡΟΣ.

Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου
Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου,
σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω·
σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς ἢ ζαμενὴς
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιδῇ,
μέγαν ὄχνον ἔχω καὶ πεφόβημαι

MINERVA.

Esto. Quid vero Laertæ filius? quanam ei sors obtigit? num effugit te?

AJAX.

Vulpem illam sceleratam rogas, ubi sit?

MINERVA.

Equidem : Ulyssem dico, tuum adversarium.

AJAX.

Iutus sedet vinctus, jucundissimum mihi spectaculum Quippe mori eum nondum volo.

MINERVA.

Priusquam quid egeris, aut quid ultra lucri feceris?

AJAX.

Priusquam alligatus ad columnam vestibuli

MINERVA.

Quidnam, quæso, misello infliges mali?

AJAX.

flagris primum terga cruentatus mortem oppetat.

MINERVA.

Ne, amabo, miserum sic flagris cædas.

AJAX.

De ceteris rebus te gaudere jubeo (*i. e. omnia quæ vis fieri cupio*), Minerva : hanc vero ille, non aliam pœnam dabit

MINERVA.

Tu igitur, quandoquidem sic facere tibi volupe est, utere manu, omitte nihil eorum, quæ meditaris.

AJAX.

Pergo ad opus : ceterum hoc tibi mando, ut talis mihi semper adsis adjutrix.

MINERVA.

Vides, Ulysse, vim deorum, quanta sit? Quis tibi unquam hoc viro prudentior repertus est, vel melior quod facto opus est exsequi?

ULYSSES.

Neminem equidem novi : miseret me vero ejus, infelicis utique, tametsi mihi infensus est, quia tam gravi conflictatur noxa, nihilo magis illius quam meam vicem respicientem.

Nos enim, quicunque vivimus, nihil aliud esse comperio, quam simulacra et levem umbram.

MINERVA.

Hæc igitur quum videas, cave ne quid unquam superbe in deos dicas, neu fastu intumescas, si quo plus vel manu polles, vel opum affluentia.

Quippe dies deprimitque et attollit denuo humana omnia : modestos vero dii amant et detestantur malos.

CHORUS.

O nate Telamonis, qui tenes circumfluæ Salaminis sedem alto mari propinquæ (*non in alto, sed prope litus sita*) quando tibi res prospere cedit, gaudeo : sed si plaga Jovis aut maledicus rumor a Danais te vehemens incessat,

πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.
Ὡς καὶ τῆς νῦν φθιμένης νυκτὸς
μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς
ἐπὶ δυσκλείᾳ,
σὲ τὸν ἱπποµανῆ λειμῶν' ἐπιβάντ'
ὀλέσαι Δαναῶν βοτὰ καὶ λείαν,
ἥπερ δορίληπτος ἔτ' ἦν λοιπή,
κτείνοντ' αἴθωνι σιδήρῳ.
Τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάσσων
εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεύς,
καὶ σφόδρα πείθει. Περὶ γὰρ σοῦ νῦν
εὔπιστα λέγει, καὶ πᾶς ὁ κλύων
τοῦ λέξαντος χαίρει µᾶλλον
τοῖς σοῖς ἄχεσιν καθυβρίζων.
Τῶν γὰρ µεγάλων ψυχῶν ἰεὶς
οὐκ ἂν ἁµάρτοις· κατὰ δ' ἄν τις ἐµοῦ
τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι.
Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.
Καίτοι σµικροὶ µεγάλων χωρὶς
σφαλερὸν πύργου ῥῦµα πέλονται·
µετὰ γὰρ µεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν
καὶ µέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ µικροτέρων.
Ἀλλ' οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους
τούτων γνώµας προδιδάσκειν.
Ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν θορυβεῖ
χἠµεῖς οὐδὲν σθένοµεν πρὸς ταῦτ'
ἀπαλέξασθαι σοῦ χωρὶς, ἄναξ.
Ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄµµ' ἀπέδραν,
παταγοῦσιν ἅτε πτηνῶν ἀγέλαι·
µέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες
τάχ' ἂν ἐξαίφνης, εἰ σὺ φανείης,
σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.
Ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεµις, Στρ.
ὦ µεγάλα φάτις, ὦ
µᾶτερ αἰσχύνας ἐµᾶς,
ὥρµασε πανδάµους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας,
ἤ πού τινος νίκας ἀκάρπωτον χάριν,
ἢ ῥα κλυτῶν ἐνάρων
ψευσθεῖσ', ἀδώροις εἴτ' ἐλαφαβολίαις;
ἢ χαλκοδώραξ ἢ τιν' Ἐνυάλιος
µοῖραν ἔχων ξυνοῦ δορὸς ἐννυχίοις
µαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν;
Οὔ ποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ, Ἀντ.
παῖ Τελαµῶνος, ἔβας
τόσσον ἐν ποίµναις πίτνων·
ἦκοι γὰρ ἂν θεία νόσος· ἀλλ' ἀπερύκοι
καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῖβος Ἀργείων φάτιν.
Εἰ δ' ὑποβαλλόµενοι
κλέπτουσι µύθους οἱ µεγάλοι βασιλῆς,
ἢ τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς,
µὴ µή µ', ἄναξ, ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις
ὄµµ' ἔχων κακὰν φάτιν ἄρῃ.
Ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων, ὅπου µακραίωνι Ἐπ.
στηρίζει ποτὲ τᾷδ' ἀγωνίῳ σχολᾷ

tum ingenti percellor metu et trepido velut alatæ oculus columbæ.

Ut nunc etiam magni tumultus nos invadunt ob sinistram famam, te scilicet præterita nocte pratum quod perfurunt equi, ingressum, peremisse Græcorum pecudes, et quidquid reliquum erat prædæ abacti pecoris, corusco cædentem ferro.

Tales clam rumores confingens, omnibus ad aurem insusurrat Ulysses, persuadetque admodum;

quæ enim secus de te dicit, ea jam facile nanciscuntur fidem, et quicunque audit, ipso dicente gaudet magis, tuis insultans ærumnis.

Namque in magnos convicia si jaculeris viros, haud facile aberraveris; in me autem si quis talia dicat, haud persuadeat.

Quippe pollentem petit invidia.

Attamen humiles sine potentibus arcem lubrico tuentur præsidio;

potentum enim adjutus ope tenuis optime rem gerat; rursusque vir potens a tenuibus erigatur.

Sed fieri non potest ut stolidi has (*de his*) sententias ante doceantur.

Ab hujusmodi hominibus tumultus nunc in te excitatur: ac nos sine te, o rex, contra hæc non valemus obniti.

Namque e conspectu tuo ubi aufugerunt, perstrepunt, ut greges avium;

sed si prodires, magnum vulturem expavescentes, subito se silentio demitterent et laterent muti.

An te igitur tanris vecta filia Jovis Diana (o gravis fama, o mater probri mei!) incitavit in publicos boum greges, sive forte ob victoriæ alicujus haud fructuosam sane gratiam (*ob victoriam male remuneratam*), sive spoliis inclytis fraudata, sive ob venationem munere vacuam,

vel æream indutus loricam an Mars tibi succensens de communi hasta (*quod socii in bello laboris præmium haud tulerit*), nocturnis machinis ultus est contumeliam?

Non enim tua sponte, Telamoniade, eo stultitiæ deflexisti, ut in greges irrueres.

Quidni ingruerit morbus divinitus? sed arceat Jupiter et Apollo malam Argivorum famam.

Sin confictas furtim subdunt fabulas magni reges, aut *quidam* e nequissimo Sisyphidarum genere, ne, obsecro te, ne, rex, amplius ita in maritimis tentoriis oculum figens (*desidens*) malam famam in te suscipias.

At surge e sedibus, ubi nimis longa hæres defixus hac anxia mora, cœlo tenus incendens noxam;

ἅταν οὐρανίαν φλέγων. Ἐχθρῶν δ' ὄβρις
ἀτάρβητος ὁρμᾶται
ἐν εὐανέμοις βάσσαις,
ἁπάντων καχαζόντων
γλώσσαις βαρυαλγήτως·
ἐμοὶ δ' ἄχος ἔστακεν.

interea vero inimicorum petulantia nullo cohibita metu temere grassatur ventosis in saltibus, dum omnes multo cum cachinno convicia in te effundunt acerbissima; ego vero dolore configor.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος,
γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδῶν,
ἔχομεν στοναχὰς οἱ κηδόμενοι
τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου.
Νῦν γὰρ ὁ δεινὸς μέγας ὠμοκρατὴς
Αἴας θολερῷ
κεῖται χειμῶνι νοσήσας.

TECMESSA.

Navales Ajacis socii, indigenis Erechthidis sati, est ut gemamus, quicunque longinquam curamus Telamonis domum.

Namque formidabilis ille, ille ingens, præstansque robore Ajax turbida nunc jacet pressus tempestate morbi.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἠρεμίας
νὺξ ἥδε βάρος;
Παῖ τοῦ Φρυγίοιο Τελεύταντος,
λέγ', ἐπεί σε λέχος δουριάλωτον
στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας·
ὥστ' οὐκ ἂν ἴδρις ὑπείποις.

CHORUS.

Quamnam pro tranquillo statu nox hæc invexit gravis infortunii vicem?

Dic, filia Phrygii Teleutantis. Quandoquidem captivam diligens te, lecti sociam colit Ajax, hujus rei gnara, verbis suggerere nobis possis.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Πῶς δῆτα λέγω λόγον ἄρρητον;
θανάτῳ γὰρ ἴσον πάθος ἐκπεύσει.
Μανίᾳ γὰρ ἁλοὺς ἡμὶν ὁ κλεινὸς
νύκτερος Αἴας ἀπελωβήθη.
Τοιαῦτ' ἂν ἴδοις σκηνῆς ἔνδον
χειροδαΐκτα σφάγι' αἱμοβαφῆ,
κείνου χρηστήρια τάνδρός.

TECMESSA.

Qui tandem memorem facinus infandum? morte enim haud minus grave malum audies.

Quippe hac nocte furore actus inclytus Ajax noster pudendi flagitii turpem subiit notam;

quemadmodum videas intra tentoria occisas pecudes cruentas, hujus lanienam viri.

ΧΟΡΟΣ.

Οἷαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθονος ἀγγελίαν ἄτλατον οὐδὲ φευκτάν, Στρ.
τῶν μεγάλων Δαναῶν ὕπο κληζομέναν,
τὰν δ μέγας μῦθος ἀέξει.
Οἴμοι φοβοῦμαι τὸ προσέρπον. Περίφαντος ἀνὴρ
θανεῖται, παραπλήκτῳ χερὶ συγκατακτὰς
κελαινοῖς ξίφεσιν βοτὰ καὶ βοτῆρας ἱπποκόμας.

CHORUS.

Qualem de fervidi animi viro affers mihi nuntium, rem intolerandam, nec tamen evitabilem, quam primores Danai differunt rumoribus, augentque porro vulgi sermones!

Hei mihi! metuo impendens malum: palam est, viro moriendum esse, qui furiosa manu contrucidavit enseque cruento pecudes, pastoresque equitantes.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὤμοι· κεῖθεν κεῖθεν ἄρ' ἡμῖν
δεσμῶτιν ἄγων ἦλυθε ποίμναν·
ὧν τὴν μὲν ἔσω 'σφαζ' ἐπὶ γαίας,
τὰ δὲ πλευροκοπῶν δίχ' ἀνερρήγνυ.
Δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελὼν
τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ γλῶσσαν ἄκραν
ῥίπτει θερίσας, τὸν δ' ὀρθὸν ἄνω
κίονι δήσας
μέγαν ἱπποσειν ῥυτῆρα λαβὼν
παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ,
κακὰ δεννάζων ῥήματ', ἃ δαίμων
κοὐδεὶς ἀνδρῶν ἐδίδαξεν.

TECMESSA.

Hei mihi! inde igitur, inde nobis constrictas vinculis venit agens pecudes, quarum alias intus humi stratas jugulavit, alias divisit medias, costis dissectis.

Candidis autem duobus arreptis arietibus, hujus caput et extremam linguam præcidit, abjicitque procul; illum vero rectum sursum columnæ alligat grandi loro equestri, verberatque sonora duplici scutica, dictis incessens malis, quæ dæmon illum, haud sane natus homo ullus, edocuit.

ΧΟΡΟΣ.

Ὥρα τιν' ἤδη κάρα καλύμμασι κρυψάμενον πο- δοῖν κλοπᾶν ἀρέσθαι Ἀντ.

CHORUS.

Jam tempus est ergo, ut quisque obvoluto capite clam

ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον
πεζὸν πορπόρῳ ναΐ μεθεῖναι.
Τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεΐδαι
καθ' ἡμῶν· περόβημαι λιθόλευστον Ἄρη [ἴσχει.
ξυναλγεῖν μετὰ τοῦδε τυπείς, τὸν αἴσ' ἄπλατος

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οὐκ ἔτι. Λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς
ᾄξας ὀξὺς νότος ὡς λήγει.
Καὶ νῦν φρόνιμος νέον ἄλγος ἔχει.
Τὸ γὰρ ἐσλεύσσειν οἰκεῖα πάθη,
μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος,
μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εἰ πέπαυται, κάρτ' ἂν εὐτυχεῖν δοκῶ
Φρούδου γὰρ ἤδη τοῦ κακοῦ μείων λόγος.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Πότερα δ' ἂν, εἰ νέμοι τις αἵρεσιν, λάβοις,
φίλους ἀνιῶν αὐτὸς ἡδονὰς ἔχειν,
ἢ κοινὸς ἐν κοινοῖσι λυπεῖσθαι ξυνών;

ΧΟΡΟΣ.

Τό τοι διπλάζον, ὦ γύναι, μεῖζον κακόν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς τοῦτ' ἔλεξας; οὐ κάτοιδ' ὅπως λέγεις.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίχ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ,
αὑτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἶχετ' ἐν κακοῖς,
ἡμᾶς δὲ τοὺς φρονοῦντας ἡνία ξυνών·
νῦν δ' ὡς ἔληξε κἀνέπνευσε τῆς νόσου,
κεῖνός τε λύπῃ πᾶς ἐλήλαται κακῇ
ἡμεῖς θ' ὁμοίως οὐδὲν ἧσσον ἢ πάρος.
Ἆρ' ἔστι ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά;

ΧΟΡΟΣ.

Ξύμφημι δή σοι καὶ δέδοικα μὴ 'κ θεοῦ
πληγή τις ἥκῃ. Πῶς γάρ, εἰ πεπαυμένος
μηδέν τι μᾶλλον ἢ νοσῶν εὐφραίνεται;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαί σε χρή.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο;
σήλωσον ἡμῖν τοῖς ξυναλγοῦσιν τύχας.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἅπαν μαθήσει τοὔργον, ὡς κοινωνὸς ὤν.
Κεῖνος γὰρ ἄκρας νυκτὸς, ἡνίχ' ἕσπεροι
λαμπτῆρες οὐκέτ' ἦθον, ἄμφηκες λαβὼν
ἐμπίτ' ἔγχος ἐξόδους ἕρπειν κενάς.
Κἀγὼ 'πιπλήσσω καὶ λέγω, Τί χρῆμα δρᾷς,
Αἴας; τί τήνδ' ἄκλητος οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων
κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν οὔτε του κλύων
σάλπιγγος; ἀλλὰ νῦν γε πᾶς εὕδει στρατός.
Ὁ δ' εἶπε πρός με βαΐ', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα·
Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Κἀγὼ μαθοῦσ' ἔληξ', ὁ δ' ἐσσύθη μόνος.
Καὶ τἀς ἐκεῖ μὲν οὐκ ἔγω λέγειν πάθας·
ἔσω δ' ἐσῆλθε συνδέτους ἄγων ὁμοῦ

pedibus fugam arripiat, aut celeri insidens transtro pontivagæ navi remigationem solvat (i. e. *liberum faciat remorum usum*).

Tales jactant in nos minas gemini duces Atridæ: metuo ne lapidibus impetitus misere mortem oppetam, luamque cum eo supplicia, quem fati vis inexpugnabilis urget.

TECMESSA.

Non *urget* amplius. Furor enim desiit, ut solet Noti celer impetus, qui sine corusco fulgure coortus est.

At nunc mentis suæ compos novo dolore angitur.

Quippe contemplari propria mala, quorum particpem habeat neminem, graves subdit dolores.

CHORUS.

At si conquievit, prospere omnino mecum agi putem. Minor enim submoti jam mali cura est.

TECMESSA.

Utrum vero, data tibi optione, eligas, contristansne amicos ut ipse lætus agas, an communibus afflicteris malis?

CHORUS.

Nimirum gravius est, o mulier, geminum malum.

TECMESSA.

Itaque nos etsi morbo caremus, premimur tamen infortunio.

CHORUS.

Quid hoc dicti est? non enim quid velis intelligo.

TECMESSA.

Vir ille quamdiu fuit in morbo, ipse quidem lætabatur quibus tenebatur malis, et nos qui sani conversabamur afficiebat tristitia;

nunc autem ut recepit se ac respiravit a malo, et ipse mœrore totus agitatur gravi, nosque una nihilo minus quam antea angimur.

Nonne sunt hæc bis tanta (*dupla*) ex simplis mala?

CHORUS.

Equidem tibi assentior, et vereor ne divinitus plaga huic viro inflicta fuerit. Quidni enim? si quidem defunctus morbo nihilo magis lætatur, quam quum ægrotaret.

TECMESSA.

Hæc ita se habere, certo scias.

CHORUS.

Quibusnam initiis malum hocce ingruit? rem nobis significa condolentibus.

TECMESSA.

Omnia ut quæque acta sunt disces, quum ipse in partem venias infortunii. Is enim multa nocte, quum vespertinæ amplius non arderent lucernæ, ancipitem arripuit gladium, temereque egredi velle videbatur.

Tum ego increpo his verbis: Quam rem agis, Ajax? quodnam hoc moliris iter, nec vocatus, nec ab ullo accersitus nuntio, nec tubæ excitus sono? quin et nunc universus dormit exercitus.

At ille brevi dicto me repressit semper decantato: MULIER, MULIERI DECUS EST SILENTIUM.

Quo audito destiti; ille vero prorupit solus, nec quid interibi patraverit rescivi.

Post vero rediit colligatos agens in tentoria simul tauros,

ταύρους, κύνας βοτῆρας, εὐκερών τ' ἄγραν.
Καὶ τοὺς μὲν ηὐχένιζε, τοὺς δ' ἄνω τρέπων
ἔσφαζε κἀρράχιζε, τοὺς δὲ δεσμίους
ἠκίζεθ' ὥστε φῶτας ἐν ποίμναις πίτνων.
Τέλος δ' ὑπάξας διὰ θυρῶν σκιᾷ τινὶ
λόγους ἀνέσπα τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα,
τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ, συντιθεὶς γέλων πολὺν,
ὅσην κατ' αὐτῶν ὕβριν ἐκτίσαιτ' ἰών·
κἄπειτ' ἐπάξας αὖθις ἐς δόμους πάλιν
ἔμφρων μόλις πως ξὺν χρόνῳ καθίσταται,
καὶ πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος,
παίσας κάρα 'θώϋξεν· ἐν δ' ἐρειπίοις
νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἕζετ' ἀρνείου φόνου,
κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί.
Καὶ τὸν μὲν ἦστο πλεῖστον ἄφθογγος χρόνον·
ἔπειτ' ἐμοὶ τὰ δεῖν' ἐπηπείλησ' ἔπη,
εἰ μὴ φανοίην πᾶν τὸ συντυχὸν πάθος,
κἀνήρετ' ἐν τῷ πράγματος κυροῖ ποτέ.
Κἀγὼ, φίλοι, δείσασα τοὐξειργασμένον
ἔλεξα πᾶν ὅσονπερ ἐξηπιστάμην.
Ὁ δ' εὐθὺς ἐξώμωξεν οἰμωγὰς λυγρὰς,
ἃς οὔποτ' αὐτοῦ πρόσθεν εἰσήκουσ' ἐγώ.
Πρὸς γὰρ κακοῦ τε καὶ βαρυψύχου γόους
τοιούσδ' ἀεί ποτ' ἀνδρὸς ἐξηγεῖτ' ἔχειν·
ἀλλ' ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων
ὑπεστέναζε ταῦρος ὡς βρυχώμενος.
Νῦν δ' ἐν τοιᾷδε κείμενος κακῇ τύχῃ
ἄσιτος ἀνὴρ, ἄποτος, ἐν μέσοις βοτοῖς
σιδηροκμῆσιν ἥσυχος θακεῖ πεσών.
Καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν.
Τοιαῦτα γάρ πως καὶ λέγει κὠδύρεται.
Ἀλλ', ὦ φίλοι, τούτων γὰρ οὕνεκ' ἐστάλην
ἀρήξατ' εἰσελθόντες, εἰ δύνασθέ τι.
Φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται λόγοις.

ΧΟΡΟΣ.

Τέκμησσα δεινὰ παῖ Τελεύταντος λέγεις
ἡμῖν, τὸν ἄνδρα διαπεφοιβάσθαι κακοῖς.

ΑΙΑΣ.

Ἰώ μοί μοι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Τάχ', ὡς ἔοικε, μᾶλλον· ἢ οὐκ ἠκούσατε
Αἴαντος οἷαν τήνδε θωύσσει βοήν;

ΑΙΑΣ.

Ἰώ μοί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνὴρ ἔοικεν ἢ νοσεῖν, ἢ τοῖς πάλαι
νοσήμασι ξυνοῦσι λυπεῖσθαι παρών.

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ παῖ παῖ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὤμοι τάλαιν'· Εὐρύσακες, ἀμφὶ σοὶ βοᾷ.
Τί ποτε μενοινᾷ; ποῦ ποτ' εἶ; τάλαιν' ἐγώ.

canes pastoricios, cornigeramque prædam; et hos quidem capite truncavit, illos vero resupinatos jugulavit et discoecuit; alios autem vinculis constrictos flagris cecidit, in pecudes, tanquam in viros, sæviens.

Tandem foras erupit, et cum umbra nescio qua confabulatus est truci voce, nunc de Atridis, nunc de Ulysse irrisionem multam jactans, quantis illos ultus esset contumeliis.

Deinde postquam in tentorium irrupit, ægre tandem et longo tempore ad sese redit, utque mentis errore perpetrata cæde plenam videt domum, caput pulsat, exclamat, recubatque prostratus in media strage occisi gregis, comam silv scindens unguibus.

Et sic quidem diu tacitus resedit; postea malum maximum minitatus est mihi nisi rem ederem, ut accidisset, omnem, interrogavitque quemnam demum in casum incidisset.

Atque ego perterrita rem, quantum quidem noram, o amici, narravi omnem ordine.

Tum ille statim lugubri ejulatu lamentatus est, cujusmodi nunquam ex eo audivi.

Semper enim dicere solebat hominis ignavi esse et depressi animi, tales ciere fletus; sed, si quo premeretur dolore, vociferationi et lamentis parcens, subingemiscebat, tauri mugientis more.

Nunc vero tristi obrutus hoc infortunio, cibo abstinens et potu, media inter pecora ferro concisa prolapsus residet immotus, et manifeste aliquid inceptat mali.

Tales nimirum voces et questus edit.

At, o amici, qua gratia huc prodii, ingredimini, operamque, si quam valetis, ferte. Solent enim viri, qualis hicce est, amicorum sermonibus flecti.

CHORUS.

Horrenda nobis narras, Tecmessa, filia Teleutantis, malo nempe virum illum in furorem concitatum.

AJAX.

Hei mihi!

TECMESSA.

Mox, ut videtur, increbrescet furor. Nonne audistis Ajacem, quali jam vociferatur clamore?

AJAX.

Hei mihi!

CHORUS.

Adhuc, ut apparet, cum morbo conflictatur hic vir, aut contristatur præteriti mali recordatione.

AJAX.

Heu fili, fili!

TECMESSA.

O me miseram! Eurysaces, te inclamat. Quid mentis agitat? Ubinam es? o miseram me!

ΑΙΑΣ.

Τεῦκρον καλῶ. Ποῦ Τεῦκρος; ἢ τὸν εἰσαεὶ
λεηλατήσει χρόνον; ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνὴρ φρονεῖν ἔοικεν. Ἀλλ' ἀνοίγετε.
Τάχ' ἄν τιν' αἰδῶ κἀπ' ἐμοὶ βλέψας λάβοι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἰδού, διοίγω· προσβλέπειν δ' ἔξεστί σοι
τὰ τοῦδε πράγη, καὐτὸς ὡς ἔχων κυρεῖ.

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ φίλοι ναυβάται, μόνοι ἐμῶν φίλων Στρ. α'.
μόνοι ἔτ' ἐμμένοντες ὀρθῷ νόμῳ,
ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης
ἀμφίδρομον κυκλεῖται.

ΧΟΡΟΣ.

Οἴμ' ὡς ἔοικας ὀρθὰ μαρτυρεῖν ἄγαν.
Δηλοῖ δὲ τοὔργον ὡς ἀφροντίστως ἔχει.

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ γένος ναΐας ἀρωγὸν τέχνας, Ἀντ. α'.
ἅλιον ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν,
σέ τοι σέ τοι μόνον δέδορκα ποιμένων ἐπαρκέσοντ'·
ἀλλά με συνδάϊξον.

ΧΟΡΟΣ.

Εὔφημα φώνει. Μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς
ἄχος πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει.

ΑΙΑΣ.

Ὁρᾷς τὸν θρασὺν, τὸν εὐκάρδιον, Στρ. β'.
τὸν ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις,
ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας;
οἴμοι γέλωτος, οἷον ὑβρίσθην ἄρα.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Μὴ, δέσποτ' Αἴας, λίσσομαί σ', αὔδα τάδε.

ΑΙΑΣ.

Οὐκ ἐκτός; οὐκ ἄψορρον ἐκνεμεῖ πόδα;
Αἰαῖ αἰαῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ πρὸς θεῶν ὕπειξε καὶ φρόνησον εὖ.

ΑΙΑΣ. [Στρ. γ'.

Ὦ δύσμορος, ὃς χερὶ μὲν μεθῆκα τοὺς ἀλάστορας,
ἐν δ' ἑλίκεσσι βουσὶ καὶ κλυτοῖς πεσὼν αἰπολίοις
ἐρεμνὸν αἷμ' ἔδευσα.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δῆτ' ἂν ἀλγοίης ἐπ' ἐξειργασμένοις;
ὡς γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν.

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ πάνθ' ὁρῶν, ἁπάντων τ' ἀεὶ Ἀντ. β'.
κακῶν ὄργανον, τέκνον Λαρτίου,
κακοπινέστατόν τ' ἄλημα στρατοῦ,
ἦ που πολὺν γέλωθ' ὑφ' ἡδονῆς ἄγεις.

ΧΟΡΟΣ.

Ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται.

ΑΙΑΣ.

Ἴδοιν ἴδοιν νιν, καίπερ ὢν ὠμός.
Ἰώ μοί μοι.

AJAX.

Teucrum voco. Ubi est Teucer? an ille perpetuo prædas aget? Ego vero interim pereo.

CHORUS.

Vir sui compos jam videtur esse. Ergo aperite ostium: fortasse, si me adspiciat, pudore aliquo afficietur.

TECMESSA.

(*Fit ἐκκύκλημα, et spectanda exhibetur interior tentorii pars.*)
Ecce aperio; intueri tibi licet illius facinora, atque ut ipse se habet.

AJAX.

O cari navales socii, soli mei amici, solique fœdus integra servantes fide, adspicite quali cruentæ procellæ fluctu circumdatus sum.

CHORUS.

Hei mihi! Quam videris vera testari nimis! Res ipsa indicat, quam insanus sit.

AJAX.

O gens auxiliatrix mihi, artis periti nauticæ, qui conscensa nave marinum agitastis remum, vos, vos inquam, solos video ex iis qui mei olim curam habuerunt, opitulari mihi paratos; age occidite me.

CHORUS.

Bona verba, quæso. Ne, malum malo resarciens, calamitatis damnum majus accumula.

AJAX.

Videtisne illum audacem, fortem illum, inque bellicis olim intrepidum præliis, nunc inter placidas bestias manu strenuum? Hei mihi! quantos risus præbebo! quantum in probrum incidi!

TECMESSA.

Ne, here Ajax, talia dicas, obsecro.

AJAX.

Non tu foras? non tu retro vertis pedem? Eheu, eheu!

CHORUS.

Per deos oro, obsequere, et ad sanam mentem redi.

AJAX.

O ego infelix, qui manu tantum non correptos amisi sceleratos illos, inque camuras boves, clamososque balantum greges irruens, atrum sanguinem profudi!

CHORUS.

Quid vero te excrucias ob res confectas? non enim fieri potest, ut hæc aliter se habeant.

AJAX.

O ad omnia perspicax, omnisque semper instrumentum mali, fili Laertæ, squalidissime erro exercitus, mirum nisi præ gaudio effuse rideas.

CHORUS.

Ut dat deus, quisque ridet et plorat.

AJAX.

Utinam videam videam eum coram præsentem, quamvis ita afflictus! Hei mihi!

ΧΟΡΟΣ.

Μηδὲν μέγ' εἴπῃς. Οὐχ ὁρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ;

ΑΙΑΣ.

[τατον, Ἀ. γ'.

Ὦ Ζεῦ, προγόνων προπάτωρ, πῶς ἂν τὸν αἱμυλώ-

ἐχθρὸν ἄλημα, τούς τε δισσάρχας ὀλέσσας βασιλῆς,

τέλος θάνοιμι καὐτός.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὅταν κατεύχῃ ταῦθ', ὁμοῦ κἀμοὶ θανεῖν

εὔχου· τί γὰρ δεῖ ζῆν με σοῦ τεθνηκότος;

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ σκότος, ἐμὸν φάος, Στρ. δ'.

ἕρεβος ὦ φαεννότατον, ὡς ἐμοί,

ἕλεσθ' ἕλεσθέ μ' οἰκήτορα,

ἕλεσθέ μ'· οὔτε γὰρ θεῶν γένος οὐθ' ἁμερίων

ἔτ' ἄξιος βλέπειν τιν' εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων.

Ἀλλά μ' ὁ Διὸς

ἀλκίμα θεὸς

ὀλέθρι' αἰκίζει.

Ποῖ τις οὖν φύγῃ;

ποῖ μολὼν μενῶ;

εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι, τίσις δ'

ὁμοῦ πέλει, μώραις δ' ἄγραις προσκείμεθα,

πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με

χειρὶ φονεύοι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ δυστάλαινα, τοιάδ' ἄνδρα χρήσιμον

φωνεῖν, ἃ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἔτλη ποτ' ἄν.

ΑΙΑΣ.

Ἰὼ πόροι ἁλίρροθοι Ἀντ. δ'.

πάραλά τ' ἄντρα καὶ νέμος ἐπάκτιον,

πολὺν πολύν με δαρόν τε δὴ

κατείχετ' ἀμφὶ Τροίαν χρόνον· ἀλλ' οὐκ ἔτι μ', οὐκ

ἔτ' ἀμπνοὰς ἔχοντα. Τοῦτό τις φρονῶν ἴστω.

Ὦ Σκαμάνδριοι

γείτονες ροαί,

εὔφρονες Ἀργείοις,

οὐκ ἔτ' ἄνδρα μὴ

τόνδ' ἴδητ', ἔπος

ἐξερέω μέγ', οἷον οὔτινα

Τροία στρατοῦ δέρχθη χθονὸς μολόντ' ἀπὸ

Ἑλλανίδος· τανῦν δ' ἄτιμος

ὧδε πρόκειμαι.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτοι σ' ἀπείργειν, οὐδ' ὅπως ἐῶ λέγειν

ἔχω, κακοῖς τοιοῖσδε συμπεπτωκότα.

ΑΙΑΣ.

Αἰαῖ· τίς ἄν ποτ' ᾠεθ' ὧδ' ἐπώνυμον

τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;

νῦν γὰρ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοὶ

καὶ τρίς· τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω·

ὅτου πατὴρ μὲν τῆσδ' ἀπ' Ἰδαίας χθονὸς

τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ

πρὸς οἶκον ἦλθε πᾶσαν εὐκλειαν φέρων.

ἐγὼ δ' ὁ κείνου παῖς, τὸν αὐτὸν ἐς τόπον

CHORUS.

Ne quid elate dixeris. An te fugit, quo es in malo?

AJAX.

O Jupiter, majorum meorum progenitor, utinam peremptо loquacissimo illo inviso circulatore geminisque neci datis regibus, ipse demum mortem oppetam!

TECMESSA.

Quando ista imprecaris, simul et mihi mortem opta. Quid enim me vivere oportet, te mortuo?

AJAX.

O caligo, mea lux, o tenebræ Orci, meo quidem animo, lucidissimæ, suscipite, suscipite me incolam, suscipite me. Neque enim deorum, neque mortalium genus intueri dignus sum, inutilium jam perinde mihi.

Quippe me Jovis præpotens filia ad necem usque excruciat.

Quo igitur confugiam? quo consistam loco? siquidem hæc perierunt, amici, vindicta autem e vestigio sequitur, stultæque me applicui venationi : fieri vero haud potest, quin duas hastas contorquens universus exercitus me interficiat.

TECMESSA.

Heu me miseram! Taliane virum consultum loqui, quæ nunquam sustinuisset antehac?

AJAX.

O freta fluctibus resonantia antraque maritima, et littoralia pascua, longo, longo tempore, diuque me detinuistis ad Trojam; at enim non amplius vitales carpentem auras tenebitis : hoc quicumque sapit scito.

O Scamandri vicina fluenta, benevola Argivis, haud amplius virum hunc videbitis, qualem, superbum quid dicam, neminem Troja in exercitu vidit terra profectum Hellenica: nunc vero inhonoratus adeo abjectus jaceo.

CHORUS.

Nec qui cohibeam, nec qui te talia dicere sinam reperio, tam gravibus implicatum malis.

AJAX.

Ai, ai! Quis unquam putasset fore, ut tam concinno malis meis conveniret nomen meum? Nunc enim adest, cur bis inclamem et ter Ai Ai : tantis nimirum versor in malis. Cujus pater ex hac ipsa Idæa terra, rebus eximie gestis summa nactus præmia, domum rediit, maximam reportans gloriam. Ego vero illius filius, qui eamdem ad Trojam ven

Τρωΐας ἐπελθὼν οὐκ ἐλάσσονι σθένει,
οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς,
ἄτιμος Ἀργείοισιν ὧδ' ἀπόλλυμαι.
Καίτοι τοσοῦτόν γ' ἐξεπίστασθαι δοκῶ,
εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι
κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί,
οὐκ ἄν τις αὖτ' ἔμαρψεν ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ.
Νῦν δ' αὖτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας
ἔπραξαν, ἀνδρὸς τοῦδ' ἀπώσαντες κράτη.
Εἰ μὴ τόδ' ὄμμα καὶ φρένες διάστροφοι
γνώμης ἀπῆξαν τῆς ἐμῆς, οὐκ ἄν ποτε
δίκην κατ' ἄλλου φωτὸς ὧδ' ἐψήφισαν.
Νῦν δ' ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάματος θεὰ
ἕξη μ' ἐπ' αὐτοῖς χεῖρ' ἐπεντύνοντ' ἐμὴν
ἔστηλεν ἐμβαλοῦσα λυσσώδη νόσον,
ὥστ' ἐν τοιοῖσδε χεῖρας αἱμάξαι βοτοῖς·
κεῖνοι δ' ἐπεγγελῶσιν ἐκπεφευγότες,
ἐμοῦ μὲν οὐχ ἑκόντος· εἰ δέ τις θεῶν
ὕπαπτος, φύγοι τἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα.
Καὶ νῦν τί χρὴ δρᾶν; ὅστις ἐμφανῶς θεοῖς
ἐχθαίρομαι, μισεῖ δέ μ' Ἑλλήνων στρατὸς,
ἔχθει δὲ Τροία πᾶσα καὶ πεδία τάδε.
Πότερα πρὸς οἴκους, ναυλόχους λιπὼν ἕδρας
μόνος τ' Ἀτρείδας, πέλαγος Αἰγαῖον περῶ;
καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανείς
Τελαμῶνι; πῶς με τλήσεταί ποτ' εἰσιδεῖν
γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ,
ὧν αὐτὸς ἔσχε στέφανον εὐκλείας μέγαν;
οὐκ ἔστι τοῦργον τλητόν. Ἀλλὰ δῆτ' ἰὼν
πρὸς ἕρκεα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις
καί τῶν τι κρηστὸν, εἶτα λοίσθιον θάνω;
ἀλλ' ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που.
Οὐκ ἔστι ταῦτα. Πεῖρα τις ζητητέα
τοιάδ' ἀφ' ἧς γέροντι δηλώσω πατρὶ
μή τοι φύσιν γ' ἄσπλαγχνος ἐκ κείνου γεγώς.
Αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου,
κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.
Τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει
προσθεῖσα κἀναθεῖσα τοῦ γε κατθανεῖν;
οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν
ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.
Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
τὸν εὐγενῆ χρή. Πάντ' ἀκήκοας λόγον.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδεὶς ἐρεῖ ποθ' ὡς ὑπόβλητον λόγον,
Αἴας, ἔλεξας, ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός.
Παῦσαί γε μέντοι καὶ δὸς ἀνδράσιν φίλοις
γνώμης κρατῆσαι τάσδε φροντίδας μεθείς.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ δέσποτ' Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης
οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.
Ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς,
εἴπερ τινὸς σθένοντος ἐν πλούτῳ Φρυγῶν·
νῦν δ' εἰμὶ δούλη. Θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που

haud minore robore, neque minoribus rebus manu gestis, inhonoratus Argivis ita pereo.

Atqui hoc saltem pro certo scire videor: si vivus Achilles de suis ipse armis judicium tulisset, palmarium virtutis addicturus alicui, nemo ea præ me adeptus fuisset.

Nunc vero contra machinati sunt Atridæ, ut versipelli ac scelerato homini traderentur, posthabitis præclaris meis factis.

At nisi hi oculi atque transversus animus ab eo quod erat mihi decretum aberrassent, haud amplius illi talem sententiam contra quemquam essent laturi.

Sed enim terrifica et indomita Jovis filia dextram jam illis me intentantem in errorem induxit, immisso furiali morbo, quo actus pecudum harum cæde cruentavi manus. Illi vero nunc me irrident, elapsi, me quidem invito. Sed si præpediat deus aliquis, præstantiorem etiam ignavus effugiat.

Nunc igitur quid oportet me facere? qui manifeste diis invisus sum, quem odit Græcorum exercitus, cui infensa est Troja universa, atque hi ipsi campi!

Domumne repetens, deserta nautica hac sede, solisque Atridis, Ægæum trajiciam mare? At quo vultu patre me sistam coram Telamone? Quomodo sustinebit adspectum meum inglorii revertentis, virtutisque carentis præmiis, quorum ille insigne decus adeptus est? Non est hoc ferendum.

Sed quid si in Troum munimenta facto impetu, solus cum solis congressus, viro dignum quoddam edam facinus, tandemque moriar? At sic Atridis rem bonam et gratam fecerim.

Non placet hoc; nihil est. Tentanda est via ejusmodi, per quam seni ostendam patri, me haud ignavum ex illo satum.

Turpe est enim viro longam expetere vitam, si cui malorum nulla contingit remissio.

Quid enim ad diem dies juvare potest additus, mortemque procrastinans? (i. e. *quid potest dies cum die alternans objectationis afferre, quum nihil nisi de moriendi necessitate aut addat aliquid aut differat?*) Haud ego emerem vilissimo pretio hominem, qui inani spe fovetur.

Sed aut honeste vivere, aut honeste mori generosum decet. Hæc est mea sententia.

CHORUS.

Nemo unquam dicet, Ajax, aliena te et subditicia hæc locutum esse, sed mentis tuæ sensa: impetum tamen istum reprime, amicisque facilem te flecti præbe, curis his omissis.

TECMESSA.

O here Ajax, servitute non est aliud gravius hominibus malum. Patre equidem nata sum libero, opibusque, si quis alius, inter Phrygas pollente; nunc vero serva sum: sic enim diis visum est scilicet, tuæque maxime dextræ.

καὶ σῇ μάλιστα χειρί. Τοιγαροῦν, ἐπεὶ
τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον, εὖ φρονῶ τὰ σά,
καί σ' ἀντιάζω πρός τ' ἐφεστίου Διὸς
εὐνῆς τε τῆς σῆς, ἦ συνηλλάχθης ἐμοί,
μή μ' ἀξιώσῃς βάξιν ἀλγεινὴν λαβεῖν
τῶν σῶν ὑπ' ἐχθρῶν, χειρίαν ἐφεὶς τινί.
Ἦ γὰρ θάνῃς σὺ καὶ τελευτήσας ἀφῇς,
ταύτῃ νόμιζε κἀμὲ τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
βίᾳ ξυναρπασθεῖσαν Ἀργείων ὕπο
ξὺν παιδὶ τῷ σῷ δουλίαν ἕξειν τροφήν.
Καί τις πικρὸν πρόσφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ
λόγοις ἰάπτων, Ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει.
Τοιαῦτ' ἐρεῖ τις. Κἀμὲ μὲν δαίμων ἑλᾷ,
σοὶ δ' αἰσχρὰ τἄπη ταῦτα καὶ τῷ σῷ γένει.
Ἀλλ' αἴδεσαι μὲν πατέρα τὸν σὸν ἐν λυγρῷ
γήρᾳ προλείπων, αἴδεσαι δὲ μητέρα
πολλῶν ἐτῶν κληροῦχον, ἥ σε πολλάκις
θεοῖς ἀρᾶται ζῶντα πρὸς δόμους μολεῖν·
οἰκτειρε δ', ὦναξ, παῖδα τὸν σὸν, εἰ νέας
τροφῆς στερηθεὶς σοῦ διοίσεται μόνος
ὑπ' ὀρφανιστῶν μὴ φίλων, ὅσον κακὸν
κείνῳ τε κἀμοὶ τοῦθ', ὅταν θάνῃς, νεμεῖς.
Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστὶν εἰς ὅ τι βλέπω
πλὴν σοῦ. Σὺ γάρ μοι πατρίδ' ἡστωσας δόρει,
καὶ μητέρ' ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά τε
καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.
Τίς δῆτ' ἐμοὶ γένοιτ' ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς;
τίς πλοῦτος; ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι.
Ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆστιν. Ἀνδρί τοι χρεὼν
μνήμην προσεῖναι, τερπνὸν εἴ τί που πάθοι.
Χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί·
ὅτου δ' ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος,
οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ.

ΧΟΡΟΣ.

Αἴας, ἔχειν σ' ἂν οἶκτον ὡς κἀγὼ φρενὶ
θέλοιμ' ἄν· αἰνοίης γάρ ἂν τὰ τῆσδ' ἔπη.

ΑΙΑΣ.

Καὶ χάρτ' ἐπαίνου τεύξεται πρὸς γοῦν ἐμοῦ,
ἐὰν μόνον τὸ ταχθὲν εὖ τολμᾷ τελεῖν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἀλλ', ὦ φίλ' Αἴας, πάντ' ἔγωγε πείσομαι.

ΑΙΑΣ.

Κόμιζέ νύν μοι παῖδα τὸν ἐμὸν, ὡς ἴδω.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην.

ΑΙΑΣ.

Ἐν τοῖσδε τοῖς κακοῖσιν, ἢ τί μοι λέγεις;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Μὴ σοί γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι.

ΑΙΑΣ.

Πρέπον γέ τἂν ἦν δαίμονος τοὐμοῦ τόδε.

Proinde ex quo in tuum cubile conveni, tuis rebus studeo
teque per Jovem Familiarem obtestor, perque torum tuum
quo conjunctus es mihi, ne me sinas tristem fabulam tuo
inimicorumque tuorum ludibrium, cujusvis alius arbitrio
permissam.

Quo enim moriaris die tuaque morte me destitutus, ne
dubita, quin eo ipso vi correpta ab Argivis cum filio tuo
ram in servitutem detrudar : et forsan insultans herus alic
acerbo me dicto perstringet : Conspicite Ajacis conjugem,
nemo in omni exercitu viribus fuit præstantior, quibus nu
urgetur servitiis pro illa quam habuit prius invidenda sorte.

Talia dicet aliquis : et me quidem excruciabit fera neces-
sitas; tibi vero, tuoque generi hæc dicta dedecori erunt.
Sed reverere patrem tuum, quem tristi confectum deser
senio; reverere matrem multos jam annos sortitam, quæ
multiplicibus votis deos precatur, ut salvus domum revers
Miserere etiam, o rex, filii tui, qui si puerili educatione d-
stitutus, te orbatus, ab iniquis tutoribus vexabitur, quan
tum miseriarum illique et mihi, si morieris, relinques!

Nam mihi quidem nihil est, quo respiciam, præter t
Quippe patriam tu mihi delevisti bello, matremque al-
exitium patremque corripuit, Orci mortuales incolæ.

Quænam mihi, quæso, pro te patria fiat, quæ ope
te mea omnis est salus.
Sed mei quoque memoriam tene. Utique virum decet m
morem esse, sicunde grati quid perceperit : gratia enim
tiam semper parit.
Cuicumque vero effluit beneficii memoria, is haud am
plius generosi viri haberi potest loco.

CHORUS.

Vellem te, Ajax, itidem ut ego, misericordia affici
dares enim hujus dicta.

AJAX.

Atqui magnam laudem a me consequetur, si modo id
jussero audebit exsequi.

TECMESSA.

At, o care Ajax, in omni re tibi parebo.

AJAX.

Affer mihi ergo filium, ut eum videam.

TECMESSA.

At vero metu perculsa eum ablegavi.

AJAX.

Istiusne meæ calamitatis? aut quem alium metum
mi

TECMESSA.

Ne periret miser, sicubi forte tibi occurreret.

AJAX.

Nempe haud alienum hoc erat a furore meo.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ἀλλ' οὖν ἐγὼ 'φύλαξα τοῦτό γ' ἀρκέσαι.

ΑΙΑΣ.

Ἐπῄνεσ' ἔργον καὶ πρόνοιαν ἣν ἔθου.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε;

ΑΙΑΣ.

Δός μοι προσειπεῖν αὐτὸν ἐμφανῆ τ' ἰδεῖν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ μὴν πέλας γε προσπόλοις φυλάσσεται.

ΑΙΑΣ.

Τί δῆτα μέλλει μὴ οὐ παρουσίαν ἔχειν;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ παῖ, πατὴρ καλεῖ σε. Δεῦρο προσπόλων
ἄγ' αὐτὸν ὅσπερ χερσὶν εὐθύνων κυρεῖς.

ΑΙΑΣ.

Ἑρποντι φωνεῖς, ἢ λελειμμένῳ λόγου;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ δὴ κομίζει προσπόλων ὅδ' ἐγγύθεν.

ΑΙΑΣ.

Αἶρ' αὐτόν, αἶρε δεῦρο. Ταρβήσει γὰρ οὐ
νεοσφαγῆ που τόνδε προσλεύσσων φόνον,
εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν.
Ἀλλ' αὐτίχ' ὡμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
δεῖ πωλοδαμνεῖν κἀξομοιαῦσθαι φύσιν.
Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.
Καίτοι σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω,
ὀθούνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνει κακῶν.
Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος,
ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.
Ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο, δεῖ σ' ὅπως πατρὸς
δείξεις ἐν ἐχθροῖς οἷος ἐξ οἵου 'τράφης.
Τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου, νέαν
ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῇδε χαρμονήν.
Οὔτοι σ' Ἀχαιῶν, οἶδα, μή τις ὑβρίσῃ
στυγναῖσι λώβαις, οὐδὲ χωρὶς ὄντ' ἐμοῦ.
Τοιόν πυλωρὸν φύλακα Τεῦκρον ἀμφί σοι
λείψω τροφῆς ἄοκνον ἔμπα, κεἰ τανῦν
τηλοῦ πόδ' οἰχνεῖ, δυσμενῶν θήραν ἔχων.
Ἀλλ', ἄνδρες ἀσπιστῆρες, ἐναλίου λεὼς,
ὑμῖν τε κοινὴν τήνδ' ἐπισκήπτω χάριν,
κείνῳ τ' ἐμὴν ἀγγελίαν' ἐντολὴν, ὅπως
τὸν παῖδα τόνδε πρὸς δόμους ἐμοὺς ἄγων
Τελαμῶνι δείξει μητρί τ', Ἐρίβοιαν λέγω,
ὡς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰσαεί.
Καὶ ταμὰ τεύχη μήτ' ἀγώναρχοί τινες
θήσουσ' Ἀχαιοῖς μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός.
Ἀλλ' αὐτό μοι σὺ, παῖ, λαβὼν ἐπώνυμον,
Εὐρύσακες, ἴσχε διὰ πολυρράφου στρέφων
πόρπακος ἑπτάβοιον ἄρρηκτον σάκος·
τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται.

TECMESSA.

Itaque præcavi, letum ab eo ut propulsarem.

AJAX.

Laudo factum, quamque adhibuisti providentiam.

TECMESSA.

Quid inde tibi porro emolumenti afferam?

AJAX.

Fac ut eum alloquar, coramque videam.

TECMESSA.

Atqui prope a ministris custoditur.

AJAX.

Quænam igitur tenet eum mora, ne præsto adsit?

TECMESSA.

O nate, pater te vocat : huc famulorum adduc ipsum, quisquis manibus nunc eum regis.

AJAX.

(*Obedientine et*) venienti dicis an dicti nescio?

TECMESSA.

Immo e propinquo famulus eum huc adducit.

AJAX.

Affer hunc, affer huc; non enim conspecta recenti hac cæde expavescet, si quidem vero me patre satus est : sed statim illum ad crudos patris mores oportet tenerum fingi, et similem fieri ingenio.

O nate, utinam fias fortunatior patre, cetera vero similis! ita fies minime malus.

Quamquam et nunc ob hoc te beatum prædicare fas est, quod nihil horum sentis malorum.

Quippe nihil sapere vita est jucundissima, donec gaudere ac dolere quis discat.

Quum autem eo ætatis veneris, tum cogites oportet, qui inimicis ostendas, qualis ex quali patre eductus sis.

Interim vero levibus auris vescitor, vitam fovens novellam, hujusce tuæ matris oblectamentum.

Nemo, sat scio, Achivûm odiosis te lædet contumeliis, ne absente quidem me :

adeo paratum et præsto custodem tibi relinquam, Teucrum, nutrimenti tui sedulum curatorem; tametsi nunc longinquus abest, hostili ex agro prædam agens.

At vos, viri bellatores, nautica turba, jubeo, si communi me gratia demereri vultis, illi nuntiare mea mandata; ut puerum huncce ad domum meam deductum Telamoni ostendat, matrique meæ, Eribœam dico, qui ipsis sit usque senectæ præsidium.

Atque mea arma nec ulli proponant Achivis certaminum præsides, nec perditor meus; sed ipsum septemplici bovis tergore compactum, infractum clypeum, a quo nomen habes, cape, nate Eurysaces, et tibi habe, per multiplex versans lorum : cetera vero arma una mecum sepeliuntor.

Post 554 sequebatur : Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.
Insipientia enim malum est doloribus maxime vacuum.

Post 570 sequebatur : Μέχρις οὗ μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω θεοῦ.
Donec subeant Orci penetralia.

Ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου,
καὶ δῶμα πάκτου, μηδ' ἐπισκήνους γόους
δάκρυε. Κάρτα τοι φιλοίκτιστον γυνή.
Πύκαζε θᾶσσον. Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

ΧΟΡΟΣ.

Δέδοικ' ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν.
Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί;

ΑΙΑΣ.

Μὴ κρῖνε, μὴ ἐξέταζε. Σωφρονεῖν καλόν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴμ' ὡς ἀθυμῶ· καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου
καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ.

ΑΙΑΣ.

Ἄγαν γε λυπεῖς. Οὐ κάτοισθ' ἐγὼ θεοῖς
ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Εὔφημα φώνει.

ΑΙΑΣ.

Τοῖς ἀκούουσιν λέγε.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Σὺ δ' οὐχὶ πείσει;

ΑΙΑΣ.

Πόλλ' ἄγαν ἤδη θροεῖς.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ταρβῶ γὰρ, ὦναξ.

ΑΙΑΣ.

Οὐ ξυνέρξεθ' ὡς τάχος;

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Πρὸς θεῶν, μαλάσσου.

ΑΙΑΣ.

Μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν,
εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μέν που — Στρ. α'.
ναίεις ἁλίπλακτος, εὐδαίμων,
πᾶσιν περίφαντος ἀεί·
ἐγὼ δ' ὁ τλάμων παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος
Ἰδαῖα μίμνω λειμώνι' ἄποινα, μηνῶν
ἀνήριθμος αἰὲν εὐνώμᾳ
χρόνῳ τρυχόμενος,
κακὰν ἐλπίδ' ἔχων
ἔτι μέ ποτ' ἀνύσειν
τὸν ἀπότροπον ἀίδηλον Ἅδαν. — Ἀντ. α'.
Καί μοι δυσθεράπευτος Αἴας
ξύνεστιν ἔφεδρος, ὤμοι μοι,
θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος·
ὃν ἐξεπέμψω πρὶν δή ποτε θουρίῳ
κρατοῦντ' ἐν Ἄρει· νῦν δ' αὖ φρενὸς οἰοβώτας
φίλοις μέγα πένθος ἠύρηται.
Τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν
μεγίστας ἀρετᾶς

Jam vero, mulier, puerum hunc ocius accipe, domumque fores obsera, neque ad haec tentoria incende luctus. Valde sane promptum est flere femina.

Ocius inquam januam operi : non est sapientis medici carmina canere ferrum poscenti malo.

CHORUS.

Male metuo, audiens quanto flagres studio : quippe laudi mihi placet asperata tua lingua.

TECMESSA.

O here Ajax, quidnam moliris animo?

AJAX.

Ne quaerito, ne scrutare : decus est tibi modestia.

TECMESSA.

Hei mihi! quam animum despondeo! Perque deos te obtestor, perque tuum gnatum, ne nos proditum eas.

AJAX.

Nimis quidem molesta es. An nescis me omni erga deos officio solutum esse?

TECMESSA.

Bene ominata loquere.

AJAX.

Audientibus narra.

TECMESSA.

Morem ergo non geres?

AJAX.

Nimis multa jam garris.

TECMESSA.

Metuo enim, o rex.

AJAX.

Quin concluditis illam ocius?

TECMESSA.

Per deos, animum molli.

AJAX.

Nae parum mihi videris sapere, si meos mores jam tandem erudire cogitas.

[*Ajax quum ob reliquorum praesentiam se mori non posse intelligeret, ei tamen uti noluit; in tentorium nec ipse recessit, nec Tecmessam recedere coegit, sed dum chorus calamitates suas luget, ipse taciturnus adstat, aliam moriendi viam meditans.*]

CHORUS.

O inclyta Salamis, mari circumfusa, tu nunc quidem jure coleris felix, cunctis spectabilis semper : ego vero miser jam dudum opperior Idaea pratensia praemia (*Trojae eversionem direptionemque*), mensibus in aeternum volventibus, legitimo temporis progressu attritus, malam adhuc spem fovens, fore ut demum migrem ad detestandum tenebrosum Orcum.

Ad haec mala hoc etiam accedit, tanquam tertiarius adest insanabilis Ajax, hei mihi! divinitus immisso correptus furore; quem emisisti olim Martiis victorem praeliis : nunc contra mentis suae devius, amicis ingens exstitit luctus

ἄγρια παρ' ἀφίλοις
ἔπεσ' ἔπεσι μελέοις Ἀτρείδαις.
Ἦ που παλαιᾷ μὲν ἔντροφος ἀμέρᾳ, Στρ. β'.
λευκῷ δὲ γήρᾳ μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα
φρενομόρως ἀκούσῃ,
αἰλινον αἴλινον
οὐ οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς
ἥσει δύσμορος, ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ὠδὰς
θρηνήσει, χερόπλακτοι δ'
ἐν στέρνοισι πεσοῦνται
δοῦποι καὶ πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας. [Ἀντ. β'.
Κρείσσων γὰρ Ἅδᾳ κεύθων ὁ νοσῶν μάταν,
ὃς ἐκ πατρώας ἦκων γενεᾶς ἄριστος
πολυπόνων Ἀχαιῶν,
οὐκ ἔτι συντρόφοις
ὀργαῖς ἔμπεδος, ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ.
Ὦ τλᾶμον πάτερ, οἷαν σε μένει πυθέσθαι
παιδὸς δύσφορον ἄταν,
ἣν οὔπω τις ἔθρεψεν
αἰὼν Αἰακιδᾶν ἄτερθε τοῦδε.

ΑΙΑΣ.

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται·
κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν, ἀλλ' ἁλίσκεται
γὼ δεινὸς ὅρκος καὶ περισκελεῖς φρένες.
Κἀγὼ γὰρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
βαφῇ σίδηρος ὡς ἐθηλύνθην στόμα
πρὸς τῇσδε τῆς γυναικός· οἰκτείρω δέ νιν
χήραν παρ' ἐχθροῖς παῖδά τ' ὀρφανὸν λιπεῖν.
Ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτίους
λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ
μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι θεᾶς·
μολών τε χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω
κρύψω τόδ' ἔγχος τοὐμόν, ἐχθιστον βελῶν,
γαίας ὀρύξας ἔνθα μή τις ὄψεται·
ἀλλ' αὐτὸ νὺξ Ἅδης τε σωζόντων κάτω.
Ἐγὼ γὰρ ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου,
οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα.
Ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία,
ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.
Τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς
εἴκειν, μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.
Ἄρχοντές εἰσιν, ὥσθ' ὑπεικτέον. Τί μή;
καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
τιμαῖς ὑπείκει· τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς
χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει·
ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν·
δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον· ἐν δ' ὁ παγκρατὴς ὕπνος
λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει.
Ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν;
ἐγὼ δ', ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως ὅτι

priora autem maximæ virtutis facinora forti manu edita apud ingratos ingrata cecidere stultos Atridas.

Nimirum quando illum mater longæva, cano confecta senio, audiet mente captum ægrotare, nec ælinon, ælinon (*sonum dulce querulum*), nec miserabilis lusciniæ luctuosum carmen occinet infelix, sed in clamosos erumpet ejulatus : tunsum manibus sonabit pectus, canæque lacerabuntur comæ.

Quippe melius Orco conditur immedicabili morbo temere afflictus (*i. e. delirans*), qui paterni generis nobilitate præstans fortibus Achivis, non amplius inhæret consuetis moribus, sed versatur extra.

O miser genitor, qualis te manet audienda nati intolerabilis calamitas, cujusmodi nulla hucusque tulit ætas Æacidis, præterquam huic uni viro!

AJAX.

Omnia longum infinitumque tempus promit in lucem occulta, palamque facta occulit : nec est quidquam, quod fieri haud posse putes : sed vincitur etiam jurisjurandi religio, et mentis obstinatæ rigor.

Namque ego, qui dudum vehementer obdurueram, ut ferrum aqua tinctum, nunc hebeo, emollitus ab hac muliere. Miseret enim me ejus, quod et ipsam viduam inter hostes, et filium orphanum relinquo.

Sed eo ad lavacra et litoralia prata, ut purificatus a piaculo, gravem iram deæ effugiam. Progressus autem in desertum et inaccessum locum, abstrudam gladium hunc, telorum inimicissimum mihi, in humum defossum, ubi nemo eum visurus est : sed illum Nox Orcusque sub terra servanto.

Quippe ex quo illum dono accepi ab Hectore, viro infensissimo, nihil inde ab Argivis adeptus sum boni.

Nempe verum illud verbum est, quod vulgo dici solet: HOSTIUM DONA NON DONA, NEC UTILIA.

Quare in posterum sciemus quidem diis cedere, ac discemus Atridas venerarier. Imperatores sunt : itaque mos illis gerendus. Quippini? namque cedunt honori quæ maxima etiam sunt et præpotentia. Continuo nivosæ hiemes frugiferæ æstati cedunt loco : concedit et noctis tenebrosæ orbis, ut candidis vecta bigis Aurora fulgeat : et vehementium spiramen ventorum aliquando remittit gementem pontum : quorum in numero omnium domitor Somnus solvit quos devinxerat, nec semper constrictos tenet.

Quidni ergo nos etiam discamus modestiores esse? Equidem nunc demum didici, inimicum ita a nobis odio esse

δ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος,
ὡς καὶ φιλήσων αὖθις, ἕς τε τὸν φίλον
τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι,
ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. Τοῖς πολλοῖσι γὰρ
βροτῶν ἄπιστός ἐσθ' ἑταιρείας λιμήν.
Ἀλλ' ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει· σὺ δὲ
ἔσω θεοῖς ἐλθοῦσα διὰ τέλους, γύναι,
εὔχου τελεῖσθαι τοὐμὸν ὧν ἐρᾷ κέαρ.
Ὑμεῖς θ' ἑταῖροι ταὐτὰ τῇδέ μοι τάδε
τιμᾶτε, Τεύκρῳ τ', ἢν μόλῃ, σημήνατε
μέλειν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.
Ἐγὼ γὰρ εἶμ' ἐκεῖσ' ὅποι πορευτέον·
ὑμεῖς δ' ἃ φράζω δρᾶτε, καὶ τάχ' ἄν μ' ἴσως
πύθοισθε, κεἰ νῦν δυστυχῶ, σεσωσμένον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτάμαν. Στρ.
Ἰὼ ἰὼ Πὰν Πάν,
ὦ Πὰν Πὰν ἁλίπλαγκτε, Κυλλανίας χιονοκτύπου
πετραίας ἀπὸ δειράδος φάνηθ', ὦ
θεῶν χοροποῖ' ἄναξ, ὅπως μοι
Νύσια Κνώσι' ὀρχήματ' αὐτοδαῆ ξυνὼν ἰάψῃς.
Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.
Ἰκαρίων δ' ὑπὲρ πελαγέων μολὼν ἄναξ Ἀπόλλων,
ὁ Δάλιος, εὔγνωστος,
ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων. Ἀντ.
Ἔλυσεν αἰνὸν ἄχος ἀπ' ὀμμάτων Ἄρης.
Ἰὼ ἰώ. Νῦν αὖ,
νῦν, ὦ Ζεῦ, πάρα λευκὸν εὐάμερον πελάσαι φάος
θοᾶν ὠκυάλων νεῶν, ὅτ' Αἴας
λαθίπονος πάλιν, θεῶν δ' αὖ
πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσ' εὐνομίᾳ σέβων μεγίστᾳ.
Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει,
κοὐδὲν ἀναύδατον φατίσαιμ' ἂν, εὖτέ γ' ἐξ ἀέλπτων
Αἴας μετανεγνώσθη
θυμῶν Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες φίλοι, τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω,
Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ
κρημνῶν· μέσον δὲ προσμολὼν στρατήγιον
κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ.
Στείχοντα γὰρ πρόσωθεν αὐτὸν ἐν κύκλῳ
μαθόντες ἀμφέστησαν, εἶτ' ὀνείδεσιν
ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν οὔτις ἔσθ' ὅς οὔ,
τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλεύτου στρατοῦ
ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὡς οὐκ ἀρκέσοι
τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν.
Ὥστ' ἐς τοσοῦτον ἦλθον ὥστε καὶ χεροῖν
κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη.
Λήγει δ' ἔρις δραμοῦσα τοῦ προσωτάτω
ἀνδρῶν γερόντων ἐν ξυναλλαγῇ λόγου.
Ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στιν, ὡς φράσω τάδε;
τοῖς κυρίοις γὰρ πάντα χρὴ δηλοῦν λόγον.

prosequendum, ut qui amare rursus nos possit : vicissimque amicum ita amabo et officiis juvabo, ut qui aliquando possit fieri inimicus.

Plerisque enim hominibus infidus est amicitiæ portus.

Sed de his jam satis : tu vero, mulier, intro abi, denique sedulo comprecare, ut rata faciant ea quæ cupio :

vosque, socii, eumdem mihi honorem habete, et Teucro, ubi venerit, significate nos ut curet, parique vobiscum prosequatur studio.

Ego enim illuc proficiscar, quo eundum est mihi : vos vero, quæ dico, facite, et forsitan brevi, etsi nunc miser sum, servatum me audietis.

CHORUS.

Exhorrui cupidine, summoque exsulto gaudio : io, io, Pan, Pan, o Pan, Pan pontivage, Cyllenes nivalis saxeo de jugo nobis appare, o qui deorum ducis choreas, solo ingenio saltare doctus, ut mecum Nysia et Cnosia tripudia capessas (*proprie :* jactes).

Nunc enim mihi saltare curæ est. Trajectoque Icario mari rex Apollo Delius conspicuus mihi adsit semper propitius.

Solvit enim gravem dolorem ab oculis sedatus Martius furor.

Nunc rursus, nunc, o Jupiter, affulget lux candida, qua fas est ad citas fluctivagas naves auspicato accedere, quandoquidem Ajax malorum oblitus, justa operatus est diis, venerandos ritus summa pietate colens.

Omnia longum tempus absumit, nec quidquam fieri prorsus negem, siquidem ex desperata ira magnisque jurgiis contra Atridis in gratiam rediit Ajax.

NUNTIUS.

Hoc primum, amici, vobis nuntiare volo : Teucer jam recens adest ab altis Mysiæ jugis : media autem ingressus castra conviciis lacessit tota simul Argivûm multitudine.

Advenientem enim e longinquo ubi resciverunt, undique circumsteterunt : tum maledictis proscindebant hinc inde, nec linguæ temperabat quisquam ; ipsum lymphati et insidiantis exercitui fratrem appellantes, nihilque affirmare ei fore præsidii, quin saxis totus laceratus moriatur ; ita eo usque venerint, ut jam manibus e vaginis educerentur gladii.

Conquievit tamen contentio ad summum progressa, rebus composta sermonibus.

Verum ubi nobis est Ajax, ut hæc ipsi narrem ? nam cui qui summam habet, negotii quodcunque est indicare oportet

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἔνδον, ἀλλὰ φροῦδος ἀρτίως, νέας
βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἰοὺ ἰού·
βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐστὶ χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης
μὴ ἔξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οἴχεταί τοι, πρὸς τὸ κέρδιστον τραπεὶς
γνώμης, θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ταῦτ' ἐστὶ τἄπη μωρίας πολλῆς πλέα,
εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῖον; τί δ' εἰδὼς τοῦδε πράγματος πέρι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοσοῦτον οἶδα καὶ παρὼν ἐτύγχανον.
Ἐκ γὰρ ξυνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου
Κάλχας μεταστὰς οἷος Ἀτρειδῶν δίχα,
ἐς χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν φιλοφρόνως
ἧκεν εἶπε κἀπέσκηψε παντοίᾳ τέχνῃ
ἕξειν κατ' ἦμαρ τοὐμφανὲς τὸ νῦν τόδε
Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι, μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν,
εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰσιδεῖν θέλοι ποτέ.
Ἐλᾷ γὰρ αὐτὸν τῇδε θἡμέρᾳ μόνῃ
δῖα Ἀθάνας μῆνις, ὡς ἔφη λέγων.
Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα
πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις
ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅστις ἀνθρώπου φύσιν
βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ.
Κεῖνος δ' ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος
ἄνουν καλῶς λέγοντος ηὑρέθη πατρός.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει, Τέκνον, δόρει
βούλου κρατεῖν μέν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν.
Ὁ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο,
Πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ
κράτος κατακτήσαιτ'· ἐγὼ δὲ καὶ δίχα
τούτων πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος.
Τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον. Εἶτα δεύτερον
θεᾶς Ἀθάνας, ἡνίκ' ὀτρύνουσά νιν
ἔσσοιτ' ἐπ' ἐχθροῖς χεῖρα φοινίαν τρέπειν,
τότ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄρρητόν τ' ἔπος·
Ἄνασσα, τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων πέλας
ἵσταο, καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη.
Τοιοῖσδέ τοι λόγοισιν ἀστεργῆ θεᾶς
κατέσταν ὀργὴν, οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν.
Ἀλλ' εἴπερ ἔστι τῇδε θἡμέρᾳ, τάχ' ἂν
γενοίμεθ' αὐτοῦ σὺν θεῷ σωτήριοι.
Τοιαῦθ' ὁ μάντις εἶπ'· ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας

CHORUS.

Non est intus. Sed modo abiit, nova consilia novis ut adjunxit moribus.

NUNTIUS.

Heu! heu! Nempe qui misit me hanc viam, tarde me misit, aut ipse tardius veni.

CHORUS.

Quid hujus negotii justo parcius (*i. e. tardius*) factum est?

NUNTIUS.

Virum hunc vetat Teucer, ne extra tentorium prodeat, priusquam ipse præsens adsit.

CHORUS.

At vero abiit, optimum secutus consilium, ut deorum iram expiaret.

NUNTIUS.

Sunt ista multæ plena stultitiæ verba, si quid sapienti mente Calchas vaticinatur.

CHORUS.

Quid ergo ait? numquid de Ajacis egressu habet comperti?

NUNTIUS.

Tantum novi, atque ipse præsens adfui. Namque e corona conciliantum regum Calchas secedens seorsum ab Atridis, in manum Teucri familiariter immissa dextra, dixit et mandavit, omnibus ut modis cohiberet per huncce, qui nunc lucet, diem Ajacem intra tentorium, neque pateretur elabi, si sospitem illum porro ac superstitem videre vellet.

Agitabit enim hac sola die eum divæ Minervæ ira, ut ille dixit.

Namque prægrandia inutilisque molis corpora in graves calamitates a diis præcipitari solere vates dicebat, si quis naturam hominis sortitus, non tamen, hominem uti decet, sapit.

Ille vero statim quum domo proficisceretur, dementiæ manifestus fuit, pulchre monenti non auscultans patri.

Hic enim his verbis illum affatus est: *Fili, armis quidem stude vincere, sed vincere semper cum deo.*

Cui ille arroganter et stolide respondit: *Pater, cum diis homo etiam nihili victoriam consequi possit: ego vero vel absque illorum ope confido me istam adepturum esse gloriam.*

Tam superbos ille jactabat sermones. Deinde iterum divæ Minervæ ipsum incitanti, jubentique in hostes infestam vertere manum, atrox et infandum retulit dictum: *Regina, ceteris Argivis præsto adsis: quantum in me est, nunquam hostis perrumpet aciem nostram.*

Hisce sermonibus implacabilem deæ in se concitavit iram, animos supra humanam sortem gerens.

At hanc tamen si superest diem, tum forte possimus eum, deo juvante, sospitare.

Sic quidem locutus est vates: Teucer me vero illico ex

πέμπει με σοὶ φέροντα τάσδ' ἐπιστολὰς
Τεῦκρος φυλάσσειν. Εἰ δ' ἀπειστερήμεθα,
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δαΐα Τέκμησσα, δύσμορον γένος,
ὅρα μολοῦσα τόνδ' ὁποῖ' ἔπη θροεῖ.
Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Τί μ' αὖ τάλαιναν, ἀρτίως πεπαυμένην
κακῶν ἀτρύτων, ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;

ΧΟΡΟΣ.

Τοῦδ' εἰσάκουε τἀνδρὸς, ὡς ἥκει φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴμοι, τί φῂς, ὦνθρωπε; μῶν ὀλώλαμεν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ' ὅτι,
θυραῖος εἴπερ ἐστὶν, οὐ θαρσῶ πέρι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ μὴν θυραῖος, ὥστε μ' ὠδίνειν τί φῄς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται
σκηνῆς ὕπαυλον μηδ' ἀφιέναι μόνον.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ποῦ δ' ἐστὶ Τεῦκρος, κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι· τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει φέρειν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴμοι τάλαινα, τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθών;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν, ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἵ 'γὼ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης,
καὶ σπεύσαθ', οἱ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν,
οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους
ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν.
Ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη
καὶ τῆς παλαιᾶς χάριτος ἐκβεβλημένη.
Οἴμοι, τί δράσω, τέκνον; οὐχ ἱδρυτέον.
Ἀλλ' εἶμι κἀγὼ κεῖσ' ὅποιπερ ἂν σθένω.
Χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή.

ΧΟΡΟΣ.

Χωρεῖν ἕτοιμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον.
Τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται.

ΑΙΑΣ.

Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ἦ τομώτατος
γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολὴ,
δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορος ξένων ἐμοὶ
μάλιστα μισηθέντος, ἐχθίστου θ' ὁρᾶν·
πέπηγε δ' ἐν γῇ πολεμίᾳ τῇ Τρῳάδι,

consessu mittit, mandata hæc tibi allaturum, quæ observes. Ea si frustra pertulimus, non amplius superest vir ille, aut nihil sapit Calchas.

CHORUS.

O misera Tecmessa, infelix genus, prodi foras, et vide illum quales afferat sermones. Ad vivum enim resecat, gaudiumque omne expectorat animo.

TECMESSA.

Quid me miseram, vixdum ab inexhaustis malis quiescentem, e sede excitatis denuo?

CHORUS.

Ex viri hujus ore percipe, ut nobis affert de Ajacis sorte nuntium illætabilem.

TECMESSA.

Hei mihi! quid narras, mi homo? numnam perimus?

NUNTIUS.

De te quid fiat nescio : verum de Ajace, si foras egressus est, metuo male.

TECMESSA.

Atqui egressus est : quare angor animo, exspectans quid dicturus sis.

NUNTIUS.

Illum vos intra tentoria cohibere Teucer jubet, nec solum egredi sinere.

TECMESSA.

Ubi vero est Teucer? et cur ista dicit?

NUNTIUS.

Modo ille advenit : hunc vero Ajacis egressum metuit ne exitialis sit.

TECMESSA.

Hei mihi miseræ! mortalium ex quo hoc audivit?

NUNTIUS.

Ex Thestoreo vate, hoc ipso die, quo (fatum) fert ei aut mortem aut vitam.

TECMESSA.

Hei mihi! amici, opem ferte in urgenti hac necessitate; partimque festinate Teucrum ocius huc accessere : alii vero ad occidentalia montium juga, alii ad orientalia eunles, quærite quorsum sit vir inauspicato egressus.

Sentio enim me a viro deceptam, et veteri apud ipsum gratia excidisse.

Hei mihi! quid agam, fili? desidendi locus non est : sed pergam et ego illuc quam queo citissime. Eamus, acceleremus, cessare non licet.

CHORUS.

Paratus sum ire; neque verbis id ostendam modo : consequetur enim operis atque pedum celeritas.

AJAX.

(*Mutatur scena, actioque ab Ajacis tentorio ad maris littus reducitur.*)

Stat quidem erectus occisor ensis ad eum modum, quo maxime penetrare queat, si cui et hoc considerare vacat, donum Hectoris, hospitum mihi maxime exosi et invisissimi : impactus est vero in hostili Troico solo, ferrum

Post sit sequebatur : σώζειν θέλοντας ἄνδρα γ' ὃς σπεύδει θανεῖν. | Si cupimus virum servare, qui properat mori.

σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεακονής·
ἔπηξα δ' αὐτὸν εὖ περιστείλας ἐγὼ,
εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν.
Οὕτω μὲν εὐσκευοῦμεν· ἐκ δὲ τῶνδέ μοι
σὺ πρῶτος, ὦ Ζεῦ, καὶ γὰρ εἰκὸς, ἄρκεσον.
Αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν.
Πέμψον τιν' ἡμῖν ἄγγελον, κακὴν φάτιν
Τεύκρῳ φέροντα, πρῶτος ὥς με βαστάσῃ
πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει,
καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς πάρος
ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.
Τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προστρέπω, καλῶ θ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι,
ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι
πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ.
Καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους
ἀεί θ' ὁρώσας πάντα τἀν βροτοῖς πάθη,
σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας, μαθεῖν ἐμὲ
πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι τάλας.
Ἴτ', ὦ ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐρινύες,
γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ.
Σὺ δ', ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν
ἄγγειλον ἅτας τὰς ἐμὰς μόρον τ' ἐμὸν
γέροντι πατρὶ τῇ τε δυστήνῳ τροφῷ.
Ἦ που τάλαινα, τήνδ' ὅταν κλύῃ φάτιν,
ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει.
Ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην·
ἀλλ' ἁρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τινί.
Ὦ Θάνατε Θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών·
καίτοι σὲ μὲν κἀκεῖ προσαυδήσω ξυνών.
Σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας,
καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προσεννέπω,
κανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.
Ὦ φέγγος, ὦ γῆς ἱρὸν οἰκείας πέδον
Σαλαμῖνος, ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον,
κλειναί τ' Ἀθῆναι, καὶ τὸ σύντροφον γένος,
κρῆναί τε ποταμοί θ' οἵδε, καὶ τὰ Τρωϊκὰ
πεδία προσαυδῶ, χαίρετ', ὦ τροφῆς ἐμοί·
τοῦθ' ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ·
τὰ δ' ἄλλ' ἐν Ἅιδου τοῖς κάτω μυθήσομαι.

absumente cote recens exactus : ipse autem eum defixi expeditum probe, benevolentissimum mihi, ut protinus moriar.

Ita quidem bene instructi sumus. Post illa vero tu primus me, Jupiter, sic enim decet, juva : munus vero abs te petam haud ita magnum : mitte mea gratia nuntium quempiam, Teucro qui tristem famam ferat, ut ille quamprimum me et ante omnes tollat collapsum in hunc cruentum gladium, et ne ab inimico aliquo conspectus prius, projiciar canibus alitibusque præda.

Tantum te, Jupiter, rogo : simulque invoco Mercurium Inferum, animarum deductorem, ut me leniter sopiat, facile celerique defunctum casu, ubi hoc gladio latus perrupero.

Quin advoco in auxilium semper virgines semperque intuentes mortalium facta, venerandas celeripedes Erinnyas, ut cognoscant, quemadmodum ab Atridis pereo miser :

Ite, o veloces ultricesque Erinnyes, gustate exercitum omnem, ne parcite.

Tuque, o per altum cœlum qui currum agis, Sol, quum terram meam paternam videbis, inhibens parumper superne auro distinctas habenas, nuntia calamitates fatumque meum grandævo patri, miseræque matri.

Nimirum infelix illa, ubi hanc audierit famam, ingentem per totam urbem edet ejulatum. Sed nihil attinet hæc frustra deplorare : quin potius rem celeriter aggredi oportet.

O Mors, Mors, nunc ades et me respice; quamquam te quidem etiam illic una conversans affabor.

Te autem, o splendidæ diei præsens jubar, et Solem aurigam nunc alloquor, postremum sane et nunquam posthac amplius.

O lumen, o patriæ terræ Salaminis sacrum solum, o larium paternorum sedes, inclytæque Athenæ, et educatum una genus, fontesque, fluminaque hæc, et Trojani campi, vos appello : valete, nutricii mei : hæc vobis Ajax edit ultima verba : cetera apud Orcum inferis narrabo.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
Πῆ πᾶ
πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;
καὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος.
Ἰδοὺ,
δοῦπον αὖ κλύω τινά.

SEMICHORUS.

Labor labori additus laborem cumulat. Quo enim, quo non penetravi ego? nec tamen ullus est locus, qui me condocefacere queat.

Ecce vero, ecce! strepitum enim quemdam audio.

Post ista sequebantur : Καὶ σφᾶς κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους ξυναρπάσειαν, ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Atque illos ultimum in exitium corripiant malos male; utque me vident manu mea cadere, sic illi a carissima prole domestica cæde interimantur.

πέμπει με σοὶ φέροντα τάσδ' ἐπιστολὰς
Τεῦκρος φυλάσσειν. Εἰ δ' ἀπεστερήμεθα,
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δαΐα Τέκμησσα, δύσμορον γένος,
ὅρα μολοῦσα τόνδ' ὁποῖ' ἔπη θροεῖ.
Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Τί μ' αὖ τάλαιναν, ἀρτίως πεπαυμένην
κακῶν ἀτρύτων, ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;

ΧΟΡΟΣ.

Τοῦδ' εἰσάκουε τἀνδρὸς, ὡς ἥκει φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴμοι, τί φῄς, ὦνθρωπε; μῶν ὀλώλαμεν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ' ὅτι,
θυραῖος εἴπερ ἐστὶν, οὐ θαρσῶ πέρι.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Καὶ μὴν θυραῖος, ὥστε μ' ὠδίνειν τί φῄς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐκεῖνον εἴργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται
σκηνῆς ὕπαυλον μηδ' ἀφιέναι μόνον.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Ποῦ δ' ἐστὶ Τεῦκρος, κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι· τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει φέρειν.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἴμοι τάλαινα, τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθών;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν, ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

Οἳ 'γὼ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης,
καὶ σπεύσαθ', οἱ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν,
οἱ δ' ἑσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους
ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν.
ΤΕΥΚΡΟΣ.

Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνάλωσας λόγον;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Δοκοῦντ' ἐμοὶ, δοκοῦντα δ' ὃς κραίνει στρατοῦ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὔκουν ἂν εἶποις ἥντιν' αἰτίαν προθείς;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ὅθουνεκ' αὐτὸν ἐλπίσαντες οἴκοθεν
ἄγειν Ἀχαιοῖς ξύμμαχόν τε καὶ φίλον,
ἐξηύρομεν ζητοῦντες ἐχθίω Φρυγῶν·
ὅστις στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον
νύκτωρ ἐπεστράτευσεν, ὡς ἔλοι δόρει·
εἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν,
ἡμεῖς μὲν ἂν τήνδ', ἣν δὸ' εἵληχεν τύχην,
θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ,
οὗτος δ' ἂν ἔζη. Νῦν δ' ἐνήλλαξεν θεὸς
τὴν τοῦδ' ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν.
Ὧν οὕνεκ' αὐτὸν οὔτις ἔστ' ἀνὴρ σθένων
τοσοῦτον ὥστε σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ,
ἀλλ' ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος
ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται.
Πρὸς ταῦτα μηδὲν δεινὸν ἐξάρῃς μένος.
Εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν,
πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν, κἂν μὴ θέλῃς,
χερσὶν παρευθύνοντες. Οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου
λόγων ἀκοῦσαι ζῶν ποτ' ἠθέλησ' ἐμῶν.
Καίτοι κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς ἄνδρα δημότην
μηδὲν δικαιοῦν τῶν ἐφεστώτων κλύειν.
Οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν ἐν πόλει νόμοι καλῶς
φέροιντ' ἄν, ἔνθα μὴ καθεστήκῃ δέος,
οὔτ' ἂν στρατὸς γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι
μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων.
Ἀλλ' ἄνδρα χρὴ, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα,
δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.
Δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ,
σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο·
ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται παρῇ,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.
Ἀλλ' ἑστάτω μοι καὶ δέος τι καίριον,
καὶ μὴ δοκῶμεν δρῶντες ἂν ἡδώμεθα
οὐκ ἀντιτίσειν αὖθις ἂν λυπώμεθα.
Ἕρπει παραλλὰξ ταῦτα. Πρόσθεν οὗτος ἦν
αἴθων ὑβριστής· νῦν δ' ἐγὼ μέγ' αὖ φρονῶ.

TEUCER.

Quis vero est ille vir de exercitu, quem video?

CHORUS.

Menelaus, cujus gratia huc navigavimus.

TEUCER.

Video: quippe jam propinquus agnitu facilis est.

MENELAUS.

Heus tu, tibi dico: hoc cadaver manibus ne comprehendas; sed sinas ita ut est.

TEUCER.

Nam cur tam superba verba jactitas?

MENELAUS.

Sic decretum mihi, decretum et ei qui exercitui imperat.

TEUCER.

Annon et quo prætextu hoc jubeas dices?

MENELAUS.

Quia quem opinabamur e patria adduxisse socium et auxilium cum Achivis, illum experti deprehendimus nobis infestiorem, quam Phrygas ipsos: qui exercitui universo machinatus necem, noctu impressionem fecit, ut ferro nos occideret; et nisi deus quis hoc molimen restinxisset, nos hac ipsa, quam ille sortitus est fortunam, cæsi jaceremus fœdissima morte; ipse vero viveret.

Nunc autem, mutata vice, deus in pecua et greges hujus furorem avertit.

Quapropter nemo est adeo potens, ut humo condat hujus cadaver; sed in flavæ arenæ litore projectus, avibus marinis fiet pabulum.

Proinde ne superbos nimis tolle spiritus.

Nam si viventem compescere non potuimus, utique tuo imperium adhibebimus, etiamsi nolis, vi coercendo. Nullibi enim dictis parere vivus unquam voluit meis.

Quamquam illud animi est improbi, quum homo privatus nihil se magistratibus obedire æquum censet.

Haud enim unquam in civitate leges pulchre servantur soluto metu; neque exercitus jussa ducum modeste capiat sat omni metus et pudoris obice amoto.

Sed cogitare oportet virum, se, quamvis præstet non mole corporis, parvo tamen a malo posse præcipitem dari.

Quippe cui timor adest, pudorque simul, hunc servatum scito: at sicubi omnis injuriæ prævalet licentia, hanc olim civitatem olim aliquando cursu e secundo pessum ruere tamen.

Constet itaque mihi justus timoris modus; neque putemus, si, quæ nos delectent, fecerimus, nos non vicissim quæ doleant, passuros esse.

Mutuis hæc vicibus alternantia vadunt. Erat hic antea fervidus, injurius: nunc ego vicissim superbio.

Καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως
μὴ τόνδε θάπτων αὐτὸς ἐς ταφὰς πέσῃς.

ΧΟΡΟΣ.

Μενέλαε, μὴ γνώμας ὑποστήσας σοφὰς
εἶτ' αὐτὸς ἐν θανοῦσιν ὑβριστὴς γένῃ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐκ ἄν ποτ', ἄνδρες, ἄνδρα θαυμάσαιμ' ἔτι,
ὃς μηδὲν ὢν γοναῖσιν εἶθ' ἁμαρτάνει,
ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι
τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη.
Ἄγ' εἰπ' ἀπ' ἀρχῆς αὖθις, ἦ σὺ φῂς ἄγειν
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς δεῦρο σύμμαχον λαβών;
οὐκ αὐτὸς ἐξέπλευσεν, ὡς αὑτοῦ κρατῶν;
ποῦ σὺ στρατηγεῖς τοῦδε; ποῦ δὲ σοὶ λεῶν
ἔζεστ' ἀνάσσειν ὧν ὅδ' ἦγαγ' οἴκοθεν;
Σπάρτης ἀνάσσων ἦλθες, οὐχ ἡμῶν κρατῶν.
Οὐδ' ἔσθ' ὅπου σοὶ τόνδε κοσμῆσαι πλέον
ἀρχῆς ἔκειτο θεσμὸς ἢ καὶ τῷδε σέ.
Ὕπαρχος ἄλλων δεῦρ' ἔπλευσας, οὐχ ὅλων
στρατηγὸς, ὥστ' Αἴαντος ἡγεῖσθαί ποτε.
Ἀλλ' ὥνπερ ἄρχεις ἄρχε, καὶ τὰ σέμν' ἔπη
κόλαζ' ἐκείνους· τόνδε δ', εἴτε μὴ σὺ φῂς
εἴθ' ἕτερος στρατηγὸς, ἐς ταφὰς ἐγὼ
θήσω δικαίως, οὐ τὸ σὸν δείσας στόμα.
Οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ' ἐστρατεύσατο
γυναικὸς, ὥσπερ οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ,
ἀλλ' οὕνεχ' ὅρκων οἵσιν ἦν ἐνώμοτος,
σοῦ δ' οὐδέν· οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας.
Πρὸς ταῦτα πλείους δεῦρο κήρυκας λαβὼν
καὶ τὸν στρατηγὸν ἧκε. Τοῦ δὲ σοῦ ψόφου
οὐκ ἂν στραφείην, ὡς ἂν ᾖς οἷός περ εἶ.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐδ' αὖ τοιαύτην γλῶσσαν ἐν κακοῖς φιλῶ.
Τὰ σκληρὰ γάρ τοι, κἂν ὑπέρδιχ' ᾖ, δάκνει.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπίδ' εἰ λάβοις.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Κἂν ψιλὸς ἀρκέσαιμι σοί γ' ὡπλισμένῳ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἡ γλῶσσά σου τὸν θυμὸν ὡς δεινὸν τρέφει.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ξὺν τῷ δικαίῳ γὰρ μέγ' ἔξεστιν φρονεῖν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με;

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῷδε δ' οἴχομαι.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Μή νυν ἀτίμα θεοὺς θεοῖς σεσωσμένος.

Ac prædico tibi, hunc ne condas sepulcro, ne illum sepelire dum studes, ipse in sepulcrum cadas.

CHORUS.

Menelae, ne post edita sapienter tot effata, ipse in mortuos injurius fias.

TEUCER.

Haud equidem amplius, o viri, demirabor peccare hominem ortu ignobilem, quum qui videntur generosa stirpe prognati, tam stultis sermonibus graviter peccant adeo.

Age repete ab initio. Num tu ais hunc virum Achivis socium huc adduxisse? non ipse sua sponte enavigavit, ut sui juris?

Ubinam tu imperator ejus fuisti? ubinam tibi licuit copiis præesse, quas ille patria eduxit?

Spartæ rex venisti, neutiquam in nos imperium obtinens: neque usquam tibi fuit hunc regendi jus positum magis quam illi regendi te.

Subditus aliis huc appulisti, non omnium dux, ut Ajaci quoque præesses unquam.

Sed quibus imperas, impera, et eos severis hujusmodi dictis increpa: hunc vero, sive tu vetes, sive dux ille alter, rite et ut fas est condam ego sepulcro, minas haud veritus tuas.

Neutiquam enim tuæ conjugis ergo militavit, ut qui omnia bella ac pericula capessunt, sed jurisjurandi ergo, quo erat obstrictus, tua vero gratia nequaquam. Nihili enim pendebat, si quis esset nullius pretii homo.

Proinde pluribus etiam adductis tecum præconibus, ipsoque imperatore, huc veni: tuam vero vaniloquentiam nihil moror, dum sis is qui es.

CHORUS.

Nec rursus probo, si quis in afflictis rebus tales fundit sermones: dura enim, quamlibet ea justa sint, mordent.

MENELAUS.

Sagittarius hic non humilia videtur sentire.

TEUCER.

Nempe haud sordidam hanc artem exerceo.

MENELAUS.

Altos sumeres spiritus, si tibi scutum liceret ferre.

TEUCER.

Nudus etiam suffecerim armato tibi.

MENELAUS.

Lingua tua animos quam magnos alit.

TEUCER.

Cum justitia enim tollere animos licet.

MENELAUS.

Justumne ergo censes, bene cum hoc agi, qui me occidit?

TEUCER.

Qui occidit! Pol mirum narras, si quidem vivis mortuus.

MENELAUS.

Deus enim me servavit: quantum in isto erat, perii.

TEUCER.

Ne igitur violes deos, a diis servatus.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἐγὼ γὰρ ἂν ψέξαιμι δαιμόνων νόμους;

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς θάπτειν παρών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Τούς γ' αὐτὸς αὐτοῦ πολεμίους. Οὐ γὰρ καλόν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἦ σοὶ γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτέ;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Μισοῦντ' ἐμίσει· καὶ σὺ τοῦτ' ἠπίστασο.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοποιὸς ηὑρέθης.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἐν τοῖς δικασταῖς, κοὐκ ἐμοὶ, τόδ' ἐσφάλη.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Πόλλ' ἂν κακῶς λάθρα σὺ κλέψειας κακά.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Τοῦτ' εἰς ἀνίαν τοὔπος ἔρχεται τινί.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Οὐ μᾶλλον, ὡς ἔοικεν, ἢ λυπήσομεν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἐν σοι φράσω· τόνδ' ἐστὶν οὐχὶ θαπτέον.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Σὺ δ' ἀνακούσει τοῦτον ὡς τεθάψεται.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν
ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν,
ᾧ φθέγμ' ἂν οὐκ ἂν ἤρες, ἡνίκ' ἐν κακῷ
χειμῶνος εἶχετ', ἀλλ' ὑφ' εἵματος κρυφεὶς
πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.
Οὕτω δὲ καὶ σὲ καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα
σμικροῦ νέφους τάχ' ἄν τις ἐκπνεύσας μέγας
χειμὼν κατασβέσειε τὴν πολλὴν βοήν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἐγὼ δέ γ' ἄνδρ' ὅπωπα μωρίας πλέων,
ὃς ἐν κακοῖς ὕβριζε τοῖσι τῶν πέλας·
κἄτ' αὐτὸν εἰσιδών τις ἐμφερὴς ἐμοὶ
ὀργὴν ὅμοιος εἶπε τοιοῦτον λόγον,
Ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκότας κακῶς·
εἰ γὰρ ποιήσεις, ἴσθι πημανούμενος.
Τοιαῦτ' ἀνολβον ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών.
Ὁρῶ δέ τοί νιν, κἄστιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
οὐδείς ποτ' ἄλλος ἢ σύ. Μῶν ἠνιξάμην;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Ἄπειμι· καὶ γὰρ αἰσχρὸν, εἰ πύθοιτό τις
λόγοις κολάζειν ᾧ βιάζεσθαι πάρα.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἄφερπέ νυν. Κἀμοὶ γὰρ αἴσχιστον κλύειν
ἀνδρὸς ματαίου φλαῦρ' ἔπη μυθουμένου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔσται μεγάλης ἔριδός τις ἀγών.
Ἀλλ' ὡς δύνασαι, Τεῦκρε, ταχύνας
σπεῦσον κοίλην κάπετόν τιν' ἰδεῖν

MENELAUS.

Egone temnam deorum leges?

TEUCER.

Ita, si hic ades ut mortuos tumulare non sinas.

MENELAUS.

Hostes nimirum ipse meos non sino. Haud enim decet.

TEUCER.

En ergo unquam tibi Ajax hostis obstitit?

MENELAUS.

Osorem oderat : teque adeo hoc non latuit.

TEUCER.

Quippe cujus doloso fraudatum se sensit suffragio.

MENELAUS.

Judicum, non id culpa factum est mea.

TEUCER.

Multa male tu furtim conficere possis mala.

MENELAUS.

Hæc dicta alicui cedunt dolori.

TEUCER.

Non tanto, ut videtur, quantum a me senties.

MENELAUS.

Unum tibi edicam : hic vir non tumulabitur.

TEUCER.

Tu vicissim audies : hic tumulabitur.

MENELAUS.

Jam equidem antea hominem vidi lingua audacem, qui imminente hieme nautas excitabat ut navigarent, cujus tu vocem quidem audisses, quum tempestate undique circumretur; sed pallio involutus calcandum ultro se dabat quibuslibet navitis.

Ita quidem et te cum petulantis oris tui odioso clamore parva e nubecula ingens erumpens tempestas facile restinxerit.

TEUCER.

Ego vero hominem vidi stultitia plenum, qui alterum insultabat malis.

Dein ipsum intuitus quidam similis mei, moresque meos increpens meos, increpuit hisce vocibus: *Mi homo, in mortuos ne sis injurius; si enim eis male feceris, malo ipse, inquit, mactaberis.*

Sic stolidum illum monebat alter qui adesat.

Atqui illum video, estque, ni fallor, nemo alius quam tu. Num obscure locutus sum?

MENELAUS.

Abeo : nam probrosum auditu fuerit, si quis vereatur tur, qui vi coercere possit.

TEUCER.

Apage te ergo : nam et mihi probrum maximum audire hominem nugacem inania effutientem verba.

CHORUS.

Magna contentione committetur certamen quidem. Verum quantum potes, Teucer, properans, cavam fossam

τῷδ', ἔνθα βροτοῖς τὸν ἀείμνηστον
τάφον εὑρώεντα καθέξει.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἐς αὐτὸν καιρὸν οἵδε πλησίοι
πάρεισιν ἀνδρὸς τοῦδε παῖς τε καὶ γυνή,
τάφον περιστελοῦντε δυστήνου νεκροῦ.
Ὦ παῖ πρόσελθε δεῦρο, καὶ σταθεὶς πέλας
ἱκέτης ἔφαψαι πατρὸς, ὅς σ' ἐγείνατο.
Θάκει δὲ προστρόπαιος ἐν χεροῖν ἔχων
κόμας ἐμὰς καὶ τῆσδε καὶ σαυτοῦ τρίτου,
ἱκτήριον θησαυρόν. Εἰ δέ τις στρατοῦ
βίᾳ σ' ἀποσπάσειε τοῦδε τοῦ νεκροῦ,
κακὸς κακῶς ἄθαπτος ἐκπέσοι χθονὸς,
γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος,
αὖτως ὅπωσπερ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον.
Ἔχ' αὐτὸν, ὦ παῖ, καὶ φύλασσε, μηδέ σε
κινησάτω τις, ἀλλὰ προσπεσὼν ἔχου.
Ὑμεῖς τε μὴ γυναῖκες ἀντ' ἀνδρῶν πέλας
παρέστατ', ἀλλ' ἀρήγετ', ἕως τ' ἐγὼ μόλω
τάφου μεληθεὶς τῷδε, κἂν μηδεὶς ἐᾷ.

ΧΟΡΟΣ. [ἀριθμὸς Σ. α'.

Τίς ἄρα νέατος ἐς πότε λήξει πολυπλάγκτων ἐτέων
τὰν ἄπαυστον αἰὲν ἐμοὶ δορυσσοήτων
μόχθων ἄταν ἐπάγων
ἀν' εὐρώδη Τροΐαν,
δύστανον ὀνειδος Ἑλλάνων; [νον Ἅδαν Ἀ. α'.
Ὄφελε πρότερον αἰθέρα δῦναι μέγαν ἢ τὸν πολύκοι-
νος ἄνλρ, ὃς στυγερῶν ἔδειξεν ὅπλων
Ἕλλασι κοινὸν Ἄρη.
Ἰὼ πόνοι πρόπονοι.
Κεῖνος γὰρ ἔπερσεν ἀνθρώπους.
Ἐκεῖνος οὔτε στεφάνων Στρ. β'.
οὔτε βαθειᾶν κυλίκων
νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν,
οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὀτοβον
δύσμορος οὔτ' ἐννυχίαν
τέρψιν ἰαύειν.
Ἐρώτων δ' ἐρώτων ἀπέπαυσεν, ὤμοι.
Κεῖμαι δ' ἀμέριμνος οὕτως,
ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις
τεγγόμενος κόμας,
λυγρᾶς μνήματα Τροίας.
Καὶ πρὶν μὲν ἐξ ἐννυχίου Ἀντ. β'.
δείματος ἦν μοι προβολὰ
καὶ βελέων θούριος Αἴας,
νῦν δ' οὗτος ἀνεῖται στυγερῷ
δαίμονι. Τίς μοι, τίς ἔτ' οὖν
τέρψις ἐπέσται;
Γενοίμαν ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόντου
πρόβλημ' ἁλίκλυστον, ἄκραν
ὑπὸ πλάκα Σουνίου,
τὰς ἱερὰς ὅπως
προσείποιμεν Ἀθάνας.

huic prospicere festina, ubi putri conditus humo, mortalibus semper memorabile sepulcrum obtineat.

TEUCER.

Atqui ipso in tempore præsto adsunt isti, hujus viri filius et uxor, funus infelicis mortui concelebraturi.

O puer, huc accede, et adstans prope, suppliciter tange patrem, qui te genuit : adside illum obtuens, tenensque in manibus comas meas, et hujus et tuas tertii, supplicem thesaurum.

Si quis vero ex exercitu vi te abstraxerit ab hoc funere, ipse insepultus patria excidat malus male, et generis totius ipsi demetatur radix eodem quo hunc ego præseco capillum modo.

Tene illum, puer, et serva; neque te amoveat quis, sed accidens patri inhære.

Vosque ne mulieres facti pro viris prope assistite, sed opitulamini, donec ego rediero, sepulcrum huic postquam curavero, etiamsi id nemo sinat.

CHORUS.

Ergo quis ultimus quando mobilium desinet annorum numerus infinitas perpetim mihi bellicorum laborum miserias inducens, Trojam ad istam, late patentem, Aclivûm infelix dedecus?

O utinam prius immensi ætheris evanuisset in auras, communemve omnibus subisset Orcum vir ille, qui tristium monstravit Græcis mutuum armorum usum!

Heu! labores laboribus præcedentes!

Ille enim hominum pessum dedit genus.

Ille neque corollarum, neque capacium calicum dedit mihi voluptate frui, neque dulci tibiarum sono, infelix, nec inter voluptates ducere noctes.

Amores amores sustulit. Ebeu!

Jaceo autem ita neglectus, crebris roribus semper madens comas, infaustæ monumenta Trojæ.

Antea quidem adversus nocturnos terrores et infesta tela munimentum erat mihi strenuus Ajax : nunc vero hic traditus est inviso dæmoni.

Quæ mihi, quænam posthac voluptas erit?

Utinam essem, ubi silvosum imminet ponto promontorium undisonum summo sub æquore Sunii, sacras ut alloquerèmur Athenas!

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Καὶ μὴν ἰδὼν ἔσπευσα τὸν στρατηλάτην
Ἀγαμέμνον' ἡμῖν δεῦρο τόνδ' ὁρμώμενον·
δῆλος δέ μοὐστὶ σκαιὸν ἐκλύσων στόμα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Σὲ δὴ τὰ δεινὰ ῥήματ' ἀγγέλλουσί μοι
τλῆναι καθ' ἡμῶν ὧδ' ἀνοιμωκτὶ χανεῖν;
σέ τοι τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλώτιδος λέγω,
ἢ που τραφεὶς ἂν μητρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὑψηλ' ἐκόμπεις κἀπ' ἄκρων ὠδοιπόρεις,
ὅτ' οὐδὲν ὢν τοῦ μηδὲν ἀντέστης ὕπερ,
κοὔτε στρατηγοὺς οὔτε ναυάρχους μολεῖν
ἡμᾶς Ἀχαιῶν οὔτε σοῦ διωμόσω·
ἀλλ' αὐτὸς ἄρχων, ὡς σὺ φῂς, Αἴας ἔπλει.
Ταῦτ' οὐκ ἀκούειν μεγάλα πρὸς δούλων κακά;
ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα;
ποῖ βάντος ἢ ποῦ στάντος οὕπερ οὐκ ἐγώ;
οὐκ ἆρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ πλὴν ὅδε;
Πικροὺς ἔοιγμεν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
ἀγῶνας Ἀργείοισι κηρῦξαι τότε,
εἰ πανταχοῦ φανούμεθ' ἐκ Τεύκρου κακοὶ,
κοὐκ ἀρκέσει πόθ' ὑμὶν οὐδ' ἠσσημένοις
εἶκειν ἃ τοῖς πολλοῖσιν ἤρεσκεν κριταῖς,
ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που
ἢ σὺν δόλῳ κεντήσεθ' οἱ λελειμμένοι.
Ἐκ τῶνδε μέντοι τῶν τρόπων οὐκ ἄν ποτε
κατάστασις γένοιτ' ἂν οὐδενὸς νόμου,
εἰ τοὺς δίκῃ νικῶντας ἐξωθήσομεν
καὶ τοὺς ὄπισθεν ἐς τὸ πρόσθεν ἄξομεν.
Ἀλλ' εἰρκτέον τάδ' ἐστίν. Οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι,
ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ.
Μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.
Καὶ σοὶ προσέρπον τοῦτ' ἐγὼ τὸ φάρμακον
ὁρῶ τάχ', εἰ μὴ νοῦν κατακτήσει τινά·
ὃς ἀνδρὸς οὐκέτ' ὄντος, ἀλλ' ἤδη σκιᾶς,
θαρσῶν ὑβρίζεις κἀξελευθεροστομεῖς.
Οὐ σωφρονήσεις; οὐ μαθὼν ὃς εἶ φύσιν
ἄλλον τιν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρ' ἐλεύθερον,
ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξει τὰ σά;
σοῦ γὰρ λέγοντος οὐκέτ' ἂν μάθοιμ' ἐγώ·
τὴν βάρβαρον γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαίω.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴθ' ὑμὶν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν.
Τούτου γὰρ οὐδὲν σφῷν ἔχω λῷον φράσαι.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Φεῦ· τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς
χάρις διαρρεῖ καὶ προδοῦσ' ἁλίσκεται,
εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἀνὴρ οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων,
Αἴας, ἔτ' ἴσχει μνῆστιν, οὗ σὺ πολλάκις
τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δόρει·
ἀλλ' οἴχεται δὴ πάντα ταῦτ' ἐρριμμένα.
Ὦ πολλὰ λέξας ἄρτι κἀνόνητ' ἔπη,

TEUCER.

Enimvero properavi, conspicatus ducem Agamemnonem ad nos huc cito tendentem gradu : statim ipsa fronte indicat, se sinistris in me verbis os esse soluturum.

AGAMEMNON.

Tene ista atrocia dicta renuntiant mihi audere contra me impune adeo profundere? te quidem dico ex captiva natum, profecto a generosa matre nutritus magnifice te jactares, summisque digitulis incederes, quandoquidem homo nihili pro eo qui nihil est adeo depugnasti : et neque exercitus neque navium duces venisse nos Achivorum, neque tui, dejerasti; sed sui ipse juris, ut ais, Ajax enavigarit.

Nonne hæc a servis audire ingens est malum? De quo autem viro adeo superba vociferatus es? ubi incessit ille, vel ubi stetit, ubi non et ego? Nulline ergo Achivis sunt viri, præter hunc?

Inauspicato sane, ut videmur, de Achilleis armis certamen tum proposuimus Argivis, si nullibi non declarabimur a Teucro improbi, nec unquam libuerit vobis, ne victis quidem, cedere, plurimorum judicum sententiæ acquiescentibus; sed semper nos vel conviciis impetetis, vel latentibus pungetis dolis, quia cecidistis causa.

His profecto moribus nulla unquam lex constare poterit, si, qui judicio superiores fuerunt, cedere cogentur, et qui victi sunt, potiore habebuntur loco.

Sed prohibenda hæc sunt. Non enim vasta mole corporis latisque humeris qui sunt viri, ii sunt tutissimi; sed qui recta sapiunt, hi vincunt ubique.

Nam et magnus latera bos ab exiguo tamen flagello rectam in viam propellitur : tibique adventare hoc remedium video protinus, nisi ad sanam redieris mentem, quo hominis causa haud amplius viventis, jamque evanidæ umbræ, fidenter conviciaris, et libero blateras ore.

Non modestius compones ferocem animum? non, quinoris qualibus sis natalibus, alium quempiam huc adduces ingenuum virum, qui pro te verba faciat? te enim dicente haud ego dicta percipere queam, ut qui barbaram linguam non intelligam.

CHORUS.

Utinam utrique vestrûm mens foret modestior! Nihil enim, quod e re amborum dicam, habeo melius.

TEUCER.

Heu! quam cito mortui cujusvis apud superstites exit gratia, et prodita deprehenditur! siquidem vir hic ne vel quidem verbo tui, Ajax, memoriam revocat, pro quo te sæpe tuam objiciens animam belli subiisti laborem : abierunt jam cuncta hæc abjecta.

O qui inutilia multa modo prolocutus es, nihilne ad

οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδὲν, ἡνίκα
ἐρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλημένους,
ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας, ἐν τροπῇ δορὸς
ἐρρύσατ' Ἑλθὼν μοῦνος, ἀμφὶ μὲν νεῶν
ἄκροισιν ἤδη ναυτικοῖς ἑδωλίοις
πυρὸς φλέγοντος, ἐς δὲ ναυτικὰ σκάφη
πηδῶντος ἄρδην Ἕκτορος τάφρων ὕπερ;
Τίς ταῦτ' ἀπεῖρξεν; οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε,
ὃν οὐδαμοῦ φῂς οὐδὲ συμβῆναι ποδί;
Ἆρ' ὑμῖν οὗτος ταῦτ' ἔδρασεν ἔνδικα;
χὠ' αὖθις αὐτὸς Ἕκτορος μόνος μόνου,
λαχών τε κἀκέλευστος, ἦλθ' ἐναντίος,
οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον ἐς μέσον καθεὶς,
ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον, ἀλλ' ὃς εὐλόφου
κορυθς ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν;
Ὃς ἦν ὁ πράσσων ταῦτα, σὺν δ' ἐγὼ παρὼν,
ὁ δοῦλος, οὐκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγώς.
Δύστηνε, ποῖ βλέπων ποτ' αὐτὰ καὶ θροεῖς;
οὐκ οἶσθα σοῦ πατρὸς μὲν ὃς προὔφυ πατὴρ
ἀρχαῖον ὄντα Πέλοπα βάρβαρον Φρύγα;
Ἀτρέα δ', ὃς αὖ σ' ἔσπειρε δυσσεβέστατον,
τρυφέντ' ἀδελφῷ δεῖπνον οἰκείων τέκνων;
αὐτὸς δὲ μητρὸς ἐξέφυς Κρήσσης, ἐφ' ᾗ
λεχὼν ἑπακτὸν ἄνδρ' ὁ φιτύσας πατὴρ
ἔρριψεν ἕλλοις ἰχθύσιν διαφθοράν.
Τοιοῦτος ὢν τοιῶδ' ὀνειδίζεις σποράν;
ὡς ἐκ πατρὸς μέν εἰμι Τελαμῶνος γεγὼς,
ὅστις στρατοῦ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας ἐμὴν
ἔσχει ξύνευνον μητέρ', ἣ φύσει μὲν ἦν
βασίλεια, Λαομέδοντος· ἔκκριτον δέ νιν
δώρημ' ἐκείνῳ δῶκεν Ἀλκμήνης γόνος.
Ἆρ' ὦδ' ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν
βλαστὼν ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος,
ὡς νῦν σὺ τοιοῖσδ' ἐν πόνοισι κειμένους
ὑβρίζεις ἀθάπτους, οὐδ' ἐπαισχύνει λέγων;
Εἰ νυν τόδ' ἴσθι, τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που,
βαλεῖτε χἡμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους.
Ἐπεὶ καλόν μοι τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ
θανεῖν προδήλως μᾶλλον ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ
γυναικὸς, ἢ τοῦ σοῦ ξυναίμονος λέγω;
Πρὸς ταῦθ' ὅρα μὴ τοὐμὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ σόν.
Ὡς εἴ με πημανεῖς τι, βουλήσει ποτὲ
καὶ δειλὸς εἶναι μᾶλλον ἢ 'ν ἐμοὶ θρασύς.

omnino meministi, ut intra vallum vos olim conclusos, jam penitus perditos, in communi omnium fuga, vir hic adventu suo solus liberavit, quum jam flammis circumcirca arderent summi nautici fori, Hectorque superatis fossis in navium alveos insiliret ferox?

Quis hæc propulsavit? non hic est, qui ista fecit, quem nusquam dicis hosti contulisse pedem? Anne vera ista sunt hujus viri facinora? Neque adeo rursus, ut solus ipse soli Hectori, sortitus et injussus, conseruit pugnam, non fugace immissa inter alias sorte, udæ telluris gleba, sed quæ cristata e casside prima facili saltu exitura erat?

Hic est, qui ista fecit, unaque ego interfui, ego ille servus, ille matre cretus barbara.

Miser, quo tandem respiciens et hæc audes fari?

Num ignoras, qui patris tui prosator fuit, antiquum illum Pelopa, barbarum Phrygem? Num porro Atrea, qui te sacerrimum genuit, fratri proprios apposuisse epulandos liberos? Tu autem ipse matre natus es Cressa, quam suus pater cum stupratore deprehensam in mare projici jussit mutis piscibus pabulum.

Talis vero quum sis, tali natales exprobras qualis ego sum? qui patre quidem sum Telamone natus, cui propter egregiam præ ceteris virtutem hic habitus honos, ut socium tori matrem meam abduceret, regia prognatam stirpe, Laomedontis filiam: ipsamque illi munus eximium dedit Alcmenæ proles.

Siccine ergo optimus, duobus optimis satus, dedecori futurus videar cognatis meis, quos tu nunc tantis depressos malis projicis insepultos? nec te pudet id profiteri?

At hoc jam scito: si quo hunc abjicietis, abjicietis et nos tres una jacentes.

Quippe honestius est mihi pro illo decertanti præclaram mortem oppetere, quam pro tua vel dicamne fratris tui uxore?

Proinde vide, non quod mea, sed quod intersit tua: namque si me quidpiam læseris, optabis aliquando te vel timidum fuisse potius, quam erga me ferocem.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθὼς
εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει.

CHORUS.

O rex Ulysse, tempori te venisse scias, si non commissurus hos, sed litem dirempturus ades.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί δ' ἔστιν, ἄνδρες; τηλόθεν γὰρ ἠσθόμην
φωνὴν Ἀτρειδῶν τῷδ' ἐπ' ἀλκίμῳ νεκρῷ.

ULYSSES.

Quid rei est, viri? procul enim audivi vocem Atridarum super hoc viri fortis corpore contendentium.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Οὐ γὰρ κλύοντές ἐσμεν αἰσχίστους λόγους,
ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως;

AGAMEMNON.

Nonne enim, Ulysse, turpissima verba audimus istoc ab homine jamdudum?

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ποίους; ἐγὼ γὰρ ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω
κλύοντι φλαῦρα συμβαλεῖν ἔπη κακά.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἤκουσεν αἰσχρά· δρῶν γὰρ ἦν τοιαῦτά μι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί γάρ σ' ἔδρασεν, ὥστε καὶ βλάβην ἔχειν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Οὗ φησ' ἐάσειν τόνδε τὸν νεκρὸν ταφῆς
ἄμοιρον, ἀλλὰ πρὸς βίαν θάψειν ἐμοῦ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔξεστιν οὖν εἰπόντι τἀληθῆ φίλῳ
σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετμεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Εἶπ'· ἦ γὰρ εἶην οὐκ ἂν εὖ φρονῶν, ἐπεὶ
φίλον σ' ἐγὼ μέγιστον Ἀργείων νέμω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἄκουέ νυν. Τὸν ἄνδρα τόνδε πρὸς θεῶν
μὴ τλῇς ἄθαπτον ὧδ' ἀναλγήτως βαλεῖν·
μηδ' ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω
τοσόνδε μισεῖν ὥστε τὴν δίκην πατεῖν.
Κἀμοὶ γὰρ ἦν ποθ' οὗτος ἔχθιστος στρατοῦ,
ἐξ οὗ 'κράτησα τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων·
ἀλλ' αὐτὸν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ
οὐκ ἂν ἀτιμάσαιμ' ἄν, ὥστε μὴ λέγειν
ἓν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι
Τροίαν ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλλέως.
Ὥστ' οὐκ ἂν ἐνδίκως γ' ἀτιμάζοιτό σοι.
Οὐ γάρ τι τοῦτον, ἀλλὰ τοὺς θεῶν νόμους
φθείροις ἄν. Ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι,
βλάπτειν τὸν ἐσθλόν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Σὺ ταῦτ', Ὀδυσσεῦ, τοῦδ' ὑπερμαχεῖς ἐμοί;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔγωγ'· ἐμίσουν δ', ἡνίκ' ἦν μισεῖν καλόν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Οὐ γὰρ θανόντι καὶ προσεμβῆναί σε χρή;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Μὴ χαῖρ', Ἀτρείδη, κέρδεσιν τοῖς μὴ καλοῖς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν οὐ ῥᾴδιον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀλλ' εὖ λέγουσι τοῖς φίλοις τιμὰς νέμειν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Παῦσαι· κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Μέμνησ' ὁποίῳ φωτὶ τὴν χάριν δίδως.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὅδ' ἐχθρὸς ἀνὴρ, ἀλλὰ γενναῖός ποτ' ἦν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τί ποτε ποιήσεις; ἐχθρὸν ὧδ' αἰδεῖ νέκυν;

ULYSSES.

Qualia? equidem viro ignosco qui maledictis provocatus, maledicta regerit.

AGAMEMNON.

Turpia quidem audiit, qualia erant ipsius in me facta.

ULYSSES.

Quid ergo tibi fecit, quod tibi damno sit?

AGAMEMNON.

Negat se hoc cadaver insepultum relictarum: quin sepulturum se ait ingratiis meis.

ULYSSES.

Licetne igitur vera dicenti amico, tua, non minus quam ante, manere in concordia?

AGAMEMNON.

Dic: nam si vetarem, mentis non essem sane, siquidem amicum te maximum ex Argivis duco.

ULYSSES.

Audi igitur. Virum hunc, per deos te obtestor, ne sustineas insepultum adeo inclementer abjicere: neque violentia te ullo modo vincat usque adeo odisse, ut fas susque deque habeas.

Nam erat mihi quoque olim inimicissimus ille ex omni exercitu, ex quo mihi addicta fuerunt Achillis arma; at illum tamen, etsi eo in me animo fuit, non ita dehonestaverim, ut non fatear unum me vidisse hunc virum Argivorum fortissimum, quotquot ad Trojam venimus, excepto Achille.

Proinde injurius sis, si eum suo prives honore: minime enim hunc, sed deorum leges violaveris.

Hominem autem a probo nefas est post mortem lædi, ne tum quidem si antea oderis.

AGAMEMNON.

Tune ad hunc modum, Ulysse, hujus gratia mihi resistis?

ULYSSES.

Sane equidem: oderam vero, quum odisse deceret.

AGAMEMNON.

Non itaque et mortuo insultare te par est?

ULYSSES.

Ne gaudeas, Atrida, impio lucro.

AGAMEMNON.

Pietatem ubique colere, haud facile est regi.

ULYSSES.

At facile bene monentibus amicis obsequi.

AGAMEMNON.

Regibus parere oportet probum virum.

ULYSSES.

Desine: victus ab amicis, victor es tamen.

AGAMEMNON.

Memento in quem virum hanc confers gratiam.

ULYSSES.

Inimicus quidem hic vir, at præstabat virtute olim.

AGAMEMNON.

Quid fiet tibi? mortuum inimicum adeo reveretis?

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Νικᾷ γὰρ ἀρετή με τῆς ἔχθρας πολύ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τοιοίδε μέντοι φῶτες ἔμπληκτοι βροτῶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ κάρτα πολλοὶ νῦν φίλοι καὐθις πικροί.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Τοιοῦσδ' ἐπαινεῖς δῆτα σὺ κτᾶσθαι φίλους;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σκληρὸν ἐπαινεῖν οὐ φιλῶ ψυχὴν ἐγώ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἡμᾶς σὺ δειλοὺς τῇδε θἠμέρᾳ φανεῖς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἄνδρας μὲν οὖν Ἕλλησι πᾶσιν ἐνδίκους.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἀνωγας οὖν με τὸν νεκρὸν θάπτειν ἐᾶν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔγωγε. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνθάδ' ἥξομαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἦ πάνθ' ὅμοια πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τῷ γάρ με μᾶλλον εἰκὸς ἢ 'μαυτῷ πονεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Σὸν ἆρα τοὔργον, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὃς ἂν ποιήσῃς, πανταχῇ χρηστός γ' ἔσει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἀλλ' εὖ γε μέντοι τοῦτ' ἐπίστασ', ὡς ἐγὼ
σοὶ μὲν νέμοιμ' ἂν τῆσδε καὶ μείζω χάριν·
οὗτος δὲ κἀκεῖ κἀνθάδ' ὢν ἐμοιγ' ὁμῶς
ἔχθιστος ἔσται. Σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῄζεις.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅστις σ', Ὀδυσσεῦ, μὴ λέγει γνώμῃ σοφὸν
ξύναι, τοιοῦτον ὄντα, μῶρός ἐστ' ἀνήρ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Καὶ νῦν γε Τεύκρῳ τἀπὸ τοῦδ' ἀγγέλλομαι
ὅσον τότ' ἐχθρὸς ἦ, τοσόνδ' εἶναι φίλος.
Καὶ τὸν θανόντα τόνδε συνθάπτειν θέλω,
καὶ ξυμπονεῖν καὶ μηδὲν ἐλλείπειν ὅσον
χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν πονεῖν βροτούς.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἄριστ' Ὀδυσσεῦ, πάντ' ἔχω σ' ἐπαινέσαι
λόγοισι· καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ.
Τοιγὰρ σφ' Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ
μνήμων τ' Ἐρινὺς καὶ τελεσφόρος Δίκη
κακοὺς κακῶς φθείρειαν, ὥσπερ ἤθελον
τὸν ἄνδρα λώβαις ἐκβαλεῖν ἀναξίως.
Σὲ δ', ὦ γεραιοῦ σπέρμα Λαέρτου πατρὸς,

ULYSSES.

Virtus nempe apud me plus quam odium valet.

AGAMEMNON.

Hac qui sunt mente, mobiles sunt homines.

ULYSSES.

Atqui multi sunt nunc amici, qui postmodo odia inter se exercebunt.

AGAMEMNON.

Talesne, quæso, tu probas si parantur amici?

ULYSSES.

Præfractum animum equidem probare non soleo.

AGAMEMNON.

Tu quidem facies, ut ignavi hodie videamur.

ULYSSES.

Immo ut Achivis omnibus justi videamini.

AGAMEMNON.

Suades ergo, ut hoc cadaver sepeliri sinam?

ULYSSES.

Equidem. Nam et ipse olim eodem redactus fuero.

AGAMEMNON.

Ut quisque sibi quæ congruunt facit!

ULYSSES.

Cui enim me magis convenit, quam mihi studere?

AGAMEMNON.

Tuum igitur hoc factum, non meum vocabitur.

ULYSSES.

Quidquid feceris, bonus habeberis undiquaque.

AGAMEMNON.

At tamen hoc certo scias, me vel majore in re tibi gratificari velle: at hic mortuus et vivus pariter mihi omnium erit maxime invisus.

Porro tibi facere licet quod cupis.

CHORUS.

Si quis te, Ulysse, hac mente præditum, haud sapientem prædicat, nec ille stultus est homo.

ULYSSES.

At vero nunc Teucro id in posterum denuntio, me quam antea inimicus fuerim, tam nunc amicum esse: et mortui hujus funus una curare volo, omnemque conferre operam, nec quidquam omittere, quod fortissimis viris homines præstare addecet.

TEUCER.

Optime Ulysse, omnibus te modis laudare possum, ut qui longe meam fefelleris opinionem.

Qui enim huic eras Achivorum inimicissimus, tu solus ei opem tulisti, nec mortuo huic vivus illudere sustinuisti, ut imperator ille lymphatus, ipseque et suus frater, eum voluerunt omni affectum contumelia insepultum abjicere.

Quare illos Olympi hujus rector Jupiter, memorque Erinnys, et pœnarum exactrix Justitia malos male perdant, sicut voluerunt hunc virum contumeliis objicere indigne.

Te vero, o longævi proles Laertæ patris, vereor equidem

τάφου μὲν ὀκνῶ τοῦδ' ἐπιψαύειν ἐᾶν,
μὴ τῷ θανόντι τοῦτο δυσχερὲς ποιῶ·
τὰ δ' ἄλλα καὶ ξύμπρασσε, κεἴ τινα στρατοῦ
θέλεις κομίζειν, οὐδὲν ἄλγος ἕξομεν.
Ἐγὼ δὲ τἄλλα πάντα πορσυνῶ· σὺ δὲ
ἀνὴρ καθ' ἡμᾶς ἐσθλὸς ὢν ἐπίστασο.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀλλ' ἤθελον μέν· εἰ δὲ μή 'στί σοι φίλον
πράσσειν τάδ' ἡμᾶς, εἶμ', ἐπαινέσας τὸ σόν.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

Ἅλις· ἤδη γὰρ πολὺς ἐκτέταται
χρόνος. Ἀλλ' οἱ μὲν κοίλην κάπετον
χερσὶ ταχύνατε, τοὶ δ' ὑψίβατον
τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων
θέσθ' ἐπίκαιρον·
μία δ' ἐκ κλισίας ἀνδρῶν ἴλη
τὸν ὑπασπίδιον κόσμον φερέτω.
Παῖ, σὺ δὲ πατρός γ', ὅσον ἰσχύεις,
φιλότητι θιγὼν πλευρᾶς σὺν ἐμοὶ
τάσδ' ἐπικούφιζ'· ἔτι γὰρ θερμαὶ
σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
μένος. Ἀλλ' ἄγε πᾶς, φίλος ὅστις ἀνὴρ
φησὶ παρεῖναι, σούσθω, βάτω,
τῷδ' ἀνδρὶ πονῶν τῷ πάντ' ἀγαθῷ
κοὐδενί πω λώονι θνητῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡ πολλὰ βροτοῖς ἔστιν ἰδοῦσιν
γνῶναι· πρὶν ἰδεῖν δ' οὐδεὶς μάντις
τῶν μελλόντων ὅ τι πράξει.

sinere, ut hoc funus contingas, ne, hoc si faciam, mortuo
ingratum sit :
cetera vero nos adjuva; et si quem de exercitu alium fu-
nus curare voles, non grave nobis erit.
Ego vero reliqua omnia administrabo : tu autem te virum
nos boni officio functum esse scito.

ULYSSES.

Volui equidem : at si tibi minus gratum est me una de-
rare, abeo, approbata tua sententia.

TEUCER.

Satis est : jam enim multum elapsum est temporis.
At vos, alii cavam fossam properate manibus; alii ver-
altum tripodem igni imponite, piis aptum lavacris :

et una e tentorio militum turma armorum ornatum
afferat.

Tu vero, puer, amanter patrem, quantum potes, appre-
hende, unaque mecum latera haec alleva. Adhuc enim ca-
lida vulneris ora sursum efflant atrum cruorem.

Verum age, quisquis se amicum ait adesse, properato,
ito, huic viro operam dans in omnibus bono, nullique un-
quam mortalium meliori.

CHORUS.

Sane multa homines experientia docet! priusquam vi-
eventum videas, nullus vates tibi quo res sit processura
dixerit.

Post 1416 sequebatur : Αἴαντος, ὅτ' ἦν, τότε φωνῶ.

Ajace, tum, quum vixit, dico.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
ΧΟΡΟΣ.
ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ὦ τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Τροίᾳ ποτὲ
Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν' ἔξεστί σοι
παρόντι λεύσσειν, ὧν πρόθυμος ἦσθ' ἀεί.
Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος οὐπόθεις τόδε,
ἔνθ' οἰστροπλῆγος ἅλσος Ἰνάχου κόρης·
αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος· οὐξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός· οἳ δ' ἱκάνομεν,
φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν,
πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε,
ὅθεν σε πατρὸς ἐκ φόνων ἐγώ ποτε
πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαβὼν
ἤνεγκα κἀξέσωσα κἀξεθρεψάμην
τοσόνδ' ἐς ἥβης, πατρὶ τιμωρὸν φόνου.
Νῦν οὖν, Ὀρέστα καὶ σὺ φίλτατε ξένων
Πυλάδη, τί χρὴ δρᾶν ἐν τάχει βουλευτέον·
ὡς ἡμῖν ἤδη λαμπρὸν ἡλίου σέλας
ἐγὼ κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων σαφῆ
μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη.
Πρὶν οὖν τιν' ἀνδρῶν ἐξοδοιπορεῖν στέγης,
ξυνάπτετον λόγοισιν· ὡς ἐνταῦθ' ἵνα
οὐκ ἔστ' ἔτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν προσπόλων, ὡς μοι σαφῆ
σημεῖα φαίνεις ἐσθλὸς εἰς ἡμᾶς γεγώς.
Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων,
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν, ὡσαύτως δὲ σὺ
ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.
Τοιγὰρ τὰ μὲν δόξαντα δηλώσω· σὺ δὲ
ὀξεῖαν ἀκοὴν τοῖς ἐμοῖς λόγοις δίδου,
εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω, μεθάρμοσον.
Ἐγὼ γὰρ ἡνίχ' ἱκόμην τὸ Πυθικὸν
μαντεῖον, ὡς μάθοιμ' ὅτῳ τρόπῳ πατρὸς
δίκας ἀροίμην τῶν φονευσάντων πάρα,
χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος ὧν πεύσει τάχα·
ἄτεκνον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ
ξένοισι κλῄσαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς.

ELECTRA.

PERSONÆ FABULÆ.

PÆDAGOGUS.
ORESTES.
ELECTRA.
CHORUS VIRGINUM ARGIVARUM.
CHRYSOTHEMIS.
CLYTÆMNESTRA.
ÆGISTHUS.

PÆDAGOGUS.

O ductoris exercitus olim ad Trojam Agamemnonis fili, nunc coram intueri tibi licet illa, quorum fuisti semper cupidus.

Hoc enim vetus illud Argos est, quod desiderare solebas, lucus œstro percitæ Inachi puellæ : porro, mi Oresta, hoc Lyceum forum est lupicidæ dei; ad lævam inclytum hoc est Junonis templum :

Quo vero pervenimus, crede te Mycenas opulentas cernere, exitialemque Pelopidarum domum, unde te olim e paterna cæde ereptum, traditumque mihi a germana tua sorore abstuli, et servavi, et educavi huc usque ætatis, paternæ necis ultorem.

Nunc igitur, Oresta, tuque hospitum carissime, Pylade, quid facto opus sit ocius deliberandum.

Namque jam nobis lucidum solis jubar matutinos excitat alitum cantus claros, nigraque occidit astrorum nox (i. e. *astrifera nox*).

Priusquam igitur hominum quisquam foras egrediatur, conferte consilia : nam in eo res est, ubi segnitiæ nihil est amplius loci, sed jam agi opus debet.

ORESTES.

O famulorum carissime, quam certa mihi indicia exhibes benevoli in nos animi!

Quemadmodum enim generosus equus, etsi jam consenuit, in periculo tamen non deficit animo, sed aures arrigit, sic et tu nosque incitas, et ipse inter primos sequeris.

Proinde quæ decrevi tibi exponam : tu vero acutis auribus dicta mea hauriens, si quid a re aberro, corrige.

Ego enim postquam Delphicum adii oraculum, ut discerem quonam modo pœnas sumerem patris ab occisoribus, hoc mihi responsum edidit Apollo, quod jam audies : *ipsum me, nec armorum, nec exercitus instructum apparatu, clam ex insidiis justam inferre manu necem.*

Ὅτ' οὖν τοιόνδε χρησμὸν εἰσηκούσαμεν,
σὺ μὲν μολὼν, ὅταν σε καιρὸς εἰσάγῃ,
δόμων ἔσω τῶνδ', ἴσθι πᾶν τὸ δρώμενον,
ὅπως ἂν εἰδὼς ἡμὶν ἀγγείλῃς σαφῆ.
Οὐ γάρ σε μὴ γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ
γνῶσ' οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον.
Λόγῳ δὲ χρῶ τοιῷδ', ὅτι ξένος μὲν εἶ
Φωκεὺς, παρ' ἀνδρὸς Φανοτέως ἥκων· ὁ γὰρ
μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων.
Ἄγγελλε δ' ὅρκον προστιθεὶς ὀθούνεκα
τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης,
ἅθλοισι Πυθικοῖσιν ἐκ τροχηλάτων
δίφρων κυλισθείς· ὧδ' ὁ μῦθος ἑστάτω.
Ἡμεῖς δὲ πατρὸς τύμβον, ὡς ἐφίετο,
λοιβαῖς τὸ πρῶτον καὶ καρατόμοις χλιδαῖς
στέψαντες, εἶτ' ἄψορρον ἥξομεν πάλιν,
τύπωμα χαλκόπλευρον ἠρμένοι χεροῖν,
ὃ καὶ σὺ θάμνοις οἶσθά μοι κεκρυμμένον,
ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν
φέρωμεν αὐτοῖς τοὐμὸν ὡς ἔρρει δέμας
φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον.
Τί γάρ με λυπεῖ τοῦθ', ὅταν λόγῳ θανὼν
ἔργοισι σωθῶ κἀξενέγκωμαι κλέος;
δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.
Ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς
λόγῳ μάτην θνήσκοντας· εἶθ', ὅταν δόμους
ἔλθωσιν αὖθις, ἐκτετίμηνται πλέον.
Ὡς κἀμ' ἐπαυχῶ τῆσδε τῆς φήμης ἄπο
δεδορκότ' ἐχθροῖς ἄστρον ὡς λάμψειν ἔτι.
Ἀλλ', ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ' ἐγχώριοι,
δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖσδε ταῖς ὁδοῖς,
σύ τ', ὦ πατρῷον δῶμα· σοῦ γὰρ ἔρχομαι
δίκῃ καθαρτὴς πρὸς θεῶν ὡρμημένος·
καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς,
ἀλλ' ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων.
Εἴρηκα μὲν νῦν ταῦτα· σοὶ δ' ἤδη, γέρον,
τὸ σὸν μελέσθω βάντι φρουρῆσαι χρέος.
Νῦν δ' ἕξιμεν· καιρὸς γὰρ, ὅσπερ ἀνδράσιν
μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰώ μοί μοι.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Καὶ μὴν θυρῶν ἔδοξα προσπόλων τινὸς
ὑποστενούσης ἔνδον αἰσθέσθαι, τέκνον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἆρ' ἐστὶν ἡ δύστηνος Ἠλέκτρα; θέλεις
μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ἥκιστα. Μηδὲν πρόσθεν ἢ τὰ Λοξίου
πειρώμεθ' ἕρδειν κἀπὸ τῶνδ' ἀρχηγετεῖν,
πατρὸς χέοντες λουτρά· ταῦτα γὰρ φέρει
νίκην τ' ἐφ' ἡμῖν καὶ κράτος τῶν δρωμένων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φάος ἁγνὸν

Quoniam igitur tale oraculum audivimus, tu quidem, ubi te inducet temporis opportunitas, has ædes ingressus, fac resciscas quidquid intus agitur, ut cognitis omnibus, certa nobis renunties. Neutiquam enim te, qui senecta ac longo tempore (interjecto) sic incanuisti, agnoverint nec suspectum habebunt.

Sermone autem tali utere, *hospitem te quidem Phocensem esse, missum a viro quopiam, cui nomen Phanoteus est;* namque is summus est illis amicus: nuntia vero, jurejurando fidem dictis adstruens, *cessisse fatis Orestem tum lenta morte, rapido curru delapsum Pythico in certamine.* Hæc summa esto orationis tuæ.

Nos vero quum primum patri, uti jussit Apollo, inlacrimavimus libamina, et tonsas vertice comas tumulo imposuerimus, huc revertemur, manibus ferentes æreum urnam, quam scis opinor et ipse in virgultis nobis abditam, ut fallaci sermone deceptis lætum afferamus nuntium, *perisse meum corpus, crematum jam et in cineres redactum.*

Quid enim hoc mihi doleat, quando verbis mortuus re ipsa vivam, gloriamque reportabo? censeo enim dictum nullum esse male ominatum, quod lucrum afferat.

Quippe jam sæpius vidi etiam sapientes, mortuos falso dictos, qui quum domum rediere, magis honorati fuerunt.

Ita me etiam confido ex hac fama (*ficta narratione*) ventem, ut sidus, obfulsurum posthac inimicis meis.

At, o patria terra, diique indigetes, excipite me hac profectione felicem (i. e. *fausto omine reducem*); tuque, o paterna domus: venio enim a diis impulsus, ut repetendis scelerum pœnis te expiem: neu me inhonoratum dimittite ex hac terra; sed efficite, ut avitas opes possidens stator fiam domus.

Et hæc quidem hactenus. Tibi vero jam, senex, curæ sit eunti tuum ut custodias munus. Nos autem exibimus: occasio enim adest, quæ hominum cœptis omnibus summa est præses.

ELECTRA.

Hei mihi!

PÆDAGOGUS.

Et quidem visus sum famularum aliquam suspirantem intra ædes audire, o fili.

ORESTES.

Num misera est Electra? vis hic maneamus, et lamenta auscultemus?

PÆDAGOGUS.

Minime. Rebus aliis omnibus posthabitis, Apollinis jussa conemur exsequi: hisce præverti decet, patrique inferias facere: ista enim victoriam nobis conferent, cœptorumque felicem exitum.

ELECTRA.

O lux pura, terramque ambiens spatiis æqualibus aër

καὶ γῆς ἰσόμοιρ' ἀὴρ, ὥς μοι
πολλὰς μὲν θρήνων ὠδὰς,
πολλὰς δ' ἀντήρεις ἤσθου
στέρνων πλαγὰς αἱμασσομένων,
ὁπόταν δνοφερὰ νὺξ ὑπολειφθῇ.
Τὰ δὲ παννυχίδων ἤδη στυγεραὶ
ξυνίσασ' εὐναὶ μογερῶν οἴκων,
ὅσα τὸν δύστηνον ἐμὸν θρηνῶ
πατέρ', ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν,
μήτηρ δ' ἡμὴ χὠ κοινολεχὴς
Αἴγισθος ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι
σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.
Κοὐδεὶς τούτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης
ἢ 'μοῦ φέρεται, σοῦ, πάτερ, οὕτως
αἰκῶς οἰκτρῶς τε θανόντος.
Ἀλλ' οὐ μὲν δὴ
λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων,
ἕς τ' ἂν παμφεγγεῖς ἄστρων
βιπὰς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ,
μὴ οὐ τεκνολέτειρ' ὥς τις ἀηδὼν
ἐπὶ κασιγνήτῳ τῶνδε πατρώων
πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν.
Ὦ δῶμ' Ἄϊδου καὶ Περσεφόνης,
ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ,
σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες,
ἔλθετ', ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς
φόνον ἡμετέρου,
καί μοι τὸν ἐμὸν πέμψατ' ἀδελφόν.
Μούνη γὰρ ἄγειν οὐκ ἔτι σωκῶ
λύπης ἀντίρροπον ἄχθος.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ παῖ, παῖ δυστανοτάτας Στρ. α'.
Ἠλέκτρα ματρὸς, τίν' ἀεὶ
τάκεις ὧδ' ἀκόρεστον οἰμωγὰν
τὸν πάλαι ἐκ δολερᾶς ἀθεώτατα
ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα
καπᾷ τε χειρὶ πρόδοτον; ὡς ὁ τάδε πορὼν
ὄλοιτ', εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ γενέθλα γενναίων,
ἥκετ' ἐμῶν καμάτων παραμύθιον.
Οἶδά τε καὶ ξυνίημι τάδ', οὔ τί με
φυγγάνει, οὐδ' ἐθέλω προλιπεῖν τόδε,
μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον.
Ἀλλ' ὦ παντοίας φιλότητος ἀμειβόμεναι χάριν,
ἐᾶτέ μ' ὧδ' ἀλύειν,
αἰαῖ, ἱκνοῦμαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οὗτοι τόν γ' ἐξ Ἅϊδα Ἀντ. α'.
παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀν-

quam multos sensisti meos lamentorum lessus, crebrosque adversi pectoris planctus cruentos, quum nox tenebrosa recessit!

At quid longis adeo noctibus agam, novit jam invisus torus ærumnosæ domus, quantopere miserum meum lugeam patrem, quem in barbara terra non Mars cruento excepit hospitio; sed mater mea, thalamique consors Ægisthus, ut quercum solent lignarii, ita illius diffidere caput cruenta securi.

Neque aliam, præter me, horum miseret, te, o pater, tam fœda, tamque miserabili nece exstincto.

At vero nunquam desinam lugere, acerbosque fletus edere, dum micantia videbo siderum lumina, hancque videbo lucem; sed, ut luscinia pullis orbata, ante fores harum paternarum ædium ejulans acutos omnibus sonos profundam.

O domus Ditis, et Proserpinæ, o inferne Mercuri, et verenda Imprecatio, vosque o severæ deorum filiæ Erinnyes, adeste, opem ferte, ulcisciminor patris cædem nostri, et mihi meum mittite fratrem:

Sola enim amplius sufferre non valeo mœroris onus ex adverso premens [*ad verbum*, onus alteri lanci impositum].

CHORUS.

Heu filia, filia improbissimæ Electræ matris, quid semper fundis querelas insatiabili illius luctu, qui olim dolosæ matris artibus infandum in modum captus est sceleratæque proditus manu Agamemnon? Utinam pereat, qui ista paravit, si mihi hæc optare fas est!

ELECTRA.

Generosæ stirpis soboles, venistis labores meos lenitura. Novi quidem et intelligo ista, nec eorum quidquam me fugit: haud tamen desinam miserum patrem meum lugere.

Sed, o benevolentiæ omnigenam quæ rependitis gratiam, sinite me sic afflicto animo esse, eheu, eheu, obsecro.

CHORUS.

At tamen nec lamentis nec precibus patrem tuum excita-

[illegible] sequebantur: αἳ τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε, τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους.

quos injusta nece peremtos respicitis, furtivis stupris alienos violantes thalamos.

στάσεις οὔτε γόοισιν οὔτ' ἄνταις.
Ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον
ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι,
ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν.
Τί μοι τῶν δυσφόρων ἐφίει;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Νήπιος ὃς τῶν οἰκτρῶς
οἰχομένων γονέων ἐπιλάθεται.
Ἀλλ' ἐμέ γ' ἃ στονόεσσ' ἄραρεν φρένας,
ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται,
ὄρνις ἀτυζομένα, Διὸς ἄγγελος.
Ἰὼ παντλάμων Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν,
ἅτ' ἐν τάφῳ πετραίῳ
αἰαῖ δακρύεις.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτοι σοὶ μούνᾳ, τέκνον, Στρ. β'.
ἄχος ἐφάνη βροτῶν,
πρὸς ὅ τι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσὰ,
οἷς ὁμόθεν εἶ καὶ γονᾷ ξύναιμος,
οἷα Χρυσόθεμις ζώει καὶ Ἰφιάνασσα,
κρυπτᾷ τ' ἀχέων ἐν ἥβᾳ
ὄλβιος, ὃν ἁ κλεινὰ
γᾶ ποτὲ Μυκηναίων
δέξεται εὐπατρίδαν, Διὸς εὔφρονι
βήματι μολόντα τάνδε γᾶν Ὀρέσταν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὃν γ' ἐγὼ ἀκάματα προσμένουσ', ἄτεκνος,
τάλαιν', ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ,
δάκρυσι μυδαλέα, τὸν ἀνήνυτον
οἶτον ἔχουσα κακῶν· ὁ δὲ λάθεται
ὧν τ' ἔπαθ' ὧν τ' ἐδάη. Τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ
ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον;
ἀεὶ μὲν γὰρ ποθεῖ,
ποθῶν δ' οὐκ ἀξιοῖ φανῆναι.

ΧΟΡΟΣ.

Θάρσει μοι, θάρσει, τέκνον. Ἀντ. β'.
Ἔτι μέγας οὐρανῷ
Ζεὺς, ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει·
ᾧ τὸν ὑπεραλγῆ χόλον νέμουσα
μήθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπεράχθεο μήτ' ἐπιλάθου.
Χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός.
Οὔτε γὰρ ὁ τὰν Κρῖσαν
βούνομον ἔχων ἀκτὰν
παῖς Ἀγαμεμνονίδας ἀπερίτροπος
οὔθ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη
βίοτος ἀνέλπιστος, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ·
ἄτις ἄνευ τοκέων κατατάκομαι,
ἧς φίλος οὔτις ἀνὴρ ὑπερίσταται,
ἀλλ' ἀπερεί τις ἔποικος ἀναξία
οἰκονομῶ θαλάμους πατρὸς, ὧδε μὲν
ἀειμεῖ σὺν στολᾷ,
ξεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις.

bis ex Orci communi palude : sed a mediocribus doloribus ad insanum dolorem *progressa* semper gemens is te perditum, quum tamen hac in re malorum tuorum nulla sit solutio.

Cur mihi tam luctuosa concupiscis?

ELECTRA.

Non mentis est sanæ, qui miserabili morte exstinctorum parentum obliviscitur.

Sed animum meum continet gemebunda illa quæ Ityn, semper Ityn luget, avis trepida, Jovis nuntia (*veris nuntia a Jove missa*).

O omnibus modis miserrima Niobe, te vero equidem pro dea colo, quæ saxeo in sepulcro heu, heu lacrimas.

CHORUS.

Atqui, o filia, haud tibi mortalium soli se conspiciendam dedit calamitas, quam tu non æquo toleras animo, ut illi intus tui consanguinei ortu eodem prognati, nec ita te geris, ut Chrysothemis et Iphianassa, semotaque a doloribus in juventa felix ille, quem aliquando inclytæ Mycenæ excipient paterno clarum genere, propitio Jovis ductu in hanc terram reversum Oresten.

ELECTRA.

Quem ego scilicet indesinenter exspectans, sine liberis, infelix, innupta, pereo semper, lacrimis madens, has inexhaustas malorum ærumnas ferens : ille vero immemor est acceptique *a me* beneficii, et eorum de quibus certiorem eum feci.

Quid enim a me mittitur nunciorum, quod non fallatur? Namque semper quidem cupit : cupiens vero non dignatur unquam venire.

CHORUS.

Confide mihi, confide, filia. Est adhuc magnus in cœlo Jupiter, qui inspicit et moderatur omnia : cui acerbiorem committens iram, neque inimicis nimium succenseas, neque tamen non memineris. Tempus enim facilis est deus

Nam nec qui nunc pascuis abundantem Crisæam habitat oram filius Agamemnonis nunquam reflectet pedem, neque deus ipse qui apud Acherontem imperat (i. e. *nec Pluto pœnas non exiget ab percussoribus*).

ELECTRA.

Sed mihi jam magna peracta pars vitæ spes irritas fovendo, neque amplius obfirmare queo, quæ parentibus orbata contabesco, quam nullus amicus tuetur ; sed tanquam inquilina quæpiam nullius pretii, vitam dego patris in thalamis, sic quidem sordida amicta veste, vacuis autem absisto mensis.

ΧΟΡΟΣ.

Οἰκτρὰ μὲν νόστοις αὐδὰ, Στρ. γ'.
οἰκτρὰ δ' ἐν κοίταις πατρῴαις
ὅτε οἱ παγχάλκων ἀνταία
γενύων ὥρμάθη πλαγά.
Δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας,
δεινὰν δεινῶς προφυτεύσαντες
μορφὰν, εἴτ' οὖν θεὸς εἴτε βροτῶν
ἦν ὁ ταῦτα πράσσων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ πασᾶν κεῖνα πλέον ἀμέρα
ἐλθοῦσ' ἐχθίστα δή μοι·
ὦ νὺξ, ὦ δείπνων ἀρρήτων
ἔκπαγλ' ἄχθη·
τοὺς ἐμοὺς ἴδε πατὴρ
θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν,
αἳ τὸν ἐμὸν εἶλον βίον πρόδοτον, αἳ μ' ἀπώλεσαν·
οἷς θεὸς ὁ μέγας Ὀλύμπιος
ποίνιμα πάθεα παθεῖν πόροι,
μηδέ ποτ' ἀγλαΐας ἀπονάιατο
τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα.

ΧΟΡΟΣ.

Φράζου μὴ πόρσω φωνεῖν. Ἀντ. γ'.
Οὐ γνώμαν ἴσχεις ἐξ οἵων
τὰ παρόντ' οἰκείας εἰς ἄτας
ἐμπίπτεις οὕτως αἰκῶς;
πολὺ γάρ τι κακῶν ὑπερεκτήσω,
σᾷ δυσθύμῳ τίκτουσ' ἀεὶ
ψυχᾷ πολέμους· τὰ δὲ τοῖς δυνατοῖς
οὐκ ἐριστὰ πλάθειν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Δεινοῖς ἠναγκάσθην, δεινοῖς·
ἴσθι, οὐ λάθει μ' ὀργά.
Ἀλλ' ἐν γὰρ δεινοῖς οὐ σχήσω
ταύτας ἄτας,
ὄφρα με βίος ἔχῃ.
Τίνι γάρ ποτ' ἂν, ὦ φιλία γενέθλα,
πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος, τίνι φρονοῦντι καίρια;
ἄνετέ μ' ἄνετε παράγοροι.
Τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται
οὐδέ ποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι
ἀνάριθμος ὧδε θρήνων.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ, Ἐπῳδ.
μάτηρ ὡσεί τις πιστὰ,
μὴ τίκτειν σ' ἄταν ἄταις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ τί μέτρον κακότητος ἔφυ; φέρε,
πῶς ἐπὶ τοῖς φθιμένοις ἀμελεῖν καλόν;
ἐν τίνι τοῦτ' ἔθλαστ' ἀνθρώπων;
Μήτ' εἴην ἔντιμος τούτοις
μήτ', εἰ τῳ πρόσκειμαι χρηστῷ,
ξυναίοιμ' εὔκηλος, γονέων
ἀτίμους ἴσχουσα πτέρυγας
ὀξυτόνων γόων.

CHORUS.

Luctuosa sane fuit illa vox, in reditu edita: luctuosa etiam illa patris in lecto convivali edita, quando in eum æreæ securis adversus incussus est ictus.

Dolus fuit, qui docuit; amor, qui occidit, horrificam horrifice procreantes sceleris formam; sive deus, sive mortalium quis erat, qui illud patravit.

ELECTRA.

O omnium, quas vidi, longe acerbissima mihi accidens dies! O nox, o cœnæ nefandæ horrenda calamitas! quas meus pater cædes vidit fœdas a geminis *illatas* manibus, quæ quidem meam vitam proditam eripuere, quæ me funditus perdidere;

quibus Jupiter magnus Olympius pares calamitates immittat; neque unquam illis bene sit, qui talia perpetrarunt facinora!

CHORUS.

Cogites ne plura loquaris.

Non cogitas, ex quali statu quales in ærumnas sponte tua incidis indigne adeo?

Magno enim cumulo tute mala tua auges, anxio tuo animo semper gignens rixas.

Atqui cum potentioribus rixandum non est lacessendo.

ELECTRA.

Eo me compulit malorum atrocitas: scio, nec me meus latet impetus animi.

At enim in atrocibus (i. e. *in Ægisthi et Clytæmnestræ atrocitate*) non compescam hæc mala, quamdiu vivam.

A quo enim unquam, cara progenies, audire possim dictum aliquod conveniens mihi? a quo opportuna cogitante? Mittite, mittite me consolari.

Hic enim luctus nunquam solvetur, nec unquam præ dolore cessabo fletus innumeros fundere.

CHORUS.

Atqui benevolentia adducta ista dico, ut fida mater tibi consulens, ne malum malis accumules.

ELECTRA.

At quis modus erat sceleris? cedo, qui honestum fuerit mortuorum curam abjicere? ubinam homo est eo ingenio natus?

Neque sim apud tales honorata, neque, si quid mihi boni est, secura fruar, immemor dum sim debiti parentibus honoris, impetum cohibens acutorum gemituum.

Εἰ γὰρ ὁ μὲν θανὼν γᾶ τε καὶ οὐδὲν ὢν
κείσεται τάλας,
οἱ δὲ μὴ πάλιν
δώσουσ' ἀντιφόνους δίκας,
ἔρροι τ' ἂν αἰδὼς
ἁπάντων τ' εὐσέβεια θνατῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐγὼ μέν, ὦ παῖ, καὶ τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα
καὶ τοὐμὸν αὐτῆς ἦλθον· εἰ δὲ μὴ καλῶς
λέγω, σὺ νίκα. Σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἅμα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Αἰσχύνομαι μέν, ὦ γυναῖκες, εἰ δοκῶ
παλλοῖσι θρήνοις δυσφορεῖν ὑμῖν ἄγαν.
Ἀλλ' ἡ βία γὰρ ταῦτ' ἀναγκάζει με δρᾶν,
σύγγνωτε. Πῶς γὰρ ἥτις εὐγενὴς γυνὴ
πατρῷ' ὁρῶσα πήματ', οὐ δρῴη τάδ' ἄν,
ἀγὼ κατ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ἀεὶ
θάλλοντα μᾶλλον ἢ καταφθίνονθ' ὁρῶ;
ἧ πρῶτα μὲν τὰ μητρὸς, ἥ μ' ἐγείνατο,
ἔχθιστα συμβέβηκεν· εἶτα δώμασιν
ἐν τοῖς ἐμαυτῆς τοῖς φονεῦσι τοῦ πατρὸς
ξύνειμι, κἀκ τῶνδ' ἄρχομαι κἀκ τῶνδέ μοι
λαβεῖν θ' ὁμοίως καὶ τὸ τητᾶσθαι πέλει.
Ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν,
ὅταν θρόνοις Αἴγισθον ἐνθακοῦντ' ἴδω
τοῖσιν πατρῴοις, εἰσίδω δ' ἐσθήματα
φοροῦντ' ἐκείνῳ ταὐτὰ, καὶ παρεστίους
σπένδοντα λοιβὰς ἔνθ' ἐκεῖνον ὤλεσεν,
ἴδω δὲ τούτων τὴν τελευταίαν ὕβριν,
τὸν αὐτοέντην ἡμὶν ἐν κοίτῃ πατρὸς
ξὺν τῇ ταλαίνῃ μητρὶ, μητέρ' εἰ χρεὼν
ταύτην προσαυδᾶν τῷδε συγκοιμωμένην·
ἡ δ' ὧδε τλήμων ὥστε τῷ μιάστορι
ξύνεστ', Ἐρινὺν οὔτιν' ἐκφοβουμένη·
ἀλλ' ὥσπερ ἐγγελῶσα τοῖς πεπραγμένοις,
εὑροῦσ' ἐκείνην ἡμέραν, ἐν ᾗ τότε
πατέρα τὸν ἀμὸν ἐκ δόλου κατέκτανεν,
ταύτῃ χοροὺς ἵστησι καὶ μηλοσφαγεῖ
θεοῖσιν ἔμμην' ἱρὰ τοῖς σωτηρίοις.
Ἐγὼ δ' ὁρῶσ' ἡ δύσμορος κατὰ στέγας
κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς
τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην
αὐτὴ πρὸς αὑτήν· οὐδὲ γὰρ κλαῦσαι πάρα
τοσόνδ' ὅσον μοι θυμὸς ἡδονὴν φέρει.
Αὕτη γὰρ ἡ λόγοισι γενναία γυνὴ
ψωνοῦσα τοιάδ' ἐξονειδίζει κακὰ,
Ὦ δύσθεον μίσημα, σοὶ μόνῃ πατὴρ
τέθνηκεν; ἄλλος δ' οὔτις ἐν πένθει βροτῶν;
κακῶς ὄλοιο, μηδέ σ' ἐκ γόων ποτὲ
τῶν νῦν ἀπαλλάξειαν οἱ κάτω θεοί.
Τάδ' ἐξυβρίζει· πλὴν ὅταν κλύῃ τινὸς
ἥξοντ' Ὀρέστην· τηνικαῦτα δ' ἐμμανὴς
βοᾷ παραστᾶσ', Οὐ σύ μοι τῶνδ' αἰτία;

O Jupiter! qui ista accipiam? feliciane dicam, an atrocia quidem, lucrosa tamen? triste vero est me vitam conservare meis ipsius malis.

PÆDAGOGUS.

Quid ita, mulier, audito hoc casu, angeris animo?

CLYTÆMNESTRA.

Peperisse, magnam vim habet: mater enim ne injuria quidem affecta prolem suam odisse potest.

PÆDAGOGUS.

Frustra igitur, ut videtur, huc venimus.

CLYTÆMNESTRA.

Minime quidem frustra: quomodo enim frustra dixeris? siquidem ades certa mihi afferens de illius morte indicia, qui ex me prognatus, ab uberibus meis et educatione mea se segregans, exsul peregrinam vitam egit: neque me, postquam ex hac terra abiit, unquam vidit; accusansque me paternæ cædis, atrocia interminabatur, ita ut nec noctu nec interdiu dulcem somnum caperem; sed quod agendum imminebat tempus agebam semper ut moritura.

Nunc vero (hac enim die liberata sum periculo, nihil ut timeam posthac ab ista illoque: nam ista acerbior erat pestis, una mecum habitans, meum exhauriens semper animæ merum sanguinem), nunc tranquillam, saltem quod ad hujus attinet minas, vitam transigemus.

ELECTRA.

Hei mihi miseræ! nunc enim est, cur deplorem, Oresta, tuam vicem, quando hac qua es conditione, contumeliis ab hac matre afficeris. Nonne egregie mecum agitur?

CLYTÆMNESTRA.

Haud sane tecum; sed cum illo, ut habet, bene actum est.

ELECTRA.

Audi, ultrix Nemesis illius qui modo interiit.

CLYTÆMNESTRA.

Audiit quæ oportuit, atque ea vota rata fecit pulchre.

ELECTRA.

Insulta; nunc enim felix es.

CLYTÆMNESTRA.

Non jam Orestes et tu hæc (*felicitatem hanc*) delebitis.

ELECTRA.

Nos ipsi deleti sumus, nedum te possimus delere.

CLYTÆMNESTRA.

Multa dignus, hospes, ferre præmia adveneris, si hujus petulantes clamores compescuisses.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.
Οὐκοῦν ἀποστείχοιμ' ἄν, εἰ τάδ' εὖ κυρεῖ.

PÆDAGOGUS.
Ego igitur abibo, siquidem hæc recte habent.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
Ἧκιστ'· ἐπείπερ οὔτ' ἐμοῦ κατάξι' ἂν
πράξειας οὔτε τοῦ πορεύσαντος ξένου.
Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω· τήνδε δ' ἔκτοθεν βοᾶν
ἔα τά θ' αὑτῆς καὶ τὰ τῶν φίλων κακα.

CLYTÆMNESTRA.
Minime certo : neque enim hoc me dignum esset, neque illo qui te misit hospite : sed ingredere, istam vero foris clamare sine suasque ipsius et amicorum miserias.

ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἆρ' ὑμὶν ὡς ἀλγοῦσα κἀδυνωμένη
δεινῶς δακρῦσαι κἀπικωκῦσαι δοκεῖ
τὸν υἱὸν ἡ δύστηνος ὧδ' ὀλωλότα;
ἀλλ' ἐγγελῶσα φροῦδος. Ὦ τάλαιν' ἐγώ·
Ὀρέστα φίλταθ', ὥς μ' ἀπώλεσας θανών.
Ἀποσπάσας γὰρ τῆς ἐμῆς οἴχει φρενὸς
αἵ μοι μόναι παρῆσαν ἐλπίδων ἔτι,
σὲ πατρὸς ἥξειν ζῶντα τιμωρόν ποτε
κἀμοῦ ταλαίνης. Νῦν δὲ ποῖ με χρὴ μολεῖν;
μόνη γάρ εἰμι, σοῦ τ' ἀπεστερημένη
καὶ πατρός. Ἤδη δεῖ με δουλεύειν πάλιν
ἐν τοῖσιν ἐχθίστοισιν ἀνθρώπων ἐμοὶ
φονεῦσι πατρός. Ἆρά μοι καλῶς ἔχει;
ἀλλ' οὔ τι μὴν ἔγωγε τοῦ λοιποῦ χρόνου
ξύνοικος ἔσομ', ἀλλὰ τῇδε πρὸς πύλῃ
παρεῖσ' ἐμαυτὴν ἄφιλος αὐανῶ βίον.
Πρὸς ταῦτα καινέτω τις, εἰ βαρύνεται,
τῶν ἔνδον ὄντων· ὡς χάρις μὲν, ἢν κτάνῃ,
λύπη δ', ἐὰν ζῶ· τοῦ βίου δ' οὐδεὶς πόθος.

Num vobis ut dolens et mœsta graviter lacrimare et lamentari impia videtur filium miserabili exstinctum leto? sed irridens intro se abripuit.
O me miseram! Oresta carissime, ut me tua perdidisti morte!
Avulsisti enim ex animo meo quidquid mihi reliquum erat spei, fore ut vivus venires aliquando ultor patris meique miseræ.
Nunc vero quo me convertam? sola enim sum, teque orba et patre.
Jam rursus oportet me servire inter hos inimicissimos hominum, patris mei occisores.
Nonne optime me habeo? Equidem vero nequaquam cum illis posthac his in ædibus habitabo; sed hic ante ostium projecta, amicis destituta, contabescam.
Quod si cui eorum qui intus sunt ægre erit, occidat licet : gratum enim erit mihi, si interficiat; dolor autem, si vivam, quippe nulla mihi vitæ cupido est.

ΧΟΡΟΣ.
Ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διὸς, ἢ ποῦ φαέθων Στρ.
Ἅλιος, εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες
κρύπτουσιν ἕκηλοι;

CHORUS.
Ubi tandem sunt Jovis fulmina, aut ubi lucidus Sol, si hæc intuentes tranquilli se condunt?

ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἔ ἔ, αἰαῖ.

ELECTRA.
He he, heu heu!

ΧΟΡΟΣ.
Ὦ παῖ, τί δακρύεις;

CHORUS.
Filia, quid lacrimas?

ΗΛΕΚΤΡΑ.
Φεῦ.

ELECTRA.
Heu!

ΧΟΡΟΣ.
Μηδὲν μέγ' αὔσῃς.

CHORUS.
Ne altum nimis lamenteris.

ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἀπολεῖς.

ELECTRA.
Enecas.

ΧΟΡΟΣ.
Πῶς;

CHORUS.
Quidum?

ΗΛΕΚΤΡΑ.
Εἰ τῶν φανερῶς οἰχομένων
εἰς Ἅιδαν ἐλπίδ' ὑποί-
σεις, κατ' ἐμοῦ τακομένας
μᾶλλον ἐπεμβάσει.

ELECTRA.
Si de iis qui manifeste ad Orcum abierunt spem suggeres, in me dolore jam tabidam magis insultabis.

ΧΟΡΟΣ.
Οἶδα γὰρ ἄνακτ' Ἀμφιάρεων χρυσοδέτοις Ἀντ.
ἕρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν·
καὶ νῦν ὑπὸ γαίας

CHORUS.
Novi enim regem Amphiaraum auro nexis mulierum retibus obrutum; qui nunc tamen sub terra —

ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἔ ἔ, ἰώ.

ELECTRA.
He, he, heu!

ΧΟΡΟΣ.
πάμψυχος ἀνάσσει.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Φεῦ.
ΧΟΡΟΣ.
Φεῦ δῆτ'· ὀλοὰ γάρ.
ΗΛΕΚΤΡΑ
Ἐδάμη;
ΧΟΡΟΣ.
Ναί.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Οἶδ' οἶδ'· ἐφάνη γὰρ μελέτωρ
ἀμφὶ τὸν ἐν πένθει· ἐμοὶ δ'
οὔτις ἔτ' ἔσθ'· ὃς γὰρ ἔτ' ἦν,
ῥοῦδος ἀναρπασθείς·
ΧΟΡΟΣ.
Δειλάα δειλάων κυρεῖς. Στρ. β'.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Κἀγὼ τοῦδ' ἴστωρ, ὑπερίστωρ,
πανσύρτῳ παμμήνῳ δεινῶν
στυγνῶν τ' ἀχέων αἰῶνι.
ΧΟΡΟΣ.
Εἴδομεν ἃ θρηνεῖς.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Μή μέ νυν μηκέτι
παραγάγῃς, ἵν' οὐ
ΧΟΡΟΣ.
Τί φῄς;
ΗΛΕΚΤΡΑ.
πάρεισιν ἐλπίδων ἔτι κοινοτόκων
εὐπατρίδων τ' ἀρωγαί.
ΧΟΡΟΣ.
Πᾶσι θνατοῖς ἕφυ μόρος. Ἀντ. β'.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Ἦ καὶ χαλαργοῖς ἐν ἁμίλλαις
οὕτως, ὡς κεῖνῳ δυστάνῳ,
τιμητοῖς ὀλκοῖς ἐγκῦρσαι;
ΧΟΡΟΣ.
Ἄσκοπος ἃ λώβα.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Πῶς γὰρ οὐχ; εἰ ξένος
ἄτιρ ἐμᾶν χερῶν
ΧΟΡΟΣ.
Παπαῖ.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
κέκευθεν, οὔτε του τάφου ἀντιάσας
οὔτε γόων παρ' ἡμῶν.
ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.
Υ̓̀φ' ἡδονῆς τοι, φιλτάτη, διώκομαι
τὸ κόσμιον μεθεῖσα σὺν τάχει μολεῖν.
Φέρω γὰρ ἡδονάς τε κἀνάπαυλαν ὧν
πάροιθεν εἶχες καὶ κατέστενες κακῶν.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
Πόθεν δ' ἂν εὕροις τῶν ἐμῶν σὺ πημάτων

CHORUS.
in omnes umbras imperium habet.
ELECTRA.
Heu!
CHORUS.
Luctuosa sane ista sunt. Perditissima enim mulier —
ELECTRA.
Scelerisne pœnas dedit?
CHORUS.
Planissime.
ELECTRA.
Scio, scio: exortus est enim aliquis, cui curæ fuit offensus: mihi vero nemo superest amplius: quem enim habebam vindicem, is evanuit fato abreptus.

CHORUS.
Omnium es infelicissima.
ELECTRA.
Et ego hoc satis superque cognovi. vita omni tempore nihil nisi gravia et tristia afferente.

CHORUS.
Vidimus, quæ conquerere.
ELECTRA.
Ne me ergo, ne me amplius soleris, ubi nulla —

CHORUS.
Quid ais?
ELECTRA.
spes superest auxilii a nobili germano.

CHORUS.
Hominibus omnibus fato destinatum est mori.
ELECTRA.
An etiam in celeripedum equorum certaminibus, ut misero illi contigit, implicari loris?

CHORUS.
Immensa calamitas.
ELECTRA.
Quippini? si peregrina in terra sine meis manibus —

CHORUS.
Papæ!
ELECTRA.
conditus est urna, neque sepulcri, neque lamentorum a nobis honorem sortitus.
CHRYSOTHEMIS.
Præ gaudio quidem, o carissima, propero, omisso decoro, ut citius veniam:
læta enim affero, requiemque malorum, quibus gravabaris et ingemiscebas antea.
ELECTRA.
Unde autem invenias tu meorum malorum levamen, qui-

ἄρηξιν, οἷς ἴασιν οὐκ ἔνεστ' ἰδεῖν;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Πάρεστ' Ὀρέστης ἡμῖν, ἴσθι τοῦτ' ἐμοῦ
κλύουσ', ἐναργῶς, ὥσπερ εἰσορᾷς ἐμέ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἦ μέμηνας, ὦ τάλαινα, κἀπὶ τοῖς
σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Μὰ τὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀλλ' οὐχ ὕβρει
λέγω τάδ', ἀλλ' ἐκεῖνον ὡς παρόντα νῷ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οἴμοι τάλαινα· καὶ τίνος βροτῶν λόγον
τόνδ' εἰσακούσας' ὧδε πιστεύεις ἄγαν;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἐγὼ μὲν ἐξ ἐμοῦ τε κοὐκ ἄλλου σαφῆ
σημεῖ' ἰδοῦσα τῷδε πιστεύω λόγῳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τίν', ὦ τάλαιν', ἰδοῦσα πίστιν; ἐς τί μοι
βλέψασα θάλπει τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Πρός νυν θεῶν ἄκουσον, ὡς μαθοῦσά μου
τὸ λοιπὸν ἢ φρονοῦσαν ἢ μώραν λέγῃς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Σὺ δ' οὖν λέγ', εἴ σοι τῷ λόγῳ τις ἡδονή.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Καὶ δὴ λέγω σοι πᾶν ὅσον κατειδόμην.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἀρχαῖον τάφον,
ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεορρύτους
πηγὰς γάλακτος καὶ περιστεφῆ κύκλῳ
πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.
Ἰδοῦσα δ' ἔσχον θαῦμα, καὶ περισκοπῶ
μή πού τις ἡμῖν ἐγγὺς ἐγχρίμπτῃ βροτῶν.
Ὡς δ' ἐν γαλήνῃ πάντ' ἐδερκόμην τόπον,
τύμβου προσεῖρπον ἄσσον· ἐσχάτης δ' ὁρῶ
πυρᾶς νεωρῇ βόστρυχον τετμημένον·
κεὐθὺς τάλαιν' ὡς εἶδον, ἐμπαίει τί μοι
ψυχῇ σύνηθες ὄμμα, φιλτάτου βροτῶν
πάντων Ὀρέστου τοῦθ' ὁρᾶν τεκμήριον·
καὶ χερσὶ βαστάσασα δυσφημῶ μὲν οὖ,
χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων.
Καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσταμαι
μή του τόδ' ἀγλάϊσμα πλὴν κείνου μολεῖν.
Τῷ γὰρ προσήκει πλήν γ' ἐμοῦ καὶ σοῦ τόδε;
κἀγὼ μὲν οὐκ ἔδρασα, τοῦτ' ἐπίσταμαι,
οὐδ' αὖ σύ. Πῶς γάρ; ἦ γε μηδὲ πρὸς θεοὺς
ἔξεστ' ἀκλαύστῳ τῆσδ' ἀποστῆναι στέγης.
Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὔθ' ὁ νοῦς φιλεῖ
τοιαῦτα πράσσειν οὔτε δρῶσ' ἐλάνθαν' ἄν·
ἀλλ' ἔστ' Ὀρέστου ταῦτα τἀπιτύμβια.
Ἀλλ' ὦ φίλη, θάρσυνε. Τοῖς αὐτοῖσί τοι
οὐχ αὐτὸς ἀεὶ δαιμόνων παραστατεῖ.
Νῷν δ' ἦν τὰ πρόσθεν στυγνός· ἡ δὲ νῦν ἴσως
πολλῶν ὑπάρξει κῦρος ἡμέρα καλῶν.

bus medelam nullam videre licet?

CHRYSOTHEMIS.

Adest nobis Orestes, certum hoc scias te ex me audire, ita manifestus, ut me nunc intueris.

ELECTRA.

Anne insanis, o misera, et tuis ipsius malis, meisque irrides?

CHRYSOTHEMIS.

Patrios penates adjuro, haud sane illudens ista dico, sed intellige illum adesse.

ELECTRA.

Hei mihi miseræ! Et quonam ex homine nuntium hunc audiisti, cujus fide tam facile credis?

CHRYSOTHEMIS.

Equidem ex me ipsa, non ex alio, certa signa quum viderim, huic rei habeo fidem.

ELECTRA.

Quodnam, misera, conspicata argumentum? quidnam, quæso, intuita incaluisti tam insanabili lætitia?

CHRYSOTHEMIS.

Per deos ergo audi, ut, re cognita, deinde vel sapere me, vel desipere dicas.

ELECTRA.

Fare ergo, siquidem id tibi volupe est.

CHRYSOTHEMIS.

Atque ædepol tibi omnia dicam quæcunque vidi.
Nam simul ac veni patris ad vetus bustum, conspicor tumulo ex summo recens fusos lactis latices, et ornatum undique sepulcrum patris omni florum genere.

Quod quum video, admirans circumspicio, ne quis se mihi homo obviam offerat.
Ubi vero in tranquillo omnem vidi locum, tumulum accessi propius, et summo e busto conspicor recens desectas comas; simulque ut adspexi misera, perculit animum illico familiaris facies, tanquam si hominum omnium carissimi Orestæ hoc viderem indicium: et manibus contrectans, vocem quidem compressi, lacrimis autem præ gaudio rigari ora.

Nuncque ut prius perinde mihi compertum est a nemine hæc munera quam ab illo oblata esse: cui enim hoc præterquam mihi et tibi convenit? atqui non tuli ego has inferias; satis hoc certo scio; neque adeo tu: qui enim potuisses? cui quidem vel diis supplicatum exire ex hac domo non licet impune.
Sed neque matri talia facere in mentem venire solent, nec, si fecisset, hoc nos fugeret. Verum sunt Orestæ hæc procul dubio dona funeralia.
Jam, o cara, confide: non sane eadem semper iidem fortuna utuntur:
nobis quidem antea adversa erat: sed forte hæc dies multorum erit bonorum auspicium.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Φεῦ, τῆς ἀνοίας ὡς σ' ἐποικτείρω πάλαι

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Τί δ' ἔστιν; οὐ πρὸς ἡδονὴν λέγω τάδε;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Πῶς δ' οὐκ ἐγὼ κάτοιδ' ἃ γ' εἶδον ἐμφανῶς;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τέθνηκεν, ὦ τάλαινα· τἀκείνου δέ σοι
σωτῆρι' ἔρρει· μηδὲν ἐς κεῖνόν γ' ὅρα.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Οἴμοι τάλαινα· τοῦ τάδ' ἤκουσας βροτῶν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τοῦ πλησίον παρόντος, ἡνίκ' ὤλλυτο.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Καὶ ποῦ 'στιν οὗτος; θαῦμά τοί μ' ὑπέρχεται.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Κατ' οἶκον, ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυσχερής.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Οἴμοι τάλαινα· τοῦ γὰρ ἀνθρώπων ποτ' ἦν
τὰ πολλὰ πατρὸς πρὸς τάφον κτερίσματα;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οἶμαι μάλιστ' ἔγωγε τοῦ τεθνηκότος
μνημεῖ' Ὀρέστου ταῦτα προσθεῖναι τινά.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ὦ δυστυχής· ἐγὼ δὲ σὺν χαρᾷ λόγους
τοιούσδ' ἔχουσ' ἔσπευδον, οὐκ εἰδυῖ' ἄρα
ἵν' ἦμεν ἄτης· ἀλλὰ νῦν, ὅθ' ἱκόμην,
τά τ' ὄντα πρόσθεν ἄλλα θ' εὑρίσκω κακά.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὕτως ἔχει σοι ταῦτ'· ἐὰν δέ μοι πίθῃ,
τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἦ τοὺς θανόντας ἐξαναστήσω ποτέ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐκ ἴσθ' ὅ γ' εἶπον· οὐ γὰρ ὧδ' ἄφρων ἔφυν.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Τί γὰρ κελεύεις ὧν ἐγὼ φερέγγυος;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πλῆναί σε δρῶσαν ἃν ἐγὼ παραινέσω.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' εἴ τις ὠφέλειά γ', οὐκ ἀπώσομαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὅρα, πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ὁρῶ. Ξυνοίσω πᾶν ὅσονπερ ἂν σθένω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἄκουε δή νυν ἧ βεβούλευμαι τελεῖν.
Παρουσίαν μὲν οἶσθα καὶ σύ που φίλων
ὡς οὔτις ἡμῖν ἐστίν, ἀλλ' Ἅιδης λαβὼν
ἀπεστέρηκε καὶ μόνα λελείμμεθον.
Ἐγὼ δ' ἕως μὲν τὸν κασίγνητον βίῳ
θάλλοντ' ἔτ' εἰσήκουον, εἶχον ἐλπίδας

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Heu! quamdiu jam tuæ me miseret dementiæ.

CHRYSOTHEMIS.

Quid est? an quæ dico non grata sunt tibi?

ELECTRA.

Nescis quo terrarum, nec quo sententiæ abripiaris.

CHRYSOTHEMIS.

Qui vero nesciam, quæ vidi egomet clare?

ELECTRA.

Mortuus est, o misera; et ab illo tibi sperata salus periit: ne amplius ad illum respicias.

CHRYSOTHEMIS.

Hei mihi miseræ! ex quo hæc audisti mortalium?

ELECTRA.

A quodam qui aderat, quum periret ille.

CHRYSOTHEMIS.

Ubinam is est? Profecto subit hæc mirari.

ELECTRA.

Intus, jucundus matri ac minime molestus.

CHRYSOTHEMIS.

Hei mihi miseræ! cujusnam ergo hominum erant multæ illæ ad patris tumulum inferiæ?

ELECTRA.

Opinor equidem maxime ab aliquo apposita fuisse ista mortui Orestæ monimenta.

CHRYSOTHEMIS.

O me infelicem, quæ gaudio concita talem huc ferens nuntium properabam, ignara scilicet, qua essemus in calamitate! nunc vero, ubi veni, prioresque aliasque insuper reperio miserias.

ELECTRA.

Ita hæc se tibi habent. Si vero mihi auscultabis, præsentis mali onere nos levabis.

CHRYSOTHEMIS.

Num, quæso, mortuos resuscitabo?

ELECTRA.

Non istuc est quod dixi: haud enim demens sum adeo.

CHRYSOTHEMIS.

Quid igitur jubes, quod ego præstare valeam?

ELECTRA.

Ut quod monebo audeas exsequi.

CHRYSOTHEMIS.

Atqui, siquidem ex usu erit, non detrectabo.

ELECTRA.

Vide; sine labore nihil prospere cedit.

CHRYSOTHEMIS.

Video; conferam quidquid potero.

ELECTRA.

Nunc igitur audi, quo pacto rem conficere decreverim. Tu quidem ipsa scis amicorum auxilium ut nobis nullum sit; sed Orcus eos abripiens nos orbavit, solæque relictæ sumus.

Ego quidem quam diu fratrem in vivis esse audibam florentem ætate, spem habebam, venturum eum aliquando

φόνου ποτ' αὐτὸν πράκτορ' ἴζεσθαι πατρός·
νῦν δ' ἡνίκ' οὐκ ἔτ' ἔστιν, ἐς σὲ δὴ βλέπω,
ὅπως τὸν αὐτόχειρα πατρῴου φόνου
ξὺν τῇδ' ἀδελφῇ μὴ κατοκνήσεις κτανεῖν
Αἴγισθον. Οὐδὲν γάρ σε δεῖ κρύπτειν μ' ἔτι.
Ποῖ γὰρ μενεῖς βράθυμος ἐς τίν' ἐλπίδων
βλέψασ' ἔτ' ὀρθήν; ἦ πάρεστι μὲν στένειν·
πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένη,
πάρεστι δ' ἀλγεῖν ἐς τοσόνδε τοῦ χρόνου
ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε.
Καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως
τεύξει ποτ'· οὐ γὰρ ὧδ' ἄβουλός ἐστ' ἀνὴρ
Αἴγισθος ὥστε σόν ποτ' ἢ κἀμὸν γένος
βλαστεῖν ἐᾶσαι, πημονὴν αὐτῷ σαφῆ.
Ἀλλ' ἢν ἐπίσπῃ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν,
πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω
θανόντος οἴσει τοῦ κασιγνήτου θ' ἅμα·
ἔπειτα δ' ὥσπερ ἐξέφυς, ἐλευθέρα
καλεῖ τὸ λοιπὸν, καὶ γάμων ἐπαξίων
τεύξει. Φιλεῖ γὰρ πρὸς τὰ χρηστὰ πᾶς ὁρᾶν.
Λόγων γε μὴν εὔκλειαν οὐχ ὁρᾷς ὅστην
σαυτῇ τε κἀμοὶ προσβαλεῖς πεισθεῖσά μοι;
τίς γάρ ποτ' ἀστῶν ἢ ξένων ἡμᾶς ἰδὼν
τοιοῖσδ' ἐπαίνοις οὐχὶ δεξιώσεται;
Ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, φίλοι,
ὦ τὸν πατρῷον οἶκον ἐξεσωσάτην,
ὦ τοῖσιν ἐχθροῖς εὖ βεβηκόσιν ποτὲ
ψυχῆς ἀφειδήσαντε προὐστήτην φόνου·
τούτω φιλεῖν χρή, τώδε χρὴ πάντας σέβειν·
τώδ' ἔν θ' ἑορταῖς ἔν τε πανδήμῳ πόλει
τιμᾶν ἅπαντας οὕνεκ' ἀνδρείας χρεών.
Τοιαῦτά τοι νὼ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν,
ζώσαιν θανούσαιν θ' ὥστε μὴ κλιπεῖν κλέος·
Ἀλλ', ὦ φίλη, πείσθητι, συμπόνει πατρὶ,
σύγκαμν' ἀδελφῷ, παῦσον ἐκ κακῶν ἐμὲ,
παῦσον δὲ σαυτὴν, τοῦτο γιγνώσκουσ', ὅτι
ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν ἡ προμηθία
καὶ τῷ λέγοντι καὶ κλύοντι σύμμαχος.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Καὶ πρίν γε φωνεῖν, ὦ γυναῖκες, εἰ φρενῶν
ἐτύγχαν' αὕτη μὴ κακῶν, ἐσώζετ' ἂν
τὴν εὐλάβειαν, ὥσπερ οὐχὶ σώζεται.
Ποῖ γάρ ποτ' ἐμβλέψασα τοιοῦτον θράσος
αὐτή θ' ὁπλίζει κἄμ' ὑπηρετεῖν καλεῖς;
οὐκ εἰσορᾷς; γυνὴ μὲν οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς,
σθένεις δ' ἔλασσον τῶν ἐναντίων χερί.
Δαίμων δὲ τοῖς μὲν εὐτυχὴς καθ' ἡμέραν,
ἡμῖν δ' ἀπορρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.
Τίς οὖν τοιοῦτον ἄνδρα βουλεύων ἑλεῖν
ἄλυπος ἄτης ἐξαπαλλαχθήσεται;
Ὅρα κακῶς πράσσοντε μὴ μείζω κτὰ
κτησώμεθ' εἴ τις τούσδ' ἀκούσεται λόγους.

paternæ cædis ultorem : nunc vero, quando non est amplius, ad te respicio, ut, qui propria manu patri necem intulit, hunc ne dubites occidere socia hac tua sorore : nihil enim exinde me tibi reticere fas est.

Quousque enim conquiesces, quam spem respectans adhuc firmam? cui adest quidem copia lugendi, paternis opibus dejectæ, adest mœrendi copia, quippe quæ tamdiu consenescas expers nuptiarum.

Neu sane speres te cuiquam nupturam aliquando : haud enim adeo vir inops est consilii Ægisthus, ut luculento cum suo damno tuam unquam vel meam succrescere sinat sobolem.

Verum si consiliis meis obsecuta fueris, primum quidem pietatis laudem a mortuo patre, simulque a fratre reportabis : deinde autem, ut libera nata es, ita libera in posterum dicêris, et nuptias te dignas nanciscêre : solet enim unusquisque ad honesta respicere.

Famæ vero non vides quantam celebritatem tibique et mihi conciliatura sis, si parueris mihi?

Quis enim vel civis vel hospes conspicatus olim nos non prosequetur talibus laudibus?

Videte has duas sorores, amici, quæ paternam domum conservarunt, quæ vitæ haud parcentes suæ, inimicis olim summis opibus pollentibus cædem administrarunt : has amare decet, has decet omnes venerari, has in deorum festis inque civium conventibus honorare omnes decet, propter virilem virtutem.

Talia de nobis quilibet homo dicet, ut dum vivamus, postque mortem etiam, nostra nunquam deficiat gloria.

At, o cara, obtempera, patri fer auxilium, adjuva fratrem, libera ex malis me, libera te ipsam quoque, hoc expendens, quam TURPE GENEROSIS VIVERE TURPITER.

CHORUS.

In talibus rebus prudentia et dicenti et audienti utilis est.

CHRYSOTHEMIS.

Immo antequam locuta esset, o mulieres, si mens illi non læva fuisset, prudentiæ rationem habuisset, quam ab illa prorsus abjici videtis.

Quo enim, quæso, respiciens et ipsa ad tam audax facinus accingere, et me subsidio advocas?

Nonne vides? mulier quidem, non vir, es : adversariis autem longe es inferior viribus;

quorum quidem fortuna in dies felicior, nostra autem minor fit, et ad nihil redit.

Quis igitur talem virum opprimere sine maximo suo malo aggredietur?

Vide, ne male jam affectæ, majora nanciscamur mala, si quis istos sermones audiet.

Λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν οὐδ' ἐπωφελεῖ
βάξιν καλὴν λαβόντε δυσκλεῶς θανεῖν.
Οὐ γὰρ θανεῖν ἔχθιστον, ἀλλ' ὅταν θανεῖν
χρῄζων τις εἶτα μηδὲ τοῦτ' ἔχῃ λαβεῖν.
Ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν
ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι κἀξερημῶσαι γένος,
κατάσχες ὀργήν. Καὶ τὰ μὲν λελεγμένα
ἄρρητ' ἐγώ σοι κἀτελῆ φυλάξομαι,
αὐτὴ δὲ νοῦν σχὲς ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτέ,
σθένουσα μηδὲν τοῖς κρατοῦσιν εἰκαθεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Πείθου. Προνοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔχυ
κέρδος λαβεῖν ἄμεινον οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀπροσδόκητον οὐδὲν εἴρηκας· καλῶς
ᾔδη σ' ἀπορρίψουσαν ἀπηγγελλόμην.
Ἀλλ' αὐτόχειρί μοι μόνῃ τε δραστέον
τοὔργον τόδ'· οὐ γὰρ δὴ κενόν γ' ἀφήσομεν

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Φεῦ·
εἴθ' ὤφελες τοιάδε τὴν γνώμην πατρὸς
θνήσκοντος εἶναι· πᾶν γὰρ ἂν κατειργάσω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἦν φύσιν γε, τὸν δὲ νοῦν ἧσσων τότε.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἄσκει τοιαύτη νοῦν δι' αἰῶνος μένειν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὡς οὐχὶ συνδράσουσα νουθετεῖς τάδε.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, τῆς δὲ δειλίας στυγῶ.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀνέξομαι κλύουσα χὠταν εὖ λέγῃς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' οὔ ποτ' ἐξ ἐμοῦ γε μὴ πάθῃς τόδε.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Μακρὸς τὸ κρῖναι ταῦτα χὠ λοιπὸς χρόνος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἄπελθε. Σοὶ γὰρ ὠφέλησις οὐκ ἔνι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἔνεστιν· ἀλλὰ σοὶ μάθησις οὐ πάρα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐλθοῦσα μητρὶ ταῦτα πάντ' ἔξειπε σῇ.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' οὖν ἐπίστω γ' οἵ μ' ἀτιμίας ἄγεις.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθίας δέ σου.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τῷ σῷ δικαίῳ δῆτ' ἐπισπέσθαι με δεῖ;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ὅταν γὰρ εὖ φρονῇς, τόθ' ἡγήσει σὺ νῷν.

Nihil enim nobis profuerit, nec ulli erit adjumento, gloriosam adeptas famam indignis modis periisse.

Haud enim mori tristissimum est, at quum mori quis cupiens, ne hoc quidem valeat assequi.

Quare et supplex oro, priusquam nos funditus pereamus, vasteturque genus omne nostrum, iram cohibe : et quæ dixisti, pro indictis et irritis habebo, secretaque servabo.

Tu vero saltem nunc sero sapere incipe, et disce, nullis ipsa prædita viribus, potentioribus cedere

CHORUS.

Obtempera : nihil hominibus utilius contingere potest prudentia et mente sana.'

ELECTRA.

Inexspectatum nihil dixisti : pulchre enim noram, te consilia mea repudiaturam esse ;

sed mea solius manu peragendum est hoc opus : nequaquam enim id irritum dimittemus.

CHRYSOTHEMIS.

Vah ! utinam tali fuisses animo tunc quum pater interficeretur ! rem enim omnem confecisses.

ELECTRA.

Eram quidem natura talis, sed animo tunc imbecilliore.

CHRYSOTHEMIS.

Da operam ut eumdem semper serves animum.

ELECTRA.

Ut quæ non adjutura sis, ista me mones.

CHRYSOTHEMIS.

Mali enim incepti par est consimilem esse exitum.

ELECTRA.

Laudo tuam prudentiam, sed timiditatem odi.

CHRYSOTHEMIS.

Oportebit me audire te etiam laudantem mores meos.

ELECTRA.

Sed ex me quidem id nunquam consequeris.

CHRYSOTHEMIS.

Sat longum restat tempus, quod hæc dijudicet.

ELECTRA.

Abi : in te enim nihil est auxilii.

CHRYSOTHEMIS.

Inest : tibi vero deest docilis animus.

ELECTRA.

I, matri hæc omnia enarra tuæ.

CHRYSOTHEMIS.

Nec rursus tanto in te incensa sum odio.

ELECTRA.

Imo tanto (odio) scias, quanta me aspergis infamia.

CHRYSOTHEMIS.

Non quidem infamia, sed providentia ut tibi ipsi caveas.

ELECTRA.

Ergone, quod tibi justum videtur, me sequi oportet?

CHRYSOTHEMIS.

Quippe quum recte sapies, tum tu nobis præibis.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἦ δεινὸν εὖ λέγουσαν ἐξαμαρτάνειν.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Εἴρηκας ὀρθῶς ᾧ σὺ πρόσκεισαι κακῷ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δ'; οὐ δοκῶ σοι ταῦτα σὺν δίκῃ λέγειν;

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' ἔστιν ἔνθα χἡ δίκη βλάβην φέρει.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τούτοις ἐγὼ ζῆν τοῖς νόμοις οὐ βούλομαι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' εἰ ποιήσεις ταῦτ', ἐπαινέσεις ἐμέ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ μὴν ποιήσω γ' οὐδὲν ἐκπλαγεῖσά σε.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Καὶ τοῦτ' ἀληθὲς, οὐδὲ βουλεύσει πάλιν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Φρονεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν ἐγὼ λέγω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πάλαι δέδοκται ταῦτα κοὐ νεωστί μοι.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἄπειμι τοίνυν. Οὔτε γὰρ σὺ τἄμ' ἔπη
τολμᾷς ἐπαινεῖν οὔτ' ἐγὼ τοὺς σοὺς τρόπους.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' εἶσιθ'. Οὔ σοι μὴ μεθέψομαί ποτε,
οὐδ' ἢν σφόδρ' ἱμείρουσα τυγχάνῃς· ἐπεὶ
πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενά.

ΧΡΥΣΟΘΕΜΙΣ.

Ἀλλ' εἰ σεαυτῇ τυγχάνεις δοκοῦσά τι
φρονεῖν, φρόνει τοιαῦθ'· ὅταν γὰρ ἐν κακοῖς
ἤδη βεβήκῃς, τἄμ' ἐπαινέσεις ἔπη.

ΧΟΡΟΣ.

Τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνοὺς Στρ. α'.
ἐσορώμενοι τροφᾶς κηδομένους ἀφ' ὧν τε βλάστω-
σιν ἀφ' ὧν τ' ὄνασιν εὕρωσι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦ-
Ἀλλ' οὐ τὰν Διὸς ἀστραπὰν [μεν;
καὶ τὰν οὐρανίαν Θέμιν,
δαρὸν οὐκ ἀπόνητοι.
Ὦ χθονία βροτοῖσι φάμα, κατά μοι βόασον οἰκτρὰν
ὅπα τοῖς ἔνερθ' Ἀτρείδαις, ἀχόρευτα φέρουσ' ὀνείδη·
ὅτι σφὶν ἤδη τὰ μὲν ἐκ δόμων νοσεῖ, Ἀντ. α'.
τὰ δὲ πρὸς τέκνων διπλῆ φύλοπις οὐκ ἔτ' ἐξισοῦται
φιλοτασίῳ διαίτᾳ. Πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει
Ἠλέκτρα, τὸν ἀεὶ πότμον
δειλαία στενάχουσ', ὅπως
ἁ πάνδυρτος ἀηδών, [ἑτοίμα,
οὔτε τι τοῦ θανεῖν προμηθὴς τό τε μὴ βλέπειν
ὀιδύμαν ἕλοῦσ' Ἐρινύν. Τίς ἂν εὐπατρις ὧδε βλά-
Οὐδεὶς τῶν ἀγαθῶν γὰρ Στρ. β'. [στοι;
ζῶν κακῶς εὔκλειαν αἰσχῦναι θέλει
νώνυμος, ὦ παῖ παῖ,
ὡς καὶ σὺ πάγκλαυτον αἰῶνα κοινὸν εἵλου,

ELECTRA.

ELECTRA.

Mirum est profecto bene dicentem perverse agere.

CHRYSOTHEMIS.

Quo tu laboras morbo, plane elocuta es.

ELECTRA.

Quid ergo? an hæc ego tibi parum recte dicere videor?

CHRYSOTHEMIS.

At enim quæ recta sunt nonnunquam nocent.

ELECTRA.

Has ego juxta leges nolo vivere.

CHRYSOTHEMIS.

Sed si ita ages, postmodo laudabis me.

ELECTRA.

Equidem agam, terricula tua nihil moror.

CHRYSOTHEMIS.

Etiamne hoc certum, neque consilium mutabis?

ELECTRA.

Consilio enim nihil est odiosius malo.

CHRYSOTHEMIS.

Curare videris nihil eorum quæ loquor.

ELECTRA.

Olim decreta sunt hæc mihi, non nuper.

CHYSOTHEMIS.

Abibo igitur: neque enim tu mea dicta sustines probare, neque ego tuos mores.

ELECTRA.

Quin abi domum. Non ego tibi, ne impensius quidem cupienti, comes futura sum unquam. Nam magna demen-tia est, venari id quod nusquam sit.

CHRYSOTHEMIS.

At si tibi ipsi sapere videris, talia licet sapias: verum ubi in mala jam incideris, mea probabis dicta.

CHORUS.

Cur, obsecro, quum superne involantes aves cordatissi-mas videamus earum victui prospicere, a quibus prognatæ sunt et educatæ, non idem et nos agemus?

At non, per Jovis fulmina, et per cœleste numen Justi-tiæ, non diu ab illis (i. e. *iis, qui parentum saluti non prospiciunt*) malum aberit.

O terram subiens mortalium fama, miserabilem vocem increpa defunctis Atridis, illætabilia nuntians opprobria: ut jam illis res domesticæ afflictæ sint, utque diversis abreptæ studiis filiæ dissideant, nec amplius componantur amico convictu:

prodita vero ac sola Electra calamitates infinitas dolens perpetuo jactatur in luctu, ut flebilis luscinia, nullam vitæ curam habens, quin et mori parata, dummodo geminas opprimat furias. Quænam usquam tam egregio patre ut orta (i. e. *tam egregiam filiam se exhibeat*)?

Rebus in adversis nemo generosus nobilitatem suam de-decorare sustinet, nec committere ut fama nominis inter-eat: ita tu quoque, o filia, illætabile commune fatum prae-

τὸ μὴ καλὸν καθοπλίσασα δύο φέρειν ἐν ἑνὶ λόγῳ,
σοφά τ' ἀρίστα τε παῖς κεκλῆσθαι.
Ζώης μοι καθύπερθεν Ἀντ. β'.
χειρὶ καὶ πλούτῳ τεῶν ἐχθρῶν ὅσον
νῦν ὑπόχειρ ναίεις·
ἐπεί σ' ἐφηύρηκα μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ
βεβῶσαν· ἃ δὲ μέγιστ' ἔθλαστε νόμιμα, τῶνδε φε-
ἄριστα τᾷ Ζηνὸς εὐσεβείᾳ. [ρομέναν

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἆρ', ὦ γυναῖκες, ὀρθά τ' εἰσηκούσαμεν
ὀρθῶς θ' ὁδοιποροῦμεν ἔνθα χρῄζομεν;

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐξερευνᾷς καὶ τί βουληθεὶς πάρει;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Αἴγισθον ἔνθ' ᾤκηκεν ἱστορῶ πάλαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' εὖ θ' ἱκάνεις χὠ φράσας ἀζήμιος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τίς οὖν ἂν ὑμῶν τοῖς ἔσω φράσειεν ἂν
ἡμῶν ποθεινὴν κοινόπουν παρουσίαν;

ΧΟΡΟΣ.

Ἥδ', εἰ τὸν ἄγχιστόν γε κηρύσσειν χρεών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἴθ', ὦ γύναι, δήλωσον εἰσελθοῦσ' ὅτι
Φωκῆς ματεύουσ' ἄνδρες Αἴγισθόν τινες.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οἴμοι τάλαιν', οὐ δή ποθ' ἧς ἠκούσαμεν
φήμης φέροντες ἐμφανῆ τεκμήρια;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐκ οἶδα τὴν σὴν κληδόν'· ἀλλά μοι γέρων
ἐφεῖτ' Ὀρέστου Στρόφιος ἀγγεῖλαι πέρι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δ' ἔστιν, ὦ ξέν'; ὡς μ' ὑπέρχεται φόβος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φέροντες αὐτοῦ σμικρὰ λείψαν' ἐν βραχεῖ
τεύχει θανόντος, ὡς ὁρᾷς, κομίζομεν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οἴ 'γὼ τάλαινα, τοῦτ' ἐκεῖν' ἤδη σαφές·
πρόσχειρον ἄχθος, ὡς ἔοικε, δέρκομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εἴπερ τι κλαίεις τῶν Ὀρεστείων κακῶν,
τόδ' ἄγγος ἴσθι σῶμα τοὐκείνου στέγον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ ξεῖνε, δός νυν πρὸς θεῶν, εἴπερ τόδε
κέκευθεν αὐτὸν τεῦχος, ἐς χεῖρας λαβεῖν,
ὅπως ἐμαυτὴν καὶ γένος τὸ πᾶν δμοῦ
ξὺν τῇδε κλαύσω κἀποδύρωμαι σποδῷ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Λάβ' ἥτις ἐστὶ προσφέροντες. Οὐ γὰρ ὡς
ἐν δυσμενείᾳ γ' οὖσ' ἐπαιτεῖται τόδε,
ἀλλ' ἢ φίλων τις, ἢ πρὸς αἵματος φύσιν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνθρώπων ἐμοὶ
ψυχῆς Ὀρέστου λοιπόν, ὡς σ' ἀπ' ἐλπίδων

tulisti, scelus armans, ut duplicem laudem eodem consilio consequaris, sapiensque dici, simulque optima filia.

Utinam vivas mihi, superesque manu et opibus inimicos tantum, quantum nunc ab illis opprimeris! nam te non in præclara quidem sorte versantem video, sed sanctissimarum, quæ apud homines vigent, legum te quod optimum est, consecutam tua erga Jovem pietate.

ORESTES.

Num, o mulieres, recte accepimus, rectaque eo, quo volumus, ingredimur via?

CHORUS.

Quid quæris, aut quid cupiens huc venisti?

ORESTES.

Ægisthum, ubi habitet, quæro dudum.

CHORUS.

Atqui recte venis, quique monstravit, culpa caret.

ORESTES.

Quæ igitur vestrûm intro renuntiabit nostram, qui huc una advenimus, exoptatam præsentiam?

CHORUS.

Ista, si quidem proximam genere nuntium hunc ferre decet.

ORESTES.

I, mulier, dic ingressa, Phocenses quosdam viros quærere Ægisthum.

ELECTRA.

Hei mihi miseræ! num, quæso, illius, quam audivimus, famæ certa afferentes indicia?

ORESTES.

Nescio quam prædicas famam: sed senex me Strophius quædam de Oreste nuntiare jussit.

ELECTRA.

Quid est vero, hospes? ut me incessit timor!

ORESTES.

Mortui illius exiguas reliquias in parvo, ut vides, vasculo afferimus.

ELECTRA.

Heu me miseram! Illud ipsum jam certum; manifestum, ut videtur, onus cerno.

ORESTES.

Si quid Orestæ commoveris casu, hoc vasculo scito corpus ipsius conditum esse.

ELECTRA.

Da mihi ergo, per deos obsecro, o hospes, in manus vasculum hoc sumere, siquidem eo ille reconditus est, ut me ipsam, totumque una genus, cum hoc lamenter et defleam cinere.

ORESTES.

Quæcunque sit tandem, huic date afferentes: non enim hoc inimico animo expetit, sed ut ex amicis aliqua vel sanguine conjunctis.

ELECTRA.

O carissimi hominum mihi monimentum, animæ Orestæ quod superest unicum, quam longe dissimili spe te recipio,

οὐχ ὥνπερ ἐξέπεμπον εἰσεδεξάμην.
Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν,
ὁμῶν δέ σ', ὦ παῖ, λαμπρὸν ἐξέπεμψ' ἐγώ.
Ὡς ὤφελον πάροιθεν ἐκλιπεῖν βίον,
πρὶν ἐς ξένην σε γαῖαν ἐκπέμψαι χεροῖν
κλέψασα ταῖνδε κἀνασώσασθαι φόνου,
ὅπως θανὼν ἔκεισο τῇ τόθ' ἡμέρᾳ,
τύμβου πατρῴου κοινὸν εἰληχὼς μέρος.
Νῦν δ' ἐκτὸς οἴκων κἀπὶ γῆς ἄλλης φυγὰς
κακῶς ἀπώλου, σῆς κασιγνήτης δίχα·
κοὔτ' ἐν φίλαισι χερσὶν ἡ τάλαιν' ἐγὼ
λουτροῖς σ' ἐκόσμησ' οὔτε παμφλέκτου πυρὸς
ἀνειλόμην, ὡς εἰκός, ἄθλιον βάρος.
Ἀλλ' ἐν ξέναισι χερσὶ κηδευθεὶς τάλας
σμικρὸς προσήκεις ὄγκος ἐν σμικρῷ κύτει.
Οἴμοι τάλαινα τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς
ἀνωφελήτου, τὴν ἐγὼ θάμ' ἀμφὶ σοὶ
πόνῳ γλυκεῖ παρέσχον. Οὔτε γάρ ποτε
μητρὸς σύ γ' ἦσθα μᾶλλον ἢ κἀμοῦ φίλος
οὔθ' οἱ κατ' οἶκον ἦσαν, ἀλλ' ἐγὼ τροφός·
ἐγὼ δ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην ἀεί.
Νῦν δ' ἐκλέλοιπε ταῦτ' ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ
θανόντι σὺν σοί. Πάντα γὰρ συναρπάσας
θύελλ' ὅπως βέβηκας. Οἴχεται πατήρ·
τέθνηκ' ἐγώ σοι· φροῦδος αὐτὸς εἶ θανών·
γελῶσι δ' ἐχθροί· μαίνεται δ' ὑφ' ἡδονῆς
μήτηρ ἀμήτωρ, ἧς ἐμοὶ σὺ πολλάκις
φήμας λάθρα προὔπεμπες ὡς φανούμενος
τιμωρὸς αὐτός. Ἀλλὰ ταῦθ' ὁ δυστυχὴς
δαίμων ὁ σός τε κἀμὸς ἐξαφείλετο,
ὅς σ' ὧδέ μοι προὔπεμψεν ἀντὶ φιλτάτης
μορφῆς σποδόν τε καὶ σκιὰν ἀνωφελῆ.
Οἴμοι μοι.
ὦ δέμας οἰκτρόν. Φεῦ φεῦ.
Ὦ δεινοτάτας, οἴμοι μοι,
πεμφθεὶς κελεύθους, φίλταθ', ὡς μ' ἀπώλεσας·
ἀπώλεσας δῆτ', ὦ κασίγνητον κάρα.
Τοιγὰρ σὺ δέξαι μ' ἐς τὸ σὸν τόδε στέγος,
τὴν μηδὲν ἐς τὸ μηδέν, ὡς σὺν σοὶ κάτω
ναίω τὸ λοιπόν. Καὶ γὰρ ἡνίκ' ἦσθ' ἄνω,
ξὺν σοὶ μετεῖχον τῶν ἴσων· καὶ νῦν ποθῶ
τοῦ σοῦ θανοῦσά μἀπολείπεσθαι τάφου.
Τοὺς γὰρ θανόντας οὐχ ὁρῶ λυπουμένους.

ΧΟΡΟΣ.

Θνητοῦ πέφυκας πατρὸς, Ἠλέκτρα, φρόνει
θνητὸς δ' Ὀρέστης· ὥστε μὴ λίαν στένε.
Πᾶσιν γὰρ ἡμῖν τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φεῦ φεῦ· τί λέξω; ποῖ λόγων ἀμηχανῶν
ἔλθω; κρατεῖν γὰρ οὐκ ἔτι γλώσσης σθένω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δ' ἔσχες ἄλγος πρὸς τί τοῦτ' εἰπὼν κυρεῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἦ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε;

atque emiseram! Nunc enim te evanidum gesto manibus, domo te vero, o fili, splendidum emisi.

O utinam mihi prius defecisset vita, quam te in peregrinam terram emitterem, manibusque subductum lisce servarem a cæde, ut illa ipsa die peremtus jacuisses, communis cum patre tumuli partem sortitus!

Nunc vero domo extorris, exsul alieno in solo male periisti, tua procul sorore; neque ego te infelix meis manibus lavi, neque ex igne edaci, ut decuit, abstuli miserabile onus

sed peregrinis funeratus manibus infelix, parvum adveni pondus in parvo vasculo.

O misera ego! o inutilia quondam mea alimenta, quæ ego sæpius tibi dulci labore præbui!

neque enim unquam matri fuisti carior quam mihi, nec quisquam alius erat ex familia, sed ego nutrix tua eram; et me sororem compellabas semper.

Jam vero defecerunt hæc una die simul cum tua morte. Omnia enim moriens simul abripuisti, velut procella.

Periit pater: ego tibi sum mortua: tu ipse nullus es:

rident autem inimici, insanitque præ gaudio mater inquam cujus tu mihi, per missos clam nuntios, sæpe significabas ultorem te venturum.

Sed hæc prorsus evertit infelix fortuna tuaque et mea quæ te huc deduxit, pro carissima forma, cineremque et umbram inutilem.

Hei mihi! o corpus miserandum, eheu!

O infaustum iter, hei mihi! quo ablegatus es, carissime, ut me perdidisti! perdidisti, inquam, o germanum caput.

Quocirca me recipe sub hoc tuum tectum, me quæ nihil sum, ad id quod nihil est, ut tecum apud inferos habeat posthac.

Etenim quando apud superos eras, tecum fruebar parte, et nunc quoque mortua tui tumuli particeps esse cupio.

Mortuos enim dolore conflictari non video.

CHORUS.

Mortali patre nata es, Electra; hoc cogita; mortalis et Orestes erat: quare nimios luctus compesce:

omnibus enim nobis hoc necesse est pati.

ORESTES.

Heu, heu! quid dicam? in quamnam verborum inopiam incidi? linguæ enim amplius temperare non possum.

ELECTRA.

Quis te sollicitat dolor quo motus hoc dicis?

ORESTES.

Num tuanam inclyta est illa Electræ species?

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τόδ' ἔστ' ἐκεῖνο, καὶ μάλ' ἀθλίως ἔχον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οἴμοι ταλαίνης ἆρα τῆσδε συμφορᾶς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δή ποτ', ὦ ξέν', ἀμφ' ἐμοὶ στένεις τάδε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ σῶμ' ἀτίμως κἀθέως ἐφθαρμένον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὔτοι ποτ' ἄλλην ἢ 'μὲ δυσφημεῖς, ξένε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φεῦ τῆς ἀνύμφου δυσμόρου τε σῆς τροφῆς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί μοί ποτ', ὦ ξέν', ὧδ' ἐπισκοπῶν στένεις;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὡς οὐκ ἄρ' ἤδη τῶν ἐμῶν οὐδὲν κακῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἐν τῷ διέγνως τοῦτο τῶν ἀρημένων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὁρῶν σε πολλοῖς ἐμπρέπουσαν ἄλγεσιν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ μὴν ὁρᾷς γε παῦρα τῶν ἐμῶν κακῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδ' ἔτ' ἐχθίω βλέπειν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὀθούνεκ' εἰμὶ τοῖς φονεῦσι σύντροφος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τοῖς τοῦ; πόθεν τοῦτ' ἐξεσήμηνας κακόν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τοῖς πατρός. Εἶτα τοῖσδε δουλεύω βίᾳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τίς γάρ σ' ἀνάγκη τῇδε προτρέπει βροτῶν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μήτηρ καλεῖται· μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τί δρῶσα; πότερα χερσίν, ἢ λύμῃ βίου;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Καὶ χερσὶ καὶ λύμαισι καὶ πᾶσιν κακοῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐδ' οὐπαρήξων οὐδ' ὁ κωλύσων πάρα;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐ δῆθ'. Ὃς ἦν γάρ μοι σὺ προὔθηκας σποδόν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὦ δύσποτμ', ὡς δρῶν σ' ἐποικτείρω πάλαι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μόνος βροτῶν νυν ἴσθ' ἐποικτείρας ποτέ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μόνος γὰρ ἦκω τοῖσι σοῖς ἀλγῶν κακοῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐ δή ποθ' ἡμῖν ξυγγενὴς ἥκεις ποθέν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἐγὼ φράσαιμ' ἄν, εἰ τὸ τῶνδ' εὔνουν πάρα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' ἐστὶν εὔνουν, ὥστε πρὸς πιστὰς ἐρεῖς.

ELECTRA.

Illa ipsa est, et misere admodum habens.

ORESTES.

Heu infelicem oppido hanc calamitatem!

ELECTRA.

Cur, quæso, hospes, mea causa ita ingemiscis?

ORESTES.

O corpus indigne atque impie deformatum!

ELECTRA.

Non aliam sane dudum quam me deploras, hospes.

ORESTES.

Heu tuam innuptam et calamitosam vitam!

ELECTRA.

Quidnam, amabo, hospes, ita me intuens gemis?

ORESTES.

Quam nihil meorum adeo noveram malorum!

ELECTRA.

Quibus ex dictis nostris comperisti ea?

ORESTES.

Videns te multis insignem doloribus.

ELECTRA.

Atqui pauca sane vides meorum malorum.

ORESTES.

Et quomodo aliquis acerbiora hisce videre possit?

ELECTRA.

Quia cogor cohabitare interfectoribus.

ORESTES.

Cujusnam? unde ortum est quod significasti malum?

ELECTRA.

Patris interfectoribus. Deinde his servio ingratiis meis.

ORESTES.

Quis te hac (*serviendi*) necessitate cogit mortalium?

ELECTRA.

Mater vocatur, nihil autem materni habet.

ORESTES.

Quid agendo? manusne violentas inferendo, an fœdo victu?

ELECTRA.

Et vi, et fœditate, et omni malorum genere.

ORESTES.

Neque qui opem ferat, nec qui prohibeat, adest?

ELECTRA.

Nemo sane. Qui enim mihi unicus erat, hujus tu prolixisti cinerem.

ORESTES.

O te infelicem! ut te intuens dudum miseror!

ELECTRA.

Solum te mortalium esse scito, quem unquam mei miseritum sit.

ORESTES.

Solus enim advenio tuis dolens malis.

ELECTRA.

An nobis cognatus alicunde venis, obsecro?

ORESTES.

Dicam, si has benevolentes adesse sciam.

ELECTRA.

At sunt benevolæ: proinde coram fidelibus dixeris.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μέθες τόδ' ἄγγος νῦν, ὅπως τὸ πᾶν μάθῃς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μὴ δῆτα πρὸς θεῶν τοῦτό μ' ἐργάσῃ, ξένε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πιθοῦ λέγοντι κοὐχ ἁμαρτήσει ποτέ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Μὴ πρὸς γενείου μὴ 'ξέλῃ τὰ φίλτατα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὔ φημ' ἐάσειν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ τάλαιν' ἐγὼ σέθεν,

'Ορέστα, τῆς σῆς εἰ στερήσομαι ταφῆς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εὔφημα φώνει. Πρὸς δίκης γὰρ οὐ στένεις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πῶς τὸν θανόντ' ἀδελφὸν οὐ δίκῃ στένω;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὔ σοι προσήκει τήνδε προσφωνεῖν φάτιν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὕτως ἄτιμός εἰμι τοῦ τεθνηκότος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἄτιμος οὐδενὸς σύ· τοῦτο δ' οὐχὶ σόν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Εἴπερ γ' 'Ορέστου σῶμα βαστάζω τόδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἀλλ' οὐχ 'Ορέστου, πλὴν λόγῳ γ' ἠσκημένον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ποῦ δ' ἔστ' ἐκείνου τοῦ ταλαιπώρου τάφος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐκ ἔστι. Τοῦ γὰρ ζῶντος οὐκ ἔστιν τάφος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Πῶς εἶπας, ὦ παῖ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ψεῦδος οὐδὲν ὧν λέγω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἦ ζῇ γὰρ ἀνήρ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Εἴπερ ἔμψυχός γ' ἐγώ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἦ γὰρ σὺ κεῖνος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τήνδε προσβλέψασά μου

σφραγῖδα πατρὸς ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φίλτατον φῶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φίλτατον, συμμαρτυρῶ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φθέγμ', ἀφίκου;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μηκέτ' ἄλλοθεν πύθῃ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἔχω σε χερσίν;

ORESTES.

Amitte ergo hoc vasculum, ut omnia cognoscas.

ELECTRA.

Ne, quæso, per deos, hoc mihi facias, hospes.

ORESTES.

Dictis meis obtempera, nec fallêris unquam.

ELECTRA.

Ne, per mentum tuum, ne auferas carissima.

ORESTES.

Non te hoc retinere sinam.

ELECTRA.

O me miseram ob te, Oresta, si hoc sepulcro privabor tuo!

ORESTES.

Bona verba, quæso! immerito enim lamentaris.

ELECTRA.

Egon' immerito lamentor, ob mortuum fratrem?

ORESTES.

Non te decet ista verba loqui.

ELECTRA.

Itane a mortuo contemtui habeor?

ORESTES.

Nemini tu es contemtui: sed hoc quod tenes, nihil ad te pertinet.

ELECTRA.

Quidni? siquidem Orestis hoc porto corpus.

ORESTES.

At enim Orestis hoc non est, nisi verbis subornatum

ELECTRA.

Ubinam vero est infelicis illius sepulcrum?

ORESTES.

Nusquam. Viventis enim sepulcrum nullum est.

ELECTRA.

Quid ais, adolescens?

ORESTES.

Nihil equidem falsi dico.

ELECTRA.

Num ergo vivit ille?

ORESTES.

Siquidem mihi anima inest.

ELECTRA.

Num ergo tu ille es?

ORESTES.

Hoc intuita patris mei sigillum, pernosce an vera dicam

ELECTRA.

O carissima lux.

ORESTES.

Carissima, et ipse testor.

ELECTRA.

O alloquium, advenisti?

ORESTES.

Ne aliunde amplius sciscitare (i. e. *ipse tibi dico*).

ELECTRA.

Tenecne te manibus?

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὡς τὰ λοίπ' ἔχοις ἀεί.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φίλταται γυναῖκες, ὦ πολίτιδες,
ὁρᾶτ' Ὀρέστην τόνδε, μηχαναῖσι μὲν
θανόντα, νῦν δὲ μηχαναῖς σεσωσμένον.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁρῶμεν, ὦ παῖ, κἀπὶ συμφοραῖσί μοι
γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰὼ γοναί, Στρ.
γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων
ἐμόλετ' ἀρτίως,
ἐφηύρετ', ἦλθετ', εἴδεθ' οὓς ἐχρῄζετε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πάρεσμεν· ἀλλὰ σῖγ' ἔχουσα πρόσμενε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δ' ἔστιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σιγᾶν ἄμεινον, μή τις ἔνδοθεν κλύῃ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ' οὐ τὰν Ἄρτεμιν
τὰν αἰὲν ἀδμήταν,
τόδε μὲν οὔ ποτ' ἀξιώσω τρέσαι
περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὂν ἀεί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὅρα γε μὲν δὴ κἀν γυναιξὶν ὡς Ἄρης
ἔνεστιν· εὖ δ' ἔξοισθα πειραθεῖσά που.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὀτοτοτοῖ τοτοῖ,
ἀνίκητον ἐπέβαλες οὔ ποτε καταλύσιμον,
οὐδέ ποτε λησόμενον ἁμέτερον
οἷον ἔφυ κακόν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἔξοιδα καὶ ταῦτ'· ἀλλ' ὅταν παρουσία
φράζῃ, τότ' ἔργων τῶνδε μεμνῆσθαι χρεών.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὁ πᾶς ἐμοὶ Ἀντ.
ὁ πᾶς ἂν πρέποι παρὼν ἐννέπειν
τάδε δίκᾳ χρόνος.
Μόλις γὰρ ἔσχον νῦν ἐλεύθερον στόμα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ξύμφημι κἀγώ. Τοιγαροῦν σώζου τόδε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τί δρῶσα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὗ μή 'στι καιρὸς μὴ μακρὰν βούλου λέγειν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τίς οὖν ἂν ἀξίαν
γε σοῦ πεφηνότος
μεταβάλοιτ' ἂν ὧδε σιγὰν λόγων;
ἐπεί σε νῦν ἀφράστως ἀέλπτως τ' ἐσεῖδον.

ORESTES.

Sicut in posterum teneas semper!

ELECTRA.

O carissimæ mulieres, o cives optimæ, videte Orestem hunc, mortuum quidem modo vafris commentis, nunc vero eadem arte sospitem.

CHORUS.

Videmus, o filia, et præ gaudio tam felicis eventus lacrimæ nobis ex oculis erumpunt.

ELECTRA.

Io soboles, soboles corporis mihi carissimi, venisti tandem, reperisti, accessisti, adspexisti quos maxime cupiebas.

ORESTES.

Adsumus; sed tacita opperire.

ELECTRA.

Quid vero est?

ORESTES.

Tacere melius erit, ne quis intus exaudiat.

ELECTRA.

At enim, ita me juvet casta semper Diana, nunquam metuendum existimabo inutile illud domi usque desidens mulierum pondus.

ORESTES.

Videsis tamen, ut mulieribus etiam martius insit animus; pulchre hoc nosti experta olim.

ELECTRA.

Atattate! mentionem haud obscuram injicis mali, quale nobis exortum est, nunquam solubilis, nec unquam delebilis.

ORESTES.

Novi hæc quoque: sed quum res præsens monuerit, tum harum rerum meminisse oportebit.

ELECTRA.

Quodvis mihi, quodvis nunc idoneum fuerit tempus ista merito conqueri: Ant.

vix enim nunc tandem mihi concessum est libere loqui.

ORESTES.

Assentior tibi, quare facito ut hoc conserves.

ELECTRA.

Quid agendo?

ORESTES.

Ubi non opportunum est, noli prolixe dicere.

ELECTRA.

Quis autem, te mihi in conspectum dato, æquum putet silentio sermonem commutare, quando te nunc ex improvisi et præter spem intueor?

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τότ' εἶδες, ὅτε θεοί μ' ἐπώτρυναν μολεῖν
* * * *

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἔφρασας ὑπερτέραν
τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν
ἁμέτερα πρὸς μέλαθρα, δαιμόνιον
αὐτὸ τίθημ' ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὰ μέν σ' ὀκνῶ χαίρουσαν εἰργαθεῖν, τὰ δὲ
δέδοικα λίαν ἡδονῇ νικωμένην.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἰὼ χρόνῳ μακρῷ φιλτάταν
ὁδὸν ἐπαξιώσας ὧδέ μοι φανῆναι,
μή τί με, πολύπονον ὧδ' ἰδὼν

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τί μὴ ποιήσω;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

μή μ' ἀποστερήσῃς
τῶν σῶν προσώπων ἁδονὰν μεθέσθαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἥκιστα κἂν ἄλλοισι θυμοίμην ἰδών.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ξυναινεῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τί μὴν οὔ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φίλαι, ἔκλυον ἂν ἐγὼ οὐδ' ἂν ἤλπισ' αὐδάν.
* * * * ἔσχον ὀργάν
ἄναυδον οὐδὲ σὺν βοᾷ κλύουσα
τάλαινα. Νῦν δ' ἔχω σε· προὐφάνης δὲ
φιλτάταν ἔχων πρόσοψιν,
ἃς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἐν κακοῖς λαθοίμαν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Τὰ μὲν περισσεύοντα τῶν λόγων ἄφες,
καὶ μήτε μήτηρ ὡς κακὴ δίδασκέ με
μήθ' ὡς πατρῴαν κτῆσιν Αἴγισθος δόμων
ἀντλεῖ, τὰ δ' ἐκχεῖ, τὰ δὲ διασπείρει μάτην.
Χρόνου γὰρ ἂν σοι καιρὸν ἐξείργοι λόγος.
Ἃ δ' ἁρμόσει μοι τῷ παρόντι νῦν χρόνῳ
σήμαιν', ὅπου φανέντες ἢ κεκρυμμένοι
γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν τῇ νῦν ὁδῷ.
Οὕτως δ' ὅπως μήτηρ σε μὴ 'πιγνώσεται
φαιδρῷ προσώπῳ νῷν ἐπελθόντοιν δόμους·
ἀλλ' ὡς ἐπ' ἄτῃ τῇ μάτην λελεγμένῃ
στένοις'· ὅταν γὰρ εὐτυχήσωμεν, τότε
χαίρειν παρέσται καὶ γελᾶν ἐλευθέρως.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἀλλ', ὦ κασίγνητ', ὧδ' ὅπως καὶ σοὶ φίλον
καὶ τοὐμὸν ἔσται τῇδ'· ἐπεὶ τὰς ἡδονὰς
πρὸς σοῦ λαβοῦσα κοὐκ ἐμὰς ἐκτησάμην.
Κοὐδ' ἄν σε λυπήσασα βουλοίμην βραχὺ
αὐτὴ μέγ' εὑρεῖν κέρδος. Οὐ γὰρ ἂν καλῶς
ὑπηρετοίην τῷ παρόντι δαίμονι.

ORESTES.

Tum vidisti, quum me dii impulerunt venire * * *

ELECTRA.

Quod nunc commemoras, majore me multo perfundit lætitia, siquidem deus fecit ut nostram venires ad domum. Equidem divinum hoc esse censeo.

ORESTES.

Nolim quidem lætitiam tuam cohibere; tamen valde tamen ne nimium exsultationi indulgeas.

ELECTRA.

O qui longo post tempore, gratissimo confecto itinere, sic dignatus es te mihi in conspectum dare, ne me ita malis obrutam videns —

ORESTES.

Quid ego non faciam?

ELECTRA.

ne me prohibeas adspectus tui voluptate perfrui.

ORESTES.

Immo valde irascerer etiam aliis, *hoc eos facere* videns.

ELECTRA.

Approbas ergo?

ORESTES.

Quippini?

ELECTRA.

O amicæ, audivi quam ego nunquam speravissem vocem quam indignata sum, ubi mutam et soni expertem audivi misera.

Nunc vero teneo te; apparuisti gratissimum habens adspectum, cujus ego, nec si maximis verser in malis, oblivisear unquam.

ORESTES.

Supervacuos nunc mitte sermones, et neque me doceat mater quam improba sit, nec ut paternis opibus exhaurial domum Ægisthus, easque profundat ac temere dissipet. temporis enim opportunitatem excluserit inutilis sermo.

Quæ vero mihi apta erunt in præsens tempus, ea expone, nempe ubinam locorum aut apparentes, aut latentes, irridentes inimicos adventu hoc nostro opprimamus.

Cave autem, ne, nobis ingressis domum, hilari vultu matri te prodas gavisam: sed tanquam ob casum, qui falso nuntiatus est, ingemisce.

Quum enim res nobis feliciter processerit, tunc gaudere licebit et ridere libere.

ELECTRA.

At, o frater, utcumque tibi complacitum erit, ita morem tibi geram: namque hac voluptate fruor a te accepta, non propria mihi:

neque tibi ausim cum maximo meo emolumento vel tantillum molesta esse; non enim recte sic subservirem præsenti, qui favet, deo.

Ἀλλ' οἶσθα μὲν τἀνθένδε, πῶς γὰρ οὔ; κλύων
ὀθούνεκ' Αἴγισθος μὲν οὐ κατὰ στέγας,
μήτηρ δ' ἐν οἴκοις· ἦν σὺ μὴ δείσῃς ποθ' ὡς
γέλωτι τοὐμὸν φαιδρὸν ὄψεται κάρα.
Μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι,
κἀπεί σ' ἐσεῖδον, οὔ ποτ' ἐκλήξω χαρᾷ
δακρυρροοῦσα. Πῶς γὰρ ἂν λήξαιμ' ἐγὼ,
ἥτις μιᾷ σε τῇδ' ὁδῷ θανόντα τε
καὶ ζῶντ' ἐσεῖδον; εἰργασαι δέ μ' ἄσκοπα·
ὥστ' εἰ πατήρ μοι ζῶν ἵκοιτο, μηκέτ' ἂν
τέρας νομίζειν αὐτὸ, πιστεύειν δ' ὁρᾶν.
Ὅτ' οὖν τοιαύτην ἡμὶν ἐξήκεις ὁδὸν,
ἄρχ' αὐτὸς ὥς σοι θυμός. Ὡς ἐγὼ μόνη
οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον· ἢ γὰρ ἂν καλῶς
ἔσωσ' ἐμαυτὴν, ἢ καλῶς ἀπωλόμην.

ΧΟΡΟΣ.

Σιγᾶν ἐπῄνεσ'· ὡς ἐπ' ἐξόδῳ κλύω
τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Εἶσιτ', ὦ ξένοι,
ἅλλως τε καὶ φέροντες οἷ' ἂν οὔτε τις
δόμων ἀπώσαιτ' οὔτ' ἂν ἡσθείη λαβών.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ὦ πλεῖστα μῶροι καὶ φρενῶν τητώμενοι,
πότερα παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι,
ἢ νοῦς ἔνεστιν οὔτις ὑμῖν ἐγγενὴς,
ὅτ' οὐ παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς
τοῖσιν μεγίστοις ὄντες οὐ γιγνώσκετε;
ἀλλ' εἰ σταθμοῖσι τοῖσδε μὴ 'κύρουν ἐγὼ
πάλαι φυλάσσων, ἦν ἂν ὑμῖν ἐν δόμοις
τἀ δρώμεν' ὑμῶν πρόσθεν ἢ τὰ σώματα·
νῦν δ' εὐλάβειαν τῶνδε προὐθέμην ἐγώ.
Καὶ νῦν ἀπαλλαχθέντε τῶν μακρῶν λόγων
καὶ τῆς ἁπλήστου τῆσδε σὺν χαρᾷ βοῆς
εἴσω παρέλθεθ', ὡς τὸ μὲν μέλλειν κακὸν
ἐν τοῖς τοιούτοις ἔστ', ἀπηλλάχθαι δ' ἀκμή.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πῶς οὖν ἔχει τἀντεῦθεν εἰσιόντι μοι;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Καλῶς. Ὑπάρχει γάρ σε μὴ γνῶναί τινα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἤγγειλας, ὡς ἔοικεν, ὡς τεθνηκότα.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Εἷς τῶν ἐν Ἅιδου μάνθαν' ἐνθάδ' ὢν ἀνήρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Χαίρουσιν οὖν τούτοισιν; ἢ τίνες λόγοι;

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Τελουμένων εἴποιμ' ἄν· ὡς δὲ νῦν ἔχει,
καλῶς τὰ κείνων πάντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Τίς οὗτός ἐστ', ἀδελφέ; πρὸς θεῶν φράσον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐχὶ ξυνίης;

Tu vero nosti quæ hic fiunt: quidni enim? quum audieris Ægisthum domo abesse, intus vero adesse matrem, quam tu neutiquam vereare, ne risu hilarem videat vultum meum:

odium enim vetus penitus mihi infixum inhæret; et postquam te adspexi, nunquam desinam præ gaudio lacrimas effundere.

Qui enim temperare a lacrimis mihi queam, quæ te uno hoc tuo adventu mortuumque et vivum adspexi? fecisti autem mihi ne speranda quidem; ita ut, si pater mihi vivus redeat, neutiquam id in prodigii loco habitura sim, sed creditura protinus me ipsum videre.

Quando igitur ad hunc modum nobis advenisti, ipse rem auspicare, ut tibi animus est: nam ego sola si fuissem, non utrobique proposito excidissem; aut enim præclare me liberassem, aut præclare occubuissem.

CHORUS.

Tacere jubeo; nam quempiam e domo exire audio.

ELECTRA.

Ite intro, hospites; præsertim quum ea afferatis, quæ neque domo quis repellat, neque cum voluptate admittat.

PÆDAGOGUS.

O nimium stolidi atque vecordes, an de salute nihil amplius solliciti estis, aut ratio inest vobis nulla ingenita, qui vos, non propinquos malorum esse, sed malis in ipsis, iisque gravissimis, versari non animadvertitis?

sed nisi dudum ego fores hasce servarem, prius intus facinora, quæ molimini, quam corpora apparerent.

Sed nunc hæc ego provídi: quare jam omissis longioribus sermonibus, istisque immodicis lætis clamoribus, ite intro: nam cunctari in tali negotio malum est: urget autem occasio rei quam citissime gerendæ.

ORESTES.

Quomodo ergo ingresso mihi comparatum erit quod imminet negotium?

PÆDAGOGUS.

Pulchre: commodum enim contingit, ut te nemo noscat.

ORESTES.

Nuntiasti videlicet me esse mortuum.

PÆDAGOGUS.

Scito te illic jam unum esse de Orci incolis.

ORESTES.

Gaudentne igitur hoc nuntio, aut quid aiunt?

PÆDAGOGUS.

Rebus confectis narrabo: ut autem nunc est, bene se habent omnia quod ad illos, etiam ea quæ non bene.

ELECTRA.

Quis hic est, frater? Dic mihi, per deos obsecro.

ORESTES.

Non cognoscis?

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Οὐδέ γ' ἐς θυμὸν φέρω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐκ οἶσθ' ὅτῳ μ' ἔδωκας ἐς χέρας ποτέ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ποίῳ; τί φωνεῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὗ τὸ Φωκέων πέδον

ὑπεξεπέμφθην σῇ προμηθίᾳ χεροῖν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἦ κεῖνος οὗτος ὅν ποτ' ἐκ πολλῶν ἐγὼ

μόνον προσηῦρον πιστὸν ἐν πατρὸς φόνῳ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ὅδ' ἐστί· Μή μ' ἔλεγχε πλείοσιν λόγοις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ φίλτατον φῶς, ὦ μόνος σωτὴρ δόμων

Ἀγαμέμνονος, πῶς ἦλθες; ἦ σὺ κεῖνος εἶ,

ὃς τόνδε κἄμ' ἔσωσας ἐκ πολλῶν πόνων;

Ὦ φίλταται μὲν χεῖρες, ἥδιστον δ' ἔχων

ποδῶν ὑπηρέτημα, πῶς οὕτω πάλαι

ξυνών μ' ἔληθες οὐδ' ἔφαινες, ἀλλά με

λόγοις ἀπώλλυς, ἔργ' ἔχων ἥδιστ' ἐμοί;

Χαῖρ', ὦ πάτερ· πατέρα γὰρ εἰσορᾶν δοκῶ·

χαῖρ'· ἴσθι δ' ὡς μάλιστά σ' ἀνθρώπων ἐγὼ

ἤχθηρα κἀφίλησ' ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.

Ἀρκεῖν δοκεῖ μοι. Τοὺς γὰρ ἐν μέσῳ λόγους

πολλαὶ κυκλοῦνται νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι,

αἳ ταῦτά σοι δείξουσιν, Ἠλέκτρα, σαφῆ.

Σφῶν δ' ἐννέπω γε τοῖν παρεστώτοιν ὅτι

νῦν καιρὸς ἔρδειν· νῦν Κλυταιμνήστρα μόνη·

νῦν οὔτις ἀνδρῶν ἔνδον· εἰ δ' ἐφέξετον,

φροντίζεθ' ὡς τούτοις τε καὶ σοφωτέροις

ἄλλοισι τούτων πλείοσιν μαχούμενοι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Οὐκ ἂν μακρῶν ἔθ' ἡμὶν οὐδὲν ἂν λόγων,

Πυλάδη, τόδ' εἴη τοὔργον, ἀλλ' ὅσον τάχος

χωρεῖν ἔσω, πατρῷα προσκύσανθ' ἕδη

θεῶν, δσοιπερ πρόπυλα ναίουσιν τάδε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ἄναξ Ἄπολλον, ἵλεως αὐτοῖν κλύε,

ἐμοῦ τε πρὸς τούτοισιν, ἥ σε πολλὰ δὴ

ἀφ' ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ προὔστην χερί.

Νῦν δ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἐξ οἵων ἔχω

αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων

ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων

καὶ δεῖξον ἀνθρώποισι τἀπιτίμια

τῆς δυσσεβείας οἷα δωροῦνται θεοί.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδεθ' ὅπη προνέμεται Στρ. α'.

τὸ δυσέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης.

Ῥεβᾶσιν ἄρτι δωμάτων ὑπόστεγοι

μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων

ἄῤῥυκτοι κύνες·

ELECTRA.

ELECTRA.

Non mentem quidem venit.

ORESTES.

Ignoras cui me in manus tradidisti olim?

ELECTRA.

Cui? quid narras?

ORESTES.

Cujus manibus Phocensem in terram clam delatus sum tua providentia.

ELECTRA.

An hic ille est, quem olim ex multis ego solum inveni fidum, pater quum daretur neci?

ORESTES.

Hic est; ne me pluribus verbis roga.

ELECTRA.

O lux jucundissima, o unice servator domus Agamemoniæ, quomodo huc venisti? an tu ille es, qui hunc et me servasti a multis malis?

O carissimæ manus, tuque gratissimum habens pedum ministerium, quare jampridem, quum adesses, me fallebas, nec te indicabas, sed verbis me enecabas facta habens dulcissima mihi?

Salve, o pater! patrem enim videre videor: salve. Scias vero te unum omnium hominum maxime mihi odio et amori fuisse una hac die.

PÆDAGOGUS.

Satis esse censeo; multæ enim volvuntur noctes diesque totidem, quibus tibi, Electra, omnia declarare licebit quæ interea (i. e. *ex discessu meo ad reditum meum*) gesta sunt.

Vobis autem (Orestæ Pyladique) adstantibus edico nunc tempus esse rem aggrediendi; nunc Clytæmnestra sola, nunc nemo virorum intus: si vero differetis, cogitate et cum his, et prudentioribus aliis, iisque pluribus, vos dimicaturos.

ORESTES.

τὸν Λαΐειον, οὗτός ἐστιν ἐνθάδε,
ξένος λόγῳ μέτοικος, εἶτα δ' ἐγγενὴς
φανήσεται Θηβαῖος· οὐδ' ἡσθήσεται
τῇ ξυμφορᾷ. Τυφλὸς γὰρ ἐκ δεδορκότος
καὶ πτωχὸς ἀντὶ πλουσίου ξένην ἔπι
σκήπτρῳ προδείκνὺς γαῖαν ἐμπορεύσεται.
Φανήσεται δὲ παισὶ τοῖς αὑτοῦ ξυνὼν
ἀδελφὸς αὐτὸς καὶ πατὴρ, κἀξ ἧς ἔφυ
γυναικὸς υἱὸς καὶ πόσις, καὶ τοῦ πατρὸς
ὁμόσπορός τε καὶ φονεύς. Καὶ ταῦτ' ἰὼν
εἴσω λογίζου· κἂν λάβῃς ἐψευσμένον,
φάσκειν ἐμ' ἤδη μαντικῇ μηδὲν φρονεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Τίς ὄντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα Στρ. α'.
ἄρρητ' ἀρρήτων τελέσαντα φοινίαισι χερσίν;
Ὥρα νιν ἀελλάδων
ἵππων σθεναρώτερον
φυγᾷ πόδα νωμᾶν.
Ἔνοπλος γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρώσκει
πυρὶ καὶ στεροπαῖς ὁ Διὸς γενέτας·
δειναὶ δ' ἅμ' ἕπονται
Κῆρες ἀναπλάκητοι.
Ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεντος ἀρτίως φανεῖσα Ἀντ. α'.
φάμα Παρνασοῦ τὸν ἄδηλον ἄνδρα πάντ' ἰχνεύειν.
Φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν
ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ
πέτρας ἅτε ταῦρος,
μέλεος μελέῳ ποδὶ χηρεύων,
τὰ μεσόμφαλα γᾶς ἀπονοσφίζων
μαντεῖα· τὰ δ' ἀεὶ
ζῶντα περιποτᾶται. [Στρ. β'.
Δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσσει σοφὸς οἰωνοθέτας,

TIRESIAS. [perdet.

Hæc dies te gignet (*genitorem indicabit*), eademque te

ŒDIPUS.

Ut omnia perplexa nimis et obscura loqueris!

TIRESIAS.

Non vero tu talia optimus es invenire?

ŒDIPUS.

Talia exprobres mihi licet, quibus, *re diligentius indagata*, me magnum invenies.

TIRESIAS.

Atqui ea ipsa te perdidit prosperitas.

ŒDIPUS.

Sed si hanc civitatem sospitavi, nihil moror.

TIRESIAS.

Abibo igitur : tuque, puer, abduc me.

ŒDIPUS.

Abducat sane : nam præsens turbas, et es impedimento : procul autem amotus, non eris molestus amplius.

TIRESIAS.

Abibo, postquam ea dixero, quorum gratia huc veni, vultum tuum nequaquam veritus : non enim unquam me pessumdabis.

Dico autem tibi : vir ille, quem dudum quæris, minitans et edicta proclamans de cæde Laii, is præsens adest, verbo quidem peregrinus et advena, deinde vero indigena Thebanus apparebit; nec lætabitur hoc casu.

Cæcus enim ex vidente, et egenus ex divite factus, in peregrinam terram, baculo viam prætentans, proficiscetur.

Palam autem fiet suorum ipsius liberorum fratrem simul et patrem eum esse, mulierisque, ex qua natus est, filium et maritum, patris vero participem lecti et occisorem : atque hæc, domum ingressus, exquire, et si me falsum deprehendes, tunc dicas nihil me divinando sapere.

CHORUS.

Quis ille est, quem fatidica edixit Delphica rupes maxime infandum facinus sanguineis perpetrasse manibus?

Tempus est, ut pernicibus equis citatior fugam capessat :

armatus enim in illum incurrit igne et fulguribus Jovis filius :

terribilesque una sequuntur inevitabiles Diræ.

Illustris enim nuper emissa est nivoso e Parnaso dictio, latitantem ut quisque virum investiget :

namque agrestibus abdit se silvis, antraque subit et rupes, ut taurus, et miser misero pede solitarius vagatur, edita ex umbilico terræ (*Delphis*) oracula ut *ab se* removeat :

illa vero semper vigentia circumvolant.

Horrenda quidem, horrenda conturbat peritus augur, nec

οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφάσκοντθ'· ὅ τι λέξω δ' ἀπορῶ·
πέτομαι δ' ἐλπίσιν οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν οὔτ' ὀπίσω.
Τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις [ἔγωγ' οὔτε τανῦν πω
ἢ τῷ Πολύβου νεῖκος ἔκειτ' οὔτε πάροιθέν ποτ'
ἔμαθον πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ
ἐπὶ τὰν ἐπίδαμον φάτιν εἶμ' Οἰδιπόδα Λαβδακίδαις
ἐπίκουρος ἀδήλων θανάτων. [βροτῶν Ἀντ. β'.
Ἀλλ' ὁ μὲν οὖν Ζεὺς ὅ τ' Ἀπόλλων ξυνετοὶ καὶ τὰ
εἰδότες· ἀνδρῶν δ' ὅτι μάντις πλέον ἢ 'γὼ φέρεται,
κρίσις οὐκ ἔστιν ἀληθής· σοφίᾳ δ' ἂν σοφίαν
παραμείψειεν ἀνήρ. [φομένων ἂν καταφαίην.
Ἀλλ' οὔποτ' ἔγωγ' ἂν, πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος, μεμ-
Φανερὰ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα
ποτὲ, καὶ σοφὸς ὤφθη, βασάνῳ θ' ἡδύπολις· τῷ
φρενὸς οὔποτ' ὀφλήσει κακίαν. [ἀπ' ἐμᾶς

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες πολῖται, δεῖν' ἔπη πεπυσμένος
κατηγορεῖν μου τὸν τύραννον Οἰδίπουν
πάρειμ' ἀτλητῶν. Εἰ γὰρ ἐν ταῖς ξυμφοραῖς
ταῖς νῦν νομίζει πρός γ' ἐμοῦ πεπονθέναι
λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν ἐς βλάβην φέρον,
οὔτοι βίου μοι τοῦ μακραίωνος πόθος,
φέροντι τήνδε βάξιν. Οὐ γὰρ εἰς ἁπλοῦν
ἡ ζημία μοι τοῦ λόγου τούτου φέρει,
ἀλλ' ἐς μέγιστον, εἰ κακὸς μὲν ἐν πόλει,
κακὸς δὲ πρὸς σοῦ καὶ φίλων κεκλήσομαι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοὔνειδος τάχ' ἂν
ὀργῇ βιασθὲν μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Τοῦ πρὸς δ' ἐφάνθη ταῖς ἐμαῖς γνώμαις ὅτι
πεισθεὶς ὁ μάντις τοὺς λόγους ψευδεῖς λέγοι;

ΧΟΡΟΣ.

Ἠὐδᾶτο μὲν τάδ'· οἶδα δ' οὐ γνώμῃ τίνι.

ΚΡΕΩΝ.

Ἐξ ὀμμάτων δ' ὀρθῶν τε κἀξ ὀρθῆς φρενὸς
κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ οἶδ'· ἃ γὰρ δρῶσ' οἱ κρατοῦντες οὐχ ὁρῶ.
Αὐτὸς δ' ὅδ' ἤδη δωμάτων ἔξω περᾷ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὗτος σὺ, πῶς δεῦρ' ἦλθες; ἦ τοσόνδ' ἔχεις
τόλμης πρόσωπον ὥστε τὰς ἐμὰς στέγας
ἵκου, φονεὺς ὢν τοῦδε τἀνδρὸς ἐμφανῶς
λῃστής τ' ἐναργὴς τῆς ἐμῆς τυραννίδος;
Φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, δειλίαν ἢ μωρίαν
ἰδών τιν' ἔν μοι ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν;
ἢ τοῦργον ὡς οὐ γνωριοῖμί σου τόδε
δόλῳ προσέρπον κοὐκ ἀλεξοίμην μαθών;
ἆρ' οὐχὶ μῶρόν ἐστι τοὐγχείρημά σου,
ἄνευ τε πλήθους καὶ φίλων τυραννίδα
θηρᾶν, ὃ πλήθει χρήμασίν θ' ἁλίσκεται;

affirmantia nec negantia fidem; quid autem dicam incertus hæreo, dubiaque spe pendeo, nihil *congruum* videns nec in præsentibus nec in præteritis factis.

Haud enim unquam nec antea nec nunc audivi simultatem intercessisse Labdacidis cum filio Polybi, qua explorata laudem quam apud omnes habet Œdipus oppugnem, et Labdacidis vindex exsistam cædis ignotæ.

Atqui prudentes sunt Jupiter et Apollo, mortaliumque facta norunt: sed inter homines vatem plus, quam me, intelligere, judicio non constat certo: est vero ut virum vir antevertat sapientia.

Verum equidem nunquam, priusquam videro dictum eventu comprobatum, damnantibus *regem* adstipuler. Manifesta progressa est olim alata virgo, sapiensque in illa visus est, et *discriminis* eventu civitati gratus: quapropter judicio meo nunquam censebitur pravus.

CREON.

O cives, ut audivi res atrocissimas de me prædicare regem Œdipum, huc me contuli, intolerabili pressus dolore.

Si enim in hac præsente calamitate putet sibi a me vel dictis vel factis damnum aliquod illatum fuisse, non mihi vitæ longioris esse possit cupido, tali notato crimine.

Non enim ad simplex (*tenue*) *malum* injuria hujus sermonis tendit, sed ad maximum, si malus quidem in civitate, malus etiam abs te atque amicis perhibebor.

CHORUS.

At prodiit, opinor, hoc convicium ira forsitan expressum potius, quam mentis ex sententia.

CREON.

Undenam vero apparuit, meis consiliis obsecutum vatem falsa locutum fuisse?

CHORUS.

Sic quidem dictum fuit; at nescio quo argumento.

CREON.

Oculisne rectis, rectaque mente hoc me insimulavit crimine?

CHORUS.

Nescio; quæ enim faciunt principes, ea non inspicio: sed eccum, ipse jam egreditur foras.

ŒDIPUS.

Heus tu, quid huc venisti? tantane es audacia atque impudentia, ut meas ad ædes veneris, qui palam me perimis, regnique mei manifestus es prædo?

Age dic, per deos obtestor, perspectane in me timiditatem aut dementia, ista molitus es? an forte *sperasti* me molimen hoc tuum cum dolo adrepens non persensurum aut, si sensissem, non esse ulturum?

Annon insanus est iste tuus conatus, sine populi cum sensu amicorumque ope regnum aucupari, quod populi favore opibusque solet obtineri?

ΚΡΕΩΝ.

Οἶσθ' ὡς ποίησον; ἀντὶ τῶν εἰρημένων
ἴσ' ἀντάκουσον, κἄπτα κρῖν' αὐτὸς μαθών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Λέγειν σὺ δεινός· μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς
σοῦ. Δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' ἠύρηκ' ἐμοί.

ΚΡΕΩΝ.

Τοῦτ' αὐτὸ νῦν μου πρῶτ' ἄκουσον ὡς ἐρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τοῦτ' αὐτὸ μή μοι φράζ', ὅπως οὐκ εἶ κακός.

ΚΡΕΩΝ.

Εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν
εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρὶς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς
δρῶν οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς.

ΚΡΕΩΝ.

Ξύμφημί σοι ταῦτ' ἔνδικ' εἰρῆσθαι· τὸ δὲ
πάθημ' ὁποῖον φῂς παθεῖν δίδασκέ με.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔπειθες, ἢ οὐκ ἔπειθες, ὡς χρείη μ' ἐπὶ
τὸν σεμνόμαντιν ἄνδρα πέμψασθαί τινα;

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ νῦν ἔθ' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πόσον τιν' ἤδη δῆθ' ὁ Λάϊος χρόνον

ΚΡΕΩΝ.

Δέδρακε ποῖον ἔργον; οὐ γὰρ ἐννοῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ἄφαντος ἔρρει θανασίμῳ χειρώματι;

ΚΡΕΩΝ.

Μακροὶ παλαιοί τ' ἂν μετρηθεῖεν χρόνοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τότ' οὖν ὁ μάντις οὗτος ἦν ἐν τῇ τέχνῃ;

ΚΡΕΩΝ.

Σοφός γ' ὁμοίως κἀξ ἴσου τιμώμενος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐμνήσατ' οὖν ἐμοῦ τι τῷ τότ' ἐν χρόνῳ;

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν ἐμοῦ γ' ἑστῶτος οὐδαμοῦ πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' οὐκ ἔρευναν τοῦ θανόντος ἔσχετε;

ΚΡΕΩΝ.

Παρέσχομεν, πῶς δ' οὐχί; κοὐκ ἠκούσαμεν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς οὖν τόθ' οὗτος ὁ σοφὸς οὐκ ηὔδα τάδε;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ οἶδ'· ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τοσόνδε γ' οἶσθα καὶ λέγοις ἂν εὖ φρονῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Ποῖον τόδ'; εἰ γὰρ οἶδά γ', οὐκ ἀρνήσομαι.

CREON.

Fac, scin' quomodo? pro hisce tuis dictis paria vicissim audi; quumque rem cognoveris, ipse judicato.

ŒDIPUS.

Tu quidem disertus es : at ego malus tibi auditor. Nam te infensum mihi gravemque deprehendi.

CREON.

Hoc ipsum ergo a me primum audi, uti comparatum esse dicam.

ŒDIPUS.

Hoc ipsum ne mihi dicas, te malum non esse.

CREON.

Si quidem putas boni quid esse pervicaciam absque sana mente, non recte sapis.

ŒDIPUS.

Tu vero si putas injuriæ quam affini feceris non daturum te pœnas, non recte sapis.

CREON.

Justum est quod dicis; fateor : sed quænam sit ea injuria, qua te læsum fuisse ais, doce me.

ŒDIPUS.

Persuasistin' mihi, an non, oportere me nuntium aliquem ad vatem illum venerandum mittere?

CREON.

Et nunc quidem in eadem sum sententia.

ŒDIPUS.

Quantum jam temporis, quæso, ex quo Laius —

CREON.

Quid eum fecisse dices? haud enim in mentem mihi venit, *quo tendat sermo tuus.*

ŒDIPUS.

e medio sublatus est exitiali ictu?

CREON.

Longa et antiqua numerari possint tempora.

ŒDIPUS.

Tunc temporis vatesne ille hanc profitebatur artem?

CREON.

Æque sapiens et in honore habitus pari.

ŒDIPUS.

Numquid mei meminit tunc temporis?

CREON.

Numquam saltem me usquam præsente.

ŒDIPUS.

At nullam inquisitionem de mortuo habuistis?

CREON.

Habuimus, et quidni? neque quidquam comperimus.

ŒDIPUS.

Cur ergo tunc ille sapiens non eadem hæc dixit, *quæ nunc dicit de me?*

CREON.

Nescio : de iis enim quæ non intelligo soleo tacere.

ŒDIPUS.

Saltem tantum nosti, dicesque, si prudens es satis.

CREON.

Quid illud est? si enim sciam, non negabo.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὀθούνεκ', εἰ μὴ σοὶ ξυνῆλθε, τὰς ἐμὰς
οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Λαΐου διαφθοράς.

ΚΡΕΩΝ.

Εἰ μὲν λέγει τάδ', αὐτὸς οἶσθ'· ἐγὼ δέ σου
μαθεῖν δικαιῶ ταὐθ' ἅπερ κἀμοῦ σὺ νῦν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐκμάνθαν'· οὐ γὰρ δὴ φονεὺς ἁλώσομαι.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δῆτ'; ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν γήμας ἔχεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄρνησις οὐκ ἔνεστιν ὧν ἀνίστορεῖς.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄρχεις δ' ἐκείνῃ ταὐτὰ γῆς, ἴσον νέμων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἃν ἧ θέλουσα πάντ' ἐμοῦ κομίζεται.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ οὖν ἰσοῦμαι σφῷν ἐγὼ δυοῖν τρίτος;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐνταῦθα γὰρ δὴ καὶ κακὸς φαίνει φίλος.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ, εἰ διδοίης γ' ὡς ἐγὼ σαυτῷ λόγον.
Σκέψαι δὲ τοῦτο πρῶτον, εἴ τιν' ἂν δοκεῖς
ἄρχειν ἑλέσθαι ξὺν φόβοισι μᾶλλον ἢ
ἄτρεστον εὕδοντ', εἰ τά γ' αὐθ' ἕξει κράτη.
Ἐγὼ μὲν οὖν οὔτ' αὐτὸς ἱμείρων ἔφυν
τύραννος εἶναι μᾶλλον ἢ τύραννα δρᾶν,
οὔτ' ἄλλος ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται.
Νῦν μὲν γὰρ ἐκ σοῦ πάντ' ἄνευ φόβου φέρω·
εἰ δ' αὐτὸς ἦρχον, πολλὰ κἂν ἄκων ἔδρων.
Πῶς δῆτ' ἐμοὶ τυραννὶς ἡδίων ἔχειν
ἀρχῆς ἀλύπου καὶ δυναστείας ἔφυ;
οὔπω τοσοῦτον ἠπατημένος κυρῶ
ὥστ' ἄλλα χρῄζειν ἢ τὰ σὺν κέρδει καλά.
Νῦν πᾶσι χαίρω, νῦν με πᾶς ἀσπάζεται,
νῦν οἱ σέθεν χρῄζοντες αἰκάλλουσί με·
τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖς ἅπαντ' ἐνταῦθ' ἔνι.
Πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμ' ἀφεὶς τάδε;
οὐκ ἂν γένοιτο νοῦς κακὸς καλῶς φρονῶν.
Ἀλλ' οὔτ' ἐραστὴς τῆσδε τῆς γνώμης ἔφυν
οὔτ' ἂν μετ' ἄλλου δρῶντος ἂν τλαίην ποτέ.
Καὶ τῶνδ' ἔλεγχον τοῦτο μὲν Πυθὼ' ἰὼν
πεύθου τὰ χρησθέντ', εἰ σαφῶς ἤγγειλά σοι·
τοῦτ' ἄλλ', ἐάν με τῷ τερασκόπῳ λάβῃς
κοινῇ τι βουλεύσαντα, μή μ' ἁπλῇ κτάνῃς
ψήφῳ, διπλῇ δὲ, τῇ τ' ἐμῇ καὶ σῇ, λαβών.
Γνώμῃ δ' ἀδήλῳ μή με χωρὶς αἰτιῶ.
Οὐ γὰρ δίκαιον οὔτε τοὺς κακοὺς μάτην
χρηστοὺς νομίζειν οὔτε τοὺς χρηστοὺς κακούς.
Φίλον γὰρ ἐσθλὸν ἐκβαλεῖν ἴσον λέγω
καὶ τὸν παρ' αὑτῷ βίοτον, ὃν πλεῖστον φιλεῖ.
Ἀλλ' ἐν χρόνῳ γνώσει τάδ' ἀσφαλῶς· ἐπεὶ
χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσιν μόνος·
κακὸν δὲ κἂν ἐν ἡμέρᾳ γνοίης μιᾷ.

ŒDIPUS.

Vatem, nisi tecum congressus fuisset, non esse de mea interfectione Laii locutum.

CREON.

An hoc ille dicat, ipse tu nosti; ego autem te percontari cupio itidem ut tu me modo.

ŒDIPUS.

Percontare; non enim unquam Laii occisor arguar.

CREON.

Age ergo, anne meam sororem conjugem habes?

ŒDIPUS.

Non est ut istud quod quæris negem.

CREON.

Et regnas pariter cum ea, parem regni portionem obtinens?

ŒDIPUS.

Quæ voluerit, a me consequitur omnia.

CREON.

Nonne vobis duobus tertius ego æqualis?

ŒDIPUS.

Hic porro tandem malus appares amicus.

CREON.

Haud sane dices, si tu, ut ego, apud te rationem subducere velis. Considera hoc primum, an quemquam putes regnare malle cum terroribus, quam sine metu dormire i. e. *tranquillum esse*), si potentiam obtineat eandem.

Ego sane neque ipse cupio rex esse magis, quam quæ regis sunt facere, nec alius, quisquis modestus esse novit.

Nam nunc quidem a te omnia absque metu consequor; at si ipse rex essem, multa etiam invitus facerem.

Qui mihi ergo regnum dulcius esse possit quam principatus securus et potentia? nondum adeo stultus sum, ut alia quam utilitati conjuncta expetam bona.

Nunc omnibus salutor, nunc me quisque amplectitur; nunc qui abs te aliquid cupiunt, adulantur mihi: ut eorum cujusvis voti compotes fiant, in manu mea est.

Quonam, obsecro, modo illa (i. e. *regnum*) captarem, omissis his *commodis?*

Mens recta sapiens prava consilia nunquam agitaverit.

Sed nec me eorum quæ tu dicis ulla incessit cupido, nec, si quis operam suam conferret, id unquam sustinerem aggredi.

Atque quod borum documentum est, primo Delphos profectus exquire an tibi oraculum accurate renuntiaverim; tum si me cum haruspice consilii quid communicasse deprehenderis, occidas me non simplice, sed gemino, meo tuoque damnatum calculo.

At in causa obscura ne me secorsum (*mea non audita defensione*) incuses. Non enim justum est neque malos temere censere bonos, neque bonos malos.

Sed enim fidelem amicum ejicere, haud minus grave esse dico, quam si quis suam projiciat vitam, quam maxime diligit.

At cum tempore scies hæc certo: nam tempus solum, qui vir bonus sit, ostendit; malum vero vel una die cognoveris.

ΧΟΡΟΣ.

Καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν,
ἄναξ. Φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅταν ταχύς τις οὐπιβουλεύων λάθρα
χωρῇ, ταχὺν δεῖ κἀμὲ βουλεύειν πάλιν.
Εἰ δ' ἡσυχάζων προσμενῶ, τὰ τοῦδε μὲν
πεπραγμέν' ἔσται, τἀμὰ δ' ἡμαρτημένα.

ΚΡΕΩΝ.

Τί οὖτα χρῄζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἥκιστα. Θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι.

ΚΡΕΩΝ.

Ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὸ γοῦν ἐμόν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' ἐξ ἴσου δεῖ κἀμόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἔφυς κακός.

ΚΡΕΩΝ.

Εἰ δὲ ξυνίης μηδέν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀρκτέον γ' ὅμως.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔτοι κακῶς γ' ἄρχοντος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πόλις πόλις.

ΚΡΕΩΝ.

Κἀμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.

ΧΟΡΟΣ.

Παύσασθ', ἄνακτες· καιρίαν δ' ὁμῖν ὁρῶ
τήνδ' ἐκ δόμων στείχουσαν Ἰοκάστην, μεθ' ἧς
τὸ νῦν παρεστὸς νεῖκος εὖ θέσθαι χρεών.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τί τὴν ἄβουλον, ὦ τλαίπωροι, στάσιν
γλώσσης ἐπήρασθ' οὐδ' ἐπαισχύνεσθε γῆς
οὕτω νοσούσης ἴδια κινοῦντες κακά;
οὐκ εἶ σύ τ' οἶκους σύ τε, Κρέον, κατὰ στέγας,
καὶ μὴ τὸ μηδὲν ἄλγος ἐς μέγ' οἴσετε;

ΚΡΕΩΝ.

Ὄμαιμε, δεινά μ' Οἰδίπους ὁ σὸς πόσις
δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν,
ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος, ἢ κτεῖναι λαβών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ξύμφημι· δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
εἶληφα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ.

ΚΡΕΩΝ.

Μή νυν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σέ τι
δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν.

CHORUS.

Recte hæc dicta esse fateberis, o rex, si caves ne labaris : nam tuti non sunt qui subita ineunt consilia.

ŒDIPUS.

Ubi quis celer est ad insidias clam struendas, et me rursum celeriter consilium capere oportet.

Si enim quietus manebo, ille sua confecerit, mea autem erunt frustranea.

CREON.

Quid igitur vis? an me ex urbe pellere?

ŒDIPUS.

Minime. Mori, non exulare te volo.

CREON.

Fiet : sed postquam ostenderis qualis sit illa tua invidia.

ŒDIPUS.

Ut non cessurus mihi neque obtemperaturus loqueris?

CREON.

Video enim te non bene sapere.

ŒDIPUS.

Sapio certe in rem meam.

CREON.

At æqualiter in meam sapere debes.

ŒDIPUS.

At malus es.

CREON.

Quid, si rem non intelligas?

ŒDIPUS.

Nihilo tamen minus imperium accipere debes.

CREON.

Minime vero te male imperante.

ŒDIPUS.

O civitas, civitas!

CREON.

Sed particeps ego etiam sum hujus civitatis, non tua solius est.

CHORUS.

Desinite, reges : eccam enim opportune vobis video foras egredientem Iocasten, cujus opera rixam hanc componi oportet.

IOCASTA.

Quid inconsultum hoc, o miseri, verborum jurgium suscitastis, nec erubescitis, urbe sic laborante, privata movere mala? non tu abis domum, tuque, Creon, tuas ad ædes? *non cavebitis* ne ex offensa, quæ nihili est, magnam quandam confletis?

CREON.

Soror, atrocia mihi Œdipus tuus maritus facere parat, e duobus malis alterum eligens, ut aut ex urbe pellat, aut prehensum occidat.

ŒDIPUS.

Fateor : namque eum, uxor, deprehendi male malis artibus damnum mihi inferentem.

CREON.

Ne jam gaudio fruar ullo, sed diris devotus peream. si tibi quid feci ex iis, quæ me fecisse criminaris.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ὦ πρὸς θεῶν πίστευσον, Οἰδίπους, τάδε,
μάλιστα μὲν τόνδ' ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν,
ἔπειτα κἀμέ, τούσδε θ' οἳ πάρεισί σοι.

ΧΟΡΟΣ. [α'.

Πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ', ἄναξ, λίσσομαι. Στρ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω;

ΧΟΡΟΣ. [δεσαι.

Τὸν οὔτε πρὶν νήπιον νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν καταί-

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἶσθ' οὖν ἃ χρῄζεις;

ΧΟΡΟΣ.

Οἶδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Φράζε· δὴ τί φῄς,

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ
σὺν ἀφανεῖ λόγῳ σ' ἄτιμον βαλεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εὖ νυν ἐπίστω, ταῦθ' ὅταν ζητῇς, ἐμοὶ
ζητῶν ὄλεθρον ἢ φυγὴν ἐκ τῆσδε γῆς.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον Στρ. β'.
Ἅλιον· ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος ὅ τι πύματον
ὀλοίμαν, φρόνησιν εἰ τάνδ' ἔχω.
Ἀλλά μοι δυσμόρῳ γᾶ * *
τρύχει ψυχάν, τάδ' εἰ κακοῖς κακὰ
προσάψει τοῖς πάλαι τὰ πρὸς σφῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὁ δ' οὖν ἴτω, κεἰ χρή με παντελῶς θανεῖν,
ἢ γῆς ἄτιμον τῆσδ' ἀπωσθῆναι βίᾳ.
Τὸ γὰρ σὸν, οὐ τὸ τοῦδ', ἐποικτείρω στόμα
ἐλεινόν· οὗτος δ' ἔνθ' ἂν ᾖ στυγήσεται.

ΚΡΕΩΝ.

Στυγνὸς μὲν εἶκων δῆλος εἶ, βαρὺς δ', ὅταν
θυμοῦ περάσῃς. Αἱ δὲ τοιαῦται φύσεις
αὑταῖς δικαίως εἰσὶν ἄλγισται φέρειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκουν μ' ἐάσεις κἀκτὸς εἶ;

ΚΡΕΩΝ.

Πορεύσομαι,
σοῦ μὲν τυχὼν ἀγνῶτος, ἐν δὲ τοῖσδ' ἴσος.

ΧΟΡΟΣ. [Ἀντ. α'.

Γύναι, τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Μαθοῦσά γ' ἥτις ἡ τύχη.

ΧΟΡΟΣ. [νδικον.

Δόκησις ἀγνὼς λόγων ἦλθε, δάπτει δὲ καὶ τὸ μὴ

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἀμφοῖν ἀπ' αὐτοῖν;

665. γᾶ * *] γᾶ ῥθίνουσα libri.

IOCASTA.

O per deos, crede ista, Œdipe, maxime quidem jusjurandum, cujus testes deos advocat, reveritus, tum vero me quoque, et hosce qui adsunt tibi.

CHORUS.

Obtempera volens prudensque, o rex, obsecro.

ŒDIPUS.

Qua in re, quæso, vis me tibi morem gerere?

CHORUS.

Hunc neque olim dementem, nunc autem juramenti sanctitate munitum, reverere.

ŒDIPUS.

Scin' vero quid petis?

CHORUS.

Scio.

ŒDIPUS.

Declara mihi ergo quod cogitas.

CHORUS.

Ut amicum, qui se jurisjurandi religione obstrinxit, incerti criminis reum ne peragas, causa haud cognita.

ŒDIPUS.

Hoc jam scito, te, quum hoc cupis, nihil minus cupere mihi quam mortem aut exilium.

CHORUS.

Minime sane; deorum omnium principem deum Solem testor: sed diis hominibusque invisus, pessimis exemplis peream, si quidquam hujus cogito.

At mihi infelici patria (i. e. *patriæ calamitas*) * * animum excruciat, si prioribus malis ista accedant a vobis orta.

ŒDIPUS.

Abeat igitur ille, etiamsi me funditus perire oportet, aut contemptum omnibus vi ex hac urbe ejici. Tua enim, non illius, miserabili oratione commoveor. At ille, ubicunque fuerit, odio habebitur.

CREON.

Immitis, etiam quum cedis, manifesto es; quum ira deferbuerit, gravis. Talia vero ingenia sibi ipsis merito sunt sane molestissima.

ŒDIPUS.

Quin igitur me dimittis, ac foras abis?

CREON.

Abibo, eum te expertus, qui me non noris, hisce tamen in eadem *qua antea* dignatione habitus.

CHORUS.

Mulier, quid cessas hunc intro abducere domum?

IOCASTA.

Postquam cognovero quid istud sit jurgii.

CHORUS.

Coorta est incerta suspicio de sermonibus: mordet autem animum vel falsa criminatio.

IOCASTA.

Ipsisne ab ambobus?

ΧΟΡΟΣ.

Ναίχι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Καὶ τίς ἦν λόγος;

ΧΟΡΟΣ.

Ἅλις ἔμοιγ', ἅλις, γᾶς προπονουμένας,
φαίνεται ἔνθ' ἔληξεν, αὐτοῦ μένειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὁρᾷς ἵν' ἥκεις, ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνὴρ,
τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ;

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ, εἶπον μὲν οὐχ ἅπαξ μόνον, Ἀντ. β'.
ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα
πεφάνθαι μ' ἄν, εἴ σε νοσφίζομαι,
ὅς τ' ἐμὰν γᾶν φίλαν ἐν πόνοις
ἀλύουσαν κατ' ὀρθὸν οὔρισας,
τανῦν τ' εὔπομπος, εἰ δύναιο.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Πρὸς θεῶν δίδαξον κἄμ', ἄναξ, ὅτου ποτὲ
μῆνιν τοσήνδε πράγματος στήσας ἔχεις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔρῶ· σὲ γὰρ τῶνδ' ἐς πλέον, γύναι, σέβων·
Κρέοντος, οἷά μοι βεβούλευκὼς ἔχει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Λέγ', εἰ σαφῶς τὸ νεῖκος ἐγκαλῶν ἐρεῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Φονέα με φησὶ Λαΐου καθεστάναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Αὐτὸς ξυνειδὼς, ἢ μαθὼν ἄλλου πάρα;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μάντιν μὲν οὖν κακοῦργον ἐσπέμψας, ἐπεὶ
τό γ' εἰς ἑαυτὸν πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Σύ νυν ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγεις πέρι,
ἐμοῦ 'πάκουσον καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι
βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.
Φανῶ δέ σοι σημεῖα τῶνδε σύντομα.
Χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ
Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο,
ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν,
ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα.
Καὶ τὸν μὲν, ὥσπερ γ' ἡ φάτις, ξένοι ποτὲ
λῃσταὶ φονεύουσ' ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς·
παιδὸς δὲ βλάστας οὐ διέσχον ἡμέραι
τρεῖς, καί νιν ἄρθρα κεῖνος ἐνζεύξας ποδοῖν,
ἔρριψεν ἄλλων χερσὶν ἄβατον εἰς ὄρος.
Κἀνταῦθ' Ἀπόλλων οὔτ' ἐκεῖνον ἤνυσεν
φονέα γενέσθαι πατρὸς οὔτε Λάϊον,
τὸ δεινὸν οὐφοβεῖτο πρὸς παιδὸς παθεῖν.
Τοιαῦτα φῆμαι μαντικαὶ διώρισαν,
ἃν ἐντρέπου σὺ μηδέν. Ὧν γὰρ ἂν θεὸς
χρείαν ἰρευνᾷ ῥᾳδίως αὐτὸς φανεῖ.

CHORUS.

Scilicet.

IOCASTA.

Et quis erat sermo?

CHORUS.

Satis mihi quidem, satis, in hac civitatis calamitate videtur, ubi desiit contentio, ibi subsistere.

ŒDIPUS.

Viden' quo progrediare, tametsi vir es bonus consiliis, quum cor meum frangis et hebetas?

CHORUS.

O rex, dixi quidem non semel tantum, scito me insipientem, ad omneque prudens consilium inhabilem merito habitum iri, si me abs te segregem, qui caram meam patriam, e calamitatis fluctibus emergere non valentem, prospero cursu direxisti : atque nunc quoque, si possis, fauste dirigas.

IOCASTA.

Per deos dic mihi quoque, o rex, cujus rei gratia tantam iram conceperis.

ŒDIPUS.

Dicam (nam te pluris, quam hos facio) : Creontis *illa*, qualia in me machinatus est.

IOCASTA.

Dic, si vere contentionem, cujus causam in Creontem confers, exponere vis.

ŒDIPUS.

Occisorem me esse dicit Laii.

IOCASTA.

An ut qui id ipse compererit, an ut qui audierit ex alio?

ŒDIPUS.

Imno vatem scelestum immittens, nam, quod ad se ipsum attinet, suam linguam penitus liberat (i. e. *omnem a se amovet culpam*).

IOCASTA.

At tu, omissa omni de istis, quæ dicere instituisti, cura, monitis meis, quæso, animum adverte, et disce nihil rerum humanarum ex divinandi arte pendere.

Cujus rei tibi brevia argumenta exponam.

Laio enim oraculum editum fuit olim, haud dicam Apolline ab ipso, sed ab ejus famulis, illi in fatis esse, ut a filio qui ex me illoque natus foret occideretur.

Atque illum quidem peregrini latrones, ut fama est, interfecerunt olim in trivio : puer autem ut natus est, vix tres intercesserunt dies, atque illum pater, articulis pedum ligatis, projiciendum curavit aliorum manibus in avio monte.

Et ibi Apollo effectum non dedit, nec ut ille occisor fieret patris, nec ut Laius acerba, quæ a filio metuebat, pateretur.

Talia tamen præfinierant fatidicæ dictiones, quarum tu rationem nullam habeas : quarum enim rerum usum quærit deus, eas ipse facile manifestaverit.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἷόν μ' ἀκούσαντ' ἀρτίως ἔχει, γύναι,
ψυχῆς πλάνημα κἀναχίνησις φρενῶν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ποίας μερίμνης τοῦθ' ὑποστραφεὶς λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔδοξ' ἀκοῦσαί σου τόδ', ὡς ὁ Λάϊος
κατασφαγείη πρὸς τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ηὐδᾶτο γὰρ ταῦτ' οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ ποῦ 'σθ' ὁ χῶρος οὗτος οὗ τόδ' ἦν πάθος;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται, σχιστὴ δ' ὁδὸς
ἐς ταὐτὸ Δελφῶν κἀπὸ Δαυλίας ἄγει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ τίς χρόνος τοῖσδ' ἐστὶν οὐξεληλυθώς;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Σχεδόν τι πρόσθεν ἢ σὺ τῆσδ' ἔχων χθονὸς
ἀρχὴν ἐφαίνου τοῦτ' ἐκηρύχθη πόλει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ Ζεῦ, τί μου δρᾶσαι βεβούλευσαι πέρι;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τί δ' ἐστί σοι τοῦτ', Οἰδίπους, ἐνθύμιον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μήπω μ' ἐρώτα. Τὸν δὲ Λάϊον φύσιν
τίν' εἶχε φράζε, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Μέγας, χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα,
μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἴμοι τάλας· ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς
δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Πῶς φῄς; ὀκνῶ τοι πρός σ' ἀποσκοποῦσ', ἄναξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δεινῶς ἀθυμῶ μὴ βλέπων ὁ μάντις ᾖ.
Δείξεις δὲ μᾶλλον, ἢν ἓν ἐξείπῃς ἔτι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Καὶ μὴν ὀκνῶ μὲν, ἂν δ' ἔρῃ μαθοῦσ' ἐρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πότερον ἐχώρει βαιὸς, ἢ πολλοὺς ἔχων
ἄνδρας λοχίτας οἷ' ἀνὴρ ἀρχηγέτης;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Πέντ' ἦσαν οἱ ξύμπαντες, ἐν δ' αὐτοῖσιν ἦν
κῆρυξ· ἀπήνη δ' ἦγε Λάϊον μία.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἰαῖ, τάδ' ἤδη διαφανῆ. Τίς ἦν ποτὲ
ὁ τούσδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ κἀν δόμοισι τυγχάνει τανῦν παρών;

ŒDIPUS.

Quam mihi, o mulier, istis auditis, fluctuat animus, pectusque concutitur!

IOCASTA.

Quanam rursus cura sollicitatus hoc dicis?

ŒDIPUS.

Videbar abs te hoc audire, Laium occisum fuisse in trivio.

IOCASTA.

Scilicet ita ferebatur, necdum hæc fama desiit.

ŒDIPUS.

Et ubi est locus, in quo casus ille accidit?

IOCASTA.

Phocis quidem vocatur terra: scissa autem via in unum a Delphis et a Daulia coit.

ŒDIPUS.

Quam diu vero est, ex quo ista facta sunt?

IOCASTA.

Paulo fere ante quam tu hujus urbis regnum adeptus es, civitati hæc renuntiata sunt.

ŒDIPUS.

O Jupiter, quid me facere decrevisti?

IOCASTA.

Quid tibi est hoc, Œdipe, terriculamentum?

ŒDIPUS.

Nondum me percontare: verum dic mihi, qua forma fuit Laius? qua tunc erat ætate?

IOCASTA.

Procero fuit corpore, tumque caput ei prima canitie signabatur: forma autem tibi non admodum dissimilis erat.

ŒDIPUS.

Væ mihi misero! me ipsum, ut videtur, atrocibus exsecrationibus objeci modo insciens.

IOCASTA.

Quid ais, obsecro? timeo sane te intuens, o rex.

ŒDIPUS.

Nimis male formido, ne oculatus ille sit vates. Monstrabis autem clarius, si unum adhuc dixeris.

IOCASTA.

Paveo equidem; tamen quæ rogabis, si sciam, dicam.

ŒDIPUS.

Faciebatne cum paucis comitibus iter, an magna satellitum manu, ut vir princeps solet?

IOCASTA.

Quinque erant simul omnes, et inter hos præco: rheda autem una Laium vehebat.

ŒDIPUS.

Heu, heu! hæc jam perspicua sunt. Sed quis fuit, queso, conjux, qui vobis hæc facta retulit?

IOCASTA.

Unus e famulis, qui solus evasit incolumis.

ŒDIPUS.

Adestne nunc forte domi?

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Οὐ δῆτ'· ἆρ' οὖ γὰρ κεῖθεν ἦλθε καὶ κράτη
σέ τ' εἶδ' ἔχοντα Λάϊόν τ' ὀλωλότα,
ἐξικέτευσε τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγὼν
ἀγρούς σφε πέμψαι κἀπὶ ποιμνίων νομὰς,
ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ' ἄποπτος ἄστεως.
Κἔπεμψ' ἐγώ νιν. Ἄξιος γὰρ οἷ' ἀνὴρ
δοῦλος φέρειν ἦν τῆσδε καὶ μείζω χάριν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς ἂν μόλοι δῆθ' ἡμὶν ἐν τάχει πάλιν;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Πάρεστιν. Ἀλλὰ πρὸς τί τοῦτ' ἐφίεσαι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δέδοικ' ἐμαυτὸν, ὦ γύναι, μὴ πολλ' ἄγαν
εἰρημέν' ᾖ μοι δι' ἃ νιν εἰσιδεῖν θέλω.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἀλλ' ἥξεται μέν· ἀξία δέ που μαθεῖν
κἀγὼ τά γ' ἐν σοὶ δυσφόρως ἔχοντ', ἄναξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ μὴ στερηθῇς γ' ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων
ἐμοῦ βεβῶτος. Τῷ γὰρ ἂν καὶ μείζονι
λέξαιμ' ἂν ἢ σοὶ διὰ τύχης τοιᾶσδ' ἰών;
Ἐμοὶ πατὴρ μὲν Πόλυβος ἦν Κορίνθιος,
μήτηρ δὲ Μερόπη Δωρίς. Ἡγόμην δ' ἀνὴρ
ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη
τοιάδ' ἐπέστη, θαυμάσαι μὲν ἀξία,
σπουδῆς γε μέντοι τῆς ἐμῆς οὐκ ἀξία.
Ἀνὴρ γὰρ ἐν δείπνοις μ' ὑπερπλησθεὶς μέθῃ
καλεῖ παρ' οἶνον, πλαστὸς ὡς εἴην πατρί.
Κἀγὼ βαρυνθεὶς τὴν μὲν οὖσαν ἡμέραν
μόλις κατέσχον· θατέρᾳ δ' ἰὼν πέλας
μητρὸς πατρός τ' ἤλεγχον· οἱ δὲ δυσφόρως
τοὔνειδος ἦγον τῷ μεθέντι τὸν λόγον.
Κἀγὼ τὰ μὲν κείνοιν ἑτερπόμην, ὅμως δ'
ἔκνιζέ μ' ἀεὶ τοῦθ'· ὑφεῖρπε γὰρ πολύ.
Λάθρα δὲ μητρὸς καὶ πατρὸς πορεύομαι
Πυθώδε. Καί μ' ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην
ἄτιμον ἐξέπεμψεν, ἄλλα δ' ἄθλια
καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὔφηνεν, λέγων
ὡς μητρὶ μὲν χρείη με μιχθῆναι, γένος δ'
ἄλλην ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν,
φονεὺς δ' ἐσαίμην τοῦ φυτεύσαντος πατρός.
Κἀγὼ 'πακούσας ταῦτα τὴν Κορινθίαν
ἄστρας τὸ λοιπὸν ἐκμετρούμενος χθόνα
ἔφευγον, ἔνθα μήποτ' ὀφοίμην κακῶν
χρησμῶν ὀνείδη τῶν ἐμῶν τελούμενα.
Στείχων δ' ἱκνοῦμαι τούσδε τοὺς χώρους ἐν οἷς
σὺ τὸν τύραννον τοῦτον ὤλλυσθαι λέγεις.
Καί σοι, γύναι, τἀληθὲς ἐξερῶ. Τριπλῆς
ὅτ' ἦν κελεύθου τῆσδ' ὁδοιπορῶν πέλας,
ἐνταῦθά μοι κῆρυξ τε κἀπὶ πωλικῆς
ἀνὴρ ἀπήνης ἐμβεβώς, οἷον σὺ φῂς,
ξυνηντίαζον· κἀξ ὁδοῦ μ' ὅ θ' ἡγεμὼν
τύπτ' ὁ πρέσβυς πρὸς βίαν ἠλαυνέτην.

ΙΟCASTA.

Minime vero : nam ex quo inde rediit, et regno te vidit potiri, Laiumque mortuum, impense me obsecravit, mea prehensa manu, ut rus se mitterem ad pascendos greges, quo urbis hujus a conspectu esset quam remotissimus.

Adeoque illum ablegavi : dignus enim erat ille servus qui vel majus hoc auferret beneficium.

ŒDIPUS.

Qui fieri possit, ut nobis quam celerrime se rursus exhibeat?

IOCASTA.

Res in promptu est : sed qua gratia hoc expetis?

ŒDIPUS.

Metuo, mulier, ne jam multa nimis dicta sint mihi, ob quæ eum cernere velim.

IOCASTA.

Sed veniet ille quidem : interea vero digna ego quoque videor esse ut discam quæ animo tuo molesta sunt, o rex.

ŒDIPUS.

Nec hoc tibi denegabo, quum eo usque spei (i. e. *exspectationis*) progressus sim. Cui enim potiori indicarem quam tibi, quandoquidem in tali discrimine versor?

Mihi pater quidem erat Polybus Corinthius, mater autem Merope Dorica ; habebarque inter Corinthios cives vir maximus, antequam casus mihi talis accidit, dignus quidem admiratione, non tamen tanta, quantam mihi injecit, sollicitudine.

Namque in convivio vir quidam plus potus nothum me subditiliumque patri vocat inter pocula.

Idque ego ægre ferens, ea ipsa die vix me continui : postridie vero matrem patremque conveni, remque ex iis quæsivi : at illi audito hoc probro indignatione exarserunt contra eum qui dictum emiserat.

Et ego quidem eorum sermone delectabar ; tamen urebat me semper hoc dictum ; alta enim mente infixum hærebat.

Proinde clam patre et matre proficiscor Delphos : et me quidem Apollo dimisit sine ullo responso ad ea quorum gratia (*consultum eum*) veneram, alia autem misera et atrocia et luctuosa aperte prædixit, fore ut matri concumberem, sobolemque intolerabilem hominibus producerem in lucem, patremque, qui me genuisset, occiderem.

Et ego, his auditis, a Corinthia terra, ex astris usque conjecturam faciens, quam longe recessissem, fugiebam, *donec eo pervenirem* ubi nunquam tristium meorum dedecora oraculorum rata facta viderem.

Iter autem faciens, pervenio ad illos ipsos locos, in quibus regem hunc perisse dicis.

Ac tibi, uxor, verum eloquar.

Quum iter pergerem prope illud trifidum, ibi obviam mihi simul venere præcoque et vir, qualem tu ais, equis juncta rheda vectus :

et e via me rectorque rhedæ et ipse senex per vim submovere voluerunt.

Κἀγὼ τὸν ἐκτρέποντα, τὸν τροχηλάτην,
παίω δι' ὀργῆς· καί μ' ὁ πρέσβυς ὡς ὁρᾷ,
ὄχους παραστείχοντα τηρήσας μέσον
κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.
Οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν, ἀλλὰ συντόμως
σκήπτρῳ τυπεὶς ἐκ τῆσδε χειρὸς ὕπτιος
μέσης ἀπήνης εὐθὺς ἐκκυλίνδεται·
κτείνω δὲ τοὺς ξύμπαντας. Εἰ δὲ τῷ ξένῳ
τούτῳ προσήκει Λαΐου τι συγγενές,
τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ;
ὃν μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινὶ
δόμοις δέχεσθαι, μηδὲ προσφωνεῖν τινὰ,
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων. Καὶ τάδ' οὔτις ἄλλος ἦν
ἢ 'γὼ 'π' ἐμαυτῷ τάσδ' ἀρὰς ὁ προστιθείς.
Λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν
χραίνω, δι' ὧνπερ ὤλετ'. Ἆρ' ἔφυν κακός;
ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; εἴ με χρὴ φυγεῖν,
καί μοι φυγόντι μὴ 'στι τοὺς ἐμοὺς ἰδεῖν,
μή μ' ἐμβατεύειν πατρίδος· ἢ γάμοις με δεῖ
μητρὸς ζυγῆναι καὶ πατέρα κατακτανεῖν
[Πόλυβον, ὃς ἐξέφυσε κἀξέθρεψέ με.]
Ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν
κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;
Μὴ δῆτα μὴ δῆτ', ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας,
ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν, ἀλλ' ἐκ βροτῶν
βαίην ἄφαντος πρόσθεν ἢ τοιάνδ' ἰδεῖν
κηλῖδ' ἐμαυτῷ συμφορᾶς ἀφιγμένην.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μέν, ὦναξ, ταῦτ' ὀκνήρ'· ἕως δ' ἂν οὖν
πρὸς τοῦ παρόντος ἐκμάθῃς, ἔχ' ἐλπίδα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ μὴν τοσοῦτόν γ' ἐστί μοι τῆς ἐλπίδος,
τὸν ἄνδρα τὸν βοτῆρα προσμεῖναι μόνον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Πεφασμένου δὲ τίς ποθ' ἡ προθυμία;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐγὼ διδάξω σ'· ἢν γὰρ εὑρεθῇ λέγων
σοὶ ταὐτ', ἔγωγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ποῖον δέ μου περισσὸν ἤκουσας λόγον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Λῃστὰς ἔφασκες αὐτὸν ἄνδρας ἐννέπειν
ὡς νιν κατακτείνειαν. Εἰ μὲν οὖν ἔτι
λέξει τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν, οὐκ ἐγὼ 'κτανον·
οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος.
Εἰ δ' ἄνδρ' ἕν' οἰόζωνον αὐδήσει, σαφῶς
τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τοὔργον εἰς ἐμὲ ῥέπον.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἀλλ' ὡς φανέν γε τοῦτος ὧδ' ἐπίστασο,
κοὐκ ἔστιν αὐτῷ τοῦτό γ' ἐκβαλεῖν πάλιν.
Πόλις γὰρ ἤκουσ', οὐκ ἐγὼ μόνη, τάδε.
Εἰ δ' οὖν τι κἀκτρέποιτο τοῦ πρόσθεν λόγου,

Tunc ego aurigam, qui me trudebat, percutio iratus : at senex, ubi me videt prope vehiculum incedentem, *illud ipsum temporis momentum* observans, medium caput duplici stimulo mihi feriit.

Non quidem par tulit pari relatum; sed confestim supine percussus ab hac (*mea*) manu, supinus media ex rheda sublatim devolvitur : perimo quoque universos simul.

Si autem ignoto illi viro aliquid cum Laio commune est, quisnam *me* esse possit magis invisus diis? cui non concessum est, ut quisquam aut hospes aut civis domi eum excipiat, neu alloquatur, sed ab ædibus pellat.

Atque alius nemo fuit, quam ego, qui mihimet diras hasce imprecatus sum.

Torum autem mortui meis ipsius manibus contamino, per quas periit. Nonne sceleratus sum? nonne totus impuratus? quandoquidem exulare me oportet, mihique exulanti nec meos fas est videre, nec in patriam pedem ferre; aut matri meæ connubio jungi me oportet, et patrem meum dere[Polybum, qui me genuit et educavit.]

Nonne, qui ab immiti dæmone hæc mihi destinata juxta cet, is recte sentiat?

Ne, quæso, ne, o deorum sancta numina, videam hunc diem; sed prius ex mortalibus evanescam, quam contigisse mihi videam talem calamitatis labem.

CHORUS.

Hæc quidem nobis, o rex, timorem incutiunt : sed donec rem ex præsente cognoveris, ne desperes.

ŒDIPUS.

Id reliquum sane est adhuc mihi spei, pastorem illum ut exspectem solum.

IOCASTA.

Ubi vero aderit, quænam tua *est* confidentia?

ŒDIPUS.

Hoc te docebo : si enim comperietur dicere eadem quæ tu, tunc ego crimen omne effugero.

IOCASTA.

Quid vero ex me audisti, in quo momenti sit tantum?

ŒDIPUS.

Illum dicebas retulisse, Laium a latronibus occisum fuisse. Quodsi nunc quoque eundem illum dicet numerum, non ego occidi : non enim potest fieri ut unus pro multis (*illis, a quibus tu interfectum esse Laium dixisti*) habeatur. Sed si virum unum solum dicet, tunc manifestum erit facinus illud ad me vergere.

IOCASTA.

At scito rem ab illo sic nuntiatam fuisse, nec fas est ei quod semel dixit mutare. Civitas enim hæc audivit, non ego sola.

Porro a priore si quid deflectat sermone, non tamen [illegible]

1 est 814 sequebatur τίς τοῦδέ γ' ἀνδρὸς νῦν ἔτ' ἀθλιώτερος;

Quis hoc viro (i. e. *me*) nunc jam miserior?

οὔτοι ποτ', ὦναξ, σόν γε Λαΐου φόνον
χρανεῖ δικαίως ὀρθόν, ὅν γε Λοξίας
εἶπε χρῆναι παιδὸς ἐξ ἐμοῦ θανεῖν.
Καίτοι νιν οὐ κεῖνός γ' ὁ δύστηνός ποτε
κατέκταν', ἀλλ' αὐτὸς πάροιθεν ὤλετο.
Ὥστ' οὐχὶ μαντείας γ' ἂν οὔτε τῆδ' ἐγὼ
βλέψαιμ' ἂν οὔνεκ' οὔτε τῆδ' ἂν ὕστερον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καλῶς νομίζεις. Ἀλλ' ὅμως τὸν ἐργάτην
πέμψον τινὰ στελοῦντα μηδὲ τοῦτ' ἀφῇς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Πέμψω ταχύνασ'· ἀλλ' ἴωμεν ἐς δόμους.
Οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὐ σοι φίλον.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴ μοι ξυνείη φέροντι Στρ. α'.
μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων
ἔργων τε πάντων, ὧν νόμοι πρόκεινται
ὑψίποδες, οὐρανίαν
δι' αἰθέρα τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν, οὐδὲ μήν ποτε λάθα κατακοιμάσει·
μέγας ἐν τούτοις θεὸς, οὐδὲ γηράσκει.
Ὕβρις φυτεύει τύραννον· Ἀντ. α'.
ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν,
ἃ μὴ πίκαιρα μηδὲ συμφέροντα,
ἀκρότατον εἰσαναβᾶσ'
** ἀπότομον ὥρουσεν εἰς ἀνάγκαν,
ἔνθ' οὐ ποδὶ χρησίμῳ
χρῆται. Τὸ καλῶς δ' ἔχον
πόλει πάλαισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι.
Θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων.
Εἴ δέ τις ὑπέροπτα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται,
Δίκας ἀφόβητος, οὐδὲ [Στρ. β'.
δαιμόνων ἕδη σέβων,
κακά νιν ἕλοιτο μοῖρα,
δυσπότμου χάριν χλιδᾶς,
εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως
καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται,
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων.
Τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ θυμοῦ βέλη
εὔξεται ψυχᾶς ἀμύνειν;
εἰ γὰρ αἱ τοιάδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με χορεύειν; [Ἀντ. β'.
οὐκ ἔτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων,
οὐδ' ἐς τὸν Ἄβαισι ναὸν,
οὐδὲ τὰν Ὀλυμπίαν,
εἰ μὴ τάδε χειρόδεικτα
πᾶσιν ἁρμόσει βροτοῖς.
Ἀλλ', ὦ κρατύνων, εἴπερ ὀρθ' ἀκούεις,
Ζεῦ, πάντ' ἀνάσσων, μὴ λάθοι
σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν.
Φθίνοντα γὰρ *** Λαΐου
θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη,

eadem certam eamque tuam congruamque oraculo contigisse ostenderet, siquidem eum Apollo declaravit gnati mei manu periturum omnino.

Atqui eum misellus ille neutiquam occidit, sed ipse interiit prior.

Quocirca vaticiniorum gratia neque huc neque rursus illuc respexerim.

ŒDIPUS.

Recte putas : attamen mitte aliquem, qui rure arcessat operarium, et ne hoc omiseris.

IOCASTA.

Mittam ocius : sed eamus intro : nihil enim faciam, nisi quod tibi gratum fuerit.

CHORUS.

Utinam mihi sanctam integritatem dictorum factorumque adhibenti fortuna (*ut id faciam*) adsit, de quibus propositæ sunt leges sublimes, cœlesti in æthere genitæ, quarum Olympus pater est solus, neque eas mortale genus hominum peperit, neque sane unquam oblivio consopiet (i. e. *delebit*).

Magnus in his inest deus, neque senio marcescit.

Insolentia gignit tyrannum, insolentia, ubi dementer multarum intempestivarum ac noxiarum rerum successu se exsatiavit, summum maxime abruptum fastigium usque evecta * * * * præcipitem se dat in suum fatum, ubi firmo non consistit pede (i. e. *unde frustra conatur aufugere*).

Quod autem urbi salutare futurum est certamen (i. e. *Laii cordis investigatio*), hoc ne irritum fieri sinat, deum oro.

Deo non desinam unquam patrono uti.

Si quis autem factis dictisve insolenter se gerit, ultricem Justitiam non veritus, nec divûm sedes (i. e. *delubra*) venerans, malum eum fatum corripiat ob infaustas delicias, si justis non studebit lucris, nec ab impiis abstinebit factis, nec a non tangendis manus cohibebit demens.

Quis tandem amplius vir his in rebus (*si spernuntur divina*) iræ tela se ab animo suo arcere gloriabitur?

Namque si hæc impia facta honorem inveniunt, quid me juvat sacris interesse choris?

Non amplius ibo ad notum terræ umbilicum venerandi gratia, nec ad delubrum quod est Abis, nec Olympiam, nisi hæc oracula omnibus *adeo* perspicue, *ut etiam digito* (*eventum*) *monstres*, mortalibus probabuntur.

Sed o qui imperas, si rite vocaris omnium rector, Jupiter, ne hæc lateant te tuumque immortale semper regnum.

Evanescentia enim * * * Laii oracula jam everlunt : nus-

κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·
ἕρρει δὲ τὰ θεῖα.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Χώρας ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη
ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, τάδ' ἐν χεροῖν
στέφη λαβούσῃ κἀπιθυμιάματα.
Ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν
λύπαισι παντοίαισιν· οὐδ' ὁποῖ' ἀνὴρ
ἔννους τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται,
ἀλλ' ἐστὶ τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι.
Ὅτ' οὖν παραινοῦσ' οὐδὲν ἐς πλέον ποιῶ,
πρὸς σ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἄγχιστος γὰρ εἶ,
ἱκέτις ἀφῖγμαι τοῖσδε σὺν κατάργμασιν,
ὅπως λύσιν τιν' ἡμὶν εὐαγῆ πόρῃς·
ὡς νῦν ὀκνοῦμεν πάντες ἐκπεπληγμένον
κεῖνον βλέποντες ὡς κυβερνήτην νεώς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἆρ' ἂν παρ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, μάθοιμ' ὅπου
τὰ τοῦ τυράννου δώματ' ἐστὶν Οἰδίπου;
μάλιστα δ' αὐτὸν εἴπατ', εἰ κάτισθ' ὅπου.

ΧΟΡΟΣ.

Στέγαι μὲν αἵδε· καὐτὸς ἔνδον, ὦ ξένε·
γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν κείνου τέκνων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀλλ' ὀλβία τε καὶ ξὺν ὀλβίοις ἀεὶ
γένοιτ', ἐκείνου γ' οὖσα παντελὴς δάμαρ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Αὕτως δὲ καὶ σύ γ', ὦ ξέν'· ἄξιος γὰρ εἶ
τῆς εὐπείας οὕνεκ'. Ἀλλὰ φράζ' ὅτου
χρῄζων ἀφῖξαι χὤ τι σημῆναι θέλων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀγαθὰ δόμοις τε καὶ πόσει τῷ σῷ, γύναι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τὰ ποῖα ταῦτα; πρὸς τίνος δ' ἀφιγμένος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐκ τῆς Κορίνθου. Τὸ δ' ἔπος οὐξερῶ τάχ' ἂν
ἥδοιο μέν, πῶς δ' οὐκ ἂν, ἀσχάλλοις δ' ἴσως.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τί δ' ἔστι, ποίαν δύναμιν ὧδ' ἔχει διπλῆν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τύραννον αὐτὸν οὐπιχώριοι χθονὸς
τῆς Ἰσθμίας στήσουσιν, ὡς ηὐδᾶτ' ἐκεῖ.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τί δ'; οὐχ ὁ πρέσβυς Πόλυβος ἐγκρατὴς ἔτι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐ δῆτ', ἐπεί νιν θάνατος ἐν τάφοις ἔχει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἢ ὦς εἶπας; ἢ τέθνηκε Πόλυβος, ὦ γέρον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Εἰ μὴ λέγω τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ὦ πρόσπολ', οὐχὶ δεσπότῃ τάδ' ὡς τάχος
μολοῦσα λέξεις; Ὦ θεῶν μαντεύματα,
ἵν' ἐστέ; τοῦτον Οἰδίπους πάλαι τρέμων

piam Apollo splendet honoribus; pessum eunt res divinæ.

IOCASTA.

O urbis hujus principes, in mentem mihi venit deorum adire templa, sumptis in manus hisce velamentis et thure.

Nimis enim multifariis curis animum habet suspensum Œdipus, nec ut cordatum virum decet, nova ex veteribus cernit (i. e. *nova oracula non judicat ex veteribus quæ falsa fuere deprehensa*); sed cuivis se dat, si modo terrores nuntiet.

Quando igitur admonendo nihil promoveo, ad te, o Lycee Apollo, qui proximus *ædibus nostris* accolis supplex venio hisce cum muneribus, ut nobis prosperam aliquam solutionem des mali: nam torpemus jam omnes, percalsum illum cernentes, qui navis (i. e. *civitatis*) gubernator sit.

NUNTIUS.

Num a vobis, hospites, discere queam, ubi regis sit Œdipi domus? Quin magis ipse ubi sit dicite, si scitis.

CHORUS.

Hæ sunt quidem illius ædes, et ipse intus, o hospes: mulier autem hæcce mater liberorum ejus.

NUNTIUS.

Utinam et ipsa beata sit, et cum beatis usque versetur, illius quum sit uxor summa dignitate fruens.

IOCASTA.

Idem tibi contingat, hospes! dignus enim es ob bona hæc verba: sed dic qua gratia venisti et quid nuntiaturus.

NUNTIUS.

Bona domuique et marito tuo, mulier.

IOCASTA.

Quænam illa sunt? et a quo missus nobis advenis?

NUNTIUS.

E Corintho: quod autem dicturus sum, gratum tibi fore opinor: quidni enim? tamen et forsan dolebis.

IOCASTA.

Quid rei est? quamnam ita duplicem vim obtinet?

NUNTIUS.

Regem creabunt eum (*Œdipum*) terræ Isthmiæ incolæ, ut illic ferebatur.

IOCASTA.

Quid vero? annon senex Polybus regno potitur adhuc?

NUNTIUS.

Non sane, quandoquidem illum mors in sepulcro condidit.

IOCASTA.

Quid narras, senex? an mortuus est Polybus?

NUNTIUS.

Si vera non dico, mori non recuso.

IOCASTA.

Famula, quid cessas introire, et hæc quam celerrime hero dicere? O deorum oracula, ubi estis? hunc virum ne

τὸν ἄνδρ' ἔφευγε μὴ κτάνοι· καὶ νῦν ὅδε
πρὸς τῆς τύχης ὅλωλεν οὐδὲ τοῦδ' ὕπο.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατον γυναικὸς Ἰοκάστης κάρα,
τί μ' ἐξεπέμψω δεῦρο τῶνδε δωμάτων;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἄκουε τἀνδρὸς τοῦδε, καὶ σκόπει κλύων
τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὗτος δὲ τίς ποτ' ἐστὶ καὶ τί μοι λέγει;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἐκ τῆς Κορίνθου, πατέρα τὸν σὸν ἀγγελῶν
ὡς οὐκ ἔτ' ὄντα Πόλυβον, ἀλλ' ὀλωλότα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί φῄς, ξέν'; αὐτός μοι σὺ σημήνας γενοῦ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Εἰ τοῦτο πρῶτον δεῖ μ' ἀπαγγεῖλαι σαφῶς,
εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πότερα δόλοισιν, ἢ νόσου ξυναλλαγῇ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Νόσοις ὁ τλήμων, ὡς ἔοικεν, ἔφθιτο.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Καὶ τῷ μακρῷ γε συμμετρούμενος χρόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Φεῦ φεῦ, τί δῆτ' ἂν, ὦ γύναι, σκοποῖτό τις
τὴν Πυθόμαντιν ἑστίαν, ἢ τοὺς ἄνω
κλάζοντας ὄρνις, ὧν ὑφηγητῶν ἐγὼ
κτανεῖν ἔμελλον πατέρα τὸν ἐμόν; ὁ δὲ θανὼν
κεύθει κάτωθεν γῆς· ἐγὼ δ' ὅδ' ἐνθάδε
ἄψαυστος ἔγχους, εἴ τι μὴ τῷμῷ πόθῳ
κατέφθιθ'· οὕτω δ' ἂν θανὼν εἴη 'ξ ἐμοῦ.
Τὰ δ' οὖν παρόντα συλλαβὼν θεσπίσματα
κεῖται παρ' Ἅιδῃ Πόλυβος ἄξι' οὐδενός.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Οὐκουν ἐγώ σοι ταῦτα προὔλεγον πάλαι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἤιδας· ἐγὼ δὲ τῷ φόβῳ παρηγόμην.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Μὴ νῦν ἔτ' αὐτῶν μηδὲν ἐς θυμὸν βάλῃς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ πῶς τὸ μητρὸς λέκτρον οὐκ ὀκνεῖν με δεῖ;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος ᾧ τὰ τῆς τύχης
κρατεῖ, πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής;
εἰκῇ κράτιστον ζῆν, ὅπως δύναιτό τις.
Σὺ δ' ἐς τὰ μητρὸς μὴ φοβοῦ νυμφεύματα.
Πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασιν βροτῶν
μητρὶ ξυνηυνάσθησαν. Ἀλλὰ ταῦθ' ὅτῳ
παρ' οὐδέν ἐστι, ῥᾷστα τὸν βίον φέρει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καλῶς ἅπαντα ταῦτ' ἂν ἐξείρητό σοι,

occideret metuens olim Œdipus e patria profugit : et nunc ille fato suo interiit, minime ab Œdipo.

ŒDIPUS.

O carissimum conjugis Iocastæ caput, quid me foras huc evocasti?

IOCASTA.

Audi hunc virum, et quum audieris, considera veneranda quo evaserint dei oracula.

ŒDIPUS.

At hic quis est tandem et quid affert mihi?

IOCASTA.

Venit e Corintho, patrem tuum nuntiaturus non amplius vivere Polybum, sed mortuum esse.

ŒDIPUS.

Quid dicis, hospes? tu ipse mihi rem significato.

NUNTIUS.

Si hoc primum oportet me diserte dicere, pro certo scias, eum vita decessisse.

ŒDIPUS.

Dolone, an morbi interventu?

NUNTIUS.

Senilia corpora leve momentum sternere leto solet.

ŒDIPUS.

Morbo, ut videtur, absumptus est miser.

NUNTIUS.

Ita sane, et longo, quod vivendo emensus est, tempore.

ŒDIPUS.

Vah, vah! quid ergo, uxor, respiciat aliquis fatidicas Delphis aras, aut in aere clangentes alites, quibus auctoribus ego perempturus eram patrem meum? Ille vero extinctus conditus est sub terra : at ego qui hic sum ensem *in eum* non strinxi, nisi forte mei desiderio contabuit, adeoque sic a me occisus dici posit.

Ergo jacet apud inferos Polybus, auferens secum ita ut irrita facta sint oracula hæc.

IOCASTA.

An non ego ista tibi prædixi pridem?

ŒDIPUS.

Dicebas quidem; at ego metu transversus agebar.

IOCASTA.

Ne ergo quicquam horum posthac in animum inducas.

ŒDIPUS.

Qui vero thalamum matris reveri desistam?

IOCASTA.

Quid metuat homo, quum res humanas omnes verset Fortuna, nullius autem rei providentia certa sit? optimum est temere vivere, ut quisque possit.

Tu vero ne metuas illos cum matre congressus : multi enim jam in somniis homines sibi visi sunt cum matre corpus miscere. Sed ista qui nihili esse ducit, facillime vitam agit.

ŒDIPUS.

Recte hæc omnia tibi dicta forent, nisi viveret adhuc

εἰ μὴ 'κύρει ζῶσ' ἡ τεκοῦσα· νῦν δ' ἐπεὶ
ζῇ, πᾶσ' ἀνάγκη, κεἰ καλῶς λέγεις, ὀκνεῖν.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Καὶ μὴν μέγας γ' ὀφθαλμὸς οἱ πατρὸς τάφοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μέγας, ξυνίημ'· ἀλλὰ τῆς ζώσης φόβος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ποίας δὲ καὶ γυναικὸς ἐκφοβεῖσθ' ὕπερ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μερόπης, γεραιέ, Πόλυβος ἧς ᾤκει μέτα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τί δ' ἔστ' ἐκείνης ὑμὶν ἐς φόβον φέρον;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θεήλατον μάντευμα δεινόν, ὦ ξένε.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἦ ῥητόν; ἢ οὐχὶ θεμιτὸν ἄλλον εἰδέναι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μάλιστά γ'· εἶπε γάρ με Λοξίας ποτὲ
χρῆναι μιγῆναι μητρὶ τἠμαυτοῦ, τό τε
πατρῷον αἷμα χερσὶ ταῖς ἐμαῖς ἑλεῖν.
Ὥν οὕνεχ' ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι
μακρὰν ἀπῳκεῖτ'· εὐτυχῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως
τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαθ' ἥδιστον βλέπειν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἦ γὰρ τάδ' ὀκνῶν κεῖθεν ἦσθ' ἀπόπτολις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πατρός τε χρῄζων μὴ φονεὺς εἶναι, γέρον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τί δῆτ' ἐγὼ οὐχὶ τοῦδε τοῦ φόβου σ', ἄναξ,
ἐπείπερ εὔνους ἦλθον, ἐξελυσάμην;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ μὴν χάριν γ' ἂν ἀξίαν λάβοις ἐμοῦ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Καὶ μὴν μάλιστα τοῦτ' ἀφικόμην, ὅπως
σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος εὖ πράξαιμί τι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' οὔποτ' εἶμι τοῖς φυτεύσασίν γ' ὁμοῦ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς, ὦ γεραιέ; πρὸς θεῶν δίδασκέ με.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Εἰ τῶνδε φεύγεις οὕνεκ' εἰς οἴκους μολεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ταρβῶν γε μή μοι Φοῖβος ἐξέλθῃ σαφής.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἦ μὴ μίασμα τῶν φυτευσάντων λάβῃς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τοῦτ' αὐτὸ, πρέσβυ, τοῦτό μ' εἰσαεὶ φοβεῖ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἆρ' οἶσθα δῆτα πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς δ' οὐχί, παῖς γ' εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔφυν;

mater mea : at quando superest, quamvis recte loquaris, fieri non potest quin timeam.

IOCASTA.

Atqui magnum solatium est sepulcrum patris.

ŒDIPUS.

Magnum, intelligo : attamen dum vivit illa, est cur metuam.

NUNTIUS.

Qualem vero ob mulierem solliciti estis?

ŒDIPUS.

Ob Meropen, o senex, quæ cum Polybo nupta fuit.

NUNTIUS.

Quid est autem in illa, quod vos metu afficiat?

ŒDIPUS.

Divinum oraculum, o hospes, idque horribile.

NUNTIUS.

Potestne dici, an nefas est alium quenquam scire?

ŒDIPUS.

Maxime : dixit enim Apollo olim me cum mea ipsius matre concubiturum, et sanguinem paternum manibus meis hausturum.

Quapropter jam olim a Corintho procul habitare erga feliciter sane; sed tamen parentum conspectu frui suavissimum est.

NUNTIUS.

Numnam istorum ob metum illinc abiisti exul?

ŒDIPUS.

Tum etiam ut patris ne fierem occisor, senex.

NUNTIUS.

Quidni ergo te, o rex, ab hoc timore liberavero, simul dem benevolo erga te adveni animo?

ŒDIPUS.

Sane condignam tibi referrem gratiam.

NUNTIUS.

Atqui hanc maxime ob causam veni, ut, ubi tu domum reversus fuisses, beneficii aliquid consequerer.

ŒDIPUS.

At nunquam parentes meos conveniam.

NUNTIUS.

O fili, pulchre apparet, te nescire quid agas.

ŒDIPUS.

Quomodo, o senex? per deos doce me.

NUNTIUS.

Si horum gratia a domo refugis.

ŒDIPUS.

Metuo utique ne mihi Apollo evadat veridicus.

NUNTIUS.

Num ne quid piaculi a parentibus contrahas?

ŒDIPUS.

Hoc ipsum, senex, hoc me semper territat.

NUNTIUS.

Nostin', amabo, tibi jure nullam esse timoris causam?

ŒDIPUS.

Quidni vero, siquidem his parentibus natus sum?

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Θοὐνεκ' ἦν σοι Πόλυβος οὐδὲν ἐν γένει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς εἶπας; οὐ γὰρ Πόλυβος ἐξέφυσέ με;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐ μᾶλλον οὐδὲν τοῦδε τἀνδρὸς, ἀλλ' ἴσον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ πῶς ὁ φύσας ἐξ ἴσου τῷ μηδενί;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀλλ' οὔ σ' ἐγείνατ' οὔτ' ἐκεῖνος οὔτ' ἐγώ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνομάζετο;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Δῶρόν ποτ', ἴσθι, τῶν ἐμῶν χειρῶν λαβών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κἄθ' ὧδ' ἀπ' ἄλλης χειρὸς ἔστερξεν μέγα;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Σὺ δ' ἐμπολήσας, ἢ τυχὼν μ' αὐτῷ δίδως;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Εὑρὼν ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡδοιπόρεις δὲ πρὸς τί τούσδε τοὺς τόπους;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐνταῦθ' ὀρείοις ποιμνίοις ἐπεστάτουν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποιμὴν γὰρ ἦσθα κἀπὶ θητείᾳ πλάνης;

ΑΓΓΕΛΟΥΣ.

Σοῦ δ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δ' ἄλγος ἴσχοντ' ἐν κακοῖς με λαμβάνεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ποδῶν ἂν ἄρθρα μαρτυρήσειεν τὰ σά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἴμοι, τί τοῦτ' ἀρχαῖον ἐννέπεις κακόν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Λύω σ' ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀχμάς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Δεινόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὥστ' ὠνομάσθης ἐκ τύχης ταύτης ὃς εἶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πρὸς θεῶν, πρὸς μητρὸς, ἢ πατρὸς, φράσον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ οἶδ'· ὁ δοὺς δὲ ταῦτ' ἐμοῦ λῷον φρονεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ γὰρ παρ' ἄλλου μ' ἔλαβες οὐδ' αὐτὸς τυχών;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ, ἀλλὰ ποιμὴν ἄλλος ἐκδίδωσί μοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς οὗτος; ἢ κάτοισθα δηλῶσαι λόγῳ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τῶν Λαΐου δήπου τις ὠνομάζετο.

NUNTIUS.

Quia genere tibi nullo modo conjunctus fuit Polybus.

ŒDIPUS.

Quid narras? annon Polybus me genuit?

NUNTIUS.

Tantumdem ut ego, et nihilo magis.

ŒDIPUS.

Et quomodo is, qui genuit, par erit ei, qui nullus (i. e. *non*) *genuit?*

NUNTIUS.

At neque te genuit ille, neque ego.

ŒDIPUS.

Quare igitur filium me nominabat suum?

NUNTIUS.

Quia te olim a manibus meis dono acceperat: hoc scias.

ŒDIPUS.

Et adeo vehementer dilexit *acceptum* ab aliena manu?

NUNTIUS.

Scilicet eo permotus quod dudum carebat liberis.

ŒDIPUS.

Tu vero emptum me aliunde, an casu quodam inventum ei dedisti?

NUNTIUS.

Inventum nemorosis Cithæronis in recessibus.

ŒDIPUS.

Quanam vero gratia locos illos adibas?

NUNTIUS.

Ibi montanis gregibus præfectus eram.

ŒDIPUS.

Pastor itaque eras mercenarius, erraticam vitam degens?

NUNTIUS.

Sed tuus, fili, servator illo tempore.

ŒDIPUS.

Quid mihi in illa calamitate acciderat mali, quum me sustulisti?

NUNTIUS.

Id articuli pedum tuorum indicare possint.

ŒDIPUS.

Hei mihi! quid hoc vetus commemoras malum?

NUNTIUS.

Solvi te pedes *spiculo* trajectos habentem.

ŒDIPUS.

Monumenta sane illa nactus sum, quibus minime est quod glorier.

NUNTIUS.

Ita ut ab hoc casu nomen sortitus sis, quod habes.

ŒDIPUS.

O per deos, patrisne an matris jussu *sic male habitus sum?* dic mihi.

NUNTIUS.

Nescio: qui te dedit mihi, melius hoc noverit.

ŒDIPUS.

An ergo ab alio me accepisti, nec ipse invenisti?

NUNTIUS.

Non; sed pastor alius *te* tradidit mihi.

ŒDIPUS.

Quis ille? potin' es mihi hoc declarare?

NUNTIUS.

Quidam ex familia Laii dicebatur esse.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ τοῦ τυράννου τῆσδε γῆς πάλαι ποτέ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Μάλιστα. Τούτου τἀνδρὸς οὗτος ἦν βοτήρ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ κἄστ' ἔτι ζῶν οὗτος, ὥστ' ἰδεῖν ἐμέ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὑμεῖς γ' ἄριστ' εἰδεῖτ' ἂν οἰπιχώριοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔστιν τις ὑμῶν τῶν παρεστώτων πέλας,
ὅστις κάτοιδε τὸν βοτῆρ', ὃν ἐννέπει,
εἴτ' οὖν ἐπ' ἀγρῶν εἴτε κἀνθάδ' εἰσιδών;
σημήναθ', ὡς ὁ καιρὸς ηὗρῆσθαι τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Οἶμαι μὲν οὐδέν' ἄλλον ἢ τὸν ἐξ ἀγρῶν,
ὃν κἀμάτευες πρόσθεν εἰσιδεῖν· ἀτὰρ
ἥδ' ἂν τάδ' οὐχ ἥκιστ' ἂν Ἰοκάστη λέγοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Γύναι, νοεῖς ἐκεῖνον, ὄντιν' ἀρτίως
μολεῖν ἐφιέμεσθα τόν θ' οὗτος λέγει;

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Τίς δ' ὄντιν' εἶπε; μηδὲν ἐντραπῇς, τὰ δὲ
ῥηθέντα βούλου μηδὲ μεμνῆσθαι μάτην.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ ἂν γένοιτο τοῦθ' ὅπως ἐγὼ λαβὼν
σημεῖα τοιαῦτ' οὐ φανῶ τοὐμὸν γένος.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Μὴ πρὸς θεῶν, εἴπερ τι τοῦ σαυτοῦ βίου
κήδει, ματεύσῃς τοῦθ'· ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Θάρσει. Σὺ μὲν γὰρ οὐδ' ἐὰν τρίτης ἐγὼ
μητρὸς φανῶ τρίδουλος, ἐκφανεῖ κακή.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ὅμως πιθοῦ μοι, λίσσομαι· μὴ δρᾶ τάδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ ἂν πιθοίμην μὴ οὐ τάδ' ἐκμαθεῖν σαφῶς.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Καὶ μὴν φρονοῦσά γ' εὖ τὰ λῷστά σοι λέγω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὰ λῷστα τοίνυν ταῦτά μ' ἀλγύνει πάλαι.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ὦ δύσποτμ', εἴθε μήποτε γνοίης ὃς εἶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄξει τις ἐλθὼν δεῦρο τὸν βοτῆρά μοι;
ταύτην δ' ἐᾶτε πλουσίῳ χαίρειν γένει.

ΙΟΚΑΣΤΗ.

Ἰοὺ ἰού, δύστηνε· τοῦτο γάρ σ' ἔχω
μόνον προσειπεῖν, ἄλλο δ' οὔποθ' ὕστερον.

ΧΟΡΟΣ.

Τί ποτε βέβηκεν, Οἰδίπους, ὑπ' ἀγρίας
ἄξασα λύπης ἡ γυνή; δέδοιχ' ὅπως
μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναρρήξει κακά.

ŒDIPUS.

An ejus, qui hujus urbis rex olim fuit?

NUNTIUS.

Maxime: hujus viri ille erat pastor.

ŒDIPUS.

An vivit ille adhuc, ut videre eum queam?

NUNTIUS.

Id vosmet hujus urbis incolæ optime sciveritis.

ŒDIPUS.

Vestrûmne aliquis est, qui hic prope adestis, qui pastorem illum noverit, quem hic dicit, seu ruri eum, seu hic in urbe conspicatus?

Indicate; nam tempus est hæc investigata esse.

CHORUS.

Arbitror equidem neminem alium esse, quam rusticum illum, quem tu modo cupiebas videre: verum hoc omnium optime Iocasta dixerit.

ŒDIPUS.

Uxor, cogitasne illum quem modo venire jussimus, quemque hic dicit, *eundem esse?*

IOCASTA.

Quis *est* autem quem dixit? ne sis sollicitus, temereque dicta ne meminisse velis.

ŒDIPUS.

Nequaquam fiet, ut, quum ego ceperim indicia talia, manifestum non reddam genus meum.

IOCASTA.

Ne, per deos, si qua tibi vitæ tuæ cura est, hoc exquiras. Satis sit me afflictam esse.

ŒDIPUS.

Bono animo es: tu enim, etsi a tertia inde usque matre apparuero tripliciter servus, nihilo deterior eris.

IOCASTA.

Tamen obtempera mihi, obsecro: ne hoc facias.

ŒDIPUS.

Non obtemperabo, quin ista exquiram certo.

IOCASTA.

Atqui benevolo erga te animo, quæ optima sunt, tibi dico.

ŒDIPUS.

Sed optima illa dudum mihi molesta sunt.

IOCASTA.

O infauste, utinam nunquam resciscas, qui sis!

ŒDIPUS.

Ociusne mihi aliquis pastorem huc adducet? hanc autem sinite opulento gaudere genere.

IOCASTA.

Heu, heu, miser! hoc enim unum est, quo te nunc compellare possim, nec quidquam aliud a me posthac *audies*.

CHORUS.

Quid, Œdipe, sic uxor abiit, acri concita dolore? metuo ne ex hoc silentio eruptura sint mala.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὁποῖα χρῄζει ῥηγνύτω· τοὐμὸν δ' ἐγὼ,
κεἰ σμικρόν ἐστι, σπέρμ' ἰδεῖν βουλήσομαι.
Αὕτη δ' ἴσως, φρονεῖ γὰρ ὡς γυνὴ μέγα,
τὴν δυσγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται.
Ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν παῖδα τῆς Τύχης νέμων
τῆς εὖ διδούσης οὐκ ἀτιμασθήσομαι.
Τῆς γὰρ πέφυκα μητρός· οἱ δὲ συγγενεῖς
μῆνές με μικρὸν καὶ μέγαν διώρισαν.
Τοιόσδε δ' ἐκφὺς οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι
ποτ' ἄλλος, ὥστε μὴ 'κμαθεῖν τοὐμὸν γένος.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰμὶ καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις, Στρ.
οὐ τὸν Ὄλυμπον, ἀπείρων,
ὦ Κιθαιρών, οὐκ ἔτι τὰν ἑτέραν
πανσέληνον, μὴ οὐ σέ γε καὶ πατριώταν Οἰδίπου
καὶ τροφὸν καὶ ματέρ' αὔξειν, [ἐμοῖς τυράννοις.
καὶ χορεύεσθαι πρὸς ἡμῶν, ὡς ἐπίηρα φέροντα τοῖς
Ἰήιε Φοῖβε, σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη.
Τίς σε, τέκνον, τίς σ' ἔτικτε Ἀντ.
τῶν μακραιώνων ἄρα,
Πανὸς ὀρεσσιβάταο
προσπελασθεῖσ', ἢ σέ γέ τις θυγάτηρ
Λοξίου; τῷ γὰρ πλάκες ἀγρόνομοι πᾶσαι φίλαι·
εἴθ' ὁ Κυλλάνας ἀνάσσων, [δέξατ' ἔκ του
εἴθ' ὁ Βακχεῖος θεὸς ναίων ἐπ' ἄκρων ὀρέων εὕρημα
Νυμφᾶν Ἑλικωνίδων, αἷς πλεῖστα συμπαίζει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Εἰ χρή τι κἀμὲ, μὴ ξυναλλάξαντά πω,
πρέσβεις, σταθμᾶσθαι, τὸν βοτῆρ' ὁρᾶν δοκῶ
ὅνπερ πάλαι ζητοῦμεν. Ἔν τε γὰρ μακρῷ
γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ σύμμετρος,
ἄλλως τε τοὺς ἄγοντας ὥσπερ οἰκέτας
ἔγνωκ' ἐμαυτοῦ· τῇ δ' ἐπιστήμῃ σύ μου
προὔχοις τάχ' ἄν που, τὸν βοτῆρ' ἰδὼν πάρος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔγνωκα γὰρ, σάφ' ἴσθι, Λαΐου γὰρ ἦν
εἴπερ τις ἄλλος πιστὸς ὡς νομεὺς ἀνήρ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Σὲ πρῶτ' ἐρωτῶ, τὸν Κορίνθιον ξένον,
ἦ τόνδε φράζεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦτον, ὅνπερ εἰσορᾷς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὗτος σὺ, πρέσβυ, δεῦρό μοι φώνει βλέπων
ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ. Λαΐου ποτ' ἦσθα σύ;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ἦ δοῦλος οὐκ ὠνητὸς, ἀλλ' οἶκοι τραφείς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔργον μεριμνῶν ποῖον ἢ βίον τίνα;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Πώμναις τὰ πλεῖστα τοῦ βίου ξυνεπόμην.

ŒDIPUS.

Quidquid volet, erumpat; at ego natales meos, etiamsi obscuri sint, cognoscere volam.

Illam, quippe quæ, ut mulier, spiritus altos gerit, pudet forte ignobilis generis mei.

Ego vero me Fortunæ filium esse ratus, quæ mihi prospera est, infamiæ non subibo notam.

Hac enim matre natus sum; sed qui mecum fuerunt menses (i. e. *vitæ meæ cursus et perpetuitas*) parvis me magnisque distinxerunt rebus. Tali autem quum sim origine, jam nunquam alius evadam *quam qualis fui;* nec est cur natales meos non investigem.

CHORUS.

Si quidem vates sum ego et ex animi sententia (i. e. *quantum cupio*) intelligens, non te, Cithæron, Olympum testor, non te latebit amplius, per alterum plenilunium ut te venerabimur tanquam popularem et altorem et parentem Œdipi, choreisque celebrabere nostris, quippe qui grata regibus meis afferas.

Ista tibi, malorum depulsor Apollo, sint placita!

Quæ te, fili, quæ te genuit immortalium filia cum Pane montivago congressa, aut cum Apolline?

Gaudet enim hic nemorosis (i. e. *ad feras pascendas aptis*) jugis omnibus.

An te Cyllenes rex *Mercurius*, an Bacchus, summos qui colit montes, accepit inventum ab aliqua Nympharum Heliconiadum, quibuscum ludere solet?

ŒDIPUS.

Si me par est, o senes, conjecturam facere de homine, cui nihil unquam mecum fuit commercii, quem quærimus dudum, pastorem videre mihi videor. Congruit enim senilis ætas, huic ut viro æqualis sit: maxime vero eos, a quibus adducitur, ut famulos meos agnosco.

Sed tu certius me haud dubie hoc noveris, qui pastorem illum antea videris.

CHORUS.

Novi enim, probe scias. Nam fuit Laio, si quis alius, fidus, ut in pastoris conditione.

ŒDIPUS.

Te primum rogo, Corinthie hospes, num hunc dicis?

NUNTIUS.

Hunc ipsum, quem intueris.

ŒDIPUS.

Heus tu senex, adspice me contra oculis, et responde mihi ad ea quæ te rogabo. Tune eras olim Laii?

FAMULUS.

Servus eram, non emptus, sed domi educatus (*verna*).

ŒDIPUS.

Quodnam procurans opus, aut quo vitæ genere usus?

FAMULUS.

Greges pascendo maximam vitæ partem transegi.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Χώροις μάλιστα πρὸς τίσι ξύναυλος ὤν;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ἦν μὲν Κιθαιρὼν, ἦν δὲ πρόσχωρος τόπος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὸν ἄνδρα τόνδ' οὖν οἶσθα τῆδέ που μαθών;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Τί χρῆμα δρῶντα; ποῖον ἄνδρα καὶ λέγεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τόνδ' ὃς πάρεστιν· ἢ ξυναλλάξας τί πω;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Οὐχ ὥστε γ' εἰπεῖν ἐν τάχει μνήμης ὕπο.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Κοὐδέν γε θαῦμα, δέσποτ'. Ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς
ἀγνῶτ' ἀναμνήσω νιν. Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
κάτοιδεν, ἦμος τὸν Κιθαιρῶνος τόπον
ὁ μὲν διπλοῖσι ποιμνίοις, ἐγὼ δ' ἑνὶ
ἐπλησίαζον τῷδε τἀνδρὶ τρεῖς ὅλους
ἐξ ἦρος εἰς ἀρκτοῦρον ἑκμήνους χρόνους·
χειμῶνα δ' ἤδη ταμά τ' εἰς ἔπαυλ' ἐγὼ
ἤλαυνον οὗτός τ' ἐς τὰ Λαΐου σταθμά.
Λέγω τι τούτων, ἢ οὐ λέγω πεπραγμένον;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Λέγεις ἀληθῆ, καίπερ ἐκ μακροῦ χρόνου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Φέρ' εἰπὲ νῦν, τότ' οἶσθα παῖδά μοί τινα
δοὺς, ὡς ἐμαυτῷ θρέμμα θρεψαίμην ἐγώ;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Τί δ' ἐστὶ πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱστορεῖς;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὅδ' ἐστὶν, ὦ τᾶν, κεῖνος ὃς τότ' ἦν νέος.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Οὐκ εἰς ὄλεθρον; οὐ σιωπήσας ἔσει;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἆ, μὴ κόλαζε, πρέσβυ, τόνδ', ἐπεὶ τὰ σὰ
δεῖται κολαστοῦ μᾶλλον ἢ τὰ τοῦδ' ἔπη.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Τί δ', ὦ φέριστε δεσποτῶν, ἁμαρτάνω;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ ἐννέπων τὸν παῖδ' ὃν οὗτος ἱστορεῖ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Λέγει γὰρ εἰδὼς οὐδέν, ἀλλ' ἄλλως πονεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Σὺ πρὸς χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλαίων δ' ἐρεῖς.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Μὴ δῆτα πρὸς θεῶν τὸν γέροντά μ' αἰκίσῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐχ ὡς τάχος τις τοῦδ' ἀποστρέψει χέρας;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Δύστηνος, ἀντὶ τοῦ; τί προσχρῄζων μαθεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὸν παῖδ' ἔδωκας τῷδ' ὃν οὗτος ἱστορεῖ;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ἔδωκ'· ὀλέσθαι δ' ὤφελον τῇδ' ἡμέρᾳ.

ŒDIPUS.

In quibusnam degebas maxime locis?

FAMULUS.

Erat modo Cithæron, modo vicina regio.

ŒDIPUS.

Meministin' ergo hunc virum illic cognovisse?

FAMULUS.

Quid rei agentem? ecquem mihi narras virum?

ŒDIPUS.

Huncce, qui adest. Aut aliquid cum eo habuisse commercii?

FAMULUS.

Non ita, ut subito possim memoriter dicere.

NUNTIUS.

Neque hoc mirum est, here. Sed quæ excidere, jam ei clare in memoriam reducam.

Nam satis scio illum meminisse, quando in Cithæronis locis, ipse duo, ego unum gregem habens conversatus sum hoc cum viro tria integra semestria spatia, a vere usque ad sidus Arcturi;

hieme autem jam mea ego in stabula pecus coegi, ille autem in Laii.

Ecquid eorum quæ dico sic factum est, an non?

FAMULUS.

Vera dicis, etsi a longo tempore.

NUNTIUS,

Age, dic jam: meministine, te puerum mihi tunc quendam dedisse, quem educarem ut peculiarem mihi?

FAMULUS.

At quid est quamobrem tu istuc inquiras?

NUNTIUS.

Hic ipse ille est, amice, qui tunc erat puer.

FAMULUS.

Non in malam rem ibis? Quin tacebis?

ŒDIPUS.

Ah, virum hunc ne castiga, senex: tua enim magis, quam illius, dicta castigatore egent.

FAMULUS.

Quid vero, optime here, peccavi?

ŒDIPUS.

Non dicens de puero, quem ille inquirit.

FAMULUS.

Nescit enim quod dicit, et frustra laborat.

ŒDIPUS.

Tu bona cum gratia non dices, sed cum malo tuo dices.

FAMULUS.

Ne, per deos obsecro, senem me verberato.

ŒDIPUS.

Non aliquis ocius retortas tergo manus hujus ligabit?

FAMULUS.

Infelix ego! quare? quid nosse vis?

ŒDIPUS.

Puerumne huic dedisti, de quo ille inquirit?

FAMULUS.

Dedi. Utinam vero periissem illa ipsa die!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἐς τόδ' ἥξεις μὴ λέγων γε τοὔνδικον.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Πολλῷ γε μᾶλλον, ἢν φράσω, διόλλυμαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀνὴρ ὅδ', ὡς ἔοικεν, ἐς τριβὰς ἑλᾶ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Οὐ δῆτ' ἔγωγ', ἀλλ' εἶπον ὡς δοίην πάλαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πόθεν λαβών; οἰκεῖον, ἢ 'ξ ἄλλου τινός;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ἐμὸν μὲν οὐκ ἔγωγ', ἐδεξάμην δέ του.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίνος πολιτῶν τῶνδε κἀκ ποίας στέγης;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Μὴ πρὸς θεῶν, μὴ, δέσποθ', ἱστόρει πλέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὀλωλας, εἴ σε ταῦτ' ἐρήσομαι πάλιν.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Τῶν Λαΐου τοίνυν τις ἦν γεννημάτων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἢ δοῦλος, ἢ κείνου τις ἐγγενὴς γεγώς;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Οἴμοι, πρὸς αὐτῷ γ' εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κἀγὼ' ἀκούειν. Ἀλλ' ὅμως ἀκουστέον.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Κείνου γέ τοι δὴ παῖς ἐκλῄζεθ'· ἡ δ' ἔσω
κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνὴ τάδ' ὡς ἔχει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ γὰρ δίδωσιν ἥδε σοι;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Μάλιστ', ἄναξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς πρὸς τί χρείας;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Ὡς ἀναλώσαιμί νιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τεκοῦσα τλήμων,

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Θεσφάτων γ' ὄκνῳ κακῶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίων;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Κτενεῖν νιν τοὺς τεκόντας ἦν λόγος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πῶς δῆτ' ἀφῆκας τῷ γέροντι τῷδε σύ;

ΘΕΡΑΠΩΝ.

Κατοικτίσας, ὦ δέσποθ', ὡς ἄλλην χθόνα
δοκῶν ἀποίσειν, αὐτὸς ἔνθεν ἦν· ὁ δὲ
κἀκ' ἐς μέγιστ' ἔσωσεν. Εἰ γὰρ οὗτος εἶ
ὃν φησιν οὗτος, ἴσθι δύσποτμος γεγώς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τοὐ ἰού· τὰ πάντ' ἂν ἐξήκοι σαφῆ.

ŒDIPUS.

At eo res tibi redibit, nisi verum dixeris.

FAMULUS.

Multo etiam magis, si dixero, peribo.

ŒDIPUS.

Vir hic, ut videtur, moras quærit.

FAMULUS.

Haud sane ego : nam dudum dixi me dedisse.

ŒDIPUS.

Unde acceptum? tuumne, an alius alicujus?

FAMULUS.

Haud equidem meum dedi : sed a quodam acceperam.

ŒDIPUS.

Quonam ab cive hujus urbis, et a qua domo?

FAMULUS.

Ne, per deos, ne, here, plura sciscitare.

ŒDIPUS.

Periisti, si hæc iterum te rogabo.

FAMULUS.

Ergo quidam erat ex familia Laii.

ŒDIPUS.

Num servus, aut quis erat ex illius genere?

FAMULUS.

Væ mihi! jam eo res rediit, ut horrendum malum mihi dicendum sit.

ŒDIPUS.

Et mihi audiendum : attamen est audiendum.

FAMULUS.

Illius quidem profecto filius dicebatur esse : quæ vero domi est tua uxor optime dixerit, ut se hæc habeant.

ŒDIPUS.

An ergo ipsa tibi puerum tradidit?

FAMULUS.

Scilicet, o rex.

ŒDIPUS.

Qua gratiâ?

FAMULUS.

Ut eum interficerem.

ŒDIPUS.

Ipsane, quæ pepererat, misera?

FAMULUS.

Tristium quidem oraculorum metu.

ŒDIPUS.

Quorumnam?

FAMULUS.

Daturum eum neci suos parentes prædictum fuerat.

ŒDIPUS.

Cur igitur huic seni *puerum* tu dedisti?

FAMULUS.

Miseritus, here; et quia illum credidi in aliam regionem, unde ipse erat, ablaturum puerum : at ille mala ad maxima servavit. Si enim is es, quem hic dicit, scito te infelicem esse.

ŒDIPUS.

Hei, hei! omnia jam evaserunt manifesta.

Ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προσβλέψαιμι νῦν,
ὅστις πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν, ξὺν οἷς τ'
οὐ χρῆν ὁμιλῶν, οὕς τέ μ' οὐκ ἔδει κτανών.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ γενεαὶ βροτῶν, Στρ. α'.
ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μη-
δὲν ζώσας ἐναριθμῶ.
Τίς γὰρ, τίς ἀνὴρ πλέον
τᾶς εὐδαιμονίας φέρει
ἢ τοσοῦτον δσον δοκεῖν
καὶ δόξαντ' ἀποκλῖναι;
τὸν σόν τοι παράδειγμ' ἔχων,
τὸν σὸν δαίμονα, τὸν σὸν, ὦ
τλᾶμον Οἰδιπόδα, βροτῶν
οὐδὲν μακαρίζω·
δστις καθ' ὑπερβολὰν Ἀντ. α'.
τοξεύσας ἐκράτησε τοῦ
πάντ' εὐδαίμονος ὄλβου,
ὦ Ζεῦ, κατὰ μὲν φθίσας
τὰν γαμψώνυχα παρθένον
χρησμῳδόν· θανάτων δ' ἐμᾷ
χώρᾳ πύργος ἀνέστα·
ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ
ἐμὸς, καὶ τὰ μέγιστ' ἐτι-
μάθης, ταῖς μεγάλαισιν ἐν
Θήβαισιν ἀνάσσων.
Τανῦν δ' ἀκούειν τίς ἀθλιώτερος; Στρ. β'.
τίς ἄταις ἀγρίαις, τίς ἐν πόνοις
ξύνοικος ἀλλαγᾷ βίου;
Ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα,
ᾧ μέγας λιμὴν
αὐτὸς ἤρκεσεν
παιδὶ καὶ πατρὶ
θαλαμηπόλῳ πεσεῖν, [τάλας,
πῶς ποτε πῶς ποθ' αἱ πατρῷαί σ' ἄλοχες φέρειν,
σῖγ' ἐδυνάθησαν ἐς τοσόνδε;
Ἐφηῦρέ σ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος, Ἀντ. β'.
δικάζει τ' ἄγαμον γάμον πάλαι
τεκνοῦντα καὶ τεκνούμενον.
Ἰὼ Λαΐῃον τέκνον,
εἴθε σ', εἴθε σε
μήποτ' εἰδόμαν.
Δύρομαι γὰρ ὡς
περίαλλ' ἰαχέων [σέθεν
ἐκ στομάτων. Τὸ δ' ὀρθὸν εἰπεῖν, ἀνέπνευσά τ' ἐκ
καὶ κατεκοίμησα τοὐμὸν ὄμμα.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ γῆς μέγιστα τῆσδ' ἀεὶ τιμώμενοι,
οἵ' ἔργ' ἀκούσεσθ', οἷα δ' εἰσόψεσθ', ὅσον δ'
ἀρεῖσθε πένθος, εἴπερ ἐγγενῶς ἔτι
τῶν Λαβδακείων ἐντρέπεσθε δωμάτων.
Οἶμαι γὰρ οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν
νίψαι καθαρμῷ τήνδε τὴν στέγην, ὅσα
κεύθει· τὰ δ' αὐτίχ' ἑκὼν φανεῖ κακὰ

O lux, ultimum te nunc videam! qui aperte natus sum e quibus non oportuit, cumque quibus non oportet, conversus, et quos non oportuit interfeci.

CHORUS.

Heu, genera mortalium, quam vos, quamdiu vivitis, eadem in loco, quo nihil, numero!

Quis enim, quis homo plus felicitatis obtinet, quam tantum, ut videatur sibi beatus esse, quumque visus est, inclinetur (i. e. *ad deteriorem sortem vergat*)?

Tuum igitur exemplum habens, tuam fortunam, tuam, inquam, o infelix Œdipe, mortale nihil beatum prædico;

qui eximie jaculatus (*ipsum scopum feriens, soluto fatali ænigmate*) beatissima felicitate potitus est; o Jupiter! perempta curvis unguibus (*rapace*) virgine, *perplexi carminis* vate;

contra civium vero cædes propugnaculum patriæ meæ constitit,

unde et rex meus vocaris, et maximos honores adeptus es, magnis in Thebis imperium obtinens.

Nunc autem, si audimus, quis *te* miserior? quis in omnibus, quis immani in noxa *magis* demersus vitæ vicissitudine?

O inclytum Œdipi caput! cui idem magnus portus sufficit, quo filius et parens maritus jaceret.

Quomodo, quo tandem modo paterni te sulci ferre silentio potuere tam diu?

Invitum te deprehendit omnia cernens tempus: damnat inauspicatas pridem nuptias genitoris simul et geniti.

O Lai progenies, utinam te, utinam te vidissem nunquam!

Te enim vehementer deploro magna voce ejulans.

Ut vera tamen dicam, recepique spiritum per te, et per te sopivi meos oculos.

NUNTIUS EX DOMO.

O hujus urbis dignitate principes, qualia facinora audietis, qualia et videbitis, quantumque hauritis luctum, siquidem ut populares decet, adhuc vobis curæ est Labdacidarum domus.

Credo enim neque Istrum, nec Phasin abluere atque expiare posse flagitia quæ hæc domus tegit; alia autem mox in lucem proferentur, sponte, nec ullo cogente, admissa.

ἐκόντα κοὐκ ἄκοντα. Τῶν δὲ πημονῶν
μάλιστα λυποῦσ' αἳ φανῶσ' αὐθαίρετοι.

ΧΟΡΟΣ.

Λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ἤδεμεν τὸ μὴ οὐ
βαρύστον' εἶναι· πρὸς δ' ἐκείνοισιν τί φῄς;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὁ μὲν τάχιστος τῶν λόγων εἰπεῖν τε καὶ
μαθεῖν, τέθνηκε θεῖον Ἰοκάστης κάρα.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δυστάλαινα, πρὸς τίνος ποτ' αἰτίας;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Αὐτὴ πρὸς αὑτῆς. Τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν
ἥκιστ' ἄπεστιν· ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα.
Ὅμως δ', ὅσον γε κἀν ἐμοὶ μνήμης ἔνι,
πεύσει τὰ κείνης ἀθλίας παθήματα.
Ὅπως γὰρ ὀργῇ χρωμένη παρῆλθ' ἔσω
θυρῶνος, ἵετ' εὐθὺ πρὸς τὰ νυμφικὰ
λέχη, κόμην σπῶσ' ἀμφιδεξίοις ἀκμαῖς·
πύλας δ', ὅπως εἰσῆλθ', ἐπιρρήξασ' ἔσω
καλεῖ τὸν ἤδη Λάϊον πάλαι νεκρὸν,
μνήμην παλαιῶν σπερμάτων ἔχουσ' ὑφ' ὧν
θάνοι μὲν αὐτὸς, τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι
τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δύστεκνον παιδουργίαν.
Ἴοᾶτο δ' εὐνὰς, ἔνθα δύστηνος διπλοῦς
ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρα καὶ τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι.
Χὤπως μὲν ἐκ τῶνδ' οὐκ ἔτ' οἶδ' ἀπόλλυται.
Βοῶν γὰρ εἰσέπαισεν Οἰδίπους, ὑφ' οὗ
οὐκ ἦν τὸ κείνης ἐκθεάσασθαι κακόν·
ἀλλ' εἰς ἐκεῖνον περιπολοῦντ' ἐλεύσσομεν.
Φοιτᾷ γὰρ, ἡμᾶς ἔγχος ἐξαιτῶν πορεῖν,
γυναῖκά τ' οὐ γυναῖκα, μητρῴαν δ' ὅπου
κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων.
Λυσσῶντι δ' αὐτῷ δαιμόνων δείκνυσί τις·
οὐδεὶς γὰρ ἀνδρῶν, οἳ παρῆμεν ἐγγύθεν.
Δεινὸν δ' ἀΰσας, ὡς ὑφηγητοῦ τινος,
πύλαις διπλαῖς ἐνήλατ'· ἐκ δὲ πυθμένων
ἔκλινε κοίλα κλῆθρα, κἀμπίπτει στέγῃ.
Οὗ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν,
πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην. Ὁ δὲ
ὅπως ὁρᾷ νιν, δεινὰ βρυχηθεὶς τάλας,
χαλᾷ κρεμαστὴν ἀρτάνην. Ἐπεὶ δὲ γῇ
ἔκειτο τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνθένδ' ὁρᾶν.
Ἀποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους
περόνας ἀπ' αὐτῆς, αἷσιν ἐξεστέλλετο,
ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων,
αὐδῶν τοιαῦθ', ὅθούνεκ' οὐκ ὄψοιντό νιν
οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακὰ,
ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν οὓς μὲν οὐκ ἔδει
ὄψοίαθ', οὓς δ' ἔχρῃζεν οὐ γνωσοίατο.
Τοιαῦτ' ἐρυμνῶν πολλάκις τε κοὐχ ἅπαξ
ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα. Φοίνιαι δ' ὁμοῦ
γλῆναι γένει' ἔτεγγον, οὐδ' ἀνίεσαν
φόνου μυδώσας σταγόνας, ἀλλ' ὁμοῦ μέλας
ὄμβρος χάλαζά θ' αἱματοῦσσ' ἐτέγγετο.

Malorum vero ea maxime dolent, quæ ultro arcessita esse apparet.

CHORUS.

Deest quidem nihil, quin acerbissima sint, quæ prius rescivimus: ad illa vero quid ultra nuntias?

NUNTIUS EX DOMO.

Ut brevissime et ego dicam et vos intelligatis, interiit divum Iocastes caput.

CHORUS.

O multipliciter miseram! quænam illi causa mortis fuit?

NUNTIUS EX DOMO.

Sibimet ipsa. E factis autem quod maxime dolet, abest: non enim rem datur cernere.

Tamen, quantum ego memoria teneo, audies illius miseræ casus.

Ut enim furore percita intra vestibulum se abripuit, recta contendit ad geniales thalamos, comas lacerans utraque manu: portas autem, ubi intravit, vi et impetu ab interna parte occludens, invocavit Laium jam pridem mortuum, antiquorum congressuum memoriam repetens, unde *is ortus, a quo* periisset ipse, se matrem relinquens suopte filio infandis nuptiis parituram liberos.

Deploravitque lectum, ubi duplex infandum genus ex marito maritum, liberosque ex liberis peperisset.

Quo vero deinde modo perierit, nescio. Clamore enim magno irrupit Œdipus, ob quem non licuit illius inspectare casum: sed in ipsum huc illuc cursitantem oculos intendimus.

Impetu enim fertur, nos rogans ut gladium sibi daremus, et ubi conjugem non-conjugem, maternumque inveniret geminum arvum suique et liberorum.

Furenti autem indicavit deorum aliquis; nullus enim hominum eorum qui prope aderamus.

Tum ille horribiliter exclamans, recta, tanquam si viam quis præmonstraret, in geminas fores invectus est; funditusque evellit cava claustra, atque in cubiculum irruit, ubi demum conspeximus suspensam mulierem, tortilibus suspendiis implicitam.

Ille vero ubi eam videt, horrendum infremens miser, suspensam restim expedit.

Sed postquam misera humi prostrata jacuit, visu horribilia consecuta sunt.

Namque avulsis ab illius stola aureis fibulis quibus subnexa erat, oculorum orbes elevatos sibi confodit, talia dicens: *illos neutiquam visuros nec quæ passus esset, nec quæ patrasset mala, sed tenebris mersos in posterum, quos non oporteat, visuros* (i. e. *non visuros*), *quosque cuperet ipse, non agnituros* (dicit *liberos suos*).

Talia dum imprecatur, pluries nec semel elevatas ferit palpebras:

simulque cruentæ pupulæ genas rigabant: nec emittebant tabi liquentes guttas, sed simul ater imber grandoque cruenta effluebat.

Ὁ πρὶν παλαιὸς δ' ὄλβος ἦν πάροιθε μὲν
ὄλβος δικαίως· νῦν δὲ τῇδε θἡμέρᾳ
στεναγμὸς, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη, κακῶν
ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν.

Antiqua autem felicitas olim quidem vero nomine felicitas appellabatur; at nunc hac ipsa die gemitus, noxa, mors, dedecus, malorum quotquot sunt omnium nomina, nullum hinc abest.

ΧΟΡΟΣ.

Νῦν δ' ἔσθ' ὁ τλήμων ἐν τίνι σχολῇ κακοῦ;

CHORUS.

Nunc autem miser ille qua in pausa mali est?

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Βοᾷ διοίγειν κλῆθρα καὶ δηλοῦν τινὰ
τοῖς πᾶσι Καδμείοισι τὸν πατροκτόνον,
τὸν μητρὸς, αὐδῶν ἀνόσι' οὐδὲ ῥητά μοι,
ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτὸν, οὐδ' ἔτι
μενῶν δόμοις ἀραῖος, ὡς ἠράσατο.
Ῥώμης γε μέντοι καὶ προηγητοῦ τινὸς
δεῖται· τὸ γὰρ νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν.
Δείξει δὲ καὶ σοί. Κλῆθρα γὰρ πυλῶν τάδε
διοίγεται· θέαμα δ' εἰσόψει τάχα
τοιοῦτον οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι.

NUNTIUS EX DOMO.

Clamat ut claustra relaxentur, atque ostendat aliquis omnibus Cadmeæ civibus illum patris occisorem, illum matris — impia loquens, nec a me referenda: quippe qui deliberato semet sit ex hac terra ejecturus, nec amplius manurus domi, quibus ipse se devovit, diris obnoxius.

Auxilio utique et ductore aliquo indiget: nam vis doloris major est, quam quæ tolerari possit.

Ostendet autem et tibi: hæc enim januæ panduntur claustra: moxque spectaculum videbis ejusmodi, quod vel hosti misericordiam moveat.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δεινὸν ἰδεῖν πάθος ἀνθρώποις,
ὦ δεινότατον πάντων ὅσ' ἐγὼ
προσέκυρσ' ἤδη.
Τίς σ', ὦ τλῆμον, προσέβη μανία;
τίς ὁ πηδήσας μείζονα δαίμων
τῶν μακίστων
πρὸς σῇ δυσδαίμονι μοίρᾳ;
Ἀλλ' οὐδ' ἐσιδεῖν δύναμαί σ', ἐθέλων
πόλλ' ἀνερέσθαι, πολλὰ πυθέσθαι,
πολλὰ δ' ἀθρῆσαι·
τοίαν φρίκην παρέχεις μοι.

CHORUS.

O atrox adspectu hominibus miseria! o atrocissima omnium, in quas unquam incidi!

Quis te, o miser, invasit furor?
quis deus majore quam maximo (i. e. *immani*) impetu in te insiluit præter malam fortunam sorte tibi destinatam?

Verum ne intueri quidem te possum, multa licet cupiam sciscitari, multa audire, multaque videre:

talem mihi horrorem incutis.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἰαῖ αἰαῖ.
Φεῦ φεῦ δύστανος ἐγὼ,
ποῖ γᾶς φέρομαι τλάμων;
πᾶ μοι φθογγὰ φοράδην;
Ἰὼ δαῖμον, ἵν' ἐξήλλου.

ŒDIPUS.

Hei, bei, hei, hei! heu, heu miser ego! quo terrarum feror infelix?

quo vox mihi avolat? o deus, quonam evasisti!

ΧΟΡΟΣ.

Ἐς δεινὸν, οὐδ' ἀκουστὸν, οὐδ' ἐπόψιμον.

CHORUS.

In horrendam calamitatem, auditu et visu intolerabilem.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ σκότου Στρ. α'.
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, ἐπιπλόμενον ἄφατον,
ἀδάματόν τε καὶ δυσούριστον ὄν.
Οἴμοι,
οἴμοι μάλ' αὖθις, οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα
κέντρων τε τῶνδ' οἰστρημα καὶ μνήμη κακῶν.

ŒDIPUS.

Hei caliginis meæ abominanda nubes, infanda ingruens, insuperabilis, et immedicabilis!

Hei mihi, hei mihi iterum, quam acres præsentium dolorum pungunt me simul aculei, et *præteritorum* malorum memoria!

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ θαῦμά γ' οὐδὲν ἐν τοσοῖσδε πήμασιν
διπλᾶ σε πενθεῖν καὶ διπλᾶ φορεῖν κακά.

CHORUS.

Nec sane mirum est, tot tantisque in malis duplici te luctu affici et duplicia gestare mala.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ φίλος, Ἀντ. α'.

ŒDIPUS.

Io amice!

Post 1279 sequebantur: τάδ' ἐκ δυοῖν ἔρρωγεν, οὐ μόνου, κακὰ, ἀλλ' ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ συμμιγῆ κακά.

Atque ita a duobus, non ab uno tantum, exorta sunt mala, sed viri et uxoris commista calamitas.

σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος; ἔτι γὰρ
ὑπομένεις με τὸν τυφλὸν κηδεύων.
Φεῦ φεῦ.
Οὐ γάρ με λήθεις, ἀλλὰ γιγνώσκω σαφῶς,
καίπερ σκοτεινὸς, τήν γε σὴν αὐδὴν ὅμως.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ δεινὰ δράσας, πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς
ὄψεις μαρᾶναι; τίς σ' ἐπῆρε δαιμόνων;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων, φίλοι, Στρ. β'.
ὁ κακὰ κακὰ τελῶν ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα.
Ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν οὔτις, ἀλλ' ἐγὼ τλάμων.
Τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾶν,
ὅτῳ γ' ὁρῶντι μηδὲν ἦν ἰδεῖν γλυκύ;

ΧΟΡΟΣ.

Ἦν ταῦθ' ὅπωσπερ καὶ σὺ φῄς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν, ἢ Στρ. γ'.
στερκτὸν, ἢ προσήγορον
ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἡδονᾷ, φίλοι;
Ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιστά με,
ἀπάγετ', ὦ φίλοι, τὸν ὄλεθρον μέγαν,
τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖς
ἐχθρότατον βροτῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,
ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὀλοιθ' ὅστις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας Ἀντ. β'.
νομάδ' ἐπιποδίας ἔλαβέ μ' ἀπό τε φόνου
ἔρυτο κἀνέσωσεν, οὐδὲν ἐς χάριν πράσσων
Τότε γὰρ ἂν θανὼν
οὐκ ἦν φίλοισιν οὐδ' ἐμοὶ τοσόνδ' ἄχος.

ΧΟΡΟΣ.

Θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς Ἀντ. γ'.
ἦλθον, οὐδὲ νυμφίος
βροτοῖς ἐκλήθην ὧν ἔφυν ἄπο.
Νῦν δ' ἄθεος μέν εἰμ', ἀνοσίων δὲ παῖς,
ὁμογενὴς δ' ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας.
Εἴ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακὸν,
τοῦτ' ἔλαχ' Οἰδίπους.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς.
Κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς μὲν τάδ' οὐχ' ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα,
μή μ' ἐκδίδασκε, μηδὲ συμβούλευ' ἔτι.
Ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων
πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολὼν,
οὐδ' αὖ τάλαιναν μητέρ', οἵν ἐμοὶ δυοῖν
ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.
Ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφιμερος,

Tu quidem constanti adhuc fide mihi famularis; sustines enim adhuc me cæcum curare.

Heu, heu!

quippe me non lates; sed clare agnosco, quamvis tenebris obvolutus, tuam vocem tamen.

CHORUS.

O dira molitus, quomodo sustinuisti tuos sic oculos corrumpere? quis te impulit deorum?

ŒDIPUS.

Apollo, amici, Apollo is fuit, qui mala, mala confecit mea, hæc mea mala.

Feriit me nemo vim inferens; at ipse ego (*ferii*).

Quid enim attinebat me videre, cui quidem videnti nihil erat visu suave?

CHORUS.

Ita erat (*ut nihil te attineret videre*), quomodo quidem etiam tu dicis (i. e. *in eadem sum ego opinione*).

ŒDIPUS.

Quid tandem, quæso, amici, superest mihi, quod aut videre, aut amare, aut cujus affatus accipere cum voluptate possim?

Abducite me ex his locis quam celerrime, abducite, amici, pestem maximam, diris caput devotissimum, mortaliumque insuper omnium invisissimum diis.

CHORUS.

Infelix ob istum animum et calamitatem pariter (i. e. *æque eo, quod cognovisti mala tua, atque malis ipsis miser*), utinam ne te cognovissem unquam.

ŒDIPUS.

Pereat, quicunque is fuit, qui me, quem *dolor* ex sæva compede depascebat, sustulit, et a morte me liberatum servavit, nulla cum mea gratia!

Nam si tum periissem, non eram amicis et mihi tanti doloris causa.

CHORUS.

Id factum et ego vellem.

ŒDIPUS.

Tunc neque patris peremptor huc venissem, nec sponsus dicerer illorum a quibus natus sum (i. e. *matris*).

Nunc vero impius sum, impurorum filius, consuevi cum iis a quibus ipse sum genitus miser.

Denique si quid usquam gravius est malo malum, id sortitus est Œdipus.

CHORUS.

Nescio quomodo tua laudem consilia: præstantius enim foret tibi non omnino esse, quam cæcum vivere.

ŒDIPUS.

Ista quidem non optima ratione sic confecta esse, ne mihi demonstrare contende, neque consule amplius.

Nescio enim, si videns inferos adiissem, quibus oculis patrem coram intueri sustinuissem, quibus rursum miseram matrem, quos in duos atrociora admisi scelera, quam quæ suspendio lui possint.

At jam futurus fuit mihi liberorum exoptatus adspe-

βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε, προσλεύσσειν ἐμοί.
Οὐ δῆτα τοῖς γ' ἐμοῖσιν ὀφθαλμοῖς ποτέ·
οὐδ' ἄστυ γ', οὐδὲ πύργος, οὐδὲ δαιμόνων
ἀγάλματ' ἱρά, τῶν ὁ παντλήμων ἐγὼ
κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφεὶς
ἀπεστέρησ' ἐμαυτὸν, αὐτὸς ἐννέπων
ὠθεῖν ἅπαντας, τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἐκ θεῶν
φανέντ' ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου.
Τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖδα μηνύσας ἐμὴν
ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὁρᾶν;
ἥκιστά γ'· ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν
πηγῆς δι' ὤτων φραγμὸς, οὐκ ἂν ἐσχόμην
τὸ μὴ ἀποκλῆσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας,
ἵν' ἦ τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν. Τὸ γὰρ
τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ.
Ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦ γεγώς;
Ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια
λόγῳ παλαιὰ δώμαθ', οἷον ἆρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.
Νῦν γὰρ κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν εὑρίσκομαι.
Ὦ τρεῖς κέλευθοι καὶ κεκρυμμένη νάπη
δρυμός τε καὶ στενωπὸς ἐν τριπλαῖς ὁδοῖς,
αἳ τοὐμὸν αἷμα τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο
ἐπίετε πατρὸς, ἆρά μου μέμνησθ' ὅτι,
οἷ' ἔργα δράσας ὑμὶν, εἶτα δεῦρ' ἰὼν
ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις; Ὦ γάμοι γάμοι,
ἐφύσαθ' ἡμᾶς, καὶ φυτεύσαντες πάλιν
ἀνεῖτε ταυτὸν σπέρμα, κἀπεδείξατε
πατέρας, ἀδελφοὺς, παῖδας, αἷμ' ἐμφύλιον,
νύμφας, γυναῖκας, μητέρας τε, χὠπόσα
αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται.
Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ' ἃ μηδὲ δρᾶν καλὸν,
ὅπως τάχιστα πρὸς θεῶν ἔξω μέ που
καλύψατ', ἢ φονεύσατ', ἢ θαλάσσιον
ἐκρίψατ', ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι.
Ἴτ', ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν.
Πίθεσθε, μὴ δείσητε. Τἀμὰ γὰρ κακὰ
οὐδεὶς οἷός τε πλὴν ἐμοῦ φέρειν βροτῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖς ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε
Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν· ἐπεὶ
χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἴμοι, τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος;
τίς μοι φανεῖται πίστις ἔνδικος; τὰ γὰρ
πάρος πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφηύρημαι κακός.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐχ ὡς γελαστὴς, Οἰδίπους, ἐλήλυθα,
οὐδ' ὡς ὀνειδίων τι τῶν πάρος κακῶν.
Ἀλλ' εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι
γένεθλα, τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα
αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου, τοιόνδ' ἄγος

ctus, quocunque tandem modo progeniti sunt.

Haud sane oculis meis unquam. Nec urbs, nec mœnia, nec deorum sacra delubra (sc. *exoptata adspectu erant*), quibus miserrimus ego, unus omnium, qui Thebis versantur, pulcherrime natus (i. e. *nobilissimo loco*), me ipse privavi, ipse prædicans ab omnibus expellendum esse impium illum, qui a diis et Laii genere impurus esset (i. e. *quem impurum esse deorum oracula et Laii nex arguerent*).

Quam ego tantam *scelerum* labem quum ipse in me palam revelassem, rectisne oculis hosce intuiturus eram? minime sane: sed et auditus fontes *sonique per aures meatus* si possent obstrui, non temperassem mihi, quominus obturarem miserum meum corpus, ut cæcus simul et surdus essem:

quippe sensu carere dulce est in malis.

Io Cithæron, quare me recepisti? cur non acceptum statim me peremisti, ut nunquam hominibus palam fecissem unde natus essem?

O Polybe et Corinthe, et paterna, quæ dicta es, antiqua domus, qualem me pulchritudinis speciem, malorum obductam ulceri, enutriistis!

Nunc enim et ipse malus, et ex malis natus deprehendor.

O trivium, et abdita convallis, saltusque, et angustiæ in trium viarum compito, quæ paternum meum sanguinem meis ipsius a manibus bibistis, ecquid mei meministis adhuc, quale facinus apud vos patrarim, qualiaque deinde, postquam huc veni, commiserim rursus?

O nuptiæ, nuptiæ, genuistis nos, et postquam genuistis, remisistis idem semen, et in lucem edidistis patres, fratres, liberos, sanguinem cognatum, sponsas, uxores, matresque, et quotquot inter homines turpissima censentur flagitia.

Sed, quandoquidem loqui haud fas est, quæ facta turpia sunt, per deos obsecro, quam celerrime me alicubi extra urbem occultate, vel occidite, vel in mare abjicite, ubi me amplius *me* videatis.

Ite, miserum virum ne dedignemini manu contingere. Obtemperate, ne formidetis: mea enim mala nullus valet præter me ferre mortalium (*ac proinde mea mala cum aliis communicari non possunt*).

CHORUS.

At eccum ad ea quæ petis commodum advenit Creon, penes quem est et facere et consulere, siquidem solus relictus est tui loco hujus urbis custos.

ŒDIPUS.

Hei mihi! quonam sermone eum compellabo? quæ mea apud eum merito fides esse possit, qui prius in eum omnibus modis repertus sum injurius?

CREON.

Non ut derisor, Œdipe, veni, neque ut quidquam tibi exprobrem priorum tuarum injuriarum.

Sed si mortalium non amplius reveremini genus, saltem supremi Solis omnium altricem flammam vereamini, ne

ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι, τὸ μήτε γῆ
μήτ' ὄμβρος ἱρὸς μήτε φῶς προσδέξεται.
Ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐς οἶκον ἐσκομίζετε.
Τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλιστ' ὁρᾶν
μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πρὸς θεῶν, ἐπείπερ ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας,
ἄριστος ἐλθὼν πρὸς κάκιστον ἄνδρ' ἐμέ,
πίθοῦ τί μοι· πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ῥῖψόν με γῆς ἐκ τῆσδ' ὅσον τάχιστ' ὅπου
θνητῶν φανοῦμαι μηδενὸς προσήγορος.

ΚΡΕΩΝ.

Ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἥ γ' ἐκείνου πᾶσ' ἐδηλώθη φάτις,
τὸν πατροφόντην, τὸν ἀσεβῆ μ' ἀπολλύναι.

ΚΡΕΩΝ.

Οὕτως ἐλέχθη ταῦθ'· ὅμως δ' ἵν' ἔσταμεν
χρείας ἄμεινον ἐκμαθεῖν τί δραστέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὕτως ἄρ' ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ' ὑπερ;

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ γὰρ σὺ νῦν τἂν τῷ θεῷ πίστιν φέροις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καὶ σοί γ' ἐπισκήπτω τε καὶ προτρέψομαι,
τῆς μὲν κατ' οἶκους αὐτὸς ὃν θέλεις τάφον
σοῦ· καὶ γὰρ ὀρθῶς τῶν γε σῶν τελεῖς ὑπερ.
Ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε
πατρῷον ἄστυ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν.
Ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται
οὐμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τέ μοι
πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον,
ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω.
Καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα, μήτε μ' ἂν νόσον
μήτ' ἄλλο πέρσαι μηδέν· οὐ γὰρ ἄν ποτε
θνήσκων ἐσώθην, μὴ 'πί τῳ δεινῷ κακῷ.
Ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ' ὅποιπερ εἶσ', ἴτω.
Παίδων δὲ τῶν μὲν ἀρσένων μή μοι, Κρέον,
πρόσθῃ μέριμναν· ἄνδρες εἰσὶν, ὥστε μὴ
σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου·
ταῖν δ' ἀθλίαιν οἰκτραῖν τε παρθένοιν ἐμαῖν,
αἷν οὔ ποθ' ἡμὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς
τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρὸς, ἀλλ' ὅσων ἐγὼ
ψαύοιμι, πάντων τῶνδ' ἀεὶ μετειχέτην·
αἵν μοι μέλεσθαι· καὶ μάλιστα μὲν χεροῖν
ψαῦσαί μ' ἔασον, κἀποκλαύσασθαι κακά.
Ἴθ' ὦναξ,
ἴθ' ὦ γονῆ γενναῖε. Χερσί τἂν θιγὼν
δοκοῖμ' ἔχειν σφας, ὥσπερ ἡνίκ' ἔβλεπον.
Τί φημί;

tale piaculum sic apertum exhibeatis, quod neque terra, nec cœlestis imber, neque lux ipsa admittet.

Sed quam celerrime hunc intro abducite.

Cognatos enim cognatorum mala maxime videre solosque audire, fas et æquum postulant.

ŒDIPUS.

Per deos, quandoquidem spem meam fefellisti, qui vir optimus veneris ad me virum pessimum, obtempera mihi: e re enim tua, non e mea, loquar.

CREON.

Et cujus rei usum ex me tam enixe flagitas?

ŒDIPUS.

Ejice me ex hac terra quam ocissime, ut sim ubi mortalium nemo me possit alloqui.

CREON.

Fecissem utique, ne nescias, nisi prius a deo exquirere vellem, quid facto opus sit.

ŒDIPUS.

At illius omnis patet dictio, nempe oportere parricidam me impiumque perimere.

CREON.

Sic quidem ista dicta sunt: attamen, ut præsens est rerum status, melius est exquirere quid sit faciendum.

ŒDIPUS.

Itane ergo de infelici homine deum consuletis?

CREON.

Etenim nunc etiam in dei te fidem permittere possis.

ŒDIPUS.

Tibi vero mando, teque adhortor, ut ei quæ intus jacet, quæ vis, funera instituas: hoc enim tuis officium præstabis recte (i. e. *in laudem tuam*).

Me vero non est ut postulet paterna hæc urbs viventem incolam habere:

sed sine me habitare in montibus, ubi meus dicitur Cithæron ille, quem mater mihi et pater viventi proprium sepulcrum constituerunt, ut per illos, qui me perdere volebant, *revera* peream.

Quamquam satis certe scio, me neque morbum, neque aliud quid perdere posse: non enim essem, quum in eo eram ut perirem, servatus, nisi in atrox aliquod malum.

Sed meum fatum quo ire cœpit, eat.

Liberorum autem meorum, marium quidem ne mihi, Creon, curam suscipe: viri sunt; proinde, ubicunque futuri sunt, victus penuria non laborabunt: at infelicium miserandarumque mearum filiarum *curam suscipe*, quibus nunquam seorsum a me mensa apposita fuit; sed quodcunque ego attingebam cibi, ejus et illæ partem accipiebant semper: has tibi curæ esse volo: maximeque te rogo, ut mihi permittas manibus meis eas contingere atque *coram* deplorare infortunia.

Age, o rex, age, o generosa stirpe (i. e. *non ex incesto*) edite; manibus si contingam, ita tenere eas mihi videbor, ut tum quum visu fruebar.

Ecquid dico?

οὐ δὴ κλύω που πρὸς θεῶν τοῖν μοι φίλοιν
δακρυρροούντοιν, καί μ' ἐποικτείρας Κρέων
ἔπεμψέ μοι τὰ φίλτατ' ἐκγόνοιν ἐμοῖν;
Λέγω τι;

ΚΡΕΩΝ.

Λέγεις. Ἐγὼ γάρ εἰμ' ὁ πορσύνας τάδε,
γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἥ σ' εἶχεν πάλαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ
δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.
Ὦ τέκνα, ποῦ ποτ' ἐστέ; δεῦρ' ἴτ', ἔλθετε
ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας,
αἳ τοῦ φυτουργοῦ πατρὸς ὑμῖν ὦδ' ὁρᾶν
τὰ πρόσθε λαμπρὰ προὐξένησαν ὄμματα·
ὃς ὑμὶν, ὦ τέκν', οὔθ' ὁρῶν οὔθ' ἱστορῶν
πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην.
Καὶ σφὼ δακρύω· προσβλέπειν γὰρ οὐ σθένω·
νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου,
οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρώπων χρεών.
Ποίας γὰρ ἀστῶν ἥξετ' εἰς ὁμιλίας;
ποίας δ' ἑορτὰς, ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι
πρὸς οἶκον ἕξεσθ' ἀντὶ τῆς θεωρίας;
Ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμὰς,
τίς οὗτος ἔσται, τίς παραρρίψει, τέκνα,
τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, ἃ τοῖς ἐμοῖς
γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα;
Τί γὰρ κακῶν ἄπεστι; τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνε· τὴν τεκοῦσαν ἥροσεν,
ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῶν ἴσων
ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὥνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.
Τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε. Κᾆτα τίς γαμεῖ;
οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὦ τέκν', ἀλλὰ δηλαδὴ
χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών.
Ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ' ἐπεὶ μόνος πατὴρ
ταύταιν λέλειψαι, νὼ γάρ, ὧ 'φυτεύσαμεν,
ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μή σφε περιίδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐκγενεῖς ἁλωμένας,
μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
Ἀλλ' οἰκτισόν σφας, ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν
πάντων ἐρήμους, πλὴν ὅσον τὸ σὸν μέρος.
Ξύννευσον, ὦ γενναῖε, σῇ ψαύσας χερί.
Σφῶν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἴχετην ἤδη φρένας,
πόλλ' ἂν παρῄνουν· νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθ' ἐμοὶ,
οὗ καιρὸς ἐᾷ ζῆν, τοῦ βίου δὲ λώονος
ὑμᾶς κυρῆσαι τοῦ φυτεύσαντος πατρός.

ΚΡΕΩΝ.

Ἅλις ἵν' ἐξήκεις δακρύων. Ἀλλ' ἴθι στέγης ἔσω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πειστέον, κεἰ μηδὲν ἡδύ.

ΚΡΕΩΝ.

Πάντα γὰρ καιρῷ καλά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι;

ΚΡΕΩΝ.

Λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.

annue audio, per deos, carissimas filias fletus fundentes, meique miseritus Creon dulcissima mihi misit sobolis nec pignora?

Verumne dico?

CREON.

Dicis profecto: ipse enim ego hæc tibi præbeo, postquam cognovi, quanta hac (*filiarum videndarum*) delectatione ducaris dudum.

ŒDIPUS.

At tibi prospera omnia eveniant, et te studium ob hoc deus melius custodiat quam me!

O filiæ, ubinam estis? huc adeste, venite ad hasce meæ fraternas manus, quæ genitoris vestri nitentibus prius oculis eum, quem nunc habent, adspectum concinnarunt: qui vobis, o gnatæ, nec videns, nec cognoscens (sc. *quis et unde essem*), genitor exstiti unde ipse satus fueram.

Enimvero vos deploro; intueri enim non possum, *cultuque meum prodere dolorem*, cogitans quam acerba futura sit vita, quæ vobis per homines degenda superest.

Quos enim civium adibitis cœtus, quæ festa, unde non vice spectaculi vosmet ipsas deflentes domum reversuræ sitis?

At ubi jam ad nubilem veneritis ætatem, quis ille erit, quis audebit, o gnatæ, tot et tanta suscipere dedecora, quæ parentibus meis vobisque simul exitialia inhærescent?

Quid enim malorum abest? patrem pater vester peremit suum; corpus miscuit cum matre unde ipse satus erat, et ex iisdem suscepit vos, unde ipse natus est.

Hæc audietis probra.

Ac proinde vos quis ducet domum? nemo futurus est, o gnatæ; sed videlicet incultas vos innuptasque perire necesse erit.

At, o fili Menœcei, quandoquidem solus tu illis relictus es pater, (nos etenim, qui genuimus, ambo periimus,) ne eas patiare ut mendicam conjugiique et gentis (*in qua censeantur*) expertem sobolem huc illuc errare; nec eas meis malis exæques.

At miserere earum, quas tantillas vides, omnique destitutas præsidio, præterquam quod ad te attinet.

Annue, o generose, daque fidem manu tua *me* contrectans.

Vos autem, o filiæ, si jam mente valeretis, multis commonerem: nunc vero hoc mihi jam votum faciatis, ut, ubi expedit, vivam, vos autem vitæ meliorem sortem nanciscamini, quam qui vos genuit pater.

CREON.

Satis, quo lacrimarum progressus es. Quin intra domum.

ŒDIPUS.

Parendum est, etsi jucundum non est *quod jubes*.

CREON.

Omnia enim tempestiva pulchra sunt.

ŒDIPUS.

Scin' ergo qua conditione ibo?

CREON.

Dices, tunc que sciam, quum audiero.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον.

ΚΡΕΩΝ.

Τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἥκω.

ΚΡΕΩΝ.

Τοιγαροῦν τεύξει τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Φῂς τάδ' οὖν;

ΚΡΕΩΝ.

Ἃ μὴ φρονῶ γὰρ οὐ φιλῶ λέγειν μάτην.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄπαγέ νύν μ' ἐντεῦθεν ἤδη.

ΚΡΕΩΝ.

Στεῖχέ νυν, τέκνων δ' ἀφοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μηδαμῶς ταύτας γ' ἕλῃ μου.

ΚΡΕΩΝ

Πάντα μὴ βούλου κρατεῖν.

Καὶ γὰρ ἀκράτησας οὗ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,

ὃς τὰ κλεῖν' αἰνίγματ' ἤδη καὶ κράτιστος ἦν ἀνὴρ,

ὅστις οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων,

εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν.

Ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν

ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν

τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

ŒDIPUS.

Ut terræ hujus finibus procul me exterminem.

CREON.

Quod a me petis, in deo situm est.

ŒDIPUS.

At deis, si quis alius, invisissimus veni.

CREON.

Proinde consequeris id prompte.

ŒDIPUS.

Verumne dicis?

CREON.

Quippini? quod enim non sentio, haud soleo loqui temere.

ŒDIPUS.

Jam ergo me hinc abduc.

CREON.

Vade igitur et dimitte puellas.

ŒDIPUS.

Ne quæso illas a me divelle.

CREON.

Ne obtinere cuncta postules: nam quæ obtinuisti antehac, non tibi in commodum vitæ cesserunt.

CHORUS.

O patriæ Thebarum incolæ, adspicite; hic Œdipus qui fama celebrata solvit ænigmata: eminentissimusque vir fuit, qui studiis civium ac fortunis non invidebat, in quantam procellam diræ calamitatis incidit!

Quare observans donec supremum illum diem videris, neminem qui mortalis natus sit beatum prædices, priusquam vitæ terminum transierit nihil triste passus.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ

ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩι.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ
ΞΕΝΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΘΗΣΕΥΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας
χώρους ἀφίγμεθ', ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι,
σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι
μεῖον φέροντα, καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί;
Στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με χὠ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.
Ἀλλ', ὦ τέκνον, θάκησιν εἴ τινα βλέπεις
ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με κἀξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα
ὅπου ποτ' ἐσμέν. Μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν, χἂν ἀκούσωμεν τελεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μὲν, οἳ
πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω·
χῶρος δ' ὅδ' ἱρὸς, ὡς σάφ' εἰκάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·
οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου·
μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔχεις διδάξαι δή μ' ὅποι καθέσταμεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἡμῖν ἐμπόρων.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος ἦ μάθω μολοῦσά ποι;

ŒDIPUS

IN COLONO.

DRAMATIS PERSONÆ.

ŒDIPUS.
ANTIGONE.
HOSPES.
CHORUS ATTICORUM SENUM.
ISMENE.
THESEUS.
CREON.
POLYNICES.
NUNTIUS.

ŒDIPUS.

Cæci senis filia Antigone, quænam ad loca, quorumve hominum ad urbem pervenimus? Quis erronem Œdipum hodie exiguis excipiet donis, modicum petentem, et modico etiam minus accipientem, idque tamen sufficiens mihi? Namque me ærumnæ, et longa ætas, qua sum, tertioque loco generosa animi indoles hæc boni docent consulere. Sed, o filia, si quam exedram vides vel in profano vel sacro in luco, siste me et colloca, ut percontemur quo tandem in loco simus. Ita enim venimus ut, quippe qui hospites simus, e civibus cognoscamus, quæque edocti simus faciamus.

ANTIGONE.

O calamitose pater Œdipe, turres quæ tuentur oppidum, quantum oculis conjicere licet, procul sunt: locus autem hic sacer est, ut manifestis ex indiciis colligo, quippe qui lauro, olea et vitibus crebris consitus est; intus vero frequentes lusciniæ dulces ore fundunt sonos. Huc conside in hoc rudi saxo; longiorem enim quam pro sene confecisti viam.

ŒDIPUS.

Jam colloca me et custodi cæcum.

ANTIGONE.

(Multi) temporis gratia hæc me moneri non opus est.

ŒDIPUS.

Potesne, quæso, certum me facere, quo delati constiterimus?

ANTIGONE.

Athenas quidem novi; sed locum hunc ignoro.

ŒDIPUS.

Illud enim nobis dixit *rogatus* quivis viator.

ANTIGONE.

Sed quis hic locus sit, visne ut progressa exquiram?

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ναὶ, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' ἐστὶ μὴν οἰκητός. Οἶομαι δὲ δεῖν
ὠδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ δεῦρο προστείχοντα καξορμώμενον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὠ τι σοι λέγειν
εὐκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἀνὴρ ὅδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆσδε τῆς ὑπὲρ τ' ἐμοῦ
αὐτῆς θ' ὁρώσης, οὔνεχ' ἡμῖν αἴσιος
σκοπὸς προσήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι,

ΞΕΝΟΣ.

Πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆσδ' ἕδρας
ἔξελθ', ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;

ΞΕΝΟΣ.

Ἄθικτος οὐδ' οἰκητός. Αἱ γὰρ ἔμφοβοι
θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;

ΞΕΝΟΣ.

Τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν
εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὡς οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.

ΞΕΝΟΣ.

Τί δ' ἐστὶ τοῦτο;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς.

ΞΕΝΟΣ.

Ἀλλ' οὐ' ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως
ὅσ' ἐστὶ θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί ὁρῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.

ΞΕΝΟΣ.

Σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ' ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

ΞΕΝΟΣ.

Ὅσ' οἶδα κἀγὼ πάντ' ἐπιστήσει κλύων.
Χῶρος μὲν ἱρὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν
σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον,
χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὁδός,
ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' Ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα
τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.

ŒDIPUS.

Admodum, filia; idque maxime, num sit habitabilis.

ANTIGONE.

Atqui habitatus est. Sed *abire* me non opus esse arbitror: eccum enim virum prope nos video.

ŒDIPUS.

Accedentemne huc et festinantem?

ANTIGONE.

Quin jam præsentem. Itaque quidquid e re tua videbitur proloquere; nam vir adest *quem dixi*.

ŒDIPUS.

O hospes, postquam ex hac audivi, quæ pro me et pro se videt, te opportunum advenire speculatorem, qui ea nobis expedias, de quibus incerti sumus —

HOSPES.

Priusquam plura scisciteris, ex ista sede abi: nam tenes locum, quem calcare nefas est.

ŒDIPUS.

Quis vero locus est? cui deorum sacer est?

HOSPES.

Quem neque tangere, nec habitare fas est. Terribiles enim eum tenent deæ, Terræ et Erebi filiæ.

ŒDIPUS.

Quasnam, audito venerando nomine, invocaverim?

HOSPES.

Omnia cernentes Eumenidas eas appellare solet hic populus: sed alia alibi placent.

ŒDIPUS.

Utinam ergo propitiæ me supplicem accipiant! nam ex hujus loci sede non excessero unquam.

HOSPES.

Quid hoc rei est?

ŒDIPUS.

Fati mei constituta lex.

HOSPES.

Haud sane ego privatim te *ex hoc loco* abigere ausim: antequam re ad cives delata quid facto opus sit rogaverim.

ŒDIPUS.

At per deos te obsecro, hospes, ne me talem erronem *ita* despicatui habeas, *ut nolis mihi* declarare, quæ te enixe rogo.

HOSPES.

Significa *quid velis;* non enim a me contemptus eris.

ŒDIPUS.

Quis hic tandem locus est, obsecro, in quo constitimus?

HOSPES.

Quæ quidem ego scio, ex me audies omnia.

Locus hic quidem totus sacer est; tenet autem eum verendus Neptunus, et ignifer deus Titan Prometheus;

quodque nunc calcas solum, id terræ hujus appellatur æreum limen, Athenarum firmamentum:

at vicina arva equestrem Colonum præsidem suum gloriantur esse, atque ex eo communi nomine omnes appellati sunt.

Τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἦ γάρ τινες ναίουσι τούσδε τοὺς τόπους,

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ κάρτα, τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;

ΞΕΝΟΣ.

Ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;

ΞΕΝΟΣ.

Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι;

ΞΕΝΟΣ.

Ὡς πρὸς τί λέξων ἢ καταρτύσων μολεῖν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα.

ΞΕΝΟΣ.

Καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὅσ' ἂν λέγωμεν πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.

ΞΕΝΟΣ.

Οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ
γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος,
αὐτοῦ μέν', οὗπερ καφάνῃς, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ μὴ κατ' ἄστυ δημόταις
λέξω τάδ' ἐλθών. Οἵδε γὰρ κρινοῦσι δὴ
εἰ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύσσθαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἡμὶν ὁ ξένος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Βέβηκεν, ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
ἔξεστι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἕκαμψ' ἐγὼ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες,
μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος οὐδὲ πλώσιμον.
Θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε κἄνευ τῆς ἐμῆς
γνώμης ἐπαινῶ, Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε·
ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος οἶδ' ὅτι
τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς.
ΧΟΡΟΣ.
Εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώρας Στρ. α'.
ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα,
τὸν ἀργῆτα Κολωνὸν ἔνθ'
ἁ λίγεια μινύρεται
θαμίζουσα μάλιστ' ἀηδὼν
χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις,
τὸν οἰνῶπα νέμουσα κισσὸν
καὶ τὰν ἄβατον θεοῦ
φυλλάδα μυριόκαρπον ἀνήλιον
ἀνήνεμόν τε πάντων
χειμώνων· ἵν' ὁ βαχχιώτας
ἀεὶ Διόνυσος ἐμβατεύει
θεαῖς ἀμφιπολῶν τιθήναις.
Θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας Ἀντιστρ. α'.
ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ ἀεὶ
νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν
ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ τε
χρυσαυγὴς κρόκος· οὐδ' ἄϋπνοι
κρῆναι μινύθουσιν
Κηφισοῦ νομάδες ῥεέθρων,

THESEUS.
Haud enim sic plus, quam *nudo* promisso feres.
ŒDIPUS.
Quomodo igitur facies?
THESEUS.
Cujusnam te rei maxime tenet metus?
ŒDIPUS.
Venient viri illi —
THESEUS.
At istis curæ hoc erit.
ŒDIPUS.
Vide, si me relinquis (*ne me abducant*).
THESEUS.
Ne me quid facto opus sit doce.
ŒDIPUS.
Timenti ita necesse est.
THESEUS.
At meum cor non timet.
ŒDIPUS.
Ignoras minas —
THESEUS.
Scio equidem te neminem hominem hinc abductarum gratiis meis.
Multæ jam minæ multa inania per iram minatæ sunt; sed quando mens ad se redit, evanidæ abeunt minaciæ.

Illis profecto si eo crevit fiducia, ut gravia de te abducendo minarentur, longum videbitur, sat scio, nec navigabile *quod* huc *venientibus emetiendum erit* pelagus.
Bono igitur te esse animo, vel absque mea sententia (*etiamsi auxilium tibi ferendum non putarem*) jubeo, si te huc deduxit Apollo: etiam me absente, nomen tamen meum scio tibi præsidio fore adversus mala.
CHORUS.
In optimum, hospes, equis gaudentis hujus regionis, quod habitatur, solum venisti, candidum Colonum, ubi viridantibus in vallibus maxime frequens querulos fundit modos canora luscinia,

nigricantem incolens hederam, sacramque dei frondosam silvam, multiplici pullulantem fructu, solis inaccessam radiis, tutamque ab omnibus hiemis ventis,

ubi bacchans semper Dionysus inambulat, dearum nutricium comitante cœtu.

At cœlesti rore viret in dies semper pulchris conspicuus corymbis narcissus, priscum magnarum dearum (*Cereris et Proserpinæ*) coronamentum, luteusque crocus;

nec perennes agrum pererrantes deficiunt fontes Cephisi fluentorum,

ἀλλ' αἰὲν ἐπ' ἤματι
ὠκυτόκος πεδίων ἐπινίσσεται
ἀκηράτῳ ξὺν ὄμβρῳ
στερνούχου χθονός· οὐδὲ Μουσᾶν
χοροί νιν ἀπεστύγησαν, οὐδ' ἁ
χρυσάνιος Ἀφροδίτα.

Ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω, Στρ. β'.
οὐδ' ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ Πέλοπος πώποτε
φύτευμ' ἀχείρητον αὐτόποιον, [βλαστὸν
ἐγχέων φόβημα δαΐων,
ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ,
γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας·
τὸ μέν τις οὔθ' ἁβὸς οὔτε γήρᾳ [κύκλος
σημαίνων ἁλιώσει χερὶ πέρσας· ὁ γὰρ αἰὲν ὁρῶν
λεύσσει νιν Μορίου Διὸς
χἀ γλαυκῶπις Ἀθάνα. [Ἀντιστρ. β'.

Ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον,
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος, εἰπεῖν, χθονὸς αὔχημα
εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον. [μέγιστον,
Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν ἐς
τόδ' εἶσας αὔχημ', ἄναξ Ποσειδάν,
ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἁγυιαῖς.

Ἃ δ' εὐήρετμος ἕκπαγλ' ἁλία χερσὶ παραπτομένα
θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων [πλάτα
Νηρήδων ἀκόλουθος.

ANTIΓΟΝΗ.

Ὦ πλεῖστ' ἐπαίνοις εὐλογούμενον πέδον,
νῦν σοι τὰ λαμπρὰ ταῦτα δεῖ φαίνειν ἔπη.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ, καινόν;

ANTIΓΟΝΗ.

Ἄσσον ἔρχεται
Κρέων ὅδ' ἡμῖν οὐκ ἄνευ πομπῶν, πάτερ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατοι γέροντες, ἐξ ὑμῶν ἐμοὶ
φαίνοιτ' ἂν ἤδη τέρμα τῆς σωτηρίας.

ΧΟΡΟΣ.

Θάρσει, παρέσται. Καὶ γὰρ εἰ γέρων κυρῶ,
τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακε σθένος.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες χθονὸς τῆσδ' εὐγενεῖς οἰκήτορες,
ὁρῶ τιν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας
φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου,
ὃν μήτ' ὀκνεῖτε μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν.
Ἥκω γὰρ οὐχ ὡς δρᾶν τι βουληθεὶς, ἐπεὶ
γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα·
ἀλλ' ἄνδρα τόνδε τηλικόσδ' ἀπεστάλην
πείσων ἕπεσθαι πρὸς τὸ Καδμείων πέδον,
οὐκ ἐξ ἑνὸς στείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὕπο
πάντων κελευσθείς, οὕνεχ' ἥκέ μοι γένει.

sed continuus ille quotidie labitur per arva alinæ nutricis terræ imbre limpido fecundans *agros* :

neque Musarum chori *regionem* hanc perosi sunt, neque etiam aureas habenas tractans Venus.

Est autem hic quale ego nec in Asia terra, nec in magna Dorica Pelopis insula unquam audivi crescere, humana non satum manu, germen, sponte sua enatum, hostilibus armis terrorem injiciens, quod hac in terra maxime efflorescit, glaucæ, liberûm nutricis, [*quum puer natus erat, olivæ ramum in portæ limine figebant Athenienses*] folium oleæ :

quod quidem neque juvenis neque senex imperator excindet manu vastans :

semper enim oculus Morii Jovis illud tuetur, et cæsiis oculis Minerva.

Sed et aliud decus huic metropoli habeo quod memorem, egregium munus prævalidi dei, maximam patriæ gloriam equorum, equuleorum, navium.

Tu enim eam, o Saturnia proles, rex Neptune, in ea gloria collocasti correctores equorum frenos primis his in vicis fabricatus.

Navis vero remis bene instructa mirifice vi manuum prætervolans in mari saltat, centipedum (i. e. *centum*) Nereidum comes.

ANTIGONE.

O maximis laudibus celebrata terra, nunc te inclytam illam famam re comprobare decet.

ŒDIPUS.

Quid novi est, o filia?

ANTIGONE.

Eccum propius ad nos accedit Creon hicce, non sine satellitibus, pater.

ŒDIPUS.

O carissimi senes, ex vobis mihi nunc *certa* appareat salutis meta.

CHORUS.

Confide, aderit : quamvis enim senex sim, tamen hujus terræ non consenuit robur.

CREON.

Viri generosi hujus terræ incolæ, video, vos aliquem *qui* oculis *proditur* recentem metum concepisse meum ob adventum : verum ne me timete, maledicisque parcite vocibus.

Venio enim, non ut vi quidquam facturus; quandoquidem senex sum, scio autem ad urbem me venire præpotentem, si qua alia Græciæ :

sed tantæ quum sim ætatis, profectus sum viro huic persuasurus ad Cadmeorum terram me sequi, non unius missu, sed ab universis civibus jussus, quia mihi propter cognationem conveniebat.

hujus calamitates omnium civium maxime plangere.

Post 728 sequebatur : τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματ' εἰς πλεῖστον πόλεως.

Ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπου, κλύων ἐμοῦ
ἵκοῦ πρὸς οἴκους. Πᾶς σε Καδμείων λεὼς
καλεῖ δικαίως· ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγὼ,
ὅσῳπερ, εἰ μὴ πλεῖστον ἀνθρώπων ἔφυν
κάκιστος, ἀλγῶ τοῖσι σοῖς κακοῖς, γέρον,
ὁρῶν σε τὸν δύστηνον, ὄντα μὲν ξένον,
ἀεὶ δ' ἀλήτην κἀπὶ προσπόλου μιᾶς
βιοστερῆ χωροῦντα, τὴν ἐγὼ τάλας
οὐκ ἄν ποτ' ἐς τοσοῦτον αἰκίας πεσεῖν
ἔδοξ', ὅσον πέπτωκεν ἥδε δύσμορος,
ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα
πτωχῷ διαίτῃ, τηλικοῦτος, οὐ γάμων
ἔμπειρος, ἀλλὰ τοὐπιόντος ἁρπάσαι.
Ἆρ' ἄθλιον τοὔνειδος, ὦ τάλας ἐγὼ,
ὠνείδισ' ἐς σὲ κἀμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος;
ἀλλ' οὐ γὰρ ἔστι τἀμφανῆ κρύπτειν, σύ νυν
πρὸς θεῶν πατρῴων, Οἰδίπους, πεισθεὶς ἐμοὶ
κρύψον, θελήσας ἄστυ καὶ δόμους μολεῖν
τοὺς σοὺς πατρῴους, τήνδε τὴν πόλιν φίλως
εἰπών· ἐπαξία γάρ. Ἡ δ' οἰκοι πλέον
δίκῃ σέβοιτ' ἄν, οὖσα σὴ πάλαι τροφός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ πάντα τολμῶν κἀπὸ παντὸς ἂν φέρων
λόγου δικαίου μηχάνημα ποικίλον,
τί ταῦτα πειρᾷ κἀμὲ δεύτερον θέλεις
ἑλεῖν, ἐν οἷς μάλιστ' ἂν ἀλγοίην ἁλούς;
πρόσθεν τε γάρ με τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς
νοσοῦνθ', ὅτ' ἦ μοι τέρψις ἐκπεσεῖν χθονὸς,
οὐκ ἤθελες θέλοντι προσθέσθαι χάριν,
ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦν θυμούμενος,
καὶ τοὺν δόμοισιν ἦν διαιτᾶσθαι γλυκὺ,
τότ' ἐξεώθεις κἀξέβαλλες, οὐδέ σοι
τὸ συγγενὲς τοῦτ' οὐδαμῶς τότ' ἦν φίλον·
νῦν τ' αὖθις ἡνίκ' εἰσορᾷς πόλιν τέ μοι
ξυνοῦσαν εὔνουν τήνδε καὶ γένος τὸ πᾶν,
πειρᾷ μετασπᾶν, σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.
Καίτοι τίς αὕτη τέρψις ἄκοντας φιλεῖν,
ὥσπερ τις εἴ σοι λιπαροῦντι μὲν τυχεῖν
μηδὲν διδοίη μηδ' ἐπαρκέσαι θέλοι,
πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις, τότε
δωροῖθ', ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι·
ἆρ' ἂν ματαίου τῆσδ' ἂν ἡδονῆς τύχοις;
Τοιαῦτα μέντοι καὶ σὺ προσφέρεις ἐμοὶ,
λόγῳ μὲν ἐσθλὰ, τοῖσι δ' ἔργοισιν κακά.
Φράσω δὲ καὶ τοῖσδ', ὡς σε δηλώσω κακόν.
Ἧκεις ἐμ' ἄξων, οὐχ ἵν' ἐς δόμους ἄγῃς,
ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς, πόλις δέ σοι
κακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός·
οὐκ ἔστι σοι ταῦτ', ἀλλά σοι τάδ' ἔστ', ἐκεῖ
χώρας ἀλάστωρ οὐμὸς ἐνναίων ἀεί·
ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς
χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον, ἐνθανεῖν μόνον.
Ἆρ' οὐκ ἄμεινον ἢ σὺ τἀν Θήβαις φρονῶ;
πολλῷ γ', ὅσῳπερ καὶ σαφεστέρων κλύω

'At, o ærumnose Œdipe, auscultans mihi, redi domum: universus te populus Thebanus, ut fas est, vocat, et, ut qui maxime, ego,

quo magis, nisi longe omnium sim hominum pessimus, doleo tuas ob ærumnas, o senex; calamitosum te video, hospitem, erronem semper, victuque egentem, unica ductum a ministra;

quam, o miser ego! nunquam opinatus eram eo contumeliarum deventuram esse, quo nunc devenit, dum tui unque caput semper curat mendicato cibo, tam grandis, nuptiarum expers, sed cujuslibet raptui exposita.

Nonne miserandum probrum, o me infelicem! quod in te conjeci, meque, et totum genus?

Verum, haud enim licet, quæ manifesta sunt, celare, age, per ego te deos patrios obtestor, Œdipe, *mihi ea* tu absconde, sponte tua urbem domumque tuam paternam repetens; et huic urbi amanter valedicito:

promerita est enim: at patria merito plus colatur, quæ te aluit olim.

ŒDIPUS.

O ad omnia audax, et e quavis re callide aliquam justitiæ speciem petere sciens, quid hisce me tentas, denuoque capere me vis, quibus maxime dolerem captus?

Ante etenim mihi malis domesticis laboranti, quum voluptate esset mihi in exsilium ejici, noluisti volenti conferre hanc gratiam:

at ubi ira exsaturatus quievi, vitamque domi agere dulce fuit mihi, tum expulisti et ejecisti; neque tibi tum sanguinis ista conjunctio ullo modo cordi fuit.

Nunc etiam rursus, quando vides urbemque hanc benevole me amplecti, et gentem totam, conaris me avellere, aspera dicens molliter.

Quanquam quænam hæc voluptas est invitos amare? ut si qui tibi enixe flagitanti *quod cupias* consequi, nihil concedat, nec opem ferre velit; expletum autem animum habenti, quorum egnisses, tunc donet, quum gratia nullam parit gratiam; nonne inani hoc poterere gaudio?

Atqui talia tu mihi offers, verbis quidem bona, sed ipsa re mala. Declarabo autem et hisce, ut te improbum arguam.

Venisti abductum me, non ut domum reducas, sed ut ad confinia me loces, quo urbs tibi sit immunis a cladibus, quæ ab hac terra *impendent*.

Hæc autem non tibi evenient, sed id, quod genius meus injuriarum ultor illic terræ semper habitabit. Filiis autem meis terræ meæ tantum sortiri licet, quantum satis sit immorituris. An non melius quam tu res Thebarum nosse videor? multo quidem, quando certiores auctores

Φοίβου τε καὐτοῦ Ζηνός, ὃς κείνου πατήρ.
Τὸ σὸν δ' ἀφῖκται δεῦρ' ὑπόβλητον στόμα,
πολλὴν ἔχον στόμωσιν· ἐν δὲ τῷ λέγειν
κάχ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια.
Ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι·
ἡμᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ'. Οὐ γὰρ ἂν κακῶς
οὐδ' ὧδ' ἔχοντες ζῷμεν, εἰ τερποίμεθα.

ΚΡΕΩΝ.

Πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' ἐς τὰ σὰ
ἢ σ' ἐς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐμοὶ μέν ἐσθ' ἥδιστον, εἰ σὺ μήτ' ἐμὲ
πείθειν οἷός τ' εἶ μήτε τούσδε τοὺς πέλας.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανεῖ
φρένας ποτ', ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφει;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Γλώσσῃ σὺ δεινός· ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ
δίκαιον ὅστις ἐξ ἅπαντος εὖ λέγει.

ΚΡΕΩΝ.

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ δῆθ', ὅτῳ γε νοῦς ἴσος καὶ σοὶ πάρα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄπελθ', ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε, μηδέ με
φύλασσ' ἐφορμῶν ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.

ΚΡΕΩΝ.

Μαρτύρομαι τούσδ', οὐχὶ σ', ὃς γνώσει φίλους
οἵ' ἀνταμείβει ῥήματ', ἦν σ' ἔλω ποτέ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δ' ἄν με τῶνδε συμμάχων ἕλοι βίᾳ;

ΚΡΕΩΝ.

Ἡ μὴν σὺ κἄνευ τοῦδε λυπηθεὶς ἔσει.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποίῳ σὺν ἔργῳ τοῦτ' ἀπειλήσας ἔχεις;

ΚΡΕΩΝ.

Παίδοιν δυοῖν σοι τὴν μὲν ἀρτίως ἐγὼ
ξυναρπάσας ἔπεμψα, τὴν δ' ἄξω τάχα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὤμοι.

ΚΡΕΩΝ.

Τάχ' ἕξεις μᾶλλον οἰμώζειν τάδε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τὴν παῖδ' ἔχεις μου;

ΚΡΕΩΝ.

Τήνδε τ' οὐ μακροῦ χρόνου.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἦ προδώσετε,
κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ τῆσδε χθονός;

ΧΟΡΟΣ.

Χώρει, ξέν', ἔξω θᾶσσον· οὔτε γὰρ τὰ νῦν
δίκαια πράσσεις οὔθ' ἃ πρόσθεν εἴργασαι.

habeo, Apollinemque, et ipsum Jovem, qui illius pater est.

Tu vero huc venisti, subdole conficta dicturus multo cum acumine; sed dicendo *quæ consequare,* majorem partem mala, quam salutaria capies. Verum, quandoquidem certo scio me tibi hæc non persuadere, abi, nosque sine hic vivere. Non enim male, ne sic quidem, vivemus, si ita vivere nos juvat.

CREON.

Num putas ex hoc tuo consilio majus mihi, quam tibi ipsi, damnum imminere?

ŒDIPUS.

Mihi quidem jucundissimum est, si tu neque mihi persuadere potes, nec hisce qui adsunt.

CREON.

O miser, ne *longo* quidem tempore *effectum videbimus ut* sapias tandem, sed opprobrium vivis senectuti?

ŒDIPUS.

Lingua tu acer es: at probum neminem cognovi virum, qui ex omni causa probabiliter velit dicere.

CREON.

Aliud est multa loqui; aliud, opportuna.

ŒDIPUS.

Quam tu brevia, brevia illa autem apte dicis!

CREON.

Haud sane, si cui eadem est mens, quæ tibi.

ŒDIPUS.

Abi, dicam enim horum etiam nomine, neu me observa velut ex statione, *domicilio* imminens ubi habitare me oportet.

CREON.

Antestor hos, non te, qui cognosces qualia verba respondeas amicis, si te unquam cepero.

ŒDIPUS.

Et quis me invitis his adjutoribus capiat?

CREON.

Certe tu etiam sine hoc (*etiamsi non capiaris*) dolebis.

ŒDIPUS.

Qualia te moliri hæ minæ indicant?

CREON.

Filiarum duarum alteram quidem modo abreptam ablegavi, alteram autem mox abducam.

ŒDIPUS.

Hei mihi!

CREON.

At mox habebis, quod plores magis.

ŒDIPUS.

Filiam meam habes?

CREON.

Et hanc habebo haud longum post tempus.

ŒDIPUS.

O hospites, quid facturi estis? an me prodetis, nec abigetis scelestum hunc ex hac terra?

CHORUS.

Facesse, hospes, hinc ocius: non enim in præsentia quæ facis justa sunt, nec quæ fecisti antea.

ΚΡΕΩΝ.

Ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν
ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴμοι τάλαινα, ποῖ φύγω; ποίαν λάβω
θεῶν ἄρηξιν ἢ βροτῶν;

ΧΟΡΟΣ.

Τί δρᾷς, ξένε;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ γῆς ἄνακτες.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ ξέν', οὐ δίκαια δρᾷς.

ΚΡΕΩΝ.

Δίκαια.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς δίκαια;

ΚΡΕΩΝ.

Τοὺς ἐμοὺς ἄγω.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ πόλις. Στρ.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δρᾷς, ὦ ξέν'; οὐκ ἀφήσεις; τάχ' ἐς
βάσανον εἶ χερῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Εἶργου.

ΧΟΡΟΣ.

Σοῦ μὲν οὐ τάδε γε μωμένου.

ΚΡΕΩΝ.

Πόλει μαχεῖ γὰρ, εἴ τι πημανεῖς ἐμέ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οὐκ ἠγόρευον ταῦτ' ἐγώ;

ΧΟΡΟΣ.

Μέθες χεροῖν
τὴν παῖδα θᾶσσον.

ΚΡΕΩΝ.

Μὴ 'πίτασσ' ἃ μὴ κρατεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Χαλᾶν λέγω σοι.

ΚΡΕΩΝ.

Σοὶ δ' ἔγωγ' ὁδοιπορεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Προβᾶθ' ὧδε, βᾶτε βᾶτ', ἔντοποι.
Πόλις ἐναίρεται, πόλις ἐμὰ, σθένει.
Προβᾶθ' ὧδέ μοι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀφέλκομαι δύστηνος, ὦ ξένοι ξένοι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῦ, τέκνον, εἶ μοι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πρὸς βίαν πορεύομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὄρεξον, ὦ παῖ, χεῖρας.

CREON.

(*Ad satellites :*) Vos hanc abducere opportunum fuerit invitam, si sponte non ibit.

ANTIGONE.

Hei mihi miseræ, quo fugiam? quod auxilium deorum impetrabo aut hominum?

CHORUS.

Quid agis, hospes?

CREON.

Non attingam hunc virum, sed istam, quæ mea est (*sororis filiam*).

ŒDIPUS.

O terræ hujus principes!

CHORUS.

O hospes, injuste facis.

CREON.

Juste.

CHORUS.

Qui juste?

CREON.

Meos abduco.

ŒDIPUS.

O civitas?

CHORUS.

Quid agis, hospes? non amittes?
mox in manuum discrimen incurres.

CREON.

Abstine manum.

CHORUS.

Non equidem a te, si istæc moliris.

CREON.

Civitati enim vim inferes, si quid me lædes.

ŒDIPUS.

Nonne *tibi* hæc prædixeram?

CHORUS.

Dimitte manibus puellam ocius.

CREON.

Ne impera, quæ non penes te sunt.

CHORUS.

Dimittere te jubeo (*Antigonam*).

CREON.

Et ego te abire.

CHORUS.

Progredimini huc, adeste, adeste, incolæ;
evertitur civitas per vim mea.
Progredimini huc, *civitas* mihi.

ANTIGONE.

Abstrahor infelix, o hospites, hospites.

ŒDIPUS.

Ubinam es mihi, filia?

ANTIGONE.

Vi *coacta* abeo.

ŒDIPUS.

Manus, o nata, mihi porrige.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' οὐδὲν σθένω.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ ἄξεθ' ὑμεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τάλας ἐγὼ, τάλας.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν ποτ' ἐκ τούτοιν γε μὴ σκήπτροιν ἔτι
ὀλοιπορήσεις· ἀλλ' ἐπεὶ νικᾶν θέλεις
πατρίδα τε τὴν σὴν καὶ φίλους, ὑφ' ὧν ἐγὼ
ταχθεὶς τάδ' ἔρδω, καὶ τύραννος ὢν ὅμως,
νίκα. Χρόνῳ γὰρ, οἶδ' ἐγὼ, γνώσει τάδε,
ὑθνύνεκ' αὐτὸς αὐτὸν οὔτε νῦν καλὰ
ὁρᾷς οὔτε πρόσθεν εἰργάσω βίᾳ φίλων,
ὀργῇ χάριν δοὺς, ἣ σ' ἀεὶ λυμαίνεται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπίσχες αὐτοῦ, ξεῖνε.

ΚΡΕΩΝ.

Μὴ ψαύειν λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτοι σ' ἀφήσω, τῶνδέ γ' ἐστερημένος.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
θήσεις; ἐφάψομαι γὰρ οὐ ταύταιν μόναιν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἐς τί τρέψει;

ΚΡΕΩΝ.

Τόνδ' ἀπάξομαι λαβών.

ΧΟΡΟΣ.

Δεινὸν λέγεις.

ΚΡΕΩΝ.

Ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται,
ἢν μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φθέγμ' ἀναιδὲς, ἦ σὺ γὰρ ψαύσεις ἐμοῦ;

ΚΡΕΩΝ.

Αὐδῶ σωπᾶν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μὴ γὰρ αἵδε δαίμονες
θεῖέν μ' ἄφωνον τῆσδε τῆς ἀρᾶς ἔτι,
ὃς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας
πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βίᾳ.
Τοιγὰρ σέ τ' αὐτὸν καὶ γένος τὸ σὸν θεῶν
ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον
τοιοῦτον οἷον κἀμὲ γηράναι ποτέ.

ΚΡΕΩΝ.

Ὁρᾶτε ταῦτα, τῆσδε γῆς ἐγχώριοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὁρῶσι κἀμὲ καὶ σὲ, καὶ φρονοῦσ' ὅτι
ἔργοις πεπονθὼς ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔτοι καθέξω θυμὸν, ἀλλ' ἄξω βίᾳ
κεἰ μοῦνός εἰμι τόνδε καὶ χρόνῳ βραδύς.

ANTIGONE.

At non valeo.

CREON.

(*Ad satellites :*) Non istam abducetis?

ŒDIPUS.

O miser ego, miser!

CREON.

Non amplius puto posthac hisce scipionibus *nixus* ambulabis.

Sed quoniam vincere vis patriamque tuam, et amicos, a quibus ego jussus, tametsi rex sum, hæc facio, age vince.

Olim enim, sat scio, intelliges, te et nunc in te male consulere, et antea itidem male consuluisse, invitis amicis, iræ indulgentem, quæ tibi semper exitialis est.

CHORUS.

Subsiste hic, hospes.

CREON.

Edico ne quis attingat.

CHORUS.

Haud sane te abire sinam, *virginibus* illis privatus.

CREON.

Ergo statim majus aliquid civitati meæ trades pignus (*mox tibi vindicandum*)? non enim his solis injiciam manus.

CHORUS.

Sed quo te vertes?

CREON.

Hunc correptum abducam.

CHORUS.

Horrendum narras.

CREON.

At tamen mox paractum erit, nisi me rex terræ hujus prohibeat.

ŒDIPUS.

O linguam impudentem! numnam tu me tanges?

CREON.

Jubeo te tacere.

ŒDIPUS.

Enimvero ne me hæce dese obmutescere velint prius quam te his adhuc onerem diris, qui mihi, o scelestissime, oculis jam pridem capto miserum (*quo regebar*) oculum vi abripis :

quare et te ipsum et genus tuum deorum cuncta cernens Sol det vitam talem, qualem ego, exigere in senectute.

CREON.

Videtisne hæc, terræ hujus incolæ?

ŒDIPUS.

Vident et me et te; atque intelligunt factis me læsum verbis te ulcisci.

CREON.

Haud sane cohibebo iram; sed vi abducam hunc, licet solus sim et ætate tardus.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἰὼ τάλας. Ἀντιστρ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅσον λῆμ' ἔχων ἀφίκου, ξέν', εἰ
τάδε δοκεῖς τελεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Δοκῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Τάνδ' ἄρ' οὐκ ἔτι νεμῶ πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

Τοῖς τοι δικαίοις χὠ βραχὺς νικᾷ μέγαν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀκούεθ' οἷα φθέγγεται;

ΧΟΡΟΣ.

Τά γ' οὐ τελεῖ.

* * * * *

ΚΡΕΩΝ.

Ζεὺς ταῦτ' ἂν εἰδείη, σὺ δ' οὔ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';

ΚΡΕΩΝ.

Ὕβρις, ἀλλ' ἀνεκτέα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ πᾶς λεὼς, ἰὼ γᾶς πρόμοι,
μόλετε σὺν τάχει, μολετ· ἐπεὶ πέραν
περῶσ' οἵδε δή.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίς ποθ' ἡ βοή; τί τοὔργον; ἐκ τίνος φόβου ποτὲ
βουθυτοῦντά μ' ἀμφὶ βωμὸν ἔσχετ' ἐναλίῳ θεῷ
τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ; λέξαθ', ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν
οὗ χάριν δεῦρ' ἦξα θᾶσσον ἢ καθ' ἡδονὴν ποδός.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατ', ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημά σου,
πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τὰ ποῖα ταῦτα, τίς δ' ὁ πημήνας; λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Κρέων ὅδ', ὃν δέδορκας, οἰχεται τέκνων
ἀποσπάσας μου τὴν μόνην ξυνωρίδα.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πῶς εἶπας;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Οἷά περ πέπονθ' ἀκήκοας.

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὔκουν τις ὡς τάχιστα προσπόλων μολὼν
πρὸς τούσδε βωμοὺς πάντ' ἀναγκάσει λεὼν
ἄνιππον ἱππότην τε θυμάτων ἄπο
σπεύδειν ἄπο ῥυτῆρος, ἔνθα δίστομοι
μάλιστα συμβάλλουσιν ἐμπόρων ὁδοὶ,
ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι, γέλως δ' ἐγὼ
ξένῳ γένωμαι τῷδε, χειρωθεὶς βίᾳ.
Ἴθ', ὡς ἄνωγα, σὺν τάχει. Τοῦτον δ' ἐγὼ,
εἰ μὲν δι' ὀργῆς ἦκεν, ἧς δ' ἄξιος,
ἄτρωτον οὐ μεθῆκ' ἂν ἐξ ἐμῆς χερός·

ŒDIPUS.

O me miserum!

CHORUS.

Quanta huc audacia venisti, hospes, si putas te hæc effecturum!

CREON.

Puto.

CHORUS.

Hanc igitur non amplius censebo civitatem esse.

CREON.

Justa in causa tenuis etiam magnum vincit.

ŒDIPUS.

Auditis quæ loquitur?

CHORUS.

Quæ vero non perficiet.

* * * *

CREON.

Jupiter hoc sciverit, non tu.

CHORUS.

Nonne hæc contumelia est?

CREON.

Contumelia, sed ferenda.

CHORUS.

O populus omnis, o terræ principes, adeste properate, adeste; namque ultra *fas* jam hi transeunt.

THESEUS.

Quis hic clamor est? quid rei? quemnam ob metum sacrificantem me ad aram marino deo inhibetis, hujus Colonu præsidi? dicite, ut rem omnem sciam, qua gratia hoc celerius prorupi, quam pedibus gratum erat.

ŒDIPUS.

O carissime, agnovi enim vocem tuam, passus sum atrocia ab hoc viro modo.

THESEUS.

Quænam illa? quis tibi fecit injuriam? effare.

ŒDIPUS.

Hicce, quem cernis, Creon hoc unum liberorum *quod mihi restabat* par rapuit modo.

THESEUS.

Quid ais?

ŒDIPUS.

Quæ passus sum audivisti.

THESEUS.

Quin ergo e ministris quispiam abibit quam citissime ars ad illas, omnem coacturus populum, peditem, equitemque, ut, sacris relictis, effusis habenis properent eum in locum, ubi duplex commeantibus via in unam maxime coit, ne transeant puellæ, nec ego deridiculus fiam huicce hospiti, vi superatus!

Abi, ut jussi, ocius. Hunc autem ego, si iræ indulgerem, qua dignus est, incolumem e manu mea non dimiserem.

νῶν δ' οὕσπερ αὐτὸς τοὺς νόμους εἰσῆλθ' ἔχων,
τούτοισι κοὐκ ἄλλοισιν ἁρμοσθήσεται.
Οὐ γάρ ποτ' ἔξει τῆσδε τῆς χώρας, πρὶν ἂν
κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων·
ἐπεὶ δέδρακας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως
οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς οὔτε σῆς χθονὸς,
ὅστις δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰσελθὼν πόλιν
κἄνευ νόμου κραίνουσαν οὐδὲν, εἶτ' ἀφεὶς
τὰ τῆσδε τῆς γῆς κύρι' ὧδ' ἐπεσπεσὼν
ἄγεις θ' ἃ χρῄζεις καὶ παρίστασαι βίᾳ.
Καί μοι πόλιν κένανδρον ἢ δούλην τινὰ
ἔδοξας εἶναι, κἄμ' ἴσον τῷ μηδενί.
Καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν·
οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν,
οὐδ' ἄν σ' ἐπαινέσειαν, εἰ πυθοίατο
συλῶντα τἀμὰ καὶ τὰ τῶν θεῶν, βίᾳ
ἄγοντα φωτῶν ἀθλίων ἱκτήρια.
Οὔκουν ἔγωγ' ἂν σῆς ἐπεμβαίνων χθονὸς,
οὐδ' εἰ τὰ πάντων εἶχον ἐνδικώτατα,
ἄνευ γε τοῦ κραίνοντος, ὅστις ἦν, χθονὸς,
οὔθ' εἷλκον οὔτ' ἂν ἦγον, ἀλλ' ἠπιστάμην
ξένον παρ' ἀστοῖς ὡς διαιτᾶσθαι χρεών.
Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν
τὴν αὐτὸς αὑτοῦ καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
γέρονθ' ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν.
Εἶπον μὲν οὖν καὶ πρόσθεν, ἐννέπω δὲ νῦν,
τὰς παῖδας ὡς τάχιστα δεῦρ' ἄγειν τινὰ,
εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας θέλεις
εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκών· καὶ ταῦτά σοι
τῷ νῷ θ' ὁμοίως κἀπὸ τῆς γλώσσης λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁρᾷς ἵν' ἥκεις, ὦ ξέν'; ὡς ἀφ' ὧν μὲν εἶ
φαίνει δίκαιος, ὁρῶν δ' ἐφευρίσκει κακά.

ΚΡΕΩΝ.

Ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον τήνδε τὴν πόλιν λέγων,
ὦ τέκνον Αἰγέως, οὔτ' ἄβουλον, ὡς σὺ φῂς,
τοὔργον τόδ' ἐξέπραξα, γιγνώσκων δ' ὅτι
οὐδεὶς ποτ' αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι
ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ τρέφειν βίᾳ.
Ἤδη δ' ὀθούνεκ' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον
κἄναγνον οὐ δεξοίατ', οὐδ' ὅτῳ γάμοι
ξυνόντες ηὐρέθησαν ἀνόσιοι τέκνων.
Τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ', ὃς οὐκ ἐᾷ
τοιοῦσδ' ἀλήτας τῇδ' ὁμοῦ ναίειν πόλει·
ὦ πίστιν ἴσχων τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν.
Καὶ ταῦτ' ἂν οὐκ ἔπρασσον, εἰ μή μοι πικρὰς
αὐτῷ τ' ἀρὰς ἠρᾶτο καὶ τῷμῷ γένει·
ἀνὴ' ὧν πεπονθὼς ἠξίουν τάδ' ἀντιδρᾶν.
Θυμοῦ γὰρ οὐδὲν γῆράς ἐστιν ἄλλο πλὴν
θανεῖν· θανόντων δ' οὐδὲν ἄλγος ἅπτεται.
Πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς· ἐπεὶ
ἐρημία με, κεἰ δίκαι' ὁμως λέγω,

nunc autem quas ipse leges huc intulit, iisdem, non aliis tenebitur.

Non enim unquam hac ex terra abibis, nisi prius illas hunc in locum restitueris palam mihi;

quoniam nec me, nec iis quibus prognatus es, nec patria tua dignum facinus aggressus es; quippe qui jura colentem ingressus civitatem, nihilque sine lege effectum reddentem, tamen neglecta publica legum auctoritate sic violenter irruens abducis quæcunque vis, tibique per vim subjicis.

Et mihi urbem esse putasti vacuam viris, aut *domino* servientem *alicui*, et me hominem esse nihili.

Quanquam te Thebæ non docuerunt esse malum; non enim solent injustos viros educare :

nec te approbarent, si rescirent te meaque et divina spoliare, vi abducentem miseros supplices.

Haud equidem sane, tuam ingressus terram, ne si causam quidem haberem omnium justissimam, abstraherem abduceremve, absque regis, quisquis ille esset, *arbitrio;* sed scirem quo se modo hospes inter cives gerere oporteat.

Tu vero tuam ipsius patriam, non meritam, dedecoras; et te multa dies senem simul reddit, et mente vacuum.

Dixi quidem jam ante, nuncque *iterum* dico, puellas ut quis huc reducat quam celerrime, nisi inquilinus hujus loci esse per vim atque ingratiis tuis velis. Atque hæc tibi ex mente pariter et lingua dico.

CHORUS.

Vides quo deveneris, hospes? Nam a gente, justus appares; mala autem patrasse deprehenderis.

CREON.

Equidem neque viris vacuam, neque consilii expertem hanc civitatem dicens, ut tu rere, o nate Ægei, ista molitus sum; sed persuasus nullo tanto eos (*Athenienses*) accendi erga consanguineos meos studio, ut vel meis ingratiis eos alere velint.

Noram præterea hominem parricidam et scelere pollutum ab iis receptum non iri, nec qui nuptias iniisse filius *cum matre* nefarias compertus sit.

Talem illis Areopagum indigenam esse noram, prudentia insignem, qui non sinit hujusmodi errones in hac urbe conversari.

Quorum fiducia hanc prædam capturus eram : nec sic tamen fecissem, nisi mihi ipsi, generique meo diras acerbas imprecatus esset : quapropter injuria lacessitus, hanc æquum censui rependere vicem.

Iræ enim nulla præter mortem senectus est; mortuos vero nullus attingit dolor.

Proinde quodcunque libuerit facies, quandoquidem me

σμικρὸν τίθησι· πρὸς δὲ τὰς πράξεις ὅμως,
καὶ τηλικόσδ' ὢν, ἀντιδρᾶν πειράσομαι.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ λῆμ' ἀναιδές, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς,
πότερον ἐμοῦ γέροντος, ἢ σαυτοῦ, τόδε;
ὅστις φόνους μοι καὶ γάμους καὶ ξυμφορὰς
τοῦ σοῦ διῆκας στόματος, ἃς ἐγὼ τάλας
ἤνεγκον ἄκων. Θεοῖς γὰρ ἦν οὕτω φίλον,
τάχ' ἄν τι μηνίουσιν ἐς γένος πάλαι.
Ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ
ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδὲν ἀνθ' ὅτου
τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον.
Ἐπεὶ δίδαξον, εἴ τι θέσφατον πατρὶ
χρησμοῖσιν ἱκνεῖθ' ὥστε πρὸς παίδων θανεῖν,
πῶς ἂν δικαίως τοῦτ' ὀνειδίζοις ἐμοί,
ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρὸς,
οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦ;
Εἰ δ' αὖ φανεὶς δύστηνος, ὡς ἐγὼ 'φάνην,
ἐς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον,
μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων εἰς οὕς τ' ἔδρων,
πῶς ἂν τό γ' ἄκον πρᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις;
Μητρὸς δὲ, τλῆμον, οὐκ ἐπαισχύνει γάμους
οὕσης ὁμαίμου σῆς μ' ἀναγκάζων λέγειν,
οἵους ἐρῶ τάχ'; οὐ γὰρ οὖν σιγήσομαι,
σοῦ γ' ἐς τόδ' ἐξελθόντος ἀνόσιον στόμα.
Ἔτικτε γάρ μ' ἔτικτεν, ὤμοι μοι κακῶν,
οὐκ εἰδότ' οὐκ εἰδυῖα· καὶ τεκοῦσά με
αὐτῆς ὄνειδος παῖδας ἐξέφυσέ μοι.
Ἀλλ' ἓν γὰρ οὖν ἔξοιδα, σὲ μὲν ἑκόντ' ἐμὲ
κείνην τε ταῦτα δυστομεῖν· ἐγὼ δέ νιν
ἄκων ἔγημα, φθέγγομαί τ' ἄκων τάδε.
Ἀλλ' οὐ γὰρ οὔτ' ἐν τοῖσδ' ἀκούσομαι κακὸς
γάμοισιν οὔθ' οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι
φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς.
Ἓν γάρ μ' ἄμειψαι μοῦνον ὧν σ' ἀνιστορῶ.
Εἴ τίς σε τὸν δίκαιον αὐτίκ' ἐνθάδε
κτείνοι παραστὰς, πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ
πατήρ σ' ὁ καίνων, ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως;
δοκῶ μὲν, εἴπερ ζῆν φιλεῖς, τὸν αἴτιον
τίνοι' ἄν, οὐδὲ τοὔνδικον περιβλέποις.
Τοιαῦτα μέντοι καὐτὸς εἰσέβην κακὰ,
θεῶν ἀγόντων· οἷς ἐγὼ οὐδὲ τὴν πατρὸς
ψυχὴν ἂν οἶμαι ζῶσαν ἀντειπεῖν ἐμοί.
Σὺ δ', εἴ γὰρ οὐ δίκαιος, ἀλλ' ἅπαν καλὸν
λέγειν νομίζων, ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος,
τοιαῦτ' ὀνειδίζεις με τῶνδ' ἐναντίον.
Καί σοι τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι καλὸν,
καὶ τὰς Ἀθήνας, ὡς κατῴκηνται καλῶς·
κᾆθ' ὧδ' ἐπαινῶν πολλὰ τοῦδ' ἐκλανθάνει,
ὅθούνεκ' εἴ τις γῆ θεοὺς ἐπίσταται
τιμαῖς σεβίζειν, ἥδε τοῦθ' ὑπερφέρει,
ἀφ' ἧς σὺ κλέψας τὸν ἱκέτην γέροντ' ἐμὲ
αὐτόν τ' ἐχειροῦ τὰς κόρας τ' οἴχει λαβών.
Ἀνθ' ὧν ἐγὼ νῦν τάσδε τὰς θεὰς ἐμοὶ

solitudo, tametsi justa dico, tenuem reddit. Sed facta, etsi sum talis (*copiis destitutus*), conabor referre vicissim.

ŒDIPUS.

O impudenter audax! utrum proscindere putas, mene senem, an te ipsum hisce *convíciis?* qui mihi cædes et nuptias, calamitatesque tuo exprobras ore, quas ego miser tuli invitus:

Diis enim ita visum erat, iratis forte dudum generi nostro aliquam ob causam.

Nam quod ad me ipsum attinet, nullam mihi indagaveris vitii labem, cujus gratia hæc in me meosque admiserim.

Nam doce me, sodes, si quo oraculi responso prædictum fuit patri, peremptum illum iri a filio, quo jure mihi hoc exprobres, qui nec a patre tunc satus, nec a matre conceptus, necdum generatus eram?

Si vero infelicem me fuisse quum constet, sicut constat, cum patre conserui manus, eumque occidi, nec quæ patrarem nec in quem, sciens; qui mihi invite admissum facinus juste vertas crimini?

Ecquid vero non te pudet, perdite, matris meæ, quæ tua fuerit soror, de nuptiis cogere me loqui? quæ quales fuerint, mox dicam: rem enim silentio non premam, quum tu ad impium hunc sermonem provectus sis.

Peperit enim me, peperit (heu quantum est mali!) ignarum ignara: materque eadem mea deinde liberos, suimet ipsius probrum, peperit mihi.

Verum unum saltem hoc mihi constat, te quidem ultro meque et illam his urgere conviciis: ego autem eam invitus duxi, invitusque hæc loquor.

Sed ne his quidem in nuptiis malus perhibebor, neque iis, quas mihi perpetuo ingeris acerbe exprobrans, cædibus paternis.

Unum enim mihi responde solum quod te interrogo.

Si quis te, justum istum, subito hic invadens perimere vellet, quæreresne utrum pater is esset, qui te vellet occidere, an vero statim ulciscereris? sane existimo, si quidem vitam amas, improbum ulciscereris, neque quid justum considerares.

Talia profecto et ipse incidi in mala, deis ducentibus; quibus ne patris quidem animam, si viveret, contraria dicturam esse opinor.

At tu, haud enim probus es, sed omnia dicu honesta putans, fanda infandaque, talia mihi coram his exprobras.

Ac tibi Thesei nomen adulari decorum videtur, Athenasque, quam bene sint legibus temperatæ.

Attamen, quum sic multa laudas, hoc te fugit, urbem hanc, si qua alia deos novit honoribus colere, ejus rei palmam tenere;

unde tu supplicem me senemque furto conaris ipsum abducere captivum, raptisque filiabus meis aufugere.

Quorum ego nunc gratia hasce deas invocans rogo,

καλῶν ἱκνοῦμαι καὶ κατασκήπτω λιταῖς
ἐλθεῖν ἀρωγοὺς ξυμμάχους θ', ἵν' ἐκμάθῃς
οἵων ὑπ' ἀνδρῶν ἥδε φρουρεῖται πόλις.

ΧΟΡΟΣ.

Ὁ ξεῖνος, ὦναξ, χρηστός· αἱ δὲ συμφοραὶ
αὐτοῦ πανώλεις, ἄξιαι δ' ἀμυναθεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἅλις λόγων· ὡς οἱ μὲν ἐξηρπασμένοι
σπεύδουσιν, ἡμεῖς δ' οἱ παθόντες ἑσταμεν.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δῆτ' ἀμαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποιεῖν;

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με
χωρεῖν, ἵν', εἰ μὲν ἐν τόποισι τοῖσδ' ἔχεις
τὰς παῖδας ἡμῶν, αὐτὸς ἐκδείξῃς ἐμοί·
εἰ δ' ἐγκρατεῖς φεύγουσιν, οὐδὲν δεῖ πονεῖν.
Ἄλλοι γὰρ οἱ σπεύδοντες, οὓς οὐ μή ποτε
χώρας φυγόντες τῆσδ' ἐπεύξωνται θεοῖς.
Ἀλλ' ἐξυφηγοῦ· γνῶθι δ' ὡς ἔγων ἔχει
κεί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη· τὰ γὰρ δόλῳ
τῷ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σώζεται.
Κοὐκ ἄλλον ἕξεις ἐς τόδ'· ὡς ἔξοιδά σε
οὐ ψιλὸν οὐδ' ἄσκευον ἐς τοσήνδ' ὕβριν
ἥκοντα τολμης τῆς παρεστώσης τανῦν,
ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ σὺ πιστὸς ὢν ἔδρας τάδε.
Ἃ δεῖ μ' ἀθρῆσαι, μηδὲ τήνδε τὴν πόλιν
ἑνὸς ποιῆσαι φωτὸς ἀσθενεστέραν.
Νοεῖς τι τούτων, ἢ μάτην τανῦν τέ σοι
δοκεῖ λελέχθαι χὥτε ταῦτ' ἐμηχανῶ;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐδὲν σὺ μεμπτὸν ἐνθάδ' ὧν ἐρεῖς ἐμοί·
οἶκοι δὲ χἡμεῖς εἰσόμεσθ' ἃ χρὴ ποιεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Χωρῶν ἀπείλει νῦν· σὺ δ' ἡμῖν, Οἰδίπους,
ἕκτλος αὐτοῦ μίμνε, πιστωθεὶς ὅτι,
ἢν μὴ θάνω 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι
πρὶν ἄν σε τῶν σῶν κύριον στήσω τέκνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὄναιο, Θησεῦ, τοῦ τε γενναίου χάριν
καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδίκου προμηθίας.

ΧΟΡΟΣ.

Εἴην ὅτι δαΐων Στρ. α'.
ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ
τὸν χαλκοβόαν Ἄρη
μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίαις,
ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς,
οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη
θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα
κλὴς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε προσπόλων Εὐμολπιδᾶν·
ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν
Θησέα καὶ τὰς διστόλους
ἀδμῆτας ἀδελφὰς
αὐταρκεῖ τάχ' ἐμμίξειν βοᾷ
τνῶσδ' ἀνὰ χώρους·

precibus supplico, ut adsint mihi auxiliatrices et sociæ, quo discas qualibus a viris hæc custoditur urbs.

CHORUS.

Bonus est hic hospes, o rex; sed exitiosæ ei sunt calamitates easque vindice dignæ.

THESEUS.

Verborum satis est: nam illi quidem raptores properant: nos vero, qui injuria affecti sumus, hic stamus.

CREON.

Quid, quæso, tenui homini, ut faciat, imperas?

THESEUS.

Ut illuc viam præmonstres comesque ipse eam, ut, sicubi in his locis virgines nostras detines, ipse mihi eas exhibeas: si vero aufugerunt raptores, non est quod laboremus:

alii enim eos persequuntur, quos quod effugerint et ex his finibus evaserint non metuendum est ne diis gratias agant.

Sed hinc præi: scito vero te teneri dum tenes, capiendoque captum esse a fortuna:

dolo enim malo acquisita stabilia non manent.

Nec habebis ad id alium (*quo adjutore has puellas in potestate tua retineas*): quippe te nec viris nec armis destitutum ad eum audaciæ, qualis tibi nunc subest, factum evectum esse probe intelligo; sed *præsidium* est aliquod, cui tu fidens hæc patrasti.

Hoc vero dispicere me oportet, nec committere, ut hæc civitas uni succumbat viro.

Numquid hæc intelligis? an frustra tibi dicta putas, *quæque* nunc *audis*, et *quæ audisti*, quum ista machinabaris?

CREON.

Nihil hic mihi dices, quod refellam: domi vero et nos sciemus quid facto opus sit.

THESEUS.

Procede modo, et minare quantumvis. Tu vero nobis, Œdipe, quietus hic mane, et confide, me, nisi prius moriar, non desiturum, priusquam tuarum te compotem filiarum fecero.

ŒDIPUS.

Bene sit tibi, Theseu, quum ob animum generosum, tum ob hanc nostri providam eamque justam curam.

CHORUS.

Utinam illic adessem, ubi infestorum virorum acies (*agmina in se invicem obversa*) mox ferristrepum Martem miscebunt, vel ad Apollinea loca, vel ad illa lampadibus fulgentia littora (*Eleusinia*),

ubi venerandæ deæ (*Ceres et Proserpina*) verenda initia curant mortalibus, quorum linguam coercet aurea antistitum Eumolpidarum clavis:

ibi prælia cientem Theseum geminasque innuptas sorores mox puto pugna idonea (*copiis ad vindicandas puellas sufficientibus*) esse congressuros iis in regionibus:

ἤ που τὸν ἑφέσπερον Ἀντιστρ. α'.
πέτρας νιφάδος πελῶσ'
Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ,
πώλοισιν, ἢ ῥιμφαρμάτοις
φεύγοντες ἁμίλλαις.
Ἁλώσεται· δεινὸς δ προσχώρων Ἄρης,
δεινὰ δὲ Θησειδᾶν ἀκμά.
Πᾶς γὰρ ἀστράπτει χαλινὸς, πᾶσα δ' ὁρμᾶται κατὰ
ἀμπυκτήρια * * *
ἄμβασις, οἳ τὰν ἱππίαν
τιμῶσιν Ἀθάναν
καὶ τὸν πόντιον γαιάοχον
Ῥέας φίλον υἱόν.
Ἕρδουσιν ἢ μέλλουσ'; Στρ. β'.
ὡς προμνᾶταί τί μοι
γνώμα, τάχ' ἐνδώσειν
τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὐρουσᾶν πρὸς αὐθαίμων
Τελεῖ τελεῖ Ζεύς τι κατ' ἄμαρ· [πάθη.
μάντις εἰμ' ἐσθλῶν ἀγώνων.
Εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς
αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι τῶνδ' ἀγώνων
ἐωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.
Ἰὼ πάνταρχε θεῶν, Ἀντ. β'.
παντόπτα Ζεῦ, πόροις
γᾶς τᾶσδε δαμούχοις
σθένει Ἀτινκείῳ τὸν εὔαγρον τελειῶσαι λόχον,
σεμνά τε παῖς Παλλὰς Ἀθάνα.
Καὶ τὸν ἀγρευτὰν Ἀπόλλω
καὶ κασιγνήταν πυκνοστίκτων ὀπαδὸν
ὠκυπόδων ἐλάφων στέργω διπλᾶς ἀρωγὰς
μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις.
Ὦ ξεῖν' ἀλᾶτα, τῷ σκοπῷ μὲν οὐκ ἐρεῖς
ὡς ψευδόμαντις. Τὰς κόρας γὰρ εἰσορῶ
τάσδ' ἆσσον αὖθις ὧδε προσπολουμένας.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῦ ποῦ; τί φῄς; πῶς εἶπας;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ πάτερ πάτερ,

τίς ἂν θεῶν σοι τόνδ' ἄριστον ἄνδρ' ἰδεῖν
δοίη, τὸν ἡμᾶς δεῦρο προσπέμψαντά σοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ τέκνον, ἦ πάρεστον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἵδε γὰρ χέρες
Θησέως ἔσωσαν φιλτάτων τ' ὀπαόνων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρὶ, καὶ τὸ μηδαμὰ
ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἰτεῖς ἃ τεύξει· σὺν πόθῳ γὰρ ἡ χάρις.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῦ δῆτα, ποῦ 'στον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἵδ' ὁμοῦ πελάζομεν.

aut fortasse ad occiduam petræ nivosæ partem Œæ ex pascuis accedent equis aut curribus raptim fugientibus (*cursu velocibus*) contendentes.

Capietur *Creon*. Terribilis accolarum Mars, terribile quoque Theseidarum robur.

Cunctis enim ex frenis fulgor emicat; omnis vero ruit in frontalia (*incumbens* i. e. *detractis frenis*) * * * equitatus, quicunque equestrem colunt Minervam, marinumque terræ quassatorem Rheæ carum filium.

Remne gerunt, an conctantur?

Quam præsagit mihi animus mox remissura esse malo virginum acerba passarum acerbaque expertarum a consanguineis!

Conficiet, conficiet aliquid hodie Jupiter.

Vates sum felicium prœliorum.

Utinam, rapida celerivola *ceu* columba, ex ætheria nube has pugnas assequar (*contempler*) oculis meis sublime latis!

O deorum rex summe, qui omnia cernis Jupiter, deque hujus terræ rectoribus, ut triumphali robore expeditionem hanc conficiant positis feliciter *Creonti* insidiis; tuque, veneranda virgo, Pallas Minerva.

Nec non venatorem Apollinem, sororemque maculosos sectantem celeripedes cervos amanter rogo, geminam opem ferentes ut adsint huic urbi et civibus.

O vage hospes, speculatorem me haud dices falso augurari : eccas enim puellas video prope huc famulorum comitatu rursum adductas.

ŒDIPUS.

Ubi, ubi? quid ais? quid dixti?

ANTIGONE.

O pater, pater, quis deorum (i. e. *utinam aliquis deorum*) tibi optimum hunc virum videndum daret, qui nos huc remisit tibi?

ŒDIPUS.

O filia, anne adestis?

ANTIGONE.

Quippe manus hæ nos Thesei servarunt, fidorumque comitum.

ŒDIPUS.

Accedite, o filia, ad patrem, et mihi vestra, quæ neutiquam reditura speraveram, corpora date contrectanda.

ANTIGONE.

Rogas, quæ consequêris; *juncta* enim cum desiderio gratia est.

ŒDIPUS.

Ubi, quæso, ubi estis?

ANTIGONE.

En una ambæ accedimus.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατ' ἔρνη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τῷ τεκόντι πᾶν φίλον.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ σκῆπτρα φωτός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δυσμόρου γε δύσμορα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔχω τὰ φίλτατ', οὐδ' ἔτ' ἂν πανάθλιος
θανὼν ἂν εἴην σφῷν παρεστώσαιν ἐμοί.
Ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρὸν ἀμφιδέξιον
ἐμοῦντε τῷ φύσαντι, κἀναπαύσατον
τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου.
Καί μοι τὰ πραχθέντ' εἰπαθ' ὡς βράχιστ', ἐπεὶ
ταῖς τηλικαῖσδε σμικρὸς ἐξαρκεῖ λόγος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας· τοῦδε χρὴ κλύειν, πάτερ,
καὶ σοί τε τοὔργον τοῦτ' ἐμοί τ' ἔσται βραχύ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ ξεῖνε, μὴ θαύμαζε, πρὸς τὸ λιπαρὲς
τέκν' εἰ φανέντ' ἄελπτα μηκύνω λόγον.
Ἐπίσταμαι γὰρ τήνδε τὴν ἐς τάσδε μοι
τέρψιν παρ' ἄλλου μηδενὸς πεφασμένην.
Σὺ γάρ νιν ἐξέσωσας, οὐκ ἄλλος βροτῶν.
Καί σοι θεοὶ πόροιεν ὡς ἐγὼ θέλω,
αὐτῷ τε καὶ γῇ τῇδ'· ἐπεὶ τό γ' εὐσεβὲς
μόνοις παρ' ὑμῖν ηὗρον ἀνθρώπων ἐγὼ
καὶ τοὐπιεικὲς καὶ τὸ μὴ ψευδοστομεῖν.
Εἰδὼς δ' ἀμύνω τοῖσδε τοῖς λόγοις τάδε.
Ἔχω γὰρ ἃ χω διὰ σὲ κοὐκ ἄλλον βροτῶν.
Καί μοι χέρ', ὦναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς
ψαύσω φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.
Καίτοι τί φωνῶ; πῶς σ' ἂν ἄθλιος γεγὼς
θιγεῖν θελήσαιμ' ἀνδρός, ᾧ τίς οὐχ ἕνι
κηλὶς κακῶν ξύνοικος; οὐκ ἔγωγέ σε,
οὐδ' οὖν ἐάσω. Τοῖς γὰρ ἐμπείροις βροτῶν
μόνοις οἷόν τε συνταλαιπωρεῖν τάδε.
Σὺ δ' αὐτόθεν μοι χαῖρε καὶ τὰ λοιπά μου
μέλου δικαίως, ὥσπερ ἐς τόδ' ἡμέρας.

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὔτ' εἴ τι μῆκος τῶν λόγων ἔθου πλέον,
τέκνοισι τερφθεὶς τοῖσδε, θαυμάσας ἔχω,
οὐδ' εἰ πρὸ τοὐμοῦ προὔλαβες τὰ τῶνδ' ἔπη.
Βάρος γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ἐκ τούτων ἔχει.
Οὐ γὰρ λόγοισι τὸν βίον σπουδάζομεν
λαμπρὸν ποιεῖσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς ὀρωμένοις.
Δείκνυμι δ'. Ὧν γὰρ ὤμοσ' οὐκ ἐψευσάμην
οὐδέν σε, πρέσβυ. Τάσδε γὰρ πάρειμ' ἄγων
ζώσας, ἀκραιφνεῖς τῶν κατηπειλημένων.
Χὤπως μὲν ἀγὼν ἠρέθη τί δεῖ μάτην
κομπεῖν, ἃ γ' εἴσει καὐτὸς ἐκ ταύταιν ξυνών;
λόγος δ' ὃς ἐμπέπτωκεν ἀρτίως ἐμοὶ
στείχοντι δεῦρο, συμβαλοῦ γνώμην, ἐπεὶ

ŒDIPUS.

O carissima germina!

ANTIGONE.

Genitori omne *quod genuit* carum.

ŒDIPUS.

O fulcra viri!

ANTIGONE.

Infelicis sane infelicia!

ŒDIPUS.

Quae mihi sunt carissima teneo; neque adhuc omnium ero miserrimus, si moriar, vobis adsistentibus mihi.

Applicaminor mihi, o filia, utrumque ad latus, inhærentes genitori, finemque imponite solitariæ et miseræ huic præteritæ vagationi:

et mihi quæ gesta sunt narrate paucissimis, nam id ætatis puellis brevis sermo sufficit.

ANTIGONE.

Hic est qui servavit: hunc audire oportet, pater; et sic tibi mihique brevis erit hæc oratio.

ŒDIPUS.

O hospes, ne mirere quod liberis meis insperato redditis effuso animo produco sermonem.

Hoc enim ex illis gaudium a nemine alio ortum mihi esse scio; tu enim eas servasti nec quisquam alius mortalium.

Proinde tibi dii dent sicut ego cupio, *bona*, ipsique et huic civitati; quandoquidem apud vos hominum solos pietatem inveni, et æquitatem, verbaque fallere nescia.

Hæc autem expertus hisce sermonibus rependo: habeo enim, quæ habeo, per te, nec quenquam alium mortalium. Et mihi manum, o rex, porrige dextram, ut tangam, exosculerque, si fas, tuum caput.

Quanquam quid dico? quomodo, qui sim impurus ego, attingere postulem virum, quippe cui (*mihi*) quæ non inhæret flagitii macula?

Non equidem te *attingam*, neque *ut attingas* me permittam quidem.

Soli enim mortalium, quos usus edocuit, harum ærumnarum partem capere valent. Tu vero istinc mihi salve, et in posterum mei curam gerito juste, sicut usque ad hanc diem.

THESEUS.

Neque si longiori usus es sermone, gavisus hisce *tuis* filiabus, demiror, neque si meo harum prætulisti sermonem; nihil enim horum nos moleste habet.

Non enim sermonibus studemus vitam illustrare magis quam factis.

Idque re ipsa ostendo. Quæ enim juratus sum, in his nihil te fefelli, senex.

Quippe has tibi adduco viventes a *periculisque* intentatis incolumes.

At hoc certamen, quomodo ad felicem eventum perductum sit, quorsum attinet jactabundum me narrare, quæ quidem etiam ipse ex his, quibuscum versaris, rescies? Sed qui mihi rumor huc venienti modo *ad aures* accidit, ad eum animum adjicias,

σμικρὸς μὲν εἰπεῖν, ἄξιος δὲ θαυμάσαι.
Πρᾶγος δ' ἀτίζειν οὐδὲν ἄνθρωπον χρεών.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τί δ' ἔστι, τέκνον Αἰγέως; δίδασκέ με,
ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὢν σὺ πυνθάνει.

ΘΗΣΕΥΣ.

Φασίν τιν' ἡμῖν ἄνδρα, σοὶ μὲν ἔμπολιν
οὐκ ὄντα, συγγενῆ δὲ, προσπεσόντα πως
βωμῷ καθῆσθαι τῷ Ποσειδῶνος, παρ' ᾧ
θύων ἔκυρον, ἡνίχ' ὡρμώμην ἐγώ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποδαπόν; τί προσχρῄζοντα τῷ θακήματι;

ΘΗΣΕΥΣ.

Οὐκ οἶδα πλὴν ἕν. Σοῦ γὰρ, ὡς λέγουσί μοι
βραχύν τιν' αἰτεῖ μῦθον οὐκ ὄγκου πλέων.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ποῖόν τιν'; οὐ γὰρ ἥδ' ἕδρα σμικροῦ λόγου.

ΘΗΣΕΥΣ.

Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντ'
αἰτεῖν ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς δῆτ' ἂν εἴη τήνδ' ὁ προσθακῶν ἕδραν;

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμῖν ἐγγενὴς
ἔσθ', ὅστις ἄν σου τοῦτο προσχρῄζοι τυχεῖν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ φίλτατε, σχὲς οὗπερ εἶ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί δ' ἔστι σοι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Μή μου δεηθῇς.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πράγματος ποίου; λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔξοιδ' ἀκούων τῶνδ' ὃς ἐσθ' ὁ προστάτης.

ΘΗΣΕΥΣ.

Καὶ τίς ποτ' ἐστὶν, ὃν γ' ἐγὼ ψέξαιμί τι;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Παῖς οὑμὸς, ὦναξ, στυγνὸς, οὗ λόγων ἐγὼ
ἥλγιστ' ἂν ἀνδρῶν ἐξανασχοίμην κλύων.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἔστι, καὶ μὴ δρᾶν ἃ μὴ
χρῄζεις; τί σοι τοῦτ' ἐστὶ λυπηρὸν κλύειν;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἔχθιστον, ὦναξ, φθέγμα τοῦθ' ἥκει πατρί
καὶ μή μ' ἀνάγκῃ προσβάλῃς τάδ' εἰκαθεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλ' εἰ τὸ θάκημ' ἐξαναγκάζει, σκόπει
μή σοι πρόνοι' ᾖ τοῦ θεοῦ φυλακτέα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ, πιθοῦ μοι, καὶ νέα παραινέσω.
Τὸν ἄνδρ' ἔασον τόνδε τῇ θ' αὑτοῦ φρενὶ
χάριν παρασχεῖν τῷ θεῷ θ' ἃ βούλεται·
καὶ νῷν ὕπεικε τὸν κασίγνητον μολεῖν.

siquidem, parvus licet dictu, dignus tamen admiratione est. Rem vero nullam negligere hominem decet.

ŒDIPUS.

Quid rei est, fili Ægei? doce me, ut qui sciam eorum nihil, quæ tu audivisti.

THESEUS.

Aiunt virum quendam, haud quidem ejusdem tecum consortem civitatis, cognatum vero, supplicem nobis ad aram Neptuni, ad quam sacra faciebam, nescio qua de causa consedisse, dum aberam ego.

ŒDIPUS.

Cujatem *esse aiunt*, quidve petentem hac supplicatione?

THESEUS.

Haud scio, nisi unum: a te enim, ut narrant mihi, exiguam expetit rem nec plenam negotii.

ŒDIPUS.

Quodnam? haud enim parvi hæc sessio (*est facienda*).

THESEUS.

Illum postulare aiunt, ut sibi liceat ad colloquendum te convenire, tum tuto hinc, qua venerat via, abire.

ŒDIPUS.

Quisnam esse possit, qui sic supplex sedet?

THESEUS.

Vide, num Argis quis vobis cognatus sit, qui hoc a te velit consequi.

ŒDIPUS.

O carissime, siste ubi es *orationis*.

THESEUS.

Quid vero est tibi?

ŒDIPUS.

Ne me obsecra.

THESEUS.

Quanam super re? dicas.

ŒDIPUS.

Sat scio, ab his (*filiabus meis*) certior factus quis hic sit supplex.

THESEUS.

Et quis tandem est, quem quidem ego reprehendere videar debere?

ŒDIPUS.

Filius meus, o rex, odium, cujus ego sermones omnium maximo cum dolore sustineam audiens hominum.

THESEUS.

Quid vero? non tibi audire licet, quæque nolis, non facere? quid hoc, audire, tibi molestum est?

ŒDIPUS.

Invisissima, o rex, vox illa patri accidit, et ne mihi necessitatem imponas hæc *tibi* concedendi.

THESEUS.

Sed id si flagitat supplicatio (*supplex ad aram sedentis habitus*), vide an non dei religio tibi servanda sit.

ANTIGONE.

Pater, obtempera mihi, tametsi adolescentula te moneo. Virum hunc sine suo ipsius animo obsequi, et deo, sicut cupit; et nobis concede, ut frater veniat.

Οὐ γάρ σε, θάρσει, πρὸς βίαν παρασπάσει
γνώμης, ἃ μή σοι ξυμφέροντα λέξεται.
Λόγων δ' ἀκοῦσαι τίς βλάβη; τά τοι κακῶς
πύρημέν' ἔργα τῷ λόγῳ μηνύεται.
Ἔρυσας αὐτόν· ὥστε μηδὲ δρῶντά σε
τὰ τῶν κακίστων δυσσεβέστατ', ὦ πάτερ,
θέμις σέ γ' εἶναι κεῖνον ἀντιδρᾶν κακῶς.
Ἀλλ' ἔασον. Εἰσὶ χἀτέροις γοναὶ κακαὶ
καὶ θυμὸς ὀξύς, ἀλλὰ νουθετούμενοι
φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν.
Σὺ δ' εἰς ἐκεῖνα, μὴ τὰ νῦν, ἀποσκόπει
πατρῷα καὶ μητρῷα πήμαθ' ἅπαθες,
κἂν κεῖνα λεύσσῃς, οἶδ' ἐγὼ, γνώσει κακοῦ
θυμοῦ τελευτὴν ὡς κακὴ προσγίγνεται.
Ἔχεις γὰρ οὐχὶ βαιὰ τἀνθυμήματα,
τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.
Ἀλλ' ἡμὶν εἶκε. Λιπαρεῖν γὰρ οὐ καλὸν
δίκαια προσχρῄζουσιν, οὐδ' αὐτὸν μὲν εὖ
πάσχειν, παθόντα δ' οὐκ ἐπίστασθαι τίνειν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τέκνον, βαρεῖαν ἡδονὴν νικᾶτέ με
λέγοντες· ἔστω δ' οὖν ὅπως ὑμῖν φίλον.
Μόνον, ξέν', εἴπερ κεῖνος ὧδ' ἐλεύσεται,
μηδεὶς κρατείτω τῆς ἐμῆς ψυχῆς ποτέ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἅπαξ τὰ τοιαῦτ', οὐχὶ δὶς χρῄζω κλύειν,
ὦ πρέσβυ. Κομπεῖν δ' οὐχὶ βούλομαι· σὺ δ' ὢν
σῶς ἴσθ', ἐάν περ κἀμέ τις σώζῃ θεῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅστις τοῦ πλέονος μέρους Στρ.
χρῄζει τοῦ μετρίου παρεὶς
ζώειν, σκαιοσύναν φυλάσσων
ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.
Ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ
ἁμέραι κατέθεντο δὴ
λύπας ἐγγυτέρω, τὰ τέρ-
ποντα δ' οὐκ ἂν ἴδοις ὅπου,
ὅταν τις ἐς πλέον πέσῃ
τοῦ θέλοντος· ὁ δ' ἐπίκουρος ἰσοτέλεστος,
Ἅιδος ὅτε Μοῖρ' ἀνυμέναιος
ἄλυρος ἄχορος ἀναπέφηνε,
θάνατος ἐς τελευτάν.
Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νι- Ἀντιστρ.
κᾷ λόγον· τὸ δ', ἐπεὶ φανῇ,
βῆναι κεῖθεν ὅθεν περ ἧκει
πολὺ δεύτερον ὡς τάχιστα.
Ὡς εὖτ' ἂν τὸ νέον παρῇ
κούφας ἀφροσύνας φέρον,
τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔ-
ξω, τίς οὐ καμάτων ἔνι;
φόνοι, στάσεις, ἔρις, μάχαι,
καὶ φθόνος· τό τε κατάμεμπτον ἐπιλέλογχε
γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα

Non enim te, confide, invitum a sententia absterrebunt, quæ tibi non commoda dicentur.

Verba autem audiisse, quid nocuerit? sane consilia malo cum dolo inventa verbis produntur.

Genuisti illum : quare, ne si pessimorum impiissima quidem contra te factitat, o pater, tibi fas est mala rependere.

Sed missum fac *eum*. Sunt et aliis mali liberi, et ira acris; sed amicorum blandis alloquiis moniti, mulcentur animum.

Tu vero nunc mala illa, non præsentia, respectes a patre matreque *tibi exorta*, quæ passus es; quæ si contempleris, cognosces, sat scio, quam malus sit malæ iræ exitus.

Habes enim hujus rei haud leve argumentum, orbatus tuis, qui jam non vident, oculis.

Verum nobis cede : non enim diu decet obsecrare, qui justa petunt, neque ipsum te par est beneficium accepisse, acceptum vero nescire rependere.

ŒDIPUS.

Nata, grave gaudium a me expugnatis dicendo : sit igitur, ut vobis placet.

Tantum, hospes, si quidem ille huc venerit, ne quis me invitum cogat.

THESEUS.

Hæc semel, non bis audire volo, o senex. Nec libet gloriari; tu tamen salvum te scito, dum me deus quis servet.

CHORUS.

Qui majorem partem expetit, negligens vivere modicam expetens, ille sinistri esse ingenii, me judice, censebitur :

Quandoquidem multa jam longior vita propius dolorem reponit (*senectus plus habet dolorum quam voluptatum*), læta vero ubi sint vix videas, si quis in id, quod in cupiendo nimium est, incidit (*si quis modum in cupiendo excedit*); sed communis omnibus adjutrix (*vitæ malis medelam afferens*), quum Orci Parca sine hymenæis, sine lyra, sine choreis apparet, mors *est*, ultima rerum.

Natum non esse, sortes vincit *alias* omnes : longe autem proxima est, ubi quis in lucem editus fuerit, eodem redire, unde venit, quam ocissime.

Nam quum juventas adest stultas levitates afferens, *quæ* ærumnosa ab illa (*juventute*) aliena *est*, quæ non inest (*illi*) molestia?

cædes, seditiones, lites, pugnæ, et invidia : tandem supervenit, odiosa, viribus defecta, morosa senectus, amicis orba,

κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ.
Ἔν ᾧ τλάμων ὅδ', οὐκ ἐγὼ μόνος, Ἐπῳδός.
πάντοθεν βόρειος ὥς τις
ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται,
ὡς καὶ τόνδε κατάκρας
δειναὶ κυματοαγεῖς
ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι,
αἱ μὲν ἀπ' ἀελίου δυσμᾶν,
αἱ δ' ἀνατέλλοντος,
αἱ δ' ἀνὰ μέσσαν ἀκτῖν',
αἱ δὲ νυχιᾶν ἀπὸ ῥιπᾶν.

ANTIΓONH.

Καὶ μὴν ὅδ' ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὁ ξένος
ἀνδρῶν γε μοῦνος, ὦ πάτερ, δι' ὄμματος
ἀστακτὶ λείβων δάκρυον ὧδ' ὁδοιπορεῖ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Τίς οὗτος;

ANTIΓONH.

Ὅνπερ καὶ πάλαι κατείχομεν
γνώμῃ, πάρεστι δεῦρο Πολυνείκης ὅδε.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Οἴμοι, τί δράσω; πότερα τἀμαυτοῦ κακὰ
πρόσθεν δακρύσω, παῖδες, ἢ τὰ τοῦδ' ὁρῶν
πατρὸς γέροντος; ὃν ξένης ἐπὶ χθονὸς
ξὺν σφῷν ἐφηύρηκ' ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον
ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε, τῆς ὁ δυσφιλὴς
γέρων γέροντι συγκατῳκήκεν πίνος
πλευρὰν μαραίνων, κρατὶ δ' ὀμματοστερεῖ
κόμη δι' αὔρας ἀκτένιστος ᾄσσεται·
ἀδελφὰ δ', ὡς ἔοικε, τούτοισιν φορεῖ
τὰ τῆς ταλαίνης νηδύος θρεπτήρια·
ἀγὼ πανώλης ὄψ' ἄγαν ἐκμανθάνω·
καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς
ταῖς σαῖσιν ἥκειν· ταμὰ μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ.
Ἀλλ' ἔστι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων
Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι, καὶ πρὸς σοὶ, πάτερ,
παρασταθήτω. Τῶν γὰρ ἡμαρτημένων
ἄκη μέν ἐστι, προσφορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔτι.
Τί σιγᾷς;
Φώνησον, ὦ πάτερ, τι· μή μ' ἀποστραφῇς.
Οὐδ' ἀναμείβει μ' οὐδέν; ἀλλ' ἀτιμάσας
πέμψεις ἄναυδος, οὐδ' ἃ μηνίεις φράσας;
Ὦ σπέρματ' ἀνδρὸς τοῦδ', ἐμαὶ δ' ὁμαίμονες,
πειράσατ' ἀλλ' ὑμεῖς γε κινῆσαι πατρὸς
τὸ δυσπρόσοιστον κἀπροσήγορον στόμα,
ὡς μή μ' ἄτιμον, τοῦ θεοῦ γε προστάτην,
οὕτως ἀφῇ με μηδὲν ἀντειπὼν ἔπος.

ANTIΓONH.

Λέγ', ὦ ταλαίπωρ', αὐτὸς ὢν χρείᾳ πάρει.
Τὰ πολλὰ γάρ τοι ῥήματ' ἢ τέρψαντά τι,
ἢ δυσχεράναντ', ἢ κατοικτίσαντά πως,
παρέσχε φωνὴν τοῖς ἀφωνήτοις τινά.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ἀλλ' ἐξερῶ· καλῶς γὰρ ἐξηγεῖ σύ μοι·
πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν ποιούμενος

ubi omnia mala malorum cohabitant.
In qua infelix hic, non ego solus, boreale velut litus undique fluctibus hiemeque quatitur,

sic et hunc diræ, quæ semper cum eo cohabitant, calamitates, undarum instar irruentes de vertice quatiunt,

hæ quidem a solis occasu, illæ vero ab ortu, aliæ a meridiano *solis* radio, aliæ a nocturnis auris.

ANTIGONE.

Atqui eccum nobis, ut videtur, o pater, gradum hic confert hospes ille incomitatus, non stillatim oculis fundens lacrimas.

ŒDIPUS.

Quis is est?

ANTIGONE.

Quem et olim cogitabamus, ipse hic Polynices adest.

POLYNICES.

Hei mihi! quid faciam? an mea ipsius mala prius deflem, o puellæ, an quæ hujus video patris senis?

quem peregrina in terra vobiscum inveni hic ejectum, cum veste tali, cujus inamabilis inveteratus squalor senili inhæret corpori latus macerans;

et in capite oculis orbo impexa coma ventis diffunditur:

hisque, ut videtur, consimilia habet miseri ventris alimenta.

Quæ quidem sero nimis cognosco perditissimos ego; et testor me pessimum hominum huc venire, propter eum, qui tibi nunc est, victum. Mea ex aliis ne resciscas (*e me audies*).

Sed Jovis etiam assidet solio clementia omnibus in factis; ac tibi quoque, pater, assistat.

His enim, quæ peccavimus, remedium quidem est; accessio vero esse nequit.

Quid taces?

Loquere aliquid, o pater; ne me averseris.

Nihilne mihi respondes? sed contemptum ita dimittes, nihil locutus, ne declarata quidem iræ tuæ causa?

O viri hujus progenies, meæque sorores, at vos saltem conamini movere patris morosum os et intractabile, ut ne spretum me, dei scilicet supplicem, ita dimittat non verbum profatus.

ANTIGONE.

Dic, o miser, ipse cujus rei desiderio veneris. Multus enim sermo vel oblectationem aliquam, vel offensionem ferens, aut ad misericordiam movens, vel *obstinate* silentibus vocem aliquam suggerit.

POLYNICES.

Ergo eloquar; probe enim tu me commones; primum quidem ipsum hunc deum adjutorem mihi adsciscam.

ἀρᾳῶν, ἔνθεν μ' ὧδ' ἀνέστησεν μολεῖν
ὁ τῆσδε τῆς γῆς κοίρανος, διδοὺς ἐμοὶ
λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ.
Καὶ ταῦτ' ἀφ' ὑμῶν, ὦ ξένοι, βουλήσομαι
καὶ ταῖνδ' ἀδελφαῖν καὶ πατρὸς κυρεῖν ἐμοί.
Ἃ δ' ἦλθον ἤδη σοι θέλω λέξαι, πάτερ.
Γῆς ἐκ πατρῴας ἐξελήλαμαι φυγάς,
τοῖς σοῖς πανάρχοις οὕνεκ' ἐνθακεῖν θρόνοις
γονῇ πεφυκὼς ἠξίουν γεραιτέρᾳ·
ἀνθ' ὧν μ' Ἐτεοκλῆς, ὢν φύσει νεώτερος,
χῆς ἐξέωσεν, οὔτε νικήσας λόγῳ
οὔτ' εἰς ἔλεγχον χειρὸς οὐδ' ἔργου μολών,
πόλιν δὲ πείσας. Ὧν ἐγὼ μάλιστα μὲν
τὴν σὴν Ἐρινὺν αἰτίαν εἶναι λέγω·
ἔπειτα κἀπὸ μάντεων ταύτῃ κλύων.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον Ἄργος ἐς τὸ Δωρικὸν,
λαβὼν Ἄδραστον πενθερὸν, ξυνωμότας
ἔστησ' ἐμαυτῷ γῆς ὅσοιπερ Ἀπίας
πρῶτοι καλοῦνται καὶ τετίμηνται δόρει,
ὅπως τὸν ἑπτάλογχον ἐς Θήβας στόλον
ξὺν τοῖσδ' ἀγείρας ἢ θάνοιμι πανδίκως,
ἢ τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας ἐκβάλοιμι γῆς.
Εἶεν. Τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ;
σοὶ προστροπαίους, ὦ πάτερ, λιτὰς ἔχων,
αὐτός τ' ἐμαυτοῦ ξυμμάχων τε τῶν ἐμῶν,
οἳ νῦν ξὺν ἑπτὰ τάξεσι ξὺν ἑπτά τε
λόγχαις τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν·
ὡς δορυσσοῦς Ἀμφιάρεως, τὰ πρῶτα μὲν
ὄρνισι κρατύνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοὺς·
ὁ δεύτερος δ' Αἰτωλὸς Οἰνέως τόκος
Τυδεύς· τρίτος δ' Ἐτέοκλος, Ἀργεῖος γεγώς·
τέταρτον Ἱππομέδοντ' ἀπέστειλεν πατὴρ
Ταλαός· ὁ πέμπτος δ' εὔχεται κατασκαφῇ
Καπανεὺς τὸ Θήβης ἄστυ δηώσειν πυρί·
ἕκτος δὲ Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς ὄρνυται,
ἐπώνυμος τῆς πρόσθεν ἀδμήτης χρόνῳ
μητρὸς λοχευθείς, πιστὸς Ἀταλάντης γόνος·
ἐγὼ δέ σὸς, κεἰ μὴ σὸς, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ
πάτμου φυτευθείς, σός γέ τοι καλούμενος,
ἄγω τὸν Ἄργους ἄφοβον ἐς Θήβας στρατόν.
Οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ,
ἱκετεύομεν ξύμπαντες ἐξαιτούμενοι
μῆνιν βαρεῖαν εἰκαθεῖν ὁρμωμένῳ
τῷδ' ἀνδρὶ τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου τίσιν,
ὅς μ' ἐξέωσε κἀπεσύλησεν πάτρας.
Εἰ γάρ τι πιστὸν ἔστιν ἐκ χρηστηρίων,
οἷς ἂν σὺ προσθῇ, τοῖσδ' ἔφασκ' εἶναι κράτος.
Πρός νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων,
αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικαθεῖν, ἐπεὶ
πτωχοὶ μὲν ἡμεῖς καὶ ξένοι, ξένος δὲ σύ·
ἄλλους δὲ θωπεύοντες οἰκοῦμεν σύ τε
κἀγὼ, τὸν αὐτὸν δαίμον' ἐξειληχότες.
Ὁ δ' ἐν δόμοις τύραννος, ὦ τάλας ἐγὼ,
κοινῇ καθ' ἡμῶν ἐγγελῶν ἀβρύνεται·

cujus *ex ara* me huc venire excitavit hujus terræ rex, a quo data mihi venia dicendique et audiendi tuto cum commeatu :

hæcque ut a vobis, hospites, mihi contingant, et ab hisce sororibus, patreque, impense cupio.

Cujus autem gratia venerim, jam tibi volo dicere, pater.

Patrio e solo expulsus sum in exsilium, quia regio in tuo throno sedere volui pro meo jure, ut qui natu sim major.

Quapropter me natu minor Eteocles ex urbe pepulit, non ut qui rationum momentis vicerit, nec qui se manu factisve melioremarguerit, sed persuasis civibus. Quorum equidem causam in Erinnyn maxime confero tuam, quum idem etiam a vatibus acceperim.

Postquam enim veni Argos ad Doricum (*Peloponnesios*), Adrastum adeptus socerum, conjuratos socios adjunxi mihi, terræ quicunque Apiæ principes cluent, florentque bellica laude, ut, septemgemino exercitu contra Thebas cum his coacto, vel recte et ordine moriar, vel horum auctores *malorum* e terra ejiciam. Sed hactenus ista.

Cur tandem huc me contuli? *Dicam*. Tibi supplices, o pater, preces admoturus, mei ipsius causa, sociorumque meorum; qui septem numero totidem nunc agminibus urbem Thebanam totam *obsidione* cinguot :

qualis bellicosus Amphiaraus, armis qui primas obtinet, primasque augurandi arte :

secundus Ætolus est Œnei filius Tydeus : tertius Eteoclus Argivo cretus patre :

quartum Hippomedonta misit pater Talaus : quintus Capaneus gloriatur suffossam Thebarum urbem igne se vastaturum, *ita ut ne ruinæ quidem supersint;*

sextus Parthenopæus Arcas concitus fertur, nomen referens matris diu quondam virginis, a qua est editus, fidus *mihi* Atalantæ filius.

ego vero tuus quum sim, ac, ni tuus, gravi fato generatus, attamen tuus vocatus, duco intrepidum Argivorum contra Thebas exercitum :

qui te per hasce tuas filias et tuam vitam, pater, obtestamur supplici petentes prece, ut iram gravem mihi remittas, ad fratris ultionem tendenti, qui me expulit patriaque spoliavit.

Si qua enim fides est oraculis, utris tu accesseris, horum victoriam fore prædixit deus.

Per nunc te fontes perque deos gentilitios rogo, obsequaris, et cedas : quandoquidem mendici sumus et hospites, tuque hospes etiam;

aliis autem blandientes vitam degimus tuque et ego, eandem fortunam sortiti. At is domi regno potitus, o miser ego, utrumque nostrûm pariter irridens, superbit :

ὄν, εἴ σὺ τἠμῇ ξυμπαραστήσει φρενὶ,
βραχεῖ σὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ διασκεδῶ.
Ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων,
στήσω δ' ἐμαυτὸν, κεῖνον ἐκβαλὼν βίᾳ.
Καὶ ταῦτα σοῦ μὲν ξυνθέλοντος ἔστι μοι
κομπεῖν, ἄνευ σοῦ δ' οὐδὲ σωθῆναι σθένω.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸν ἄνδρα, τοῦ πέμψαντος οὕνεκ', Οἰδίπους,
εἰπὼν ὁποῖα ξύμφορ' ἔκπεμψαι πάλιν.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀλλ' εἰ μὲν, ἄνδρες, τῆσδε δημοῦχος χθονὸς
μὴ 'τύγχαν' αὐτὸν δεῦρο προσπέμψας ἐμοὶ
Θησεὺς, δικαιῶν ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους,
οὔτἄν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπῄσθετο·
νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι κἀκούσας γ' ἐμοῦ
τοιαῦθ' ἃ τὸν τοῦδ' οὔ ποτ' εὐφρανεῖ βίον.
Ὅς γ', ὦ κάκιστε, σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχων,
ἃ νῦν ὁ σὸς ξύναιμος ἐν Θήβαις ἔχει,
τὸν αὐτὸς αὐτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας
κἄθηκας ἄπολιν καὶ στολὰς ταύτας φορεῖν,
ἃς νῦν δακρύεις εἰσορῶν, ὅτ' ἐν πόνῳ
ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί.
Οὐ κλαυστὰ δ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οἰστέα
τάδ', ὥσπερ ἂν ζῶ, σοῦ φονέως μεμνημένον.
Σὺ γάρ με μόχθῳ τῷδ' ἔθηκας ἔντροφον,
σύ μ' ἐξέωσας· ἐκ σέθεν δ' ἀλώμενος
ἄλλους ἐπαιτῶ τὸν καθ' ἡμέραν βίον.
Εἰ δ' ἐξέφυσα τάσδε μὴ 'μαυτῷ τροφοὺς
τὰς παῖδας, ἦ τἂν οὐκ ἂν ἦ, τὸ σὸν μέρος·
νῦν δ' αἵδε μ' ἐκσώζουσιν, αἵδ' ἐμαὶ τροφοὶ,
αἵδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, ἐς τὸ συμπονεῖν·
ὑμεῖς δ' ἀπ' ἄλλου κοὐκ ἐμοῦ πεφύκατον.
Τοιγάρ σ' ὁ δαίμων εἰσορᾷ μὲν οὔ τί πω
ὡς αὐτίχ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι
πρὸς ἄστυ Θήβης. Οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως πόλιν
κείνην ἐρείψεις, ἀλλὰ πρόσθεν αἵματι
πεσεῖ μιανθεὶς χὠ ξύναιμος ἐξ ἴσου.
Τοιάσδ' ἀρὰς σφῷν πρόσθε τ' ἐξανῆκ' ἐγὼ
νῦν τ' ἀγκαλοῦμαι ξυμμάχους ἑλθεῖν ἐμοὶ,
ἵν' ἀξιῶτον τοὺς φυτεύσαντας σέβειν,
καὶ μὴ 'ζατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς
τοιῶδ' ἐφύτην. Αἵδε γὰρ τάδ' οὐκ ἔδρων.
Τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους
κρατοῦσιν, εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις.
Σὺ δ' ἔρρ' ἀπόπτυστός τε κἀπάτωρ ἐμοῦ,
κακῶν κάκιστε, τάσδε συλλαβὼν ἀρὰς,
ἃς σοι καλοῦμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίου
δόρει κρατῆσαι μήτε νοστῆσαί ποτε
τὸ κοῖλον Ἄργος, ἀλλὰ συγγενεῖ χερὶ
θανεῖν κτανεῖν θ' ὑφ' οὗπερ ἐξελήλασαι.
Τοιαῦτ' ἀρῶμαι, καὶ καλῶ τὸ Ταρτάρου
στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος, ὡς σ' ἀποικίσῃ,

quem, si tu ad meam mentem accedes, facili negotio brevique tempore dissipabo :
sicque in domum tuam te restituam, restituamque me ipsum, illo per vim ejecto.
Et hæc, si tua voluntas accesserit, gloriari mihi licet; at sine te ne sospitari quidem valeo.

CHORUS.

Huic viro, illius qui misit causa, Œdipe, quodcunque tibi expedire videbitur responde, eumque hinc rursus dimitte

ŒDIPUS.

At, viri, nisi terræ hujus rex illum huc mihi adduxisset dignum existimans, qui mea verba acciperet, haud sane vocem ille unquam meam audiret : nunc vero dignatus, abibit auditis ex me talibus, quæ nunquam ejus vitæ lætitiam afferent.

Qui, o scelestissime, sceptra et solium quum tenebas, quæ nunc tuus frater Thebis tenet, tuum ipse patrem hunc expulisti, patriaque extorrem fecisti, et *eo redegisti*, ut his indueretur vestibus, quas nunc intuens lacrimas, quando forte in iisdem quam ego malorum miseriis versaris.

Hæc vero *quæ ploras* ploranda non sunt, sed mihi quidem ferenda, quomodocunque vivam, parricidæ tui memoriam servanti; tu enim auctor es ut ærumna in hac ego nutriar;
tu me expulisti; tua quoque opera vagus ab aliis mendico quotidianum victum.

Quodsi hasce non genuissem altrices mihi filias, haud sane superessem amplius quantum in te erat : nunc autem hæ me servant, meæ sunt hæ altrices; hæ viri sunt, non feminæ, adjuvandis meis *ærumnis* : vos vero ex alio, non ex me, sati estis.

Quapropter te deus intuetur nondum ut statim (*deus jamjam te ulturus est*), siquidem hæc moventur agmina contra Thebarum urbem.
Non est enim ut oppidum illud evertas; sed prius sanguine concides fœdatus, simulque frater tuus. Has ego vobis diras et antea imprecatus sum, nuncque eas rursus invoco, ut auxilio adsint mihi, quo justum esse intelligatis, parentes revereri, neve *eos* afflictatis contumeliis, si cæci patris tales nati estis filii (*si cæcus est pater et vos tales estis filii*, i. e. *qui nec revereamini parentes et cæcos afficiatis*).
Hoc enim istæ non fecerunt. Itaque tuam sedem tuosque thronos *diræ illæ* occupabunt, siquidem olim oraculis prodita dea Justitia Jovis adhuc assidet solio, antiquas servans leges.
Tu vero in malam rem abi, despectus abdicatusque patri, scelestorum scelestissime, hasce tecum auferens diras, quas tibi imprecor, ut neque terra patria bello potiaris, nec redeas unquam cavum ad Argos; sed cognata manu cadas, cædaque eum a quo ejectus es.

Hæc imprecatus invoco invisam Tartari caliginem pater-
nam (*quæ patrem meum Laium tegit*), ut te hinc abs-

καλῶ δὲ τάσδε δαίμονας, καλῶ δ' Ἄρη.
τὸν σφῷν τὸ δεινὸν μῖσος ἐμβεβληκότα.
Καὶ ταῦτ' ἀκούσας στεῖχε, κἀξάγγελλ' ἰὼν
καὶ πᾶσι Καδμείοισι τοῖς σαυτοῦ θ' ἅμα
πιστοῖσι συμμάχοισιν, οὕνεκ' Οἰδίπους
τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὐτοῦ γέρα.

ΧΟΡΟΣ.

Πολύνεικες, οὔτε ταῖς παρελθούσαις ὁδοῖς
ξυνήδομαί σοι, νῦν τ' ἴθ' ὡς τάχος πάλιν.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Οἴμοι κελεύθου τῆς τ' ἐμῆς δυσπραξίας,
οἴμοι δ' ἑταίρων· οἷον ἆρ' ὁδοῦ τέλος
Ἄργους ἀφωρμήθημεν, ὦ τάλας ἐγώ,
τοιοῦτον οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινι
ἔξεσθ' ἑταίρων, οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν,
ἀλλ' ὄντ' ἄναυδον τῆδε συγκῦρσαι τύχῃ.
Ὦ τοῦδ' ὅμαιμοι παῖδες, ἀλλ' ὑμεῖς, ἐπεὶ
τὰ σκληρὰ πατρὸς κλύετε τοῦδ' ἀρωμένου,
μή τοί με πρὸς θεῶν σφῷ γ', ἐὰν αἱ τοῦδ' ἀραὶ
πατρὸς τελῶνται, καί τις ὑμῖν ἐς δόμους
νόστος γένηται, μή μ' ἀτιμάσητέ γε,
ἀλλ' ἐν τάφοισι θέσθε καὶ κτερίσμασιν.
Καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος, ὃν κομίζετον
τοῦδ' ἀνδρὸς οἷς πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα
ἕτ' ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πολύνεικες, ἱκετεύω σε πεισθῆναί τί μοι.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ὦ φιλτάτη τὸ ποῖον Ἀντιγόνη; λέγε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Στρέψαι στράτευμ' ἐς Ἄργος ὡς τάχιστά γε,
καὶ μὴ σέ τ' αὐτὸν καὶ πόλιν διεργάσῃ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε. Πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν
στράτευμ' ἄγοιμι ταυτὸν εἰσάπαξ τρέσας;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δ' αὖθις, ὦ παῖ, δεῖ σε θυμοῦσθαι; τί σοι
πάτραν κατασκάψαντι κέρδος ἔρχεται;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Αἰσχρὸν τὸ φεύγειν καὶ τὸ πρεσβεύοντ' ἐμὲ
ὧδε γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὁρᾷς τὰ τοῦδ' οὖν ὡς ἐς ὀρθὸν ἐκφέρει
μαντεύματ', ὃς σφῷν θάνατον ἐξ ἀμφοῖν θροεῖ;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Χρῄζει γάρ· ἡμῖν δ' οὐχὶ συγχωρητέα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴμοι τάλαινα· τίς δὲ τολμήσει κλύων
τὰ τοῦδ' ἕπεσθαι τἀνδρὸς, οἳ' ἐθέσπισεν;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Οὐκ ἀγγελοῦμεν φλαῦρ'· ἐπεὶ στρατηλάτου
χρηστοῦ τὰ κρείσσω μηδὲ τἀνδεᾶ λέγειν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὕτως ἄρ', ὦ παῖ, ταῦτά σοι δεδογμένα;

trahat; has quoque deas invoco (*Furias*), simulque Martem, vobis qui atrox illud odium injecit.

Atque his auditis abi, atque hinc digressus renuntia Cadmeisque cunctis, et tuis simul fidelibus sociis, tales Œdipum filiis suis tribuisse munera.

CHORUS.

Polynices, lugeo tecum ob susceptum hoc iter; at nunc rursus abi, quam potes celerrime.

POLYNICES.

Hei mihi ob iter *susceptum*, irritumque *incepti* exitum! heu socios meos! hunccine ergo nacturi finem ab Argis movimus, o me calamitosum! talem quidem, qualem neque renuntiare cuiquam liceat sociorum, nec retro vertere pedem; sed tacitum *oportet me* in hunc casum incurrere.

Sed vos, o germanæ hujus vlri filiæ, quandoquidem patrem hunc aspera imprecantem audivistis, ne me tamen, per deos obsecro, si quando imprecationes istæ ratæ fiant, vobisque contingat aliqua domum redire, ne me inhonoratum patiamini, sed sepultura afficite, justaque mihi præstate.

Sicque vobis ad istam laudem, quam ab hoc viro ob eam, quam navatis, operam reportatis, alia non minor accedet ob officium mihi præstitum.

ANTIGONE.

Polynices, obsecro te, obsequere aliquid mihi.

POLYNICES.

Quidnam? dic, o carissima Antigone.

ANTIGONE.

Quamprimum ad Argos converte retro exercitum, ne te ipsum civitatemque perditum eas.

POLYNICES.

Sed fieri hoc nequit. Qui enim rursus easdem cogere possim copias, si semel fugerim?

ANTIGONE.

Quid vero necesse est, o fili, iræ iterum te indulgere? quid te juvabit patriam evertisse?

POLYNICES.

Fugere turpe est, meque priorem ætate ita irrideri a fratre.

ANTIGONE.

Viden', ut hujus oracula jam ad eventum ruunt, qui vobis necem mutuam prænuntiat?

POLYNICES.

Edit enimvero; at nobis non cedendum est *loco*.

ANTIGONE.

Hei mihi miseræ! Quis vero audebit *te* sequi, quum audiverit qualia vir hicce ediderit oracula?

POLYNICES.

Adversa non renuntiabimus : boni enim ducis est læta, nec vero, quæ secus sunt, proferre.

ANTIGONE.

Siccine ergo, o fili, hæc tibi decreta sunt?

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Καὶ μή μ' ἐπίσχῃς γ'· ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ἥδ' ὁδὸς
ἔσται μέλουσα δύσποτμός τε καὶ κακὴ
πρὸς τοῦδε πατρὸς τῶν τε τοῦδ' Ἐρινύων.
Σφῷν δ' εὖ διδοίη Ζεύς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι
θανόντ', ἐπεὶ οὔ μοι ζῶντί γ' αὖθις ἔξετον.
Μέθεσθε δ' ἤδη, χαίρετόν τ'. Οὐ γάρ μ' ἔτι
βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὤ τάλαιν' ἐγώ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Μή τοί μ' ὀδύρου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ τίς ἄν σ' ὀρμώμενον
ἐς προὔπτον Ἅδην οὐ καταστένοι, κάσι;

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Εἰ χρή, θανοῦμαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μὴ σύ γ', ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Μὴ πεῖθ' ἃ μὴ δεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Δυστάλαινά τἄρ' ἐγὼ,
εἴ σου στερηθῶ.

ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.

Ταῦτα δ' ἐν τῷ δαίμονι
καὶ τῇδε φῦναι γ' ἀτέρᾳ. Σφὼ δ' οὖν ἐγὼ
θεοῖς ἀρῶμαι μή ποτ' ἀντῆσαι κακῶν.
Ἀνάξιαι γὰρ πᾶσίν ἐστε δυστυχεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι Στρ. α'.
νέα βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου,
εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει.
Μάτην γὰρ οὐδὲν ἀξίωμα δαιμόνων ἔχω φράσαι.
Ὁρᾷ ὁρᾷ πάντ' ἀεὶ χρόνος, ἐφεὶς μὲν ἕτερα,
τὰ δὲ παρ' ἦμαρ αὖθις αὔξων ἄνω.
Ἔκτυπεν αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὤ τέκνα τέκνα, πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος,
τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο Θησέα πόροι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάτερ, τί δ' ἐστὶ τἀξίωμ' ἐφ' ᾧ καλεῖς;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Διὸς πτερωτὸς ἥδε μ' αὐτίκ' ἕξεται
βροντὴ πρὸς Ἅδην. Ἀλλὰ πέμψαθ' ὡς τάχος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται Ἀντιστρ. α'.
κτύπος ἄφατος δδε διόβολος· ἐς δ' ἄκραν
δείμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν.
Ἔπτηξα θυμόν. Ὀρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν.
Τί μὰν ἀφήσει τέλος; δέδια δ'· οὐ γὰρ ἄλιον
ἀφορμᾷ ποτ' οὐδ' ἄνευ ξυμφορᾶς.
Ὤ μέγας αἰθήρ, ὦ Ζεῦ.

POLYNICES.

Ne me retineas: namque curæ mihi erit hoc iter *conficere*, quamvis infaustum et perniciosum, propter hunc patrem, ejusque Erinnyas.

Vos autem beet Jupiter, si mihi mortuo hæc *amoris documenta* confeceritis; vivo enim non rursum poteritis

Remittite jam, et valete; non enim vivum amplius videbitis me postbac.

ANTIGONE.

O me miseram!

POLYNICES.

Ne, quæso, me luge.

ANTIGONE.

Et quis ruentem te in manifestum letum non lugeat, frater?

POLYNICES.

Moriar, si fatale est.

ANTIGONE.

Ne tu hoc *velis*, sed mihi obsequere.

POLYNICES.

Ne suadeas, quæ non decet.

ANTIGONE.

Ergo miserrima ego, si te privabor.

POLYNICES.

Hæc penes dei numen sunt, utrum hoc modo futura sint an alio. At deos precor, ne vos malum ullum experiamini unquam: indignæ enim estis omnibus hominibus *arbitris* quovis infortunio.

CHORUS.

Nova hæc jam nova ratione advenerunt mihi nova et gravia mala a cæco hospite, nisi quid eorum (*nimirum hæc patris imprecatio*) fato ratum efficitur.

nullum enim divinum decretum habeo, quod frustra editum dicere queam; videt, videt omnia semper tempus, immittens alia, alia in proximum diem (*vel uno die interjecto*) in melius erigens.

Insonuit æther, o Jupiter!

ŒDIPUS.

O natæ, natæ, utinam, si quis hic adest incola, huc mihi optimum Thesea arcessat!

ANTIGONE.

Pater, quid *tibi* consilii est, quod illum advocas?

ŒDIPUS.

Jovis hoc alatum fulmen ad Orcum me ducet illico. Verum agite, mittite quam primum.

CHORUS.

En, sane quam magnus ruit fragor ingens hic jactus Jove, extremam ad verticis subiit horror comam;

expavesco animo: rursus enim cœleste fulgur flagrat. Finem vero quem dabit? timeo; haud enim unquam emicat frustra, nec absque novo quopiam casu.

O magnus æther! o Jupiter!

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἐπ' ἀνδρὶ θέσφατος
βίου τελευτὴ, κοὐκ ἔτ' ἔστ' ἀποστροφή.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πῶς οἶσθα; τῷ δὲ τοῦτο συμβαλὼν ἔχεις;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Καλῶς κάτοιδ'. Ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν
ἄναχτα χώρας τῆσδέ τις πορευσάτω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται Στρ. β'.
διαπρύσιος ὄτοβος.
Ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων.
Ἐναισίου δὲ συντύχοιμι, μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν,
ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως.
Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἆρ' ἐγγὺς ἀνήρ; ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα,
κιχήσεταί μου καὶ κατορθοῦντος φρένα;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιστὸν ἐμφῦναι φρενί;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν
δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ', * * * * * Ἀντιστρ. β'.
εἴτ' ἄκρον ἐπὶ γύαλον
ἁλίῳ Ποσειδανίῳ θεῷ
βούθυτον ἑστίαν ἀγίζων, ἵκου.
Ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ
δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών.
Σπεῦσον, αἶσσ', ὠναξ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίς αὖ παρ' ὑμῶν κοινὸς ἠχεῖται κτύπος,
σαφὴς μὲν αὐτῶν, ἐμφανὴς δὲ τοῦ ξένου;
μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὁμβρία
χάλαζ' ἐπιρράξασα; πάντα γὰρ θεοῦ
τοιαῦτα χειμάζοντος εἰκάσαι πάρα.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἄναξ, ποθοῦντι προὐφάνης, καί σοι θεῶν
τύχην τις ἐσθλὴν τῆσδ' ἔθηκε τῆς ὁδοῦ.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τί δ' ἐστὶν, ὦ παῖ Λαΐου, νέορτον αὖ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ῥοπὴ βίου μοι. Καί σ' ἅπερ ξυνήνεσα
θέλω πόλιν τε τήνδε μὴ ψεύσας θανεῖν.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἐν τῷ δὲ κεῖσαι τοῦ μόρου τεκμηρίῳ;

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αὐτοὶ θεοὶ κήρυκες ἀγγέλλουσί μοι,
ψεύδοντες οὐδὲν σῆμα τῶν πρακειμένων.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πῶς εἶπας, ὦ γεραιὲ, δηλοῦσθαι τάδε;

ŒDIPUS.

O natæ, adest huic viro (*mihi*) fatalis vitæ exitus, nec amplius est effugium.

ANTIGONE.

Qui scis? qua ex re istud conjicis?

ŒDIPUS.

Pulchre novi: sed quam celerrime profectus aliquis regem hujus terræ mihi adducat.

CHORUS.

Heu, heu! ecce iterum circumtonat usquequaque penetrans fragor.

Propitius esto, deus, propitius mihi, si quid atrum huic meæ altrici terræ affers.

Utinam cum pio converser; nec, si scelestum virum viderim, ingratam gratiam lucrer!

Jupiter rex, te invoco.

ŒDIPUS.

An prope adest vir? num adhuc spirantem, filiæ, inveniet me et compotem mentis?

ANTIGONE.

De cujusnam rei fide ejus animo persuaderi (*cujus rei ei fidem facere*) vis?

ŒDIPUS.

Accepto pro beneficio plenam (*dudumque animo conceptam*) ei gratiam rependere volo, quam, quum *quæ petieram* consequebar, promiseram.

ŒDIPUS.

Io, io fili, veni, veni, (*sive alibi es*,) sive in summa campi parte marino deo Neptuno aram taurina victima sacrans, ades.

Hospes enim tibi, civitatique et amicis meritam cupit gratiam rependere pro acceptis beneficiis.

Propera, citato cursu veni, o rex.

THESEUS.

Quis iterum a vobis communis resonat clamor, clarus quidem vestrûm, manifestus et hospitis? numquid Jovis fulmen, aut *quæ hunc clamorem excitavit* inter nimbos irrumpens grando *est?* Deo enim tempestatem ciente talem, nulla non conjicere licet.

ŒDIPUS.

O rex, desideranti appares, et tibi deorum aliquis secundavit hoc iter.

THESEUS.

Quid vero, o nate Laii, rursus exortum novi?

ŒDIPUS.

Vita mihi ad exitum inclinat; nec defraudata iis, quæ pollicitus sum, civitate mori volo.

THESEUS.

Quo autem niteris mortis *tuæ* documento?

ŒDIPUS.

Ipsi mihi dii præcones denuntiant, signorum quæ edunt nullo fallentes.

THESEUS.

Quomodo ais, o senex, hoc *tibi* aperiri?

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς, τὰ πολλά τε
στράψαντα χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη.

ΘΗΣΕΥΣ.

Πείθεις με· πολλὰ γάρ σε θεσπίζονθ' ὁρῶ
κοὐ ψευδόφημα. Χὠ τι χρὴ ποιεῖν λέγε.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ἐγὼ διδάξω, τέκνον Αἰγέως, ἃ σοι
γήρως ἄλυπα τῇδε κείσεται πόλει.
Χῶρον μὲν αὐτὸς αὐτίκ' ἐξηγήσομαι,
ἄθικτος ἡγητῆρος, οὗ με χρὴ θανεῖν.
Τοῦτον δὲ φράζε μή ποτ' ἀνθρώπων τινὶ,
μήθ' οὗ κέκευθε μήτ' ἐν οἷς κεῖται τόποις·
ὡς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε
δορός τ' ἐπακτοῦ γειτόνων ἀεὶ τιθῇ.
Ἃ δ' ἐξάγιστα μηδὲ κινεῖται λόγῳ,
αὐτὸς μαθήσει, κεῖσ' ὅταν μόλῃς μόνος·
ὡς οὔτ' ἂν ἀστῶν τῶνδ' ἂν ἐξείποιμί τῳ
οὔτ' ἂν τέκνοισι τοῖς ἐμοῖς, στέργων ὅμως.
Ἀλλ' αὐτὸς ἀεὶ σῶζε, χὥταν ἐς τέλος
τοῦ ζῆν ἀφικνῇ, τῷ προφερτάτῳ μόνῳ
σήμαιν'· ὁ δ' ἀεὶ τὼπιόντι δειχνύτω.
Χοὕτως ἀδῇον τήνδ' ἐνοικήσεις πόλιν
σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν· αἱ δὲ μυρίαι πόλεις,
κἂν εὖ τις οἰκῇ, ῥᾳδίως καθύβρισαν.
Θεοὶ γὰρ εὖ μὲν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσ', ὅταν
τὰ θεῖ' ἀφεὶς τις ἐς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ·
ὃ μὴ σὺ, τέκνον Αἰγέως, βούλου παθεῖν.
Τὰ μὲν τοιαῦτ' οὖν εἰδότ' ἐκδιδάσκομεν.
Χῶρον δ', ἐπείγει γάρ με τοὐκ θεοῦ παρὸν,
στείχωμεν ἤδη, μηδ' ἔτ' ἐντρεπώμεθα.
Ὦ παῖδες, ὧδ' ἕπεσθ'. Ἐγὼ γὰρ ἡγεμὼν
σφῷν αὖ πέφασμαι καινὸς, ὥσπερ σφὼ πατρί
Χωρεῖτε, καὶ μὴ ψαύετ', ἀλλ' ἐᾶτέ με
αὐτὸν τὸν ἱρὸν τύμβον ἐξευρεῖν, ἵνα
μοῖρ' ἀνδρὶ τῷδε τῇδε κρυφθῆναι χθονί.
Τῇδ', ὧδε, τῇδε βᾶτε. Τῇδε γάρ μ' ἄγει
Ἑρμῆς ὁ πομπὸς ἥ τε νερτέρα θεός.
Ὦ φῶς ἀφεγγὲς, πρόσθε ποὺ ποτ' ἦσθ' ἐμὸν,
νῦν δ' ἔσχατόν σου τοὐμὸν ἅπτεται δέμας.
Ἤδη γὰρ ἕρπω τὸν τελευταῖον βίον
κρύψων παρ' Ἅιδην. Ἀλλὰ, φίλτατε ξένων,
αὐτός τε χώρα θ' ἥδε πρόσπολοί τε σοὶ
εὐδαίμονες γένοισθε, κἀπ' εὐπραξίᾳ
μέμνησθέ μου θανόντος εὐτυχεῖς ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ θέμις ἐστί μοι τὰν ἀφανῆ θεὸν Στρ.
καὶ σὲ λιταῖς σεβίζειν,
ἐννυχίων ἄναξ,
Αἰδωνεῦ Αἰδωνεῦ, λίσσωμαι,
ἐπιπόνῳ μήτ' ἐπὶ βαρυαχεῖ
ξένον ἐξανύσαι
μόρῳ τὰν παγκευθῆ κάτω
νεκρῶν πλάκα καὶ Στύγιον δόμον.

ŒDIPUS.

Continuata identidem tonitrua, crebraque me *comminent* invictæ manus fulgurantia tela.

THESEUS.

Fidem mihi facis : nam multa te vaticinari intelligo, eaque non falsa. Proinde quod facto opus sit declara.

ŒDIPUS.

Ego docebo, o nate Ægei, quæ rata huic urbi nullo consenescent ævo.

Ad locum enim ipse mox præibo, nemine manu ducente, ubi me oportet mori. Eum autem (*sepulturæ locum, i.e. meum corpus*) indica mortalium nemini unquam nec ubi latet, nec in qua situs est regione; ut is tibi multorum vice clypeorum, externorumque subsidio arcessitorum militum, contra vicinos sit semper præsidio.

Quæ vero piaculum est nec licet dicere, tu disces, ubi solus illuc veneris. Nam neque civium horum ulli dixero, neque filiabus meis, etsi eas diligo.

Sed tu solus ea *memoria* serva, quumque ad finem vitæ perveneris, nobilissimo soli (*regni hæredi*) aperi; ille vero ei semper qui deinceps regnaturus est (*quisque successori suo*) indicet.

Et sic urbem hanc habitabis viris *draconis dentibus* satis (*Thebanis*) inexpugnabilem. Quippe civitates plerasque, etiamsi quis eas bene regat, facile rapiuntur in contumeliam.

Dii enim bene quidem, at tarde intuentur, quum quis spreta numinis religione ad furorem vertitur; quod, o nate Ægei, noli unquam admittere.

Sed hæc nos scientem edocemus. Locum vero, urget enim me præsens a deo impetus, adeamus jam, nec amplius cunctemur.

O filiæ, hac sequimini : ego enim dux vobis vicissim fio novus, ut ipsæ patri.

Ingredimini, et ne me attingite (*ducendi causa*), sed sinite solum me invenire sacrum tumulum, ubi fatale est me hac terra condi.

Ea, — huc — ea pergite : ea enim me ducit Mercurius *animarum* deductor, et inferna dea.

O lux obscura (*cujus splendore careo*), antea quidem mea eras, at nunc ultimum te contingit corpus meum. Jam enim abeo supremum vitæ *diem* conditurus apud Orcum.

At, o carissime hospitum, ipseque et hæc terra, tuique parentes imperio, fortunati sitis, et in rebus prosperis celebre memores mei mortui felicitate fruentes perpetua.

CHORUS.

Si fas est mihi in tenebris latentem deam, et te precibus venerari, rex Manium, Aidoneu, Aidoneu, precabor,

ut nec laboriosa, nec mœsta morte confectus hospes, adeat infera mortuorum arva, quibus conduntur omnes, Stygiamque domum.

Πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν
πημάτων ἰκνουμένων,
πάλιν σφε δαίμων δίκαιος αὔξοι.

Ὦ χθόνιαι θεαὶ, σῶμά τ' ἀνικάτου Ἀντιστρ.
θηρὸς, ὃν ἐν πύλαισι
φασὶ πολυξέστοις
εὐνᾶσθαι κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων
ἀδάματον φύλακα παρ' Ἀΐδᾳ
λόγος αἰὲν ἔχει·
ὅν, ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου,
κατεύχομαι ἐν καθαρῷ βῆναι
ὁρμωμένῳ νερτέρας
τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας.
Σέ τοι κικλήσκω τὸν αἰένυπνον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἄνδρες πολῖται, ξυντομωτάτως μὲν ἂν
τύχοιμι λέξας Οἰδίπουν ὀλωλότα·
ἃ δ' ἦν τὰ πραχθέντ' οὔθ' ὁ μῦθος ἐν βραχεῖ
φράσαι πάρεστιν οὔτε τἄργ' ὅσ' ἦν ἐκεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὤλωλε γὰρ δύστηνος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς λελοιπότα
κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.

ΧΟΡΟΣ.

Πῶς; ἆρα θείᾳ κἀπόνῳ τάλας τύχῃ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τοῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον.
Ὡς μὲν γὰρ ἐνθένδ' εἶρπε, καὶ σύ που παρὼν
ἔξοισθ', ὑφηγητῆρος οὐδενὸς φίλων,
ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος·
ἐπεὶ δ' ἐφῖκτο τὸν καταρράκτην ὁδὸν
χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένον,
ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστων μιᾷ,
κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως
Περίθου τε κεῖται πίστ' ἀεὶ ξυνθήματα·
ἀφ' οὗ μέσος στὰς τοῦ τε Θορικίου πέτρου
κοίλης τ' ἀχέρδου κἀπὸ λαΐνου τάφου,
καθέζετ'· εἶτ' Ὧυσε δυσπινεῖς στολάς.
Κἄπειτ' ἄυσας παῖδας ἠνώγει ῥυτῶν
ὑδάτων ἐνεγκεῖν λουτρὰ καὶ χοάς ποθεν·
τὼ δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον
πάγον μολούσα τάσδ' ἐπιστολὰς πατρὶ
ταχεῖ πόρευσαν ξὺν χρόνῳ, λουτροῖς τέ νιν
ἐσθῆτί τ' ἐξήσκησαν ἣ νομίζεται.
Ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονὴν
κοὐκ ἦν ἔτ' ἀργὸν οὐδὲν ὧν ἐφίετο,
κτύπησε μὲν Ζεὺς χθόνιος, αἱ δὲ παρθένοι
βίγησαν, ὡς ἤκουσαν· ἐς δὲ γούνατα
πατρὸς πεσοῦσα κλαῖον, οὐδ' ἀνίεσαν
στέρνων ἀραγμοὺς οὐδὲ παμμήκεις γόους.
Ὁ δ' ὡς ἤκουέι φθόγγον ἐξαίφνης πικρὸν,
πτύξας ἐπ' αὐταῖς χεῖρας εἶπεν, Ὦ τέκνα,
οὐκ ἔστ' ἔθ' ὑμῖν τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ πατήρ.

Multis temere (*nulla tua culpa*) contractis malis urgentibus, rursus eum justum dei numen sua augebit ope.

O infernæ deæ, invictæque belluæ corpus, quam ad postes multum politos excubare ac gannire ex antro fama obtinet semper, indomitam apud Orcum custodem,

quam, o Terræ Tartarique progenies (*Mors*), precor de via cedere hospiti properanti ad infernas Manium oras, te, inquam, appello, quæ æternum sopis.

NUNTIUS.

O cives, quam brevissimis verbis dixero, occidisse Œdipum: quæ vero acciderunt, nec orationis facultas breviter dicendi adest, nec tanta *quanta* ibi erant facta, *brevitatem narrandi ferunt*.

ŒDIPUS.

Nempe periit infelix ille?

NUNTIUS.

Vita, quam infinitam degit, decessisse scias.

ŒDIPUS.

Quomodo? num divina ope, facilique casu?

NUNTIUS.

Hoc quidem jam etiam admiratione dignum est. Quo enim modo hinc abierit, et tu, qui aderas, nosti, nemine amicorum ductore, sed ipse nos omnes ducens.

Ubi vero pervenit abruptæ ad voraginis limen, æreis gradibus ima ab terra substructum constitit in una ex viis varie discissis (*diversis*), prope cavum cratera, ubi Thesei Pirithoique manent fidorum semper fœderum monumenta:

cujus loci, Thoriciæque petræ, cavæque silvestris piri, et lapidei tumuli in medio consedit: deinde exuit squalidas vestes:

tum advocatis filiabus, jussit alicunde sibi afferrent vivæ aquæ lavacra et libamina:

illæ autem frugiferæ Cereris in conspicuum collem profectæ, patris ea mandata celeriter exsequuntur, ipsumque lavacris de more (*mortuorum*) et veste exornant.

Quum autem omni peracto lætus esset officio, nec erat quidquam infectum eorum quæ mandaverat, intonuit quidem Jupiter inferus, metuque diriguerunt virgines, ut audierunt, tum patris ad genua prolapsæ, lacrimas fudere, neque intermiserunt planctus, gemitusque alta voce editos.

Ille vero, ut sonum derepente audiit acerbum, amplexus eas lacertis, dixit:

O filiæ, non amplius est vobis hac die pater;

Ὤλωλε γὰρ δὴ πάντα τἀμά, κοὐκ ἔτι
τὴν δυσπόνητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν·
σκληρὰν μέν, οἶδα, παῖδες· ἀλλ' ἓν γὰρ μόνον
τὰ πάντα λύει ταῦτ' ἔπος μοχθήματα.
Τὸ γὰρ φιλεῖν οὐκ ἔστιν ἐξ ὅτου πλέον
ἢ τοῦδε τἀνδρὸς ἔσχεθ', οὗ τητώμεναι
τὸ λοιπὸν ἤδη τὸν βίον διάξετον.
Τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφιχείμενοι
λύγδην ἔκλαιον πάντες. Ὡς δὲ πρὸς τέλος
γόων ἀφίκοντ' οὐδ' ἔτ' ὠρώρει βοή,
ἦν μὲν σιωπή· φθέγμα δ' ἐξαίφνης τινὸς
θώϋξεν αὐτὸν, ὥστε πάντας ὀρθίας
στῆσαι φόβῳ δείσαντας ἐξαίφνης τρίχας.
Καλεῖ γὰρ αὐτὸν πολλὰ πολλαχῇ θεός·
Ὦ οὗτος οὗτος, Οἰδίπους, τί μέλλομεν
χωρεῖν; πάλαι δὴ τἀπὸ σοῦ βραδύνεται.
Ὁ δ' ὡς ἐπῄσθετ' ἐκ θεοῦ καλούμενος,
αὐδᾷ μολεῖν οἱ γῆς ἄνακτα Θησέα.
Κἀπεὶ προσῆλθεν, εἶπεν, Ὦ φίλον κάρα,
δός μοι χερὸς σῆς πίστιν ἀρχαίαν τέκνοις
ὑμεῖς τε, παῖδες, τῷδε· καὶ καταίνεσον
μήποτε προδώσειν τάσδ' ἐκὼν, τελεῖν δ' ὅσ' ἂν
μέλλῃς φρονῶν εὖ ξυμφέροντ' αὐταῖς ἀεί.
Ὁ δ', ὡς ἀνὴρ γενναῖος, οὐκ οἴκτου μέτα
κατήνεσεν τάδ' ὅρκιος δράσειν ξένῳ.
Ὅπως δὲ ταῦτ' ἔδρασεν, εὐθὺς Οἰδίπους
ψαύσας ἀμαυραῖς χερσὶν ὧν παίδων λέγει,
Ὦ παῖδε, τλάσα χρὴ τὸ γενναῖον φρενὶ
χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε, μηδ' ἃ μὴ θέμις
λεύσσειν δικαιοῦν, μηδὲ φωνούντων κλύειν.
Ἀλλ' ἕρπετ' ὡς τάχιστα· πλὴν ὁ κύριος
Θησεὺς παρέστω μανθάνων τὰ δρώμενα.
Τοσαῦτα φωνήσαντος εἰσηκούσαμεν
ξύμπαντες· ἀστακτὶ δὲ σὺν ταῖς παρθένοις
στένοντες ὠμαρτοῦμεν. Ὡς δ' ἀπῆλθομεν,
χρόνῳ βραχεῖ στραφέντες, ἐξαπείδομεν
τὸν ἄνδρα, τὸν μὲν οὐδαμοῦ παρόντ' ἔτι,
ἄνακτα δ' αὐτὸν ὀμμάτων ἐπίσκιον
χεῖρ' ἀντέχοντα κρατὸς, ὡς δεινοῦ τινὸς
φόβου φανέντος οὐδ' ἀνασχετοῦ βλέπειν.
Ἔπειτα μέντοι βαιὸν, οὐδὲ σὺν χρόνῳ,
ὁρῶμεν αὐτὸν γῆν τε προσκυνοῦνθ' ἅμα
καὶ τὸν θεῶν Ὄλυμπον ἐν ταὐτῷ λόγῳ.
Μόρῳ δ' ὁποίῳ κεῖνος ὤλετ' οὐδ' ἂν εἷς
θνητῶν φράσειε, πλὴν τὸ Θησέως κάρα.
Οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ
κεραυνὸς ἐξέπραξεν οὔτε ποντία
θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ,
ἀλλ' ἤ τις ἐκ θεῶν πομπὸς, ἢ τὸ νερτέρων
εὔνουν διαστὰν γῆς ἀλάμπετον βάθρον.
Ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς οὐδὲ σὺν νόσοις
ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετ', ἀλλ' εἴ τις βροτῶν
θαυμαστός. Εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν,
οὐκ ἂν παρείμην οἵστι μὴ δοκῶ φρονεῖν.

periere enim omnia mea, nec amplius laboriosam habebitis mei alendi curam : duram quidem, novi, filiæ; sed enim una hæc res mollit quidquid id est molestiæ :

nam nemo est, qui vos majore, quam ego, prosecutus sit amore, quo jam orbatæ in posterum vitam exigetis.

Hunc ad modum se invicem amplexi flebant omnes crebris singultibus.

Ubi autem ejulari desierunt, nec ulla amplius edebatur vox, erat quidem silentium, quum subito exaudita vox quædam illum vocavit, cujus metu percussis cunctis subito arrectæ steterunt comæ : multum enim multisque modis vocabat eum deus :

Heus, heus, Œdipe, quid cunctamur ire? jam pridem tu in mora es.

Ille vero simulac sensit se a deo vocari, jubet ad se venire terræ regem Thesea; qui ubi accessit, dixit :

O carum caput, da mei causa dextræ tuæ antiquam fidem (i. e. *jam dudum spectatam*) *filiabus meis, neque vicissim, o natæ, huic date : atque fidem tuæ obstringe, te nunquam eas sponte proditurum, sed effecturum semper quæcunque mente benevola ex usu earum fore cognosces.*

Ille vero absque lamentis, ut vir generosus, juramento promisit hospiti se illa præstiturum.

Quæ quum is fecisset, protinus Œdipus obscuris (*incertis*) manibus amplexus filias suas, ait :

O natæ, id quod generosum est animo subeundum, oportet vos hisce ex locis abire, neque, quæ nefas, postulare ut videatis, neque colloquentes nos ut audiatis, sed abite quam celerrime : adsit tantum Theseus, cui quem hæc solum pertinent, ut, quæ gerantur, noscat.

Talia loquentem exaudivimus simul omnes : multisque cum lacrimis, gementesque una cum puellis abscessimus digressique quum paulo post respeximus, vidimus eum quidem virum nullibi amplius adesse, ipsum autem regem obtenta capiti manu oculos obumbrantem, tanquam terribili aliqua objecta specie, cujus visum sustinere non posset.

Denique haud longo post tempore videmus eum terræ simul adorantem, eademque prece deorum *patrem* Olympum (*Uranum*).

At quo fato ille obierit, ne unus quidem mortalium dixerit, præter Thesei caput.

Neque enim illum Jovis igniferum fulmen confecit, neque marina quæpiam procella, tunc temporis coorta; sed aut ductor aliquis a diis missus, aut hiantia amica inferorum terræ spatia tenebricosa.

Haud enim vir ille gemebundus, nec morbi cum doloribus demissus est *Orco*, sed, si quis mortalium, dignus admiratione.

Hæc si videar minus sana mente dicere, quibus videor insanire, eos ad meas partes trahere (*iis persuadere*) non studebo.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῦ δ' αἵ τε παῖδες χοἱ προπέμψαντες φίλων;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αἵδ' οὐχ ἑκάς. Γόων γὰρ οὐκ ἀσήμονες
ὀθόγγοι σφε σημαίνουσι δεῦρ' ὁρμωμένας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἰαῖ, ἔστιν ἔστι νῷν δὴ Στρ. α'.
οὐ τὸ μὲν, ἄλλο δὲ μὴ, πατρὸς ἔμφυτον
ἄλαστον αἷμα δυσμόροιν στενάζειν,
ὥτινι τὸν πολὺν
ἄλλοτε μὲν πόνον ἔμπεδον εἴχομεν,
ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παροίσομεν
ἰδόντε καὶ παθούσα.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἔστιν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἔστιν μὲν εἰκάσαι, φίλοι.

ΧΟΡΟΣ.

Βέβηκεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὡς μάλιστ' ἂν εἰ πόθῳ λάβοις.

Τί γὰρ, ὅτῳ μήτ' Ἄρης
μήτε πόντος ἀντέκυρσεν,
ἄσκοποι δὲ πλάκες ἔμαρψαν
ἐν ἀφανεῖ τινι μόρῳ φερόμενον.
Τάλαινα· νῷν δ' ὀλεθρία
νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβακε.
Πῶς γὰρ ἤ τιν' ἀπίαν γᾶν
ἢ πόντιον κλύδων' ἁλώμεναι βίου
δύσοιστον ἕξομεν τροφάν;

ΙΣΜΗΝΗ.

Οὐ κάτοιδα. Κατά με φόνιος
Ἅιδας ἕλοι πατρὶ
τἀλαιναν· ὡς ἔμοιγ' ὁ μέλλων βίος οὐ βιωτός.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ διδύμα τέκνων ἄριστα,
τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς
μηδὲν ἄγαν φλέγεσθον· οὔ τοι κατάμεμπτ' ἔβητον.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πόθος καὶ κακῶν ἆρ' ἦν τις. Ἀντ. α'.
καὶ γὰρ δὴ μηδαμὰ δὴ τὸ φίλον, φίλον·
ὅπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.
Ὦ πάτερ, ὦ φίλος,
ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος·
οὐδὲ γὰρ ὢν ἀφίλητος ἐμοί ποτε
καὶ τᾷδε μὴ κυρήσῃς.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔπραξεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἔπραξεν οἷον ἤθελεν.

ΧΟΡΟΣ.

Τὸ ποῖον;

CHORUS.

Ubi vero sunt puellæ, quique eas deduxerunt amici?

NUNTIUS.

Illæ non longe absunt : clari enim lamentorum soni huc eas accedentes indicant.

ANTIGONE.

Væ Væ! Licet, licet nobis jam non in hoc quidem, in alio autem non (*sed in rebus omnibus*) patris insitum infandum sanguinem miseris gemere, cujus gratia multum illum laborem alio quidem tempore perpetuo perferebamus ; ad extremum denique iis, quæ vidimus, expertique sumus, ultra *pristina mala* abripiemur *ad* inexputabilia *usque*.

CHORUS.

Quidnam id est?

ANTIGONE.

Conjectura quidem id assequi licet, amici.

CHORUS.

Obiitne?

ANTIGONE.

Obiit quo modo maxime *mortem accipias*, si exoptatam accipias.

Quid enim? utpote in quem nec Mars, nec pontus irruit; sed quæ oculos fugiunt, inferorum loca eum ablatum absorpserunt incomperto leti genere.

Me miseram! nobis autem exitialis nox oculis oboritur.

Qui enim longinqua aliqua in ora, aut marino salo vagantes, vitam perpessu gravem (*illætabilem*) vivemus?

ISMENE.

Nescio. Utinam me sanguinolentus Orcus una cum patre abripiat! mihi enim, quæ instat, vita non est vitalis.

CHORUS.

O geminæ filiarum optimæ, quod fors dei fausta fert, ne nimis defleatis luctu : non enim ea, quam vituperetis, fortuna usæ estis (*amisso patre, qui naturæ lege jam vita decedere debebat*).

ANTIGONE.

Ergo etiam malorum aliquod erat desiderium! Nam *etiam* quod minime id erat quod gratum esset, gratum est, quandoquidem etiam illum manibus fovebam (*virum cæcum et malis oppressum sedulo curabam*).

O pater, o care *pater*, o qui æternas sub terra tenebras induisti, non erit ut unquam mihi istique (*Ismenæ*) non amatus sis.

CHORUS.

Perfecit igitur —

ANTIGONE.

Perfecit quod voluit.

CHORUS.

Quale id *est?*

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἃς ἔχρηζε γᾶς ἐπὶ ξένας
ἔθανε· κοίταν δ' ἔχει
νέρθεν εὐσκίαστον αἰὲν,
οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυτον.
Ἀνὰ γὰρ ὄμμα σε τόδ', ὦ πάτερ, ἐρεῦν
στένει δακρῦον, οὐδ' ἔχω
πῶς με χρὴ τὸ σὸν τάλαιναν
ἀφανίσαι τοσόνδ' ἄχος. *
* * * * * Ἀλλ'
ἔρημος ἔθανες ὧδέ μοι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ τάλαινα, τίς ἄρα με πότμος
* * * *
ἐπαμμένει σέ τ', ὦ φίλα, τὰ πατρὸς ὧδ' ἑρήμα;

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἐπεὶ ὀλβίως γ' ἔλυσεν
τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου,
λήγετε τοῦδ' ἄχους· κακῶν γὰρ δυσάλωτος οὐδείς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πάλιν, φίλα, συθῶμεν. Στρ. β'.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὡς τί ῥέξομεν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἵμερος ἔχει με

ΙΣΜΗΝΗ.

Τίς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τὰν χθόνιον ἑστίαν ἰδεῖν

ΙΣΜΗΝΗ.

Τίνος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πατρὸς, τάλαιν' ἐγώ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Θέμις δὲ πῶς τάδ' ἐστί; μῶν
οὐχ ὁρᾷς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί τόδ' ἐπέπληξας;

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ τόδ', ὡς

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί τόδε μάλ' αὖθις;

ΙΣΜΗΝΗ.

ἄταφος ἔπιτνε δίχα τε παντός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἄγε με, καὶ τότ' ἐπενάριξον.

ΙΣΜΗΝΗ.

Αἰαῖ, δυστάλαινα, ποῖ δῆτ'
αὖθις ὧδ' ἔρημος ἄπορος
αἰῶνα τλάμον' ἕξω;

ΧΟΡΟΣ.

Φίλαι, τρέσητε μηδέν. Ἀντ. β'.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλὰ ποῖ φύγω;

ANTIGONE.

Qua cupiit, hospita in terra mortuus est, opertumque perenni umbra sub humo cubile habet; nec luctum reliquit indefletum (*nullum*).

Namque te, o pater, hic meus oculus lacrimis plorat stillantibus; neque habeo misera, quo queam tam acerbum tui desiderium abolere. * * * *

Verum ita mihi desertus mortuus es.

ISMENE.

O misera! quæ me fortuna jam * * * manet, teque, o cara, sic patre orbatas?

CHORUS.

Sed quandoquidem ultimum saltem vitæ diem feliciter composuit, desinite sic lugere, o caræ; miseriarum enim nemo immunis est.

ANTIGONE.

Retro abscedamus, soror.

ISMENE.

Quidnam facturæ?

ANTIGONE.

Desiderium me cepit —

ISMENE.

Quodnam?

ANTIGONE.

inferam aram (*sepulcrum*) videndi —

ISMENE.

Cujus?

ANTIGONE.

patris. Heu me miseram!

ISMENE.

Qui vero fas sit *eo accedere*? nonne vides (non *fas esse*)?

ANTIGONE.

Quid hoc increpas?

ISMENE.

Et illud, quod —

ANTIGONE.

Quid hoc mihi rursus *increpas*?

ISMENE.

insepultus et seorsum a quovis alio e medio sublatus est.

ANTIGONE.

Duc me, tumque *illi me* victimam adde insuper.

ISMENE.

Hei mihi miserrimæ! ubinam, queso, rursus sic desertæ consiliique inops, vitam aerumnosam exigam?

CHORUS.

Caræ puellæ, ne quid metuatis.

ANTIGONE.

At quo fugiam?

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πάρος ἀπέφυγε

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί;

ΧΟΡΟΣ.

τὸ σφῷν τὸ μὴ πίτνειν κακῶς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Φρονῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δῆθ' ὑπερνοεῖς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅπως μολούμεθ' ἐς δόμους
οὐκ ἔχω.

ΧΟΡΟΣ.

Μηδέ γε μάτευε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μόγος ἔχει.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ πάρος ἐπεῖχε.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τοτὲ μὲν ἄπορα, τοτὲ δ' ὕπερθεν.

ΧΟΡΟΣ.

Μή' ἄρα πέλαγος ἐλάχετόν τι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Αἰαῖ, ποῦ μόλωμεν, ὦ Ζεῦ;
ἐλπίδων γὰρ ἐς τί με
δαίμων τανῦν γ' ἐλαύνει;

ΘΗΣΕΥΣ.

Παύετε θρῆνον, παῖδες. Ἐν οἷς γὰρ
χάρις ἡ χθονία ξύν' ἀπόκειται
πενθεῖν οὐ χρὴ· νέμεσις γάρ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ τέκνον Αἰγέως, προσπίτνομέν σοι.

ΘΗΣΕΥΣ.

Τίνος, ὦ παῖδες, χρείας ἀνύσαι;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τύμβον θέλομεν προσιδεῖν αὐταὶ
πατρὸς ἡμετέρου.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ἀλλ' οὐ θεμιτόν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Πῶς εἶπας, ἄναξ, κοίραν' Ἀθηνῶν;

ΘΗΣΕΥΣ.

Ὦ παῖδες, ἀπεῖπεν ἐμοὶ κεῖνος
μήτε πελάζειν ἐς τούσδε τόπους
μήτ' ἐπιφωνεῖν μηδένα θνητῶν
θήκην ἱερὰν, ἣν κεῖνος ἔχει.
Καὶ ταῦτά μ' ἔφη πράσσοντα καλῶς
χώραν ἕξειν αἰὲν ἄλυπον.
Ταῦτ' οὖν ἔκλυεν δαίμων ἡμῶν
χὠ πάντ' ἀΐων Διὸς ὅρκος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' εἰ τάδ' ἔχει κατὰ νοῦν κείνῳ,
ταῦτ' ἂν ἀπαραιῶ· θήβας δ' ἡμᾶς

CHORUS.

Etiam jam antea effugit —

ANTIGONE.

Quid?

CHORUS.

res vestra quin male cadat.

ANTIGONE.

Cogito —

CHORUS.

Quid insuper (*ultra quam fas sit*) meditaris?

ANTIGONE.

Quomodo domum redeamus, non habeo.

CHORUS.

Ne quære quidem.

ANTIGONE.

Malis teneor.

CHORUS.

Etiam antea urgebant.

ANTIGONE.

Nunc inextricabilia, nunc etiam amplius.

CHORUS.

Vastum sane aliquod mare *malorum* sortiti estis.

ANTIGONE.

Heu, heu! quo ibimus, o Jupiter? ad quid enim spei nos deus nunc impellit?

THESEUS.

Parcite lugere, puellæ : nam in quibus rebus publica civitati gratia communiter sita est, non est lugendum : haud enim fas est.

ANTIGONE.

O nate Ægei, ad tua accidimus genus.

THESEUS.

Cujus rei desiderium, o puellæ, *vobis* ut expleam?

ANTIGONE.

Tumulum patris nostri ipsæ contueri cupimus.

THESEUS.

At fas non est.

ANTIGONE.

Quid ais, o rex, Athenarum dominator?

THESEUS.

O puellæ, interdixit mihi ille, ne quis hos adeat locos neve compellet quisquam mortalium *sacrum* quo ille tenetur.

Quæ si observarem, dixit me terram hanc prospere sempes habiturum incolumem.

Horum itaque nobis conscius est deus, et, quod omnia exaudit, Jusjurandum Jovis.

ANTIGONE.

At hæc si illi placent, iis nos acquiescere par est.

τὰς ὠγυγίους πέμψον, ἐάν πως
διακωλόσωμεν ἰόντα φόνον
τοῖσιν δμαίμοις.

ΘΗΣΕΥΣ.

Δράσω καὶ τάδε καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἂν
μέλλω πράσσειν πρόσφορά θ' ὑμῖν
καὶ τῷ κατὰ γῆς, ὃς νέον ἔρρει,
πρὸς χάριν, οὗ δεῖ μ' ἀποκάμνειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἀποπαύετε μηδ' ἐπὶ πλείω
θρῆνον ἐγείρετε.
Πάντως γὰρ ἔχει τάδε κῦρος.

Nos autem Thebas deduc Ogygias (*antiquissimas*), si qua forte fratribus imminentem necem prohibere possimus.

THESEUS.

Faciam et hæc, et quæcunque alia vobis utilia, eique grata facere possim, qui nuper occubuit, in iis defatigari me non decet.

CHORUS.

Sed jam quiescite, neu ultra fletum lugubrem suscitate.
Hæc enim omnino sunt rata.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΧΟΡΟΣ.
ΚΡΕΩΝ.
ΦΥΛΑΞ.
ΑΙΜΩΝ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΥΡΥΔΙΚΗ.
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ
οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.
Καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασι πανδήμῳ πόλει
κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;
ἔχεις τι κεἰσήκουσας; ἤ σε λανθάνει
πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά;

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος, Ἀντιγόνη, φίλων
οὔθ' ἡδὺς οὔτ' ἀλγεινὸς ἵκετ' ἐξ ὅτου
δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο,
μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί·
ἐπεὶ δὲ φροῦδός ἐστιν Ἀργείων στρατὸς
ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον,
οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον οὔτ' ἀτωμένη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἤδη καλῶς, καί σ' ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν
τοῦδ' οὕνεκ' ἐξέπεμπον, ὡς μόνη κλύοις.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ γὰρ τάφου νῷν τὼ κασιγνήτω Κρέων
τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει;
Ἐτεοκλέα μὲν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ
ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς,
τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
τάφῳ καλύψαι μηδὲ κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.
Τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντά σοι
κἀμοὶ, λέγω γὰρ κἀμὲ, κηρύξαντ' ἔχειν,
καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσιν
σαφῆ προκηρύξοντα, καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
— sequebatur χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονός.

ANTIGONE.

DRAMATIS PERSONÆ.

ANTIGONE.
ISMENE.
CHORUS.
CREON.
CUSTOS.
HÆMON.
TIRESIAS.
NUNTIUS.
EURYDICE.
NUNTIUS EX DOMO.

ANTIGONE.

O commune germanum Ismenes caput, nostin' Jovem malorum, quæ ab Œdipo oriuntur, nihil viventibus nobis non perficere? nihil enim nec acerbum, nec absque noxa vel turpe vel ignominiosum est (*nec ulla immerita est vel turpitudo vel ignominia*), quod inter tua mala meaque non viderim.

Et nunc quid illud est rursus, quod ab *urbis* rectore aiunt universis civibus nuper propositum fuisse edictum? tenesne, et inaudisti quidpiam? an te latet grassari in amicos mala, quæ hostis ab hoste perpeti solet (*insepultum feris objici*)?

ISMENE.

Ad me quidem, Antigona, haud ullus perlatus est de amicis sermo, nec lætus, nec tristis, ex quo fratribus ambæ sumus orbatæ duobus, una die peremptis duplici (*mutua*) manu:

postquam vero Argivorum exercitus hac ipsa nocte abiit, nihil novi ulterius, nec feliciorem me factam esse, neque infeliciorem.

ANTIGONE.

Pulchre id noram (*nihil te audivisse*): quocirca te foras prodire jussi, ut sola audires.

ISMENE.

Quid est? æstuas enim manifeste, aliquid volvens animo.

ANTIGONE.

Nonne enim nobis Creon, decreto fratrum alteri sepulturæ honore, alterum eo privat indignis modis?

Eteoclem quidem, ut aiunt, jure condidit *humo*, inferis honoratum Manibus: misere autem mortui Polynicis cadaver civibus fertur edixisse ne quis sepulcro contegat, neque adeo lamentetur; sinant vero indefletum, insepultum, alitibus gratum thesaurum conspicatis ad vescendum ut volupe est.

Talia dicunt bonum Creonta tibi mihique, nam me quoque dico, edixisse: et huc venire, ut hæc ipsa, si qui forte ignorent, clare pronuntiet, hancque rem non depulsus justo et lege, humo.

οὐχ ὡς παρ' οὐδὲν, ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ,
φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.
Οὕτως ἔχει σοι ταῦτα, καὶ δείξεις τάχα
εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας εἴτ' ἐσθλῶν κακή.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Εἰ ξυμπονήσεις καὶ ξυνεργάσει σκόπει.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ποῖόν τι κινδύνευμα; ποῦ γνώμης ποτ' εἶ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόρρητον πόλει;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σὸν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς,
ἀδελφόν. Οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οἴμοι· φρόνησον, ὦ κασιγνήτη, πατὴρ
ὡς νῷν ἀπεχθὴς δυσκλεής τ' ἀπώλετο
πρὸς αὐτοφώρων ἁμπλακημάτων, διπλᾶς
ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί·
ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνὴ, διπλοῦν ἔπος,
πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·
τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπαλλήλοιν χεροῖν.
Νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα σκόπει
ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
Ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν γυναῖχ' ὅτι
ἔφυμεν, ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων,
καὶ ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
Ἐγὼ μὲν οὖν αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς
ξύγγνοιαν ἴσχειν, ὡς βιάζομαι τάδε,
τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι. Τὸ γὰρ
περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἂν, εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.
Ἀλλ' ἴσθ' ὁποία σοι δοκεῖ, κεῖνον δ' ἐγὼ
θάψω. Καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν.
Φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα,
ὅσια πανουργήσασ'· ἐπεὶ πλείων χρόνος
ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε.
Ἐκεῖ γὰρ ἀεὶ κείσομαι· σοὶ δ', εἰ δοκεῖ,
τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.

tare *rem* esse nihili : sed quicunque horum quid fecerit, decretum esse ut is a populo lapidibus obruatur. Ita tibi haec se habent : et mox ostendes an generosa sis, an vero ex bonis ignava.

ISMENE.

Quid, o misera, si res in eo est loco, ego vel solvendo vel adstringendo (*faciendo vel non faciendo*) emolumenti capiam?

ANTIGONE.

An operam sis collatura, *meque* adjutura, vide.

ISMENE.

Quonam in molimine? sanane mente es?

ANTIGONE.

An cadaver mea cum manu (*mecum*) sustolles.

ISMENE.

Num illud ergo sepelire cogitas, quod civibus interdictum est?

ANTIGONE.

Meum scilicet, et, si tu *id* nolueris, tuum *sepelire volo* fratrem : nunquam enim proditionis me alligabo.

ISMENE.

O male audax! num Creonte prohibente?

ANTIGONE.

At nullum ei jus est, ut a meis me arceat.

ISMENE.

Hei mihi! tecum reputes, soror, pater ut nobis periit odiosus infamisque, qui postquam ipse sua deprehendit flagitia, propria sibi manu duos oculos effodit : tum illius mater eademque uxor, geminum titulum sustinens, nexis laqueis sibi vitam ademit : tertium vero fratres duo una die, semet occidentes miseri, necem sibi invicem intulere mutuis manibus.

Nunc tandem nos duae solae relictae, considera quanto pejoribus exemplis perituræ simus, si, invita lege, edictum regis vel imperia transgrediamur.

Sed et hoc cogitare oportet, feminas nos esse, haud viris certare pares, tum, quoniam subditae sumus potentioribus, etiam in his rebus obtemperare, aliisque adhuc acerbioribus.

Proinde ego manes inferos *Polynicis* ut veniam dent, precata, quia vi huc compellor, summam rerum obtinentibus morem geram : nam majora viribus aggredi, dementia est.

ANTIGONE.

Neque te jusserim, neque adeo, si etiamnum velis operam conferre, lubens te utar adjutrice : sed ea sis, quæ *esse* velis : illum autem ego sepeliam; quod si fecero, decorum mihi erit mori :

cara cum caro jacebo, pio patrato facinore. Nempe longius est tempus, quo me inferis placere oportet, quam his qui hic (*in terra*) versantur :

illic enim semper jacebo : tu vero, si ita videtur, quæ apud deos sanctissima habentur, aspernare.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι, τὸ δὲ
βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοι· ἐγὼ δὲ δὴ τάφον
χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οἴμοι, ταλαίνης ὡς ὑπερδέδοικά σου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Μή μου προτάρβει· τὸν σὸν ἐξόρθου πότμον.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ
τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε, σὺν δ' αὔτως ἐγώ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴμοι· καταύδα. Πολλὸν ἐχθίων ἔσει
σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.

ΙΣΜΗΝΗ.

Θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλλ' οἷδ' ἀρέσκουσ' οἷς μαλιστ' ἀδεῖν με χρή.

ΙΣΜΗΝΗ.

Εἰ καὶ δυνήσει γ'· ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει ταμηχάνα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ.

Ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν
παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο. Πείσομαι γὰρ οὐ
τοσοῦτον οὐδὲν ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, στεῖχε· τοῦτο δ' ἴσθ', ὅτι
ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀκτὶς ἀελίου, κάλλιστον ἑπταπύλῳ φανὲν Στρ. α'.
Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,
ἐφάνθης ποτ', ὦ χρυσέας ἀμέρας βλέφαρον,
Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα,
τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν ἐκ φῶτα βάντα πανσαγίᾳ,
φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ,
ὃς ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκους
ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων
ὀξέα κλάζων
αἰετὸς ἐς γᾶν ὑπερέπτα,
λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανὸς
πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι. [κύκλῳ Ἀντ. α'.
Στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων φονώσαισιν ἀμφιχανὼν
λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα
ἦιξ, πρίν ποθ' ἁμετέρων αἱμάτων γένυσιν
πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων
πευκάεντ' Ἥφαιστον ἑλεῖν. Τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη

ISMENE.

Non aspernanda habeo : sed invitis civibus quidpiam facere nullo pacto valeo.

ANTIGONE.

Tu quidem ista prætexas; ego vero jam ibo, carissimo fratri tumulum ut excitem.

ISMENE.

Hei mihi, quam male tibi metuo miseræ!

ANTIGONE.

Ne mea causa metuas : res tuas in tuto colloca.

ISMENE.

Hoc saltem inceptum nemini indicaveris; sed clam omnes habe, itidemque ego *habebo*.

ANTIGONE.

Hei mihi! palam eloquitor. Multo invisior eris tacens, nisi omnibus hæc prædicaveris.

ISMENE.

Calidum in rebus horrorem incutientibus cor habes.

ANTIGONE.

At placeo, sat novi, quibus maxime me placere decet.

ISMENE.

Si tu quidem possis (*eo pervenire, ut placeas*); sed majora viribus affectas.

ANTIGONE.

Proinde cessabo, quum nihil potero amplius.

ISMENE.

At, quæ vires excedunt, statim ab initio (*omnino*) sectari non decet.

ANTIGONE.

Si hæc loqueris, mihi quidem odio eris, infensumque tibi merito mortuum habebis.

Sed sine me meamque temeritatem acerba illa pati : nam sane nihil tam dirum patiar, quin decore moriar.

ISMENE.

At si tibi videtur, ito : hoc autem scias, stultam te quidem abire (*ad rem perficiendam*), sed amicis vere amicam.

CHORUS.

O jubar solis, omnium quæ septiportis Thebis prius affulserunt, pulcherrima lux, apparuisti tandem, o aureæ diei oculus,

Dircæa transcendens fluenta; quod in fugam compulsum acutiori freno cursum contendere coegisti insignem candido clypeo virum (*exercitum*) ab Argis egressum cum omni bellico apparatu,

qui contra nostram urbem Polynicis ambiguis exortus (*excitatus*) jurgiis acutum clangens velut aquila in *hanc* terram desuper involavit, nivea tectus ala (*clypeo*), multis cum armis, comantibusque galeis.

Imminens vero tectis *Thebarum*, cædem cupientibus inhians undique cum hastis circa septem portarum ora abiit, priusquam nostro sanguine satiaret malas, et turrium propugnacula piceus Vulcanus corriperet :

tantus a tergo exortus est strepitus Martis, hostili dra-

πάταγος Ἄρεος ἀντιπάλῳ δυσχείρωμα δράκοντι.
Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει, καί σφας ἐσιδὼν
πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους
χρυσοῦ καναχῆς ὑπερόπτας
παλτῷ ῥιπτεῖ πυρὶ βαλβίδων
ἐπ' ἄκρων ἤδη
νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι·
ἀντιτύπᾳ δ' ἐπὶ γᾷ πέσε τανταλωθεὶς Στρ. β'.
πυρφόρος ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ
βακχεύων ἐπέπνει ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.
Εἶχε δ' ἄλλα τὰ μέν, [Ἄρης
ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων μέγας
δεξιόσειρος.
Ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις
ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον
Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη,
πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὦ πατρὸς ἑνὸς
μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν
δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον
κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.
Ἀλλὰ γὰρ ἁ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα Ἀντιστρ. β'.
τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ,
ἐκ μὲν δὴ πολέμων τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν,
θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς [χθων
παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν, ὁ Θήβας δ' ἐλελί-
Βάκχιος ἄρχοι.
Ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας,
Κρέων ὁ Μενοικέως, νεοχμοῖσι θεῶν
ἐπὶ συντυχίαις γωρεῖ τινὰ ὁη
μῆτιν ἐρέσσων, ὅτι σύγκλητον
τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην,
κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν·
ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα
ἔστειλ' ἱκέσθαι, τοῦτο μὲν τὰ Λαΐου
σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη,
τοῦτ' αὖθις, ἡνίχ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,
κἀπεὶ διώλετ', ἀμφὶ τοῖς κείνων ἔτι
παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.
Ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
καθ' ἡμέραν ὤλοντο παίσαντές τε καὶ
πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι,
ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω
γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων.
Ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.
Ἐμοὶ γὰρ ὅστις πᾶσαν εὐθύνων πόλιν
μὴ τῶν ἀρίστων ἅπτεται βουλευμάτων,
ἀλλ' ἐκ φόβου του γλῶσσαν ἐγκλῄσας ἔχει,
κάκιστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·

coni (*Polynici, qui idem ac Thebani insigne labebat*) insuperabilis.

Jupiter enim superbæ linguæ jactantiam impense odit, et eos intuitus multo cum impetu irruentes, auri strepentis contemtor, vibrato dejicit fulmine parantem (*Capaneum* jam summis in metis (*mœnibus*) victoriæ lætum clamorem tollere :

quassatus in terram a qua repercussus est cecidit igifer, qui tunc insano furore debacchans, infestissimorum ventorum flatu anhelabat (*flammam minitabatur impetu ventorum infestissimorum suscitatam, quæ urbem perderet*).

Direxit autem aliorsum hæc, alia vero *mala* aliis inferebat, cunctos deturbans magnus Mavors impetuosus propitiusque *socius*.

Nam septem duces ad septem portas locati pares contra pares, fugatori Jovi dona (*ex quibus tropæa construerentur*) reliquerunt ærea arma, præter miseros illos, qui patre uno matreque una nati, in se utrinque duas hastas vi dirigentes, communis mortis ambo perceperunt partem.

At cum præclaro nomine gaudens Victoria venerit, mutuum ridens equestribus Thebis, jam his ex pectore capite oblivionem, deorumque templa omnia adeamus pervigilibus choreis : ducat autem Bacchus qui Thebas concutit.

Ecce vero urbis rex Creon Menœcei filius, ob recentes casus deorum *invectos* numine accedit, aliquod consilium advolvens (*patefacturus*), quandoquidem conventum hunc seniorum indixit, quos communi præconio arcessivit.

CREON.

Viri, civitatem hanc, quam multis quassarunt fluctibus, jam in tuto dii erexerunt denuo :

vos autem per nuntios jussi seorsum ab omnibus convenire, quia vos novi cum Laii imperium sedulo semper coluisse, tum regnante in urbe a se servata Œdipo, illoque exstincto, erga eorum gnatos, in eadem amplius fide constanti animo permansisse.

Quando igitur illi gemino fato una die periere, mutuis ictibus perempti mutuæ cædis nefario scelere, ego jam imperium omne et solium obtineo, ut qui defunctis cognatus sum proximus.

Fieri autem non potest, ut cujusvis hominis noris animum et mentem et consilia, antequam in administranda rei publicæ et legum exercitatum se exhibuerit.

Quicunque enim civitatem universam regens, non optimis adhæret consiliis, sed formidine aliqua linguam coercuit, is pessimus esse et nunc et olim *mihi* videtur :

καὶ μείζον' ὅστις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας
φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.
Ἐγὼ γάρ, ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί,
οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι τὴν ἄτην ὁρῶν
στείχουσαν ἀστοῖς ἀντὶ τῆς σωτηρίας,
οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς
θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων ὅτι
ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.
Τοιοῖσδ' ἐγὼ νόμοισι τήνδ' αὔξω πόλιν,
καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω
ἀστοῖσι παίδων τῶν ἀπ' Οἰδίπου πέρι·
Ἐτεοκλέα μὲν, ὃς πόλεως ὑπερμαχῶν
ἔθανε τῇδε, πάντ' ἀριστεύσας δόρει,
τάφῳ τε κρύψαι καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι
ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς,
τὸν δ' αὖ ξύναιμον τοῦδε, Πολυνείκη λέγω,
ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
φυγὰς κατελθὼν ἠθέλησε μὲν πυρὶ
πρῆσαι κατάκρας, ἠθέλησε δ' αἵματος
κοινοῦ πάσασθαι, τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν,
τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκήρυκται τάφῳ
μήτε κτερίζειν μήτε κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
καὶ πρὸς κυνῶν ἑδεστὸν αἰσχισθέντ' ἰδεῖν.
Τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα· κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ
τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων·
ἀλλ' ὅστις εὔνους τῇδε τῇ πόλει, θανὼν
καὶ ζῶν ὁμοίως ἐξ ἐμοῦ τιμήσεται.

ΧΟΡΟΣ.

Σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως Κρέον,
τὸν τῇδε δύσνουν κἀς τὸν εὐμενῆ πόλει.
Νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντί που παρεστί σοι
καὶ τῶν θανόντων χὠπόσοι ζῶμεν πέρι.

ΚΡΕΩΝ.

Πῶς ἂν σκοποὶ νῦν εἶτε τῶν εἰρημένων;

ΧΟΡΟΣ.

Νεωτέρῳ τῳ τοῦτο βαστάζειν πρόθες.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' εἰσ' ἕτοιμοι τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δῆτ' ἂν ἄλλο τοῦτ' ἐπεντέλλοις ἔτι;

ΚΡΕΩΝ.

Τὸ μὴ 'πιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος ὃς θανεῖν ἐρᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος· ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων
ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν.

ΦΥΛΑΞ.

Ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο
δύσπνους ἱκάνω κοῦφον ἐξάρας πόδα,
πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις
κύκλῳ κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν.

et quicunque patria sua potiorem judicat amicum, illum nullo in loco pono.

Ego enim, testor Jovem omnia semper cernentem, silere nolim, damnum si videam ingruere civibus loco salutis, nec unquam, si quis patriæ hostis sit, ejus viri amicitiam amplectar : quippe compertum est mihi, hanc *patriam* esse, quæ servat *cives;* quam si rectam (*navis instar*) teneamus, amicos (*quos nemo est, quin quærat*) comparamus nobis.

Talibus ergo placitis *obsecutus* hanc augebo urbem, nuncque horum affinia civibus edicere jussi circa Œdipi filios.

Eteoclem quidem, qui pro hac urbe pugnando, re fortissime gesta, periit, ut cóndant sepulcro, omnibusque condecorent inferiis, quæ strenuorum virorum Manibus demittuntur ;

illius autem fratrem, Polynicem dico, qui ab exsilio redux, úrbem patriam et deos patrios flammis abolere voluit, voluitque sanguinem haurire cognatum, hosque *cives* in servitutem abducere, hunc interdictum est ne quis tumulo mandet, neque defleat, sed sinant insepultum, et corpore ab alitibus canibusque laniato turpatum.

Hæc mea est sententia; nec a me unquam honorem consequentur improbi, qui justis competit (*non eodem quo justi, loco habebuntur improbi*) : sed quicunque benevolus huic urbi est, mortuus et vivus pariter a me honorabitur.

CHORUS.

Hæc tibi placent, Menœcei gnate Creon, circa civitatis hujus hostem, et circa amicum : lege vero uti qualibet penes te est in mortuos et in viventes, quotquot sumus.

CREON.

Quomodo igitur attendatis ut edictum observetur?

CHORUS.

Juniori alicui hoc munus manda.

CREON.

Sed jam constituti sunt cadaveris custodes.

CHORUS.

Quid igitur aliud præter hoc jubeas?

CREON.

Ne permittatis, si qui minus obtemperent.

CHORUS.

Nemo est amens adeo, ut mori cupiat.

CREON.

Est sane *proposita* hæc merces : sed homines sæpe quia sperabant lucrum (lucri spes) perdidit.

CUSTOS.

Haud equidem, o rex, dixero, anhelantem me esse quod citato gressu celeriterque venerim : multas enim expertus sum in deliberando moras, in via subinde me ipsum circumagens ut referrem pedem.

Ψυχὴ γὰρ ἡὖδα πολλά μοι μυθουμένη·
τάλας, τί χωρεῖς οἵ μολὼν δώσεις δίκην;
τλῆμον, μενεῖς αὖ; καὶ τάδ' εἴσεται Κρέων
ἄλλου παρ' ἀνδρός; πῶς σὺ δῆτ' οὐκ ἀλγυνεῖ;
Τοιαῦθ' ἑλίσσων ἦνυτον σχολῇ ταχύς·
χοὔτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά.
Τέλος γε μέντοι δεῦρ' ἐνίκησεν μολεῖν
σοί, κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως.
Τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι πεφαργμένος,
τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μάρσιμον.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἐστὶν ἀνθ' οὗ τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν;

ΦΥΛΑΞ.

Φράσαι θέλω σοι πρῶτα τἀμαυτοῦ. Τὸ γὰρ
πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ' οὔτ' εἶδον ὅστις ἦν ὁ δρῶν·
οὐδ' ἂν δικαίως ἐς κακὸν πέσοιμί τι.

ΚΡΕΩΝ.

Εὖ γε στοχάζει κἀποφάργυσαι κύκλῳ
τὸ πρᾶγμα. Δηλοῖς δ' ὡς τι σημανῶν νέον.

ΦΥΛΑΞ.

Τὰ δεινὰ γάρ τοι προστίθησ' ὄκνον πολύν.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει;

ΦΥΛΑΞ.

Καὶ δὴ λέγω σοι. Τὸν νεκρόν τις ἀρτίως
θάψας βέβηκε κἀπὶ χρωτὶ διψίαν
κόνιν παλύνας κἀφαγιστεύσας ἃ χρή.

ΚΡΕΩΝ.

Τί φῄς; τίς ἀνδρῶν ἦν ὁ τολμήσας τάδε;

ΦΥΛΑΞ.

Οὐκ οἶδ'· ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῆδος ἦν
πλῆγμ', οὐ διχέλλης ἐκβολὴ· στύφλος δὲ γῆ
καὶ χέρσος ἀρρὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη
τροχοῖσιν, ἀλλ' ἄσημος οὐργάτης τις ἦν.
Ὅπως δ' ὁ πρῶτος ἡμὶν ἡμεροσκόπος
δείκνυσι, πᾶσι θαῦμα δυσχερὲς παρῆν.
Ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ,
λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὡς ἐπῆν κόνις.
Σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.
Λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοί,
φύλαξ ἐλέγχων φύλακα, κἂν ἐγίγνετο
πληγὴ τελευτῶσ', οὐδ' ὁ κωλύσων παρῆν.
Εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος,
κοὐδεὶς ἐναργὴς, ἀλλ' ἔφευγε πᾶς τὸ μή.
Ἡμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν
τὸ μήτε δρᾶσαι μήτε τῳ ξυνειδέναι
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ.
Τέλος δ' ὅτ' οὐδὲν ἦν ἐρευνῶσιν πλέον,
λέγει τις εἷς, ὃς πάντας ἐς πέδον κάρα
νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν· οὐ γὰρ εἴχομεν
οὔτ' ἀντιφωνεῖν οὔθ' ὅπως δρῶντες καλῶς
πράξαιμεν. Ἦν δ' ὁ μῦθος ὡς ἀνοιστέον

ANTIGONE.

Multa enim secum confabulabatur animus:

Miser, cur tendis eo ubi pœnas dabis, simul ac veneris? at enim resistes miser? et hoc ex quopiam alio resciverit Creon? qui sodes, malum effugies?

Talia volutans animo iter confeci cum tarditate celer, sicque longa fit brevis via.

Postremo vicit, ut huc irem adductus; et quamvis rem nihili sim prolaturus, eloquar tamen; hac enim spe venio munitus, nihil me aliud passurum esse, nisi quod fatale sit.

CREON.

Quidnam est, cur animo ita es anxio?

CUSTOS.

Primum tibi declarare volo quæ ad me attinent: neque enim ipse facti auctor sum, nec adeo qui fecerit vidi: proinde indignus sum qui in malum quodpiam incidam.

CREON.

Caute sane rem circumspicis, et munis undique: videris autem aliquid indicaturus grave.

CUSTOS.

Periculosa enim metum afferunt plurimum.

CREON.

Nonne dices tandem, perfunctusque abibis?

CUSTOS.

Atqui tibi dico: mortuum aliquis modo sepelivit, abiitque, postquam cadaveri aridum injecit pulverem, inferiasque pro more fecit.

CREON.

Quid ais? Quis homo ausus est hæc facere?

CUSTOS.

Nescio: ibi enim neque securi quid erat cæsum, neque ligone effossum; dura sed tellus et aspera, infracta, nec plaustri sulcata rotis, sed facti auctor aliquis obscurus erat (*quem nullo signo argueres*).

Ubi vero nobis rem ostendit primus diurnus speculator, omnibus triste miraculum visum est.

Ille enim non conspiciebatur; nec tamen tumulo conditus erat: sed tenuis superinjectus erat pulvis, ut ab aliquo piaculum fugiente: signa vero neque feræ, neque canis cujusquam apparebant, qui venisset et traxisset cadaver.

Tum acerba dicta inter nos jactari cœperunt, custode custodem arguente; et res tandem ad verbera venisset: nemo enim erat qui coerceret.

Quippe unusquisque *aliis* erat facinoris auctor, nec tamen quisquam manifestus erat: sed quivis a se crimen amoliebatur. Parati quoque eramus candens ferrum manibus tollere, perque flammas transire, et deos adjurare, nos neque fecisse, neque cuiquam esse conscios qui faciem vel meditatus fuerit, vel patraverit.

Denique quum scrutando nihil proficeremus, fari infit unus nostrûm, qui fecit ut metu ad solum omnes capita demiserimus:

nec enim poteramus contradicere, nec *aliud quid excogitare*, quo facto res prospere nobis cederet: sermo autem

σοὶ τοὔργον εἴη τοῦτο κοὐχὶ κρυπτέον.
Καὶ ταῦτ' ἐνίκα, κἀμὲ τὸν δυσδαίμονα
πάλος καθαιρεῖ τοῦτο τἀγαθὸν λαβεῖν.
Πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι.
Στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ, ἐμοί τοι μή τι καὶ θεήλατον
τοὔργον τόδ' ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι.

ΚΡΕΩΝ.

Παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κἀμὲ μειστῶσαι λέγων,
μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα.
Αἴγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτὰ, δαίμονας λέγων
πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι.
Πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην
ἔκρυπτον αὐτὸν, ὅστις ἀμφικίονας
νεοὺς πυρώσων ἦλθε κἀναθήματα
καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν;
ἢ τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰσορᾷς θεούς;
οὐκ ἔστιν. Ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως
ἀνδρες μόλις φέροντες ἐρρόθουν ἐμοὶ,
κρυφῇ κάρα σείοντες· οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ
λόφον δικαίως εἶχον, ὡς στέργειν ἐμέ.
Ἐκ τῶνδε τούτους ἐξεπίσταμαι καλῶς
παρῃγμένους μισθοῖσιν εἰργάσθαι τάδε.
Οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος
κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε. Τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων·
τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγματ' ἵστασθαι βροτῶν·
πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν
καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι.
Ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδε,
χρόνῳ ποτ' ἐξέπραξαν ὡς δοῦναι δίκην.
Ἀλλ' εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας,
εὖ τοῦτ' ἐπίστασ', ὅρκιος δέ σοι λέγω,
εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα τοῦδε τοῦ τάφου
εὑρόντες ἐκφανεῖτ' ἐς ὀφθαλμοὺς ἐμοὺς,
οὐχ ὑμὶν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν
ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσητ' ὕβριν,
ἵν' εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον
τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε, καὶ μάθητ' ὅτι
οὐκ ἐξ ἅπαντας δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.
Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.

ΦΥΛΑΞ.

Εἰπεῖν τι δώσεις; ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκ οἶσθα καὶ νῦν ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;

ΦΥΛΑΞ.

Ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;

ΚΡΕΩΝ.

Τί δὲ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;

ΦΥΛΑΞ.

Ὁ δρῶν σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ.

hic erat : *rem* tibi esse renuntiandam neque celandam.

Atque hæc vicit sententia, ac me infelicem sors damnat, hoc commodum qui auferam.

Adsum autem invitus apud invitos, scio.

Diligit enim nemo malæ rei nuntium.

CHORUS.

Dudum sane, o rex, mente mecum reputo, anne divinitus hæc res contigerit.

CREON.

Desine, priusquam tua loquela etiam me in iram concites, ne insipiens simul et senex deprehendaris.

Dicis enim non toleranda, quum deos dicis hujus mortui curam gerere.

An insigni dignati honore sepultura eum affecerunt, ut bene meritum? illum qui fulta columnis templa cum donariis crematurus venit, terramque eorum et cultum dissecturus?

Num deos vides honore malos prosequi?

Non est. Sed et hæc ægre ferentes cives, dudum obmurmurabant mihi, clam capita quassantes; neque sub jugo cervicem, ut decet, habebant, ut imperio meo acquiescerent.

Ab illis hos (*excubitores*) probe scio mercede inductos hæc perpetrasse.

Nullum enim hominibus damnosius argento ortum est institutum; hoc et urbes devastat, hoc viros submovet domibus, hoc edocet, et bonas pervertit mentes hominum, ut ad turpia facta se applicent,

dolosque monstravit hominibus parare, et quovis impio facinore callere.

At qui mercede accepta hæc perpetrarunt, hoc adepti sunt, ut aliquando daturi sint pœnas.

Verum si quid apud me valet Jovis reverentia, pro certo hoc scias, juratus autem tibi dico, nisi ipsum auctorem hujus sepulturæ inventum produxeritis in conspectum meum, non sola morte defungemini (*etiam aliis pœnis afficiemini*), antequam vivi pendentes hanc indicaveritis injuriam (*eum, qui eam fecerit*), ut edocti lucrum unde petendum, in posterum *inde* rapiatis, et discatis, non qualibet ex re quæstum esse parandum.

Namque ex turpibus lucris plures malo mactatos videas, quam servatos.

CUSTOS.

Loquine mihi quidquam permittes, an conversus sic hinc abibo?

CREON.

Nescisne vel nunc quam moleste loquaris?

CUSTOS.

Auribusne an animo morderis?

CREON.

Quid vero exploras meus ubi situs sit dolor?

CUSTOS.

Facinoris auctor animum tibi contristat, aures ego.

ΚΡΕΩΝ.

Οἷμ' ὡς ἄλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ.

ΦΥΛΑΞ.

Οὔκουν τό γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ ταῦτ' ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς.

ΦΥΛΑΞ.

Φεῦ·
ἦ δεινὸν ᾧ δοκεῖ γε καὶ ψευδῆ δοκεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Κόμψευε νῦν τὴν δόξαν· εἰ δὲ ταῦτα μὴ
φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας, ἐξερεῖθ' ὅτι
τὰ δειλὰ κέρδη πτημονὰς ἐργάζεται.

ΦΥΛΑΞ.

Ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστ'· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ' ἐλθόντα με.
Καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς
σωθεὶς ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.

ΧΟΡΟΣ. [Στρ. α'.

Πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει.
Τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν πόντου χειμερίῳ νότῳ
χωρεῖ, περιβρυχίοισιν
περῶν ὑπ' οἰδμασιν, θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν
ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται, [λεῦον.
ἰλλομένων ἀρότροις ἔτος εἰς ἔτος, ἱππείῳ γένει πο-
Κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει, Λ. α'.
καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη, πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν
σπείραισι δικτυοκλώστοις,
περιφραδὴς ἀνήρ· κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ' [ταῦρον.
ἵππον ἀέξεται ἀμφίλοφον ζυγὸν οὔρεών τ' ἀκμῆτα
Καὶ φθέγμα καὶ ἀνεμόεν φρόνημα καὶ ἀστυνόμους
ὀργὰς ἐδιδάξατο καὶ δυσαύλων [Στρ. β'.
πάγων ὑπαίθρεια καὶ δύσομβρα φεύγειν βέλη·
παντοπόρος ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται
τὸ μέλλον· Ἅδα μόνον φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται·
νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς ξυμπέφρασται. [Ἀντ. β'.
Σοφόν τι τὸ μηχανόεν τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων
ποτὲ μὲν κακὸν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει,
νόμους παραιρῶν χθονὸς θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν.
Ὑψίπολις ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν
ξύνεστι, τόλμας χάριν. Μήτ' ἐμοὶ παρέστιος
γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν ὃς τάδ' ἔρδει.
Ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ
τόδε, πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω
τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην.
Ὦ δύστηνος
καὶ δυστήνου πατρὸς Οἰδιπόδα,
τί ποτ'; οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις
καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

ANTIGONE.

CREON.

Vah! quam manifeste veterator natus es!

CUSTOS.

Certe non qui hoc perpetraverim facinus.

CREON.

Utique argenti cupidine vitam projecisti.

CUSTOS.

Vah! malum est profecto, si quis apud se constituit falsa constituere.

CREON.

De suspicione argutare quantumvis : sed nisi hæc qui fecerint monstrabitis, *experti* fatebimini malis ex lucris damna gigni.

CUSTOS.

Maxime sane velim inveniatur : attamen deprehensus fuerit necne, hoc enim fortuna dijudicabit, non est ut videas tu me huc reversum.

Etenim nunc præter spem opinionemque meam servatus, multas debeo diis gratias.

CHORUS.

Multa quidem sunt mirabilia ; nihil vero homine mirabilius est. Hoc enim (*adeo mirandum humanum genus*) et canum ultra pontum nimboso noto fertur, circumfrementes inter fluctus, supremamque deam, Tellurem immortalem, indefessam, fatigat circumactis aratris per singulos annos, equino genere versans.

Levium etiam genus avium *cassibus* circumventum abducit sævarumque bestiarum sæcla, pontique marinam sobolem retibus fune contextis homo præditus solertia : edomatque artibus agrestem belluam montivagam, jubatumque equum et montanum indefessum taurum jugum subire cogit cervicibus impositum.

Quin linguæ facultatem, mentemque volubilem et civiles mores didicit, tum etiam pruinarum cubantibus gravium imbriumque malorum subdialia tela fugere.

Ad omnia ingeniosus, consilii inops ad nihil, quod est futurum, accedit : solius Orci effugium non adducet *inveniet*) : difficilium tamen morborum remedia excogitavit.

Callens, ultra quam sperari possit, certas quasdam artis machinas, modo pravum, modo bonum sectatur, leges evertens patriæ, deorumque sacrum fas.

Excelsus in civitate, civitate dignus *est* ejici, cui turpitudo adhæret, audaciæ gratia : nec idem mecum tectum subeat, nec mecum idem sentiat, qui se ad hunc modum gerit.

De incredibili hoc ambigo portento, qui contendam, non esse Antigonam hanc, quam *esse* sciam.

O misera, et misero patre Œdipode nata, quidnam istud est?

Anne te isti adducunt regis imperio inobsequentem, et in amenti deprehensam audo?

ΦΥΛΑΞ.

Ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ ξειργασμένη·
τήνδ' εἵλομεν θάπτουσαν. Ἀλλὰ ποῦ Κρέων;

ΧΟΡΟΣ.

Ὅδ' ἐκ δόμων ἄψορρος ἐς δέον περᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ;

ΦΥΛΑΞ.

Ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον.
Ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην· ἐπεὶ
σχολῇ ποθ' ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγὼ,
ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε.
Ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ,
ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος,
κόρην ἄγων τήνδ', ἡ καθηυρέθη τάφον
κοσμοῦσα. Κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἐπάλλετο,
ἀλλ' ἔστ' ἐμὸν θοὔρμαιον, οὐκ ἄλλου, τόδε.
Καὶ νῦν, ἄναξ, τήνδ' αὐτὸς, ὡς θέλεις, λαβὼν,
καὶ κρῖνε καξέλεγχ'· ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών;

ΦΥΛΑΞ.

Αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε. Πάντ' ἐπίστασαι.

ΚΡΕΩΝ.

Ἦ καὶ ξυνίης καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς;

ΦΥΛΑΞ.

Ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν ὃν σὺ τὸν νεκρὸν
ἀπεῖπας. Ἆρ' ἐνδηλα καὶ σαφῆ λέγω;

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ πῶς ὁρᾶται κἀπίληπτος ἠρέθη;

ΦΥΛΑΞ.

Τοιοῦτον ἦν τὸ πρᾶγμ'. Ὅπως γὰρ ἤκομεν,
πρὸς σοῦ τὰ δεῖν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι,
πᾶσαν κόνιν σήραντες ἡ κατεῖχε τὸν
νέκυν, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ,
καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι,
ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλοι πεφευγότες,
ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιρρόθοις
κακοῖσιν, εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου.
Χρόνον τάδ' ἦν τοσοῦτον, ἔστ' ἐν αἰθέρι
μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
καὶ καῦμ' ἔθαλπε· καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς
τυρὸς ἀείρας σκηπτὸν, οὐράνιον ἄχος,
πίμπλησι πεδίον, πᾶσαν αἰκίζων φόβην
ὕλης πεδιάδος, ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας
αἰθήρ· μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.
Καὶ τοῦδ' ἀπαλλαγέντος ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἡ παῖς ὁρᾶται, κἀνακωκύει πικρᾶς
ὄρνιθος ὀξὺν ὀθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς
εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος·
οὕτω δὲ γαύτη, ψιλὸν ὡς ὁρᾷ νέκυν,
ὤμωξεν ἐξώμωξεν, ἐκ δ' ἀρὰς κακὰς
ᾔρατο τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις.

CUSTOS.

Hæc est illa, quæ facinus patravit : hanc deprehensam sepelientem. Sed ubi est Creon?

CHORUS.

Eccum opportune rursus progreditur foras.

CREON.

Quid est? quæ res accidit, cui opportunus esset accessus meus?

CUSTOS.

Rex, mortalibus nihil est abjurandum : nam *quam habuerunt* opinionem sequens cogitatio mendacii convincit : quoniam vix credidissem unquam me huc rediturum, ob minas tuas illas, quibus antea conturbatus sum.

Verum quod præter spem et exspectationem *accidit* gaudium magnitudine ad aliam voluptatem nullam contendi potest : proinde venio, licet sacramento abjuraverim, puellam hanc adducens, quæ deprehensa est sepulturam apparans.

Sors hic jacta non fuit : sed meum est, non alius, hoc quod Mercurii ope feci lucrum.

Et nunc, rex, hanc ipse prehensam interroga, ut lubet, et redargue : ego vero absolutus, merito his liber ero malis.

CREON.

Quomodo autem hanc comprehensam adducis, et unde?

CUSTOS.

Hæc virum sepeliit : omnia nosti.

CREON.

An et intelligis, et vere dicis, quæ dicis?

CUSTOS.

Quippe quum eam sepelientem viderim cadaver illud, quod tu *sepeliri* vetueras. Satin' aperta et manifesta dico?

CREON.

Et quomodo conspecta est atque in facinore deprehensa?

CUSTOS.

Sic acta res est. Postquam enim advenimus, tuis illis minis atrocibus perterriti, primum humum omnem, quæ contegebat corpus, everrimus, putreque corpus nudavimus scite, tum summis in tumulis consedimus aversi vento fugientes odorem ejus ne nos feriret, alio alium excitante minitando malo, si quis istum neglecturus esset laborem.

Tantisper in eo res fuit, donec æthere in medio constitit lucidus solis orbis, æstusque flagravit : atque tum derepente turbo a terra rapiens procellam cum fulgure, cœlum contristans, implet campum, omni dejecta coma campestris silvæ :

glomerato pulvere magnus æther repletus est.

Nos vero clausis oculis divinitus missum tolerabamus malum : quo post longum tempus tandem sedato, puella hæc conspicitur, acuta voce lamenta fundens, tristis in modum aviculæ, quum vacuum nidi cubile pullis orbatum videt :

sic et illa, nudum ut cernit cadaver, lamentis ejulavit, dirasque facti auctoribus pœnas imprecata est.

Καὶ χερσὶν εὐθὺς διψίαν φέρει κόνιν,
ἔκ τ' εὐκροτήτου χαλκέας ἄρδην πρόχου
χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει.
Χἡμεῖς ἰδόντες ἱέμεσθα, σὺν δέ νιν
θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην·
καὶ τάς τε πρόσθεν τάς τε νῦν ἠλέγχομεν
πράξεις· ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο,
ἅμ' ἡδέως ἔμοιγε καὶ γεινῶς ἅμα.
Τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ κακῶν πεφευγέναι
ἥδιστον, ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν
ἀλγεινόν. Ἀλλὰ πάντα ταῦθ' ἥσσω λαβεῖν
ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

ΚΡΕΩΝ.

Σὲ δὴ, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα,
φῂς, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις
ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον·
σὺ δ' εἰπέ μοι μὴ μῆκος, ἀλλὰ σύντομα,
ἦδης τὰ κηρυχθέντα μὴ πράσσειν τάδε;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἦδη, τί δ' οὐκ ἔμελλον; ἐμφανῆ γὰρ ἦν.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ δῆτ' ἐτόλμας τούσδ' ὑπερβαίνειν νόμους;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε
οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
κηρύγματ' ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.
Οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη.
Τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
δώσειν. Θανουμένη γὰρ ἐξῄδη, τί δ' οὔ;
κεἰ μὴ σὺ προὐκήρυξας. Εἰ δὲ τοῦ χρόνου
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὖτ' ἐγὼ λέγω.
Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν ὡς ἐγὼ κακοῖς
ζῇ, πῶς δὸ οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ' ἂν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς
μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν· τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι.
Σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.

ΧΟΡΟΣ.

Δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς
τῆς παιδός· εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα
πίπτειν μάλιστα, καὶ τὸν ἐγκρατέστατον

Post 451 sequebatur οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

Statimque manibus aridum affert pulverem, et malleo ducto ex æreo gutto alte sublato, triplici fuso libamine, mortuum honorat.

Nos vero conspicati irruimus eamque comprehendimus illico, nullo perculsam metu : atque et priorum et horum recentiorum facinorum *eam* arguimus, illa vero nihil omnino negavit. Quod mihi quidem et gratum et triste simul *auditu* fuit.

Ipsum enim e malis evasisse, gratissimum : sed in malum amicos ducere, id triste est. Verum omnia ista præ mea salute minoris pendenda sunt.

CREON.

Heus tu, quæ in terram demittis caput, te rogo : fatenisne an denegas hæc fecisse?

ANTIGONE.

Et fateor, nec me fecisse nego.

CREON.

Tu quidem aufer te hinc, ut lubet, gravi hoc absolutum crimine : tu vero dic mihi non multis verbis sed breviter, norasne edicta, ne quis hæc faceret?

ANTIGONE.

Noram. Qui vero ignorassem? manifesta enim erant.

CREON.

Et vel sic ausa es hasce transgredi leges?

ANTIGONE.

Non enim eas mihi Juppiter edixerat, nec quæ dîs inferis assidet Justitia. Neque tantum valere credidi tua edicta, ut non scriptas firmasque deûm leges, mortalis quum sis, queas transcurrere (*violare*).

Non enim heri quidem fixæ illæ sunt aut nudiustertius, sed vigent ab omni ævo, nec novit quisquam ex quanto tempore prodierunt.

Harum non erat meum hominis ullius decreta metuentem apud deos pœnas dare (*Harum legum violatarum ut pœnas diis penderem, nullius hominis metu adduci potui*). Morituram enim me sciebam : quippeni? etiam si tu non prius indixisses : quodsi ante tempus moriar, id esse in lucro deputo.

Quicunque enim in multis, ut ego, miseriis vitam degit morte qui non ille lucrum ferat?

sic sane mihi fatum hoc nanciscì nihil dolet. At si germanum mortui insepultum sustinuissem cadaver, id mihi doleret hisce autem (*quæ feci*) non doleo.

Tibi vero si videor stulte fecisse, propemodum dixerim a stulto stultitiæ arguor.

CHORUS.

Durum ingenium ex duro patre *ortum* apparet puellæ, malis enim nescit cedere.

CREON.

At scito tamen præfractos animos plerumque concidere, firmissimumque ferrum igne coctum, *sicque* rigidum

qui has leges in hominibus constituerunt.

σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ
θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰσίδοις.
Σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
ἵππους καταρτυθέντας. Οὐ γὰρ ἐκπέλει
φρονεῖν μέγ' ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.
Αὕτη δ' ὑβρίζειν μὲν τότ' ἐξηπίστατο,
νόμους ὑπερβαίνουσα τοὺς προκειμένους·
ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα,
τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν.
Ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνὴρ, αὕτη δ' ἀνὴρ,
εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη.
Ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς εἴθ' ὁμαιμονεστέρα
τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκείου κυρεῖ,
αὐτή τε χἡ ξύναιμος οὐκ ἀλύξετον
μόρου κακίστου· καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον
ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου.
Καί νιν καλεῖτ'· ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως
λυσσῶσαν αὐτὴν οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.
Φιλεῖ δ' ὁ θυμὸς πρόσθεν ἡρῆσθαι κλοπεὺς
τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων.
Μισῶ γε μέντοι χὥταν ἐν κακοῖσί τις
ἁλοὺς ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Θέλεις τι μεῖζον ἢ κατακτεῖναί μ' ἑλών;

ΚΡΕΩΝ.

Ἐγὼ μὲν οὐδέν· τοῦτ' ἔχων ἅπαντ' ἔχω.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Τί δῆτα μέλλεις; ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων
ἀρεστὸν οὐδὲν, μηδ' ἀρεσθείη ποτὲ,
οὕτω δὲ καὶ σοὶ τἄμ' ἀφανδάνοντ' ἔφυ.
Καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλεέστερον
κατέσχον ἢ τὸν αὐτάδελφον ἐν τάφῳ
τιθεῖσα; τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἀνδάνειν
λέγοιτ' ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλῄοι φόβος.
Ἀλλ' ἡ τυραννὶς πολλά τ' ἄλλ' εὐδαιμονεῖ,
κἄξεστιν αὐτῇ δρᾶν λέγειν θ' ἃ βούλεται.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ τοῦτο μούνη τῶνδε Καδμείων ὁρᾷς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὁρῶσι χοὗτοι· σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα.

ΚΡΕΩΝ.

Σὺ δ' οὐκ ἐπαιδεῖ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐκουν ὅμαιμος χὠ καταντίον θανών;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός.

ΚΡΕΩΝ.

Πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς χάριν;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ κατθανὼν νέκυς.

ΚΡΕΩΝ.

Εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυσσεβεῖ.

factum, facillime comminui et frangi videas.

At parvo freno feroces equos coerceri scio.
Nam non licet elato esse animo, quisquis aliis subditus est.

Hæc autem tunc quidem contumeliose agere novit, quum sancitas leges transgredi ausa est : nunc vero, postquam facinus patravit, altera hæc est contumelia, quod his factis glorietur et rideat.

Profecto haud amplius vir ego sim, sed ipsa vir, si hæc ei impune cesserit *tanti* facti audacia.

Sed sive ex sorore prognata sit, sive mihi sit tota familia mea conjunctior, ipsaque et soror non effugient fœdissimam mortem; nam et illam haud minus quam hanc ut hujus sepulturæ auctorem accuso.

Et illam evocate : eam enim vidi modo intus rabientem, nec compotem mentis.

Quippe animus eorum qui nihil recte in tenebris machinantur, solet prius (*quam facta appareant*) deprehendi *eorum* celator.

Verum odi, si quis in scelere deprehensus, tamen concinnis comere illud dictis parat.

ANTIGONE.

Vin' amplius aliquid, quam me captam occidere?

CREON.

Nil sane amplius : hoc nactus, omnia nactus sum.

ANTIGONE.

Quid ergo moraris? ut mihi tuis ex sermonibus nihil placet, neque opto ut placiturum sit unquam : sic meorum nihil tibi probatur.

Atqui undenam celebriorem gloriam consequi possem, quam quod germanum humo condidi? his quoque omnibus, *qui adsunt*, idem placere diceretur, si non linguam præcluderet metus.

At cum alia ob multa felix est tyrannis, tum quia licet ei facere dicereque quæ lubet.

CREON.

Sola tu hos inter Cadmeos hoc vides.

ANTIGONE.

Vident et isti : sed torquent os secundum te (*tuam ut gratiam ineant, os comprimunt*).

CREON.

Te autem non pudet alia ab his sentire?

ANTIGONE.

Minime : haud enim turpe est germanos colere.

CREON.

Nonne etiam frater ille erat, qui contraria inferens arma [occubuit?

ANTIGONE.

Ex una frater matre et ex eodem patre.

CREON.

Cur, quæso, illi impium honorem tribuis? (*cur impia ea in Eteoclem? quippe qui magis honorandus sit quam frater Polynices.*)

ANTIGONE.

Hoc ne ille quidem testabitur, qui mortuus est.

CREON.

Maxime vero, si illum pari honore cum impio (*Polynice*) dignaris.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο.
ΚΡΕΩΝ.
Πορθῶν δὲ τήνδε γῆν· ὁ δ' ἀντιστὰς ὕπερ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Ὅμως δ' γ' Ἅδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ.
ΚΡΕΩΝ.
Ἀλλ' οὐχ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσος.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Τίς οἶδεν εἰ κάτωθεν εὐαγῆ τάδε;
ΚΡΕΩΝ.
Οὔτοι ποθ' οὐχθρὸς, οὐδ' ὅταν θάνῃ, φίλος.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Οὔτοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.
ΚΡΕΩΝ.
Κάτω νυν ἐλθοῦσ', εἰ φιλητέον, φίλει
κείνους· ἐμοῦ δὲ ζῶντος οὐκ ἄρξει γυνή.
ΧΟΡΟΣ.
Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη,
φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη·
νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν
ῥέθος αἰσχύνει,
τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.
ΚΡΕΩΝ.
Σὺ δ', ἥ κατ' οἴκους ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη
λήθουσά μ' ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον
τρέφων δύ' ἄτα κἀπαναστάσεις θρόνων,
φέρ', εἰπὲ δή μοι, καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
φήσεις μετασχεῖν, ἢ ξυμεῖ τὸ μὴ εἰδέναι;
ΙΣΜΗΝΗ.
Δέδρακα τοὔργον, εἴπερ ἥδ' ὁμορροθεῖ,
καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτό γ' ἡ δίκη σ', ἐπεὶ
οὔτ' ἠθέλησας οὔτ' ἐγὼ 'κοινωσάμην.
ΙΣΜΗΝΗ.
Ἀλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Ὧν τοὔργον Ἅδης χοἱ κάτω ξυνίστορες·
λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην.
ΙΣΜΗΝΗ.
Μήτοι, κασιγνήτη, μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ
θανεῖν τε σὺν σοὶ τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Μή μοι θάνῃς σὺ κοινὰ, μηδ' ἃ μὴ 'θιγες
ποιοῦ σεαυτῆς. Ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.
ΙΣΜΗΝΗ.
Καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ φίλος;
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
Κρέοντ' ἐρώτα. Τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών.
ΙΣΜΗΝΗ.
Τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ' οὐδὲν ὠφελουμένη;

ANTIGONE.
Haudquaquam enim servus (*Eteocli*), sed frater perit.
CREON.
Vastans autem patriam, alter pro patria quum stetisset fortiter.
ANTIGONE.
Orcus certe tamen æquas leges postulat.
CREON.
At non est par bonus malo ad consequendum (*At bonum cum malo paria sortiri non consentaneum*).
ANTIGONE.
Quis autem novit, an illinc hæc probentur (*an ab inferis approbatio nobis veniat*)?
CREON.
Haud unquam inimicus, ne mortuus quidem, est amicus.
ANTIGONE.
At non ad mutuum odium, sed ad mutuum amorem nata sum.
CREON.
Ergo, si amare tuum est, ad inferos profecta, illos ama: me autem vivo, non regnabit femina.
CHORUS.
Sed ecce pro foribus Ismena, lacrimas fundens pietatem in sororem arguentes;
nubes ex supercilio rubore vultum dehonestat venustas genas irrigando.

CREON.
Heus tu, quæ clam domum immissa, ceu vipera, latens me exsugebas; atque adeo inscius geminas pascebam furias, regnique mei pestes; age, dic mihi tandem, ecquid fatebere hujus humationis sociam te quoque esse, an rem ignorare jurabis?
ISMENE.
Patravi facinus, modo hæc consentiat; factique et criminis particeps sum.
ANTIGONE.
At id non concedet justitia, quia neque voluisti (*mi particeps esse*), neque te ego in societatem adscivi.
ISMENE.
At in malis tuis non pudet me consortem fieri calamitatis.
ANTIGONE.
Quorum sit hoc opus, Orcus et inferi conscii sunt: at ego verbis amantem non amo.
ISMENE.
Ne, quæso, soror, ne dedignare me et mori tecum et justis peragendis lustrasse fratrem.
ANTIGONE.
Ne tu mecum una mortem obeas; neu, quæ non attigisti, tibi vindices: satis erit me mori.
ISMENE.
Et quænam mihi a te destitutæ jucunda esse possit vita?
ANTIGONE.
Creontem roga: illius enim tu curam geris (*ejus edicta observans*).
ISMENE.
Cur sic me excrucias, nulla cum utilitate tua?

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἀλγοῦσα μὲν δὴ κεἰ γέλωτ' ἔν σοι γελῶ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ' ἐγώ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σῶσον σεαυτήν. Οὐ φθονῶ σ' ὑπεκφυγεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οἴμοι τάλαινα, κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν, ἐγὼ δὲ κατθανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀρρήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Καλῶς σὺ μὲν τοῖς, τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

Καὶ μὴν ἴση νῷν ἐστὶν ἡ ξαμαρτία.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Θάρσει. Σὺ μὲν ζῇς, ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι
τέθνηκεν, ὥστε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Τὼ παῖδε φημὶ τώδε τὴν μὲν ἀρτίως
ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλ' οὐ γὰρ, ὦναξ, οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει
νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

ΚΡΕΩΝ.

Σοὶ γοῦν, ὅθ' εἵλου σὺν κακοῖς πράσσειν κακά.

ΙΣΜΗΝΗ.

Τί γὰρ μόνῃ μοι τῇδ' ἄτερ βιώσιμον;

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ'· οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;

ΚΡΕΩΝ.

Ἀρώσιμοι γάρ εἰσι χἀτέρων γύαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

Οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῇδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα.

ΚΡΕΩΝ.

Κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱέσι στυγῶ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ φίλταθ' Αἵμον, ὡς σ' ἀτιμάζει πατήρ.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγαν γε λυπεῖς καὶ σὺ καὶ τὸ σὸν λέχος.

ΧΟΡΟΣ.

Ἦ γὰρ στερήσεις τῆσδε τὸν σαυτοῦ γόνον;

ΚΡΕΩΝ.

Ἅδης ὁ παύσων τούσδε τοὺς γάμους ἔφυ.

ΧΟΡΟΣ.

Δεδογμένον, ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ σοί γε κἀμοί. Μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν
κομίζετ' εἴσω, δμῶες· εὖ δὲ τάσδε χρὴ
γυναῖκας εἶναι μηδ' ἀνειμένας ἐᾶν·

ANTIGONE.

Nimirum quia doleo etsi mihi ridenda sis.

ISMENE.

Qua tandem in re nunc certe juvare te possim?

ANTIGONE.

Serva te ipsam : effugium tibi non invideo.

ISMENE.

Hei mihi miseræ! itane etiam tuæ mortis exsors ero?

ANTIGONE.

Tu enim optasti vivere; ego autem mori.

ISMENE.

Sed non ita ut mei sermones (*mea consilia*) indicti fuerint.

ANTIGONE.

Tu quidem illis, his autem ego dictis sapere mihi videbar.

ISMENE.

Atqui par est nostrûm utriusque delictum.

ANTIGONE.

Bono animo es. Tu quidem vivis : at mea jam pridem decessit anima, ut mortuos adjuvet.

CREON.

Has puellas aio, alteram quidem mente modo excidisse, alteram vero amentem natam esse.

ISMENE.

Non enim, o rex, quæ fuit olim, manet mens afflictis, sed movetur statu.

CREON.

Tibi certe *mota est*, quando cum malis mala patrare præoptasti.

ISMENE.

Quid enim mihi soli sine hac vivere volupe sit?

CREON.

Parce hac dicere, non est enim amplius.

ISMENE.

Ergone sponsam necabis tui ipsius filii?

CREON.

Sunt etiam aliis arabilia arva.

ISMENE.

At non ut huic et illi complacitum erat.

CREON.

Malas ego conjuges filiis meis odi.

ANTIGONE.

O carissime Hæmon, ut te despicatui habet pater!

CREON.

Nimis molesta es tu cum nuptiis tuis.

CHORUS.

Ecquid igitur ista tuum privabis filium?

CREON.

Orcus nuptias has finiturus erat.

CHORUS.

Decretum est, ut videtur, mortem ut hæc oppetat.

CREON.

Ut mihi tibique videtur. Absit omnis mora, atque illas ducite intro, famuli : mulieres istas autem strenue custodire nec libere vagari sinere convenit :

φεύγουσι γάρ τοι χοἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας
ἤδη τὸν Ἅιδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.

ΧΟΡΟΣ.

Εὐδαίμονες οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών. Στρ. α'.
Οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας
οὐδὲν ἐλλείπει, γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπον·
ὅμοιον ὥστε ποντίαις
οἴδμα δυσπνόοις ὅταν
Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν
θῖνα καὶ δυσάνεμον,
στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.
Ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι Ἀντ. α'.
πήματα φθιτῶν ἐπὶ πήμασι πίπτοντ',
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος, ἀλλ' ἐρείπει
θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.
Νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ
ῥίζας ὃ τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,
κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν
νερτέρων ἀμᾷ κοπίς,
λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν Ἐρινύς.
Τεὰν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν Στρ. β'.
ὑπερβασία κατάσχῃ,
τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ ποθ' ὁ παντογήρως
οὔτ' ἄκοποι θεῶν νιν
μῆνες, ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας κατέχεις Ὀλύμ-
μαρμαρόεσσαν αἴγλαν. [που
Τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον
καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ' ****
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ****
Ἃ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς Ἀντιστρ. β'.
πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν,
πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων·
εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει,
πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ.
Σοφία γὰρ ἔκ του
κλεινὸν ἔπος πέφανται,
τὸ κακὸν δοκεῖν ποτ' ἐσθλὸν
τῷδ' ἔμμεν ὅτῳ φρένας
θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν·
πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας.
Ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν
νέατον γέννημ'· ἆρ' ἀχνύμενος τάλιδος ἥκει
μόρον Ἀντιγόνης,
ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν;

ΚΡΕΩΝ.

Τάχ' εἰσόμεσθα μάντεων ὑπέρτερον.
Ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει;
ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

ΑΙΜΩ�Ν.

Πάτερ, σός εἰμι· καὶ σύ μοι γνώμας ἔχων
χρηστὰς ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ' ἐφέψομαι.

refugiunt enim vel audaces, quum Orcum vitæ jam proximum intuentur.

CHORUS.

Felices quibus malorum immune *labitur* ævum.
Quibus enim divinitus quassatur domus, iis nihil calamitatis reliquum fit, ad omnem posteritatem proserpentis:
haud secus ac, quum fluctus marinis vehementibus Thracis flabris submarinam caliginem percurrit, ex fundo nigrum proturbat limum et turbulentum; plangoribus autem resonant percussa fluctu littora.

Veteres Labdacidarum domus calamitates video defunctorum calamitatibus additas (*primi sceleris pœnas iterum iterumque renovari*); nec liberat *malis* familiam familia (*nec parentum ætas vim mali exhaurire valet, nec progenies liberetur*), sed *hanc quoque* subvertit deorum quispiam, nec ulla est *ab ærumnis* requies.
Modo enim Œdipi in domo quæ ex extrema radice affusa erat lux, demetit illam inferorum deûm cruenta falx, consiliique amentia, et animi furor.

Vim tuam, Jupiter, quis hominum fastus cohibere possit? quam neque somnus, qui ad senium ducit omnia, superat unquam, nec indefessi deûm menses.

Senii expers æternis regis imperiis fulgentis Olympi splendorem.

Hæc lex valebit et dehinc et posthac, et olim * * * hominum ævo per omnes urbes * * *

Spes enim vaga multis mortalium fructum sui præbet; multorum autem deludit leves cupidines: nihil sentienti obrepit (*spes fallaciter ad mala perpetranda impellens, priusquam igni ardenti pedem admoverit* (*priusquam in summum discrimen adductus sit*).
Celebre dictum fertur a nescio quo sapienter prolatum: *Malum aliquando videri bonum illi esse, cujus mentem deus impellit ad noxam,*

isque perexiguo tempore extra calamitatem versatur

At ecce Hæmon, liberorum tuorum novissimum germen, ecquid Antigonæ puellæ casum dolens venit, tori frustratione vexatus?

CREON.

Statim sciemus, quovis augure certius. O nate, num audita quæ in sponsam tuam decreta est statque sententia, patri infensus ades? an vero, quocunque modo egerimus, sumus tibi cari?

HÆMON.

Pater, tuus sum; tuque rectis præditus consiliis me regis, quibus equidem obsequar:

Ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος
μείζων φέρεσθαι, σοῦ καλῶς ἡγουμένου.

ΚΡΕΩΝ.

Οὕτω γάρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι.
Τούτου γὰρ οὕνεκ' ἄνδρες εὔχονται γονὰς
κατηκόους φύσαντες ἐν δόμοις ἔχειν,
ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς,
καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί.
Ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα,
τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους
ῥῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων;
Μή νύν ποτ', ὦ παῖ, τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς
γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς, εἰδὼς ὅτι
ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,
γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. Τί γὰρ
γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός;
Ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύειν τινί.
Ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἶλον ἐμφανῶς ἐγὼ
πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην,
ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,
ἀλλὰ κτενῶ. Πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία
ξύναιμον. Εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει
κόσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους.
Ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
χρηστός, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν.
Ὅστις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται,
ἢ τοὺπιτάσσειν τοῖς κρατύνουσιν νοεῖ,
οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν.
Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία·
καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ
καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν,
καὶ σὺν δορὸς τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον
μένειν δίκαιον καγαθὸν παραστάτην.
Ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν·
τῦτη πόλεις ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν· ἥδε σὺν μάχῃ δορὸς
τροπὰς καταρρήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων
σώζει τὰ πολλὰ σώματ' ἡ πειθαρχία.
Οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.
Κρεῖσσον γὰρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·
κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,
λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.

ΑΙΜΩΝ.

Πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας,
πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον.
Ἐγὼ δ' ὅτως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε,
οὔτ' ἂν δυναίμην μήτ' ἐπισταίμην λέγειν·
γένοιτο μέντἂν χἀτέρῳ καλῶς ἔχον.

nihi enim nullum merito connubium potius erit quod consequar, quam si tu recte *me* gubernes.

CREON.

Scilicet hoc animo te esse par est, fili, ut omnia patris voluntati postponantur.

Propterea enim cupiunt homines liberos suscipere, sibique morem gerentes educere domi, ut et inimicum ulciscantur malis *illatis*, amicosque eodem, quo pater, prosequantur honore.

Qui vero cunque liberos genuit inutiles, quid illum dicas aliud, quam sibi molestias genuisse, multumque inimicis risum?

Ne nunc ergo, gnate, voluptate victus, mulieris causa sanam mentem abjicias, probe sciens, frigere amplexum pravæ mulieris, quam quis domi consortem tori habeat.

Qui enim major sit dolor quam malus amicus?

Sed tanquam inimicam despuens, puellam illam sine apud Orcum alicui nubere.

Ego enim, postquam illam manifesto deprehendi unam ex omni civitate *imperiis meis* refragantem, mendacem certe me non præstabo civibus: sed interficiam.

Proinde Jovem imploret cognationis præsidem. Quodsi iis, qui mihi genere conjuncti sunt, immorigeris utar, profecto etiam extrariis. Quicunque enim in rebus domesticis gnavus est, is et in *administranda* civitate justum se exhibebit.

Quicunque vero cum insolentia vel leges violat, vel imperare magistratibus cogitat, non est ut is laudem a me consequatur.

Sed quem civitas *summæ rerum* præfecerit, ei parere oportet, et in parvis, et in justis, et si quæ his contraria sunt: *qui autem sic animatus sit*, hunc ego virum nullus dubitem, quin et recte gubernet ac bene gubernari velit, et belli in procella quo loco sit collocatus, mansurus sit, justum se præbens fortemque sociorum adjutorem.

Licentiâ enim majus haud aliud est malum: hæc civitates perdit, domosque desertas reddit: hæc in prœliis ruptis ordinibus fugas efficit; at modestorum plurimis saluti est obedientia.

Sic defendenda ordo et disciplina, nec profecto ullo modo mulierculæ cedendum est.

Satius est enim, si *ejici* necesse est, a viro ejici; nec facile mulieribus inferiores esse dicemur.

CHORUS.

Nobis quidem, nisi ob senium decipimur, dicere sapienter ea, de quibus dicis, videris.

HÆMON.

Pater, dii hominibus ingenerant rationem, inter omnes quotquot sunt, opes præstantissimam.

Ego autem, qua tu hæc non recte dicas, nec dicere possim neve, *ut dicam*, satis sim intelligens.

Est tamen ut alius etiam *dicta* bene se habeant.

Σοῦ δ' οὖν πέφυκα πάντα προσκοπεῖν ὅσα
λέγει τις ἢ πράσσει τις ἢ ψέγειν ἔχει.
Τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ
λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·
ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε,
τὴν παῖδα ταύτην οἵ' ὀδύρεται πόλις,
πασῶν γυναικῶν ὡς ἀναξιωτάτη
κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει·
ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς
πεπτῶτ' ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
εἴασ' ὀλέσθαι μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινός·
οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;
τοιάδ' ἐρεμνὴ σῖγ' ἐπέρχεται φάτις.
Ἐμοὶ δὲ σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.
Τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις
ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;
Μή νυν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
ὡς φῂς σὺ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ' ὀρθῶς ἔχειν.
Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.
Ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ἦ σοφὸς, τὸ μανθάνειν
πολλ' αἰσχρὸν οὐδὲν καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.
Ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
Οὕτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα
τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.
Ἀλλ' εἶκε θυμοῦ καὶ μετάστασιν δίδου.
Γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόσεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ
φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·
εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄναξ, σέ τ' εἰκὸς, εἴ τι καίριον λέγει,
μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδ'· εὖ γὰρ εἴρηται διπλῆ.

ΚΡΕΩΝ.

Οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;

ΑΙΜΩΝ.

Μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν.

ΑΙΜΩΝ.

Οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν ἐς τοὺς κακούς.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾶδ' ἐπείληπται νόσῳ;

ΑΙΜΩΝ.

Οὔ φησι Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς

Enimvero is sum natura, qui omnia tibi prospiciam, si quæ in te vel dicit quis, vel facit, aut si quæ habet, quæ in *te* reprehendat.

Tuus enim vultus plebeio cuique timorem incutit, ea ne dicat *coram* quæ lubens non audias : at mihi hæc audire licet clam prolata :

quantopere hujus puellæ vicem *civitas doleat : ut ob facta maximis digna laudibus, pessime pereat mulierum omnium immeritissima :*

quæ suum ipsius fratrem in prælio cæsum, insepultum haud passa sit a crudivoris canibus alitibusque pessumdari : nonne hæc digna quæ aureum præmium sortiatur?

Talis obscurus clam manat rumor.

Mihi vero, pater, nulla res magis cordi est, quam ut læta utaris fortuna.

Quod enim liberis majus sit gloriæ decus, quam floreus pater? vel patri a liberis (*a liberorum flore*)?

Ne nunc ergo unicum hunc mente habitum indue, ut quod tu dicis, aliudque præterea nihil, rectum esse putes.

Quicunque enim vel ipse solus sapere videtur sibi, vel lingua aut ingenio uti quali nemo alius; tales si explices, sæpius inanes reperti sunt.

Sed virum, etiam si quis sit sapiens, discere multa haud indecorum est, et non nimis contra tendere.

Vides hibernis imbribus tumida ad fluenta quotquot cedunt arbores, ut servent ramos; at stirpitus intereant, quæcunque obnituntur :

similiter etiam navis qui adducto firmiter pede nihil cedit, supinis, eversa *rate*, in posterum navigat transtris.

Verum cede voluntate ejusque mutationem præbe (*cede atque voluntatem tuam muta*).

Judicium enim si quod et mihi juniori inest, dico equidem longe optimum esse, si suapte indole vir cujuscunque rei scientia abundet : sin minus (haud enim ita solet evenire), et a bene consulentibus præclarum est discere.

CHORUS.

Rex, si quid opportunum dicit, æquum est te edocerri sinere; teque vicissim ab illo : recte enim dictum est utrimque.

CREON.

Nos ergo istuc ætatis sapere docebimur a tantulæ ætatis homine?

HÆMON.

Nihil quidem *doceare* quod non justum sit : etsi vero juvenis sum, non ætatem magis decet, quam opera spectare.

CREON.

Opus enim *hoc tuum* est, legibus non parentes in honore habere.

HÆMON.

Haud sane tibi auctor sim, ut malos colas.

CREON.

At hæcce nonne tali correpta est morbo?

HÆMON.

Utique hoc negat universus Thebanus populus.

ΚΡΕΩΝ.

Πόλις γὰρ ἡμῖν ἀμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;

ΑΙΜΩΝ.

Ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;

ΚΡΕΩΝ.

Ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή με τῆσδ' ἄρχειν χθονός;

ΑΙΜΩΝ.

Πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ' ἥτις ἀνδρός ἐσθ' ἑνός.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;

ΑΙΜΩΝ.

Καλῶς ἐρήμης γ' ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.

ΚΡΕΩΝ.

Ὅδ', ὡς ἔοικε, τῇ γυναικὶ συμμαχεῖ.

ΑΙΜΩΝ.

Εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί.

ΑΙΜΩΝ.

Οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ.

ΚΡΕΩΝ.

Ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;

ΑΙΜΩΝ.

Οὐ γὰρ σέβεις, τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

ΑΙΜΩΝ.

Οὐκ ἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.

ΚΡΕΩΝ.

Ὁ γοῦν λόγος σου πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.

ΑΙΜΩΝ.

Καὶ σοῦ γε κἀμοῦ, καὶ θεῶν τῶν νερτέρων.

ΚΡΕΩΝ.

Ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς.

ΑΙΜΩΝ.

Ἦ δ' οὖν θανεῖται, καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.

ΚΡΕΩΝ.

Ἦ κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς;

ΑΙΜΩΝ.

Τίς δ' ἔστ' ἀπειλὴ πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;

ΚΡΕΩΝ.

Κλαίων φρενώσεις, ὧν φρενῶν αὐτὸς κενός.

ΑΙΜΩΝ.

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με.

ΑΙΜΩΝ.

Βούλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν;

ΚΡΕΩΝ.

Ἀληθές; ἀλλ' οὐ τόνδ' Ὄλυμπον, ἴσθ' ὅτι,
χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.

ΑΙΜΩΝ.

Ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ' ὄμμαθ' αὐτίκα
παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ.

CREON.

Scilicet, quæ imperare debeam, civitas mihi præscribet?

HÆMON.

Viden' ut nimis juvenilis iste tuus est sermo?

CREON.

Nimirum alius imperio, non meo, terra hæc subjiciatur?

HÆMON.

Quippe non est civitas, quæ unius est viri.

CREON.

Nonne imperantis censetur esse civitas?

HÆMON.

Pulchre scilicet tu in deserta terra solus regnaveris.

CREON.

Hic, ut videtur, pro muliere propugnat.

HÆMON.

Si tu quidem mulier es : tibi enim prospicio.

CREON.

O omnium pessime, qui cum patre litigas.

HÆMON.

Non enim justis modis te peccantem video.

CREON.

Scilicet pecco, regni jura colens mei?

HÆMON.

Haud sane colis, dum diis *debitos* honores conculcas.

CREON.

O scelestum ingenium et a femina devictum!

HÆMON.

At nunquam me a turpibus devictum argues.

CREON.

Tamen omnis tuus hic sermo illi patrocinatur.

HÆMON.

Tibique etiam, et mihi, et diis inferis.

CREON.

Hanc non erit unquam, ut vivam amplius ducas.

HÆMON.

Ergo morietur, et mortua aliquem perdet.

CREON.

Adeone audax es, ut etiam minis me insequare?

HÆMON.

Quænam hæ sunt autem minæ, contra futiles dicere sententias? (*non minitor, sed refuto, quæ tu in me inania dixisti.*)

CREON.

Magno tuo cum malo me castigabis, ipse mentis inops quum sis.

HÆMON.

Nisi pater esses, dicerem te desipere.

CREON.

Mulieris tu mancipium, ne me garriendo eneca.

HÆMON.

Vin' dicere aliquid, et quum dicis, nihil *vicissim* audire?

CREON.

Itane vero? at haud impune, Olympum istum attestor, probe scias, reprehendendi causa mihi illudes.

Adducite huc illud odium, ut ob oculos illico præsenti moriatur proxima sponso.

ΑΙΜΩΝ.

Οὐ δῆτ' ἔμοιγε, τοῦτο μὴ δόξῃς ποτὲ,
οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία, σύ τ' οὐδαμὰ
τούμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν,
ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μαίνῃ ξυνών.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνὴρ, ἄναξ, βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς·
νοῦς δ' ἐστὶ τηλικοῦτος ἀλγήσας βαρύς.

ΚΡΕΩΝ.

Δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών·
τὰ δ' οὖν κόρα τάδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄμφω γὰρ αὐτὰ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς;

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν· εὖ γὰρ οὖν λέγεις.

ΧΟΡΟΣ.

Μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος
κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
φορβῆς τοσοῦτον ὡς ἄγος μόνον προθεὶς,
ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.
Κἀκεῖ τὸν Ἅδην, ὃν μόνον σέβει θεῶν,
αἰτουμένη που τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν,
ἢ γνώσεται γοῦν ἀλλὰ τηνικαῦθ' ὅτι
πόνος περισσός ἐστι τὰν Ἅδου σέβειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, Στρ. α'.
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις,
φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς·
καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς
οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώπων, ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.
Σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους Ἀντιστρ. α'.
φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ·
σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν
ξύναιμον ἔχεις ταράξας·
νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας, τῶν μεγάλων οὐχὶ πάρεδρος
θεσμῶν. Ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα.
Νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'
οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
τὸν παγκοίταν δ' ὁρῶ θάλαμον
τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὁρᾶτ' ἔμ', ὦ γᾶς πατρίας πολῖται, Στρ. β'.
τὰν νεάταν ὁδὸν
στείχουσαν, νέατον δὲ φέγγος
λεύσσουσαν ἀελίου,
κοὔποτ' αὖθις· ἀλλά μ' ὁ παγκοίτας Ἅδας ζῶσαν ἄγει
τὰν Ἀχέροντος
ἀκτὰν, οὔθ' ὑμεναίων

HÆMON.

Haud sane me prope adstante, ne tu hoc unquam in animum inducas, hæc coram peribit; neque tu unquam caput meum oculis tuis *obversari* videbis, ut tibi porro inter amicos insanire liceat, qui *te ferre* velint.

CHORUS.

Hic vir abiit, o rex, ira concitatus: atqui a tali ingenio dolore ardenti grave quid metuendum est.

CREON.

Age abeat, faciat, cogitet supra humanam sortem: hasce tamen puellas non liberabit morte.

CHORUS.

Ergone ambas illas morte multare destinas?

CREON.

Haud quidem illam quæ *cadaver* non attigit: recte enim mones.

CHORUS.

Tum autem quali eam supplicio statuis occidere?

CREON.

Abductam eo, ubi deserta ab hominibus semita est, saxeo in specu vivam recondam, tantillo cibi, quantum piaculo sit satis, (*quantum sufficiat ad evitandum piaculum*, apposito, ut necis illatæ crimen universa effugiat civitas) ibique Orcum, quem solum colit deorum, rogando forte impetrabit, ut ne mortem obeat; aut tunc tandem aliquando discet, supervacaneum esse laborem, inferos colere.

CHORUS.

Amor invicte pugna, qui res ac fortunas invadis, qui puellæ mollibus excubas (*quiescis*, *habitas*) in genis, trans maria autem ferris et in casis agrestibus *versaris*.

nec te immortalium quisquam fugere potis est, nec brevis ævi hominum. Quisquis vero *te* concipit, in furorem agitur.

Tu vel justorum mentes devias abripis ad noxam

tu etiam inter consanguineos viros litem hanc concitasti:

vincit autem manifesto *effulgens* ex formosæ sponsæ oculis desiderabilis suavitas, quæ non assidet sane (*consentit cum*) supremis legibus (*quia et regis et patris imperia detrectat*). Insuperabilis enim illudit dea Venus.

Quin et jam ipse ultra licitum feror hæc cernens, nec amplius lacrimarum fontes cohibere valeo, quum Antigonam hanc video ad *Orci* thalamum omnes consopientem properare.

ANTIGONE.

Adspicite me, o patriæ urbis cives, ultimam ingredientem viam, ultimumque jubar intuentem solis, mihi nunquam posthac videndum:

sed me omnia consopiens Orcus vivam deducit ad Acherontis oram, nuptiarum expertem,

ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινύμφειός πώ μέ τις ὕμνος
ὕμνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ'
ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων,
οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις
οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ',
ἀλλ' αὐτόνομος, ζῶσα, μόνη δὴ
θνατῶν, Ἅιδαν καταβήσει.

ANTIGONE. nec me nuptialis hymnus celebravit unquam : sed Acheronti nubam.

CHORUS.

Ergo celebris et laudem nacta, in has abibis mortuorum latebras, nec tabidis absumpta morbis, nec belli præmium quum *alicui* sorte eveneris (*belli jure in servitutem abstracta*), sed libera, viva, sola utique mortalium, ad Orcum descendes.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι Ἀντιστρ. β'.
τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ,
τὰν κισσὸς ὡς ἀτενὴς
πετραίᾳ βλάστα δάμασεν, καί νιν ὄμβροι τακομέναν,
ὡς φάτις ἀνδρῶν,
χιών τ' οὐδαμὰ λείπει,
τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι παγκλαύτοις δειράδας· ἅ μέ
δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.

ANTIGONE. Sane audivi Phrygiam hospitem (*quæ Thebis oriunda erat*, *Nioben*) Tantali filiam miserrimam periisse summo in Sipylo, quam, velut firmiter adhærens hedera, saxea perdomuit germinatio :

nec ipsam tabescentem imbres, ut fama vulgi est, nec nix unquam deserit, sed semper lacrimantibus oculis humectat cervices : cui me fatum simillimam consopit.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής,
ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς.
Καίτοι φθιμένῳ τοῖς ἰσοθέοις
ἔγκληρα λαχεῖν μέγ' ἀκοῦσαι.

CHORUS.

At illa dea erat et divino satu genita : nos vero homines et mortali sanguine creti.

Atqui magnum est mortuo, dici sortem nactum esse semidiis similem.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴμοι γελῶμαι. Τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων, Στρ. γ'.
οὐχ ὀλλυμέναν ὑβρίζεις
ἀλλ' ἐπίφαντον;
Ὦ πόλις, ὦ πόλεως
πολυκτήμονες ἄνδρες·
ἰὼ Διρκαῖαι κρῆναι Θήβας τ'
εὐαρμάτου ἄλσος, ἔμπας
ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι,
οἵα φίλων ἄκλαυτος, οἵοις νόμοις
τρὸς ἕρμα τυμβόχωστον ἔρχομαι τάφου ποταινίου.
ἰὼ δύστανος,
* * * * *
μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.

ANTIGONE. Hei mihi! derideor. Quid me, per patrios deos, nondum mortuam, sed luce fruentem adhuc, contumelia afficis?

O urbs, o urbis opulenti cives :

io Dircæi fontes, Thebesque curruum agitatricis nemus, tamen vos simul testes advoco, quemadmodum ab amicis indefleta, tali (*tam nefaria*) lege ad aggerem in tumuli modum exstructum vado inauditi sepulcri.

Heu me miseram! *** habitaturam nec inter vivos, nec inter mortuos.

ΧΟΡΟΣ.

Προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους
ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον
προσέπεσες, ὦ τέκνον, πάλιν.
Πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἄθλον.

CHORUS.

Progressa ad extremum audaciæ, in altum Justitiæ solium impegisti (*jura principis violasti*) ac recidis, filia. Paternam vero aliquam noxam luis.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, Ἀντ. γ'.
πατρὸς τριπόλητον οἶτον,
τοῦ τε πρόπαντος
ἀμετέρου πότμου
κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.
ἰὼ ματρῷαι λέκτρων ἄταi
κοιμήματά τ' αὐτογέννητ'
ἐμῷ πατρὶ δυσμόρου ματρός,
οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν· [μαι.
πρὸς οὓς ἀραῖος, ἄγαμος, ἆδ' ἐγὼ μέτοικος ἔρχο-

ANTIGONE. Acerbissimas mihi sollicitudines attigisti, patris ter revolutum (*decantatum*) fatum, universæque nostræ inclytorum Labdacidarum cladis.

O materna nuptiarum noxa et miseræ matris concubitus cum eo, quem ipsa pepererat, patre meo, quibus ego tandem infelix edita fui; ad quos diris devota, innupta ego sic habitatum concedo.

Post v. 880 sequebatur : οὔτ' ἐν βροτοῖς οὔτ' ἐν νεκροῖσιν.

neque inter mortales neque inter mortuos.

Ἰὼ δυσπότμων
κασίγνητε γάμων κυρήσας,
θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με.

ΧΟΡΟΣ.

Σέβειν μὲν εὐσέβειά τις,
κράτος δ' ὅτῳ κράτος μέλει
παραβατὸν οὐδαμῇ πέλει,
σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ἄκλαυτος ἄφιλος ἀνυμέναιος ἔρχομαι
τὰν πυμάταν ὁδόν. Οὐκ ἔτι μοι τόδε
λαμπάδος ἱρὸν ὄμμα
θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ·
τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει.

ΚΡΕΩΝ.

Ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν,
ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν·
Οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα, καὶ κατηρεφεῖ
τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,
ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ·
ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην·
μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς
οἴκησις ἀείφρουρος, οἵ πορεύομαι
πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
πλεῖστον δέδεκται Φερσέφασσ' ὀλωλότων·
ὧν λοισθία 'γὼ καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ
κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.
Ἐλθοῦσα μέντοι κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω
φίλη μὲν ἥξειν πατρὶ, προσφιλὴς δὲ σοὶ,
μῆτερ, φίλη δὲ σοὶ, κασίγνητον κάρα·
ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ
ἔλουσα κἀκόσμησα κἀπιτυμβίους
χοὰς ἔδωκα· νῦν δὲ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι.
Καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
Οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον.
Τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἡμπλακον,
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.
Τοιῶδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα.
Καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν,
ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου
μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς,
ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύσμορος
ζῶσ' ἐς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς·

O infausti frater potite conjugii, mortuus ipse vivam me occidisti.

CHORUS.

Colere mortuos aliqua pietas est: sed nequaquam jussa transgredi licet ejus penes quem est imperium.

Te vero perdidit pervicax ingenium.

ANTIGONE.

Indefleta, amicis orba, innupta, extremum hoc ingredior iter. Haud amplius mihi sacrum hunc facis (*solis*) oculum fas intueri miseræ; nec amicorum quisquam est qui meam illacrimabilem vicem lugeat.

CHORUS.

Scitisne, querelas et luctus si morituri prodesse sentirent, neminem fore qui iis desinat?

Non abducetis hanc quam citissime? et postquam eam, ut jussi, incluseritis, solam desertamque relinquite obtecto sepulcro, sive *ibi* mori illa cupiat, sive sub tali tecto sepulta ævum ducere.

Nos enim immunes sumus piaculi, puellæ hujus causa: sed cohabitare cum superis prohibebitur.

ANTIGONE.

O sepulcrum, o genialis thalamus, o defossa habitatio, perpetuo tenenda, quo tendo *perventura* ad meos, quorum fato defunctorum maximum numerum inter mortuos recepit Proserpina;

quorum ego novissima, multoque sane pessimo *exitu* demittor ante justam vitæ meæ spatii exactionem.

Sed illuc profecta, hanc maxime spem foveo, gratam me venturam patri, gratamque tibi, mater, et tibi gratam, o germanum caput;

quandoquidem mortuos vos ego manibus meis lavi et ornavi, inferiasque ad sepulcrum tuli: nunc autem, Polynices, quia cadaver tuum sepulcrali cultu curavi, hanc fero mercedem.

Atqui te ego, judicio eorum qui sapiunt, honoravi.

Haud enim unquam, si peperissem liberos, nec, si mihi conjux mortuus putresceret, contra civitatis legem hunc suscepissem laborem.

Ac quanam ex lege hæc dico?

Nempe mortuo marito, alius esset *cui nuberem*; filiumque si amisissem, *alius esset* ex alio viro; at patre et matre in Orco conditis, non est qui mihi frater possit unquam nasci.

At tamen quum ex hac lege, ceteris omnibus posthabitis, honore te affecerim, o germanum caput, Creonti peccasse visa sum, et atrocissima admisisse.

Et nunc vi correptam ita me abducit tori jugalis, hymenæi festorum carminum expertem, nec conjugii partem sortitam nec prolis alimoniam. Sed ab amicis deserta, infelix sic viva deducor in mortuorum specum.

ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
βλέπειν; τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.
Ἀλλ' εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλὰ,
παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν.

ΚΡΕΩΝ.

Τοιγὰρ τούτων τοῖσιν ἄγουσιν
κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.

ΧΟΡΟΣ.

Θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι
μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον
καὶ θεοὶ προγενεῖς,
ἄγομαι δὴ κοὐκ ἔτι μέλλω.
Λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
οἵα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω,
τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς Στρ. α'.
ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς·
κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη.
Καίτοι καὶ γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ παῖ,
καὶ Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους.
Ἀλλ' ἀ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος οὔτ' Ἄρης, οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκ-
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν. [τυποι
Ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος, Ἀντ. α'.
Ἠδωνῶν βασιλεὺς, κερτομίοις ὀργαῖς,
ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάφαρκτος ἐν δεσμῷ.
Οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει
ἀνθηρόν τε μένος. Κεῖνος ἐπέγνω μανίαις
ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.
Παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους γυναῖκας εὐϊόν τε πῦρ,
ὀλολύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.
Παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς Στρ. β'.
ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρηκῶν ἄξενος
Σαλμυδησὸς, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης
δισσοῖσι Φινείδαις
εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
ἀραχθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος
πλαγὰν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις
ἀτηρᾷ' ἐγχέων ὑφ' αἱματηραῖς
χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν.

Post v. 966 sequebatur, τὴν βασιλίδα μούνην λοιπήν,

At quænam, obsecro, transgressa deorum jura? Quid amplius mihi miseræ prodest deos circumspicere? quem auxilio vocare? siquidem jam impietatis crimen pie agendo nacta sum.

Verum si hæc quidem diis probantur, punitam me merito esse confitebor; sin hi peccant, ne plura *ipsi* mala patiantur precor, quam mihi injuste inferunt.

CHORUS.

Puellæ hujus animus eorumdem adhuc ventorum *quorum antea* flatibus agitatur.

CREON.

Quapropter plorabunt qui illam abducere cunctantur adeo (*quod Antigonam conqueri passi sunt*).

ANTIGONE.

Hei mihi! mortem proxime hæc vox accedit.

CHORUS.

Neutiquam te confidere jubeo fore ut irrita fiant hæc decreta.

ANTIGONE.

O terræ Thebanæ urbs paterna, diique aviti (*antiquissimi, Mars et Venus*), abducor ergo, nec moror amplius.

Videte, Thebarum Principes, qualia qualibus a viris patior, pietatem quia colui!

CHORUS.

Sustinuit etiam Danae cœleste lumen mutare *tenebris* in ære tabulato conclavi: abscondita autem in sepulcrali thalamo, vinculis constricta fuit.

Quanquam, o nata, nata, genere *erat* nobilis, gremioque condita habebat auriflua Jovis semina.

At ineluctabilis est fati vis;

quam nec opes neque Mars, non turris, non undisonæ nigræ naves effugiant.

Nervo vinctus est etiam impotens iræ filius Dryantis rex Edonûm, quem Bacchus ob procax ingenium saxoso conclusit in carcere:

adeo a furore destillat terribilis vegetaque vis *pœnæ!* Ille cognoverat deum *esse* quem pro insania sua acerbis dictis læderet:

enimvero cohibere voluit furentes feminas, Bacchicumque *exstinguere* ignem, et tibiarum amantes lacessivit Musas.

Juxta Cyanea æquora gemini maris littora sunt Bosporia et Thracius inhospitalis Salmydesus, ubi vicinas urbes colens Mars geminis Phineidis exsecrabile vulnus vidit inflictum fera a noverca, oculorum effossis, qui Furiarum exposcebant vindictam, orbibus sine hasta cruentarum manuum et radii textorii cuspidis ope.

regiam, quæ sola superest, filiam,

977 Κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν Ἀντ. β'.
980 κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν·
ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνοιο
αὔδασ' Ἐρεχθείδα·
τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
τράφη θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις
985 Βορεᾶς ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου
θεῶν παῖς· ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνα
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν
δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε, τοῖς τυφλοῖσι γὰρ
990 αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ἐγὼ διδάξω· καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.

ΚΡΕΩΝ.

Οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδε ναυκληρεῖς πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

995 Ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Γνώσει, τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.
Ἐς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
1000 ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν,
ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ·
καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς
ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
1005 Εὐθὺς δὲ δείσας ἐμπύρων ἐγευόμην
βωμοῖσι παμφλέκτοισιν· ἐκ δὲ θυμάτων
Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο
κἀτυφε κἀνέπτυε, καὶ μετάρσιοι
1010 χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταρρυεῖς
μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.
Τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα
φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα.
Ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμὼν, ἄλλοις δ' ἐγώ.
1015 Καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις.
Βωμοὶ γὰρ ὑμῖν ἐσχάραι τε παντελεῖς
πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς
τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου.
Κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
1020 θεοὶ παρ' ἡμῶν οὐδὲ μηρίων φλόγα,
οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοάς,
ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.
Ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον. Ἀνθρώποισι γὰρ

suam deplorabant sortem ex infausto matris connubio nati.

Genus illa tamen priscæ Erechthidæ præ se ferebat;

remotisque in antris nutrita fuerat procellas inter paternas, Boreæ filia, equos cursu prævertens super glaciem firmiter concretam (*ut sustineat insistentes*), deorum progenies:

haud tamen secius hanc quoque longævæ Parcæ invadebant, o nata.

TIRESIAS.

Thebani populi proceres, venimus communi via duo, unius oculis videntes; cæcis enim hæc est itineris *faciendi* ratio, ducis opera (*ut a quopiam ducantur*).

CREON.

Quidnam est, o senex Tiresia, novi?

TIRESIAS.

Equidem docebo; tu vero vati obsequere.

CREON.

Haud quidem antea a monitis tuis discessi.

TIRESIAS.

Idcirco feliciter hanc urbem gubernas.

CREON.

Est cur me *in multis* a te adjutum fuisse tester.

TIRESIAS.

Cogita te nunc rursus in novacula casus (*in anceps periculo*) versari.

CREON.

Quidnam est? nam mihi horrorem incutiunt tua dicta.

TIRESIAS.

Scies, ubi artis meæ audieris indicia.

Nam quum sederem veteri in auguraculo, ubi erat mihi omnigenorum alitum receptaculum (*templum*), ignotam audio sonum avium infausto et efferato cum stridore ira gentium;

easque comperi unguibus invicem se ad occidionem usque lacerare; alarum *enim* strepitus non obscurus erat (*non latens, sed turbidus et vehemens*).

Quare perterritus, statim ignispicii periculum faciebam incensis in aris.

At ex victimis Vulcanus non promicuit; sed liquefactus femorum adeps in cinere absumebatur, et fumabat et exspuebat, sublatumque fel dissipabatur, revolutaque ex adipis tegumento femorum ossa *nudata* jacuerunt.

Talem a puero isto comperi, obscurorum (*indeque infaustorum*) sacrorum evanidam divinationem.

Mihi enim dux ille est, at aliis ego.

Et hisce *malis* propter tua consilia laborat urbs. Aræ enim et foci omnes pleni sunt nobis alitum caniumque cibo ex miseri Œdipi filii cadavere.

Proinde preces nostras inter sacra fusas jam aversantur dii ac femorum flammam: nec ulla ales auspicatos strepit sonos, humani cadaveris pinguem depastæ sanguinem.

Hæc igitur, fili, expende: etenim omnibus hominibus

τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ' ἔστ' ἀνὴρ
ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκεῖται μηδ' ἀκίνητος πέλει.
Αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
Ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι μηδ' ἀλωλότα
κέντει. Τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;
Εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν δ'
ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγοι.

ΚΡΕΩΝ.

Ὦ πρέσβυ, πάντες ὥστε τοξόται σκοποῦ
τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι, τῶν δ' ὑπαὶ γένους
ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι.
Κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων
ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν Ἰνδικὸν
χρυσόν· τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε,
οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν
φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους,
οὐδ' ὡς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ
θάπτειν παρήσω κεῖνον. Εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.
Πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν
οἱ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους
αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Φεῦ·
ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἆρα φράζεται,

ΚΡΕΩΝ.

Τί χρῆμα; ποῖον τοῦτο πάγκοινον λέγεις;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία;

ΚΡΕΩΝ.

Ὅσῳπερ, οἶμαι, μὴ φρονεῖν πλείστη βλάβη.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ταύτης σὺ μέντοι τῆς νόσου πλήρης ἔφυς.

ΚΡΕΩΝ.

Οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Καὶ μὴν λέγεις, ψευδῆ με θεσπίζειν λέγων.

ΚΡΕΩΝ.

Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Τὸ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκερδίαν φιλεῖ.

ΚΡΕΩΝ.

Ἆρ' οἶσθα ταγοὺς ὄντας ἂν λέγῃς λέγων;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Οἶδ'. Ἐξ ἐμοῦ γὰρ τήνδ' ἔχεις σώσας πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

Σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τἀδικεῖν φιλῶν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι.

ΚΡΕΩΝ.

Κίνει, μόνον δὲ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων.

commune est peccare : quum vero quis peccaverit, ille non amplius consilii inops miserque perhibetur, qui ubi in malum incidit, medelam adhibet, nec immobilis perstat.

Nam pervicacia inscitiæ arguitur.
Quin cede mortuo, neque peremptum punge.
Quæ fortitudo est iterum enecare mortuum?
Hæc tibi benevolus bene consulo : a bene monente institui suavissimum est, quum utilia monet.

CREON.

O senex, omnes, tanquam sagittarii in scopum, tela in hunc virum (*me*) mittitis : ne a vaticiniis quidem vobis intentatus sum, a consanguineis vero venditus sum et traditus dudum.

Lucramini, comparate vobis Sardium electrum, si vultis, et aurum Indicum : at illum sepulcro non condetis; nec si Jovis aquilæ discerptum eum in escam auferre velint sub Jovis thronum : ne sic quidem ullo hujus piaculi terrore motus, sepeliri eum permisero.

Probe enim novi mortali nemini tantas esse vires, ut deos possit polluere.

Cadunt autem, o senex Tiresia, homines vel maxime callidi fœdo lapsu, quum verba turpia belle faciunt lucri gratia.

TIRESIAS.

Hem! Ecquis novit, ecquis cogitat homo —

CREON.

Quidnam? qualem hanc communem sententiam crepas?

TIRESIAS.

quanto opibus omnibus præstet prudentia?

CREON.

Quanto quidem, ut opinor, desipere maxima noxa est.

TIRESIAS.

Hujus tu quidem plenus es morbi.

CREON.

Vati (*ei qui vates est*) maledicta regerere nolo.

TIRESIAS.

Atqui id ipsum facis, falsa me vaticinari dicens.

CREON.

Vatum enim omne genus est pecuniæ avidum.

TIRESIAS.

Et tyrannorum genus turpia lucra amat.

CREON. [cere?

Scin' vero, quidquid dicas, te contra imperantem me di-

TIRESIAS. [nes.

Scio equidem; mea enim opera hanc urbem salvam te-

CREON.

Peritus es vates, sed malis deditus artibus.

TIRESIAS.

Adiges me ut immota pectore *arcana* eloquar.

CREON.

Move, modo ne lucri gratia dicas.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Οὕτω γὰρ ἤδη καὶ δοκῶ τὸ σὸν μέρος.

ΚΡΕΩΝ.

Ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι
τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελῶν,
ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα
νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει,
ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω,
ψυχήν τ' ἀτίμως ἐν τάφῳ κατῴκισας,
ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ' αὖ θεῶν
ἄμοιρον, ἀκτέριστον, ἀνόσιον νέκυν.
Ὧν οὔτε σοὶ μέτεστιν οὔτε τοῖς ἄνω
θεοῖσιν, ἀλλ' ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε.
Τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖσδε ληφθῆναι κακοῖς.
Καὶ ταῦτ' ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος
λέγω. Φανεῖ γὰρ, οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ,
ἀνδρῶν γυναικῶν σοῖς δόμοις κωκύματα.
Τοιαῦτά σου, λυπεῖς γὰρ, ὥστε τοξότης
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ.
Ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους, ἵνα
τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ,
καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν
τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν ἢ νῦν φέρει.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνὴρ, ἄναξ, βέβηκε δεινὰ θεσπίσας.
Ἐπιστάμεσθα δ', ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ
τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα,
μή πώ ποτ' αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λαχεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἔγνωκα καὐτὸς καὶ ταράσσομαι φρένας.
Τό τ' εἰκαθεῖν γὰρ δεινόν· ἀντιστάντα δὲ
ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

ΧΟΡΟΣ.

Εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δῆτα χρὴ δρᾶν; φράζε· πείσομαι δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐλθὼν κόρην μὲν ἐκ κατώρυχος στέγης
ἄνες· κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον.

ΚΡΕΩΝ.

Καὶ ταῦτ' ἐπαινεῖς καὶ δοκεῖς παρεικαθεῖν;

ΧΟΡΟΣ.

Ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα. Συντέμνουσι γὰρ
θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

Post v. 1078 sequebantur: ἐχθραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις
ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν
ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνὸς φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.

ANTIGONE.

TIRESIAS.

Ita sane *me* jam puto loqui, quod ad te attinet (i. e. ut *nihil tu inde capias lucri*).

CREON.

At scito te non mercaturum esse animum meum.

TIRESIAS.

At tu vicissim probe hoc scito, tibi non multas absolutum iri celeres currus solaris circumactiones, quum tuis ipse ex visceribus quempiam mortuum pro mortuis vicissim dederis, ad Orcum demissum, pro ea (*Antigona*), quam vivam tenes adhuc, cujusque animam (*quam viventem*) ignominiose sepulcro condidisti, et quod detines hic inferorum expers deorum, insepultum justisque privatum cadaver:

horum tamen nulla tibi est potestas nec superis diis, sed violenter ista facis (*invitis diis superis, qui non in ditione sua retinere volunt Polynicis corpus*).

Quapropter ultrices, *scelestosque* semper assequentes insidiantur tibi Orci et deorum Erinnyes (*superorum et inferorum deorum vindices*), ut iisdem in his comprehendaris malis.

Et haec vide an corruptus pecunia dicam. Monstrabunt enim (non longi temporis *erit* mora) virorum, mulierum tuis in ædibus lamenta.

Ista, molestus es enim, tanquam jaculator, ira contra te *motus* certa tela animi tui *vulnera* emisi, quorum tu ardorem haud effugies.

Tu vero, puer, nos abduc domum, ut hic animi impetum in juniores emittat, et discat alere linguam modestiorem, mentemque animi meliorem ea quam nunc gestat.

CHORUS.

Hic vir, o rex, abiit dira vaticinatus.

Scimus autem, ex quo nigri crines *mei* in hancce canitiem abibant, nunquam illum civitati falsi quid cecinisse.

CREON.

Novi et ipse, et perturbor animo. Cedere enim (*prave me egisse fateri*) grave est; reluctanti vero periculum est, ne iram meam magno malo percellam simul cum illo meo incommodo (*invite cedendi*).

CHORUS.

Bono consilio opus est, fili Menœcei Creon.

CREON.

Quid igitur facere oportet? fare; ego autem parebo.

CHORUS.

Abi, ac puellam quidem defosso e specu dimitte: illique, qui projectus jacet, sepulturam appara.

CREON.

Et ista probas, hisque *consiliis* me utile censes obsequi?

CHORUS.

Immo, rex, quam citissime. Celeripedes enim deorum pœnæ eos, qui male agunt, brevissimo viæ compendio assequuntur.

infensæ vero omnes en conturbantur
urbes, e quibuscunque civium laniata
cadavera devorarunt vel canes, vel feræ,
aut præpes aliquis ales sceleratum
odorem ferens in publicum urbis focum.

ΚΡΕΩΝ.

Οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι
τὸ δρᾶν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον.

ΧΟΡΟΣ.

Δρᾶ νυν τάδ' ἐλθὼν μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε.

ΚΡΕΩΝ.

Ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν· ἴτ' ἴτ' ὀπάονες
οἵ τ' ὄντες οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν
ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον.
* * * *
Ἐγὼ δ', ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη,
αὐτός τ' ἔδησα, καὶ παρὼν ἐκλύσομαι.
Δέδοικα γὰρ μὴ τοὺς καθεστῶτας νόμους
ἄριστον ᾖ σώζοντα τὸν βίον τελεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Πολυώνυμε, Καδμείας νύμφας ἄγαλμα καὶ Διὸς βαρυβρεμέτας
γένος, κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις Ἰταλίαν, μέδεις δὲ παγκοίνοις Ἐλευσινίας
Δηοῦς ἐν κόλποις, Βακχεῦ, Βακχᾶν ὁ ματρόπολιν Θήβαν
ναιετῶν παρ' ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥείθρων, ἀγρίου τ' ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος·
σὲ δ' ὑπὲρ διλόφοιο πέτρας στερόψ ὄπωπε λιγνύς, ἔνθα Κωρύκιαι
νύμφαι στίχουσι Βακχίδες, Κασταλίας τε νᾶμα· καί σε Νυσαίων ὀρέων
κισσήρεις ὄχθαι χλωρά τ' ἀκτὰ πολυστάφυλος πέμπει ἀβρότων ἐπέων
εὐαζόντων Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς· τὰν ἔκπαγλα τιμᾷς ὑπὲρ πασᾶν πόλεων
ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ· καὶ νῦν, ὡς βιαίας ἔχεται πάνδημος ἁμὰ πόλις ἐπὶ νόσου,
μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρνησίαν ὑπὲρ κλιτύν, ἢ στονόεντα πορθμόν.
Ἰὼ πῦρ πνεόντων χοράγ' ἄστρων, νυχίων φθεγμάτων ἐπίσκοπε,
παῖ Ζηνὸς γένεθλον, προφάνηθ' ὦ Ναξίαις σαῖς ἅμα περιπόλοις
Θυίαισιν, αἵ σε μαινόμεναι πάννυχοι χορεύουσι, τὸν ταμίαν Ἴακχον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος,
οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπου βίον
οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ.
Τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί·
καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς.

CREON.

Hei mihi! Vix quidem *a pristina deficio*, deficio tamen sententia, hoc ut faciam. Necessitati frustra obluctandum non est.

CHORUS.

Abi ergo ut ipse hæc facias, neve aliis committe.

CREON.

Sic protinus ibo : ite, ite agedum ministri, quique adestis, quique abestis, quotquot estis, secures manibus capientes properate celsum ad locum (*ubi Polynicis cadaver jacet*). * * *

Ego autem, quandoquidem sententiam eo converti, ut ipse ligavi, ita et ipse præsens exsolvam (*quod peccavi corrigam*). Metuo enim, ne statas leges optimum sit servantem vivere.

CHORUS.

Multis inclyte nominibus, Cadmeæ deliciæ puellæ, et Jovis altitonantis proles, celebrem qui colis Italiam, dominarisque Cereris Eleusiniæ in sinu communi, o Bacche, Baccharum metropolin Thebas habitans ad Ismeni liquida fluenta, ferique ad segetem draconis :

te super bicipitem collem *Parnasi* coruscans vapor conspicit; ubi Coryciæ Nymphæ ambulant Bacchides, Castaliæque liquor *fluit*,

ac te Nysiorum montium hederâ densa juga, viridisque ora vitibus consita prosequuntur sancto evoe clamore sublato, Thebana invisentem compita :

quam tu præ omnibus urbibus mirifice colis una cum matre tua fulmine tacta.

Nunc quoque, quando universa mea civitas fero capta tenetur morbo, adveni salutifero pede, Parnasium superans jugum, aut resonans *maris* fretum.

O ignem spirantium præsultor astrorum, nocturnarum vociferationum præses, Jove creta proles, appareas una cum Naxiis Thyiadibus, comitibus tuis, quæ te furentes pernoctibus lustrant choreis, dominum Iacchum.

NUNTIUS.

Cadmi Amphionisque ædium incolæ, non est ut quæcumque stet vitæ conditionem vel laudem unquam vel incusem.

Fortuna enim erigit, et Fortuna deprimit felicem et infelicem semper : nec ullus certus augur est de futuro eorum, quæ nunc sunt, mortalibus.

Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτὸς, ὡς ἐμοὶ, ποτὲ,
σώσας μὲν ἐχθρῶν τήνδε Καδμείαν χθόνα,
λαβών τε χώρας παντελῆ μοναρχίαν
ηὔθυνε, θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ·
καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα. Τὰς γὰρ ἡδονὰς
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ
ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.
Πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα,
καὶ ζῇ τύραννον σχῆμ' ἔχων· ἐὰν δ' ἀπῇ
τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς
οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τεθνᾶσιν· οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τίς φονεύει; τίς δ' ὁ κείμενος; λέγε.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αἵμων ὄλωλεν· αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται.

ΧΟΡΟΣ.

Πότερα πατρῴας, ἢ πρὸς οἰκείας χερός;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αὐτὸς πρὸς αὐτῷ, πατρὶ μηνίσας φόνου.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς ὧδ' ἐχόντων τἄλλα βουλεύειν πάρα.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην δμοῦ
δάμαρτα τὴν Κρέοντος· ἐκ δὲ δωμάτων
ἤτοι κλύουσα παιδὸς ἢ τύχῃ πάρα.

ΕΥΡΥΔΙΚΗ.

Ὦ πάντες ἀστοί, τῶν λόγων ἐπῃσθόμην
πρὸς ἔξοδον στείχουσα, Παλλάδος θεᾶς
ὅπως ἱκοίμην εὐγμάτων προσήγορος.
Καὶ τυγχάνω τε κλῆθρ' ἀνασπαστοῦ πύλης
χαλῶσα καί με φθόγγος οἰκείου κακοῦ
βάλλει δι' ὤτων· ὑπτία δὲ κλίνομαι
δείσασα πρὸς δμωαῖσι κἀποπλήσσομαι.
Ἀλλ' ὅστις ἦν ὁ μῦθος αὖθις εἰπατε·
κακῶν γὰρ οὐκ ἄπειρος οὖσ' ἀκούσομαι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐγὼ, φίλη δέσποινα, καὶ παρὼν ἐρῶ,
κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος.
Τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν ὧν ἐς ὕστερον
ψεῦσταί φανούμεθ'; ὀρθὸν ἀλήθει' ἀεί.
Ἐγὼ δὲ σῷ ποδαγὸς ἐσπόμην πόσει
πεδίον ἐπ' ἄκρον, ἔνθ' ἔκειτο νηλεὲς
κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους ἔτι·
καὶ τὸν μὲν, αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεὸν
Πλούτωνά τ' ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχεθεῖν,
λούσαντες ἁγνὸν λουτρὸν, ἐν νεοσπάσιν
θαλλοῖς δ δὴ λέλειπτο συγκατήθομεν,
καὶ τύμβον ὀρθόκρανον οἰκείας χθονὸς

Quippe Creon, me judice, invidia dignus erat modo, qui terram hanc quidem Cadmeam ab hostibus liberaverat, imperioque urbis potitus summo prospere eam regebat, florens generosa liberorum prole : at nunc dilapsa sunt omnia. Voluptates enim si quis vir perdiderit, haud equidem puto illum vivere, sed animatum esse cadaver.

Opibus enim polleas quantumvis domi, et vivas regio fastu; tamen si absit his gaudium, cetera ego fumi umbra haud emerim de viro, si cum voluptate comparentur.

CHORUS.

Quam novam hanc regum calamitatem nuntiaturus venis?

NUNTIUS.

Mortui sunt : viventes autem fuere causa mortis.

CHORUS.

Et quis peremit? quis vero *peremptus* jacet? eda.

NUNTIUS.

Hæmon interiit; suorum sed manu cruentatur.

CHORUS.

Patrisne dicis, an sua ipsius manu?

NUNTIUS.

Sua ipsius *manu* patri iratus ob *sponsæ* necem.

CHORUS.

O vates, quam recte ergo vocem tuam ratam fecisti (*prædicti fidem exsolvisti*)!

NUNTIUS.

Quum sic se res habeant, de ceteris consulere expedit.

CHORUS.

Atqui video miseram Eurydicen prope, uxorem Creontis : domo egressa, vel audito filii casu vel forte adest.

EURYDICE.

O vos omnes, *quicunque adestis*, cives, quæ narrantur audivi, quum in eo essem ut egrederer, Palladem deam aditura piis alloquiis.

Et, claustra quidem portæ retracto *pessulo* laxabam, quum aures mihi ferit rumor domestici mali : metu perculsa revolvor supina inter famularum *manus*, et linquor animo.

Verum quis fuerit iste sermo, rursum dicite : malorum enim nequaquam inexperta audiam.

NUNTIUS.

Equidem tibi, cara hera, dicam ut qui ipse interfuerim. nec quidquam prætermittam veri.

Quid enim te deleniam verbis quæ postea falso dixisse deprehendar? recta semper res est veritas.

Tuum ego conjugem apparitor sequebar in summum campi locum, ubi miserationis expers jacebat adhuc canibus laceratum Polynicis cadaver :

et illud, precati Triviam Deam, Plutonemque, ut iram benevoli cohiberent (*ut ne irati, sed benevoli nobis essent*), lavimus piis lavacris, congestisque ramis recenter decerptis superstites reliquias combussimus : aggestoque

χώσαντες αὖθις πρὸς λιθόστρωτον κόρης
νυμφεῖον Ἅιδου κοῖλον εἰσεβαίνομεν.
Φωνῆς δ' ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων
κλύει τις ἀκτέριστον ἀμφὶ παστάδα,
καὶ δεσπότῃ Κρέοντι σημαίνει μολών·
τῷ δ' ἀθλίας ἄσημα περιβαίνει βοῆς
ἕρποντι μᾶλλον ἄσσον, οἰμώξας δ' ἔπος
ἵησι δυσθρήνητον, Ὦ τάλας ἐγὼ,
ἆρ' εἰμὶ μάντις; ἆρα δυστυχεστάτην
κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν;
παιδός με σαίνει φθόγγος. Ἀλλὰ, πρόσπολοι,
ἴτ' ἄσσον ὠκεῖς, καὶ παραστάντες τάφῳ
ἀθρήσαθ', ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.
Τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν
ἠθροῦμεν· ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
τὴν μὲν κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,
βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην,
τὸν δ' ἀμφὶ μέσῃ περιπετῆ προσκείμενον,
εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθοράν
καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηνον λέχος.
Ὁ δ' ὡς ὁρᾷ σφε, στυγνὸν οἰμώξας ἔσω
χωρεῖ πρὸς αὐτὸν κἀνακωκύσας καλεῖ,
Ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἰργασαι· τίνα
νοῦν ἔσχες; ἐν τῷ ξυμφορᾶς διερθάρης;
ἔξελθε, τέκνον, ἱκέσιός σε λίσσομαι.
Τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς,
πτύσας προσώπῳ κοὐδὲν ἀντειπὼν ξίφους
ἔλκει διπλοῦς κνώδοντας· ἐκ δ' ὁρμωμένου
πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακ'· εἶθ' ὁ δύσμορος
αὑτῷ χολωθείς, ὥσπερ εἶχ', ἐπενταθεὶς
ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος, ἐς δ' ὑγρὸν
ἀγκῶν' ἔτ' ἔμφρων παρθένῳ προσπτύσσεται·
καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν
λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.
Κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ. τὰ νυμφικὰ
τέλη λαχὼν δείλαιος εἶν Ἅιδου δόμοις,
δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν
ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόσκειται κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας; ἡ γυνὴ πάλιν
ἐρρούσθη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Καὐτὸς τεθάμβηκ'· ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι,
ἄχη τέκνου κλύουσαν ἐς πόλιν γόους
οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλ' ὑπὸ στέγης ἔσω
δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν.
Γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥσθ' ἁμαρτάνειν.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ
ὀκεῖ προσεῖναι χἠ μάτην πολλὴ βοή.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀλλ' εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετος

excelso busto natali de humo, deinde petivimus puellæ lapidibus constratum cavum, nuptialem Orci thalamum.

Sonum vero procul clarorum ejulatuum ex inferis carente thalamo sublatum audit aliquis, heroque Creonti nuntiat currens :

huic autem, quo propius accedit, magis circumfunditur dubius gemebundi clamoris *sonus*, suspiransque, luctuosam *hanc* vocem edit :

O miser ego, an vero præsagit animus? iterne nunc facio omnium, quæ antehac, infaustissimum? Leniter tangit me vox filii.

At vos, famuli, accedite propius citi, et adstantes tumulo dispicite, per evulsam busti saxeam compagem ubi ad ipsum vos penetraritis ostium, num Hæmonis vox sit quam audio, an a diis fallar.

Hæc, ut jusserat exanimatus herus, explorabamus; intimoque in tumulo puellam quidem videmus collo pensilem, resti textilis sindonis implicitam :

illum vero juxta jacentem mediamque amplexum virginem, sponsæ deflentem Orco demissæ interitum, patrisque facta, et miserabiles nuptias.

At hic, ubi eum videt, graviter suspirans, intro pergit ad eum, multoque cum ejulatu eum vocat :

O miser, inquit, *quale facinus commisisti! quænam erat tibi mens? quonam exemplo te perditum ibas? egredere, nate, supplex te rogo.*

Illum vero trucibus oculis intuens puer, et vultu abominans, nihilque respondens, ensem stringit bipennem, patre autem fuga elabente aberravit ictu : tum ille infelix, sibimet iratus, eo, quo erat, animo in ensem protentus, per medias costas mucronem adigit, et languescentibus lacertis, mentis adhuc compos, virginem complectitur : et anhelans pallida gena crebrum emittit halitum purpurei sanguinis.

Jacet sic mortuus juxta sponsam mortuam, connubialia sacra adeptus miser in Orci domo, exemplo suo docens homines, quanto temeritas maximum cuique sit malum.

CHORUS.

Quidnam hoc esse conjicias? Mulier rursus e conspectu evasit, priusquam locuta est boni vel mali quidquam.

NUNTIUS.

Stupeo et ipse; attamen spe mulceor, illam, audita filii nece, non ea fore mente, ut per urbem questus cieat, sed interiore in domo famulis communicaturam domesticum casum quem plorent : consilii enim non ita expers est, ut quidquam peccet.

CHORUS.

Nescio : at mihi nimis altum silentium multæque [illegible] sublatus clamor non sine gravi malo adesse videntur.

NUNTIUS.

Sed mox domum ingressi comperiemus, num quid etiam

κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένη,
δόμους παραστείχοντες· εὖ γὰρ οὖν λέγεις.
Καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μὴν δδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει
μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων,
εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν
ἄτην, ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών.

ΚΡΕΩΝ.

Ἰὼ φρενῶν δυσφρόνων ἁμαρτήματα Στρ. α'.
στερεὰ θανατόεντ'·
ὦ κτανόντας τε καὶ
θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους.
Ὤμοι ἐμῶν ἀνολβα βουλευμάτων.
Ἰὼ παῖ, νέος νέῳ ξὺν μόρῳ,
αἰαῖ αἰαῖ,
ἔθανες, ἀπελύθης,
ἐμαῖς οὐδὲ σαῖσι δυσβουλίαις.

ΧΟΡΟΣ.

Οἴμ' ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

Οἴμοι,
ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ
θεὸς τότ' ἆρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων
ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς,
οἴμοι λακπάτητον ἀντρέπων χαράν.
Φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι βροτῶν δύσπονοι.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ δέσποθ', ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος,
τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά.

ΚΡΕΩΝ.

Τί δ' ἔστιν αὖ;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ,
δύστηνος, ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἰὼ ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅδου λιμήν, Ἀντ. α'.
τί μ' ἆρα τί μ' ὀλέκεις;
ὦ κακάγγελτά μοι
προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;
Αἰαῖ, ὀλωλότ' ἀνδρ' ἐπεξειργάσω.
Τί φῂς, τίνα λέγεις νέον μοι νέον,
αἰαῖ αἰαῖ,
σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ
γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον;

ΧΟΡΟΣ.

Ὁρᾶν πάρεστιν· οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.

ΚΡΕΩΝ.

Οἴμοι,
κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας.
Τίς ἆρα, τίς με πότμος ἔτι περιμένει;
ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον,
τάλας, τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν.

repressum clam tegat animo irato : quippe bene dicis; etenim grave est nimium silentium.

CHORUS.

Atqui eccum advenit rex ipse, monumentum insigne manibus gestans, haud ab alio, si fas est dicere, inflictam calamitatem, sed sua culpa.

CREON.

O mentium amentium peccata rigida, mortifera!

O qui cognatos cernitis occisores et occisos!

Heu infausta consilia mea! heu! nate, juvenis immaturo fato, heu, heu! vita exsolutus es, mea, non tua dementia.

CHORUS.

Vah, quam sero videris justitiam agnovisse!

CREON.

Hei mihi! agnosco miser. Tunc scilicet, tunc, inquam, deus graviter mihi irascens in caput meum irruit (*mentem concussit*) et ad sæva me instigavit consilia, hei mihi! impresso pede subvertens gaudia.

Heu! heu! o labores hominum infelices!

NUNTIUS.

O here, quam et habens et nactus mala, altera præ manibus hæcce ferens, venisse videris, quæque intus sunt mox conspecturus.

CREON.

Quid rursum?

NUNTIUS.

Occidit uxor tua, quæ plane se matrem probavit hujus mortui (*quum filio nollet superstes esse*), infelix, inflicto recens vulnere.

CREON.

O inexpiabilis Orci portus, cur me, obsecro, cur me perdis?

O luctuosæ calamitatis nuntie, quemnam edis sermonem?

Hei, hei! perditum virum iterum confecisti.

Quid, inquis? quam mihi novam narras, novam, hei hei! ad *istam Hæmonis* calamitatem accedere cruentam uxoris necem?

CHORUS.

Intueri licet : non enim amplius in penetrali est.

CREON.

Hei mihi! alterum hoc jam cerno malum miser.

Quis tandem, quis me manet adhuc casus?

habeo quidem in manibus natum modo *mortuum* miser, mortuamque ex adverso intueor.

Φεῦ φεῦ μᾶτερ ἀθλία, φεῦ τέκνον.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε βωμία πέριξ
λύει κελαινὰ βλέφαρα, κωκύσασα μὲν
τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λάχος,
αὖθις δὲ τοῦδε, λοίσθιον δὲ σοὶ κακὰς
πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ.

ΚΡΕΩΝ.

Αἰαῖ αἰαῖ, Στρ. β'.
ἀνέπταν φόβῳ. Τί μ' οὐκ ἀνταίαν
ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;
δείλαος ἐγὼ, αἰαῖ,
δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων
πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων.

ΚΡΕΩΝ.

Ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

Παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτὴν, ὅπως
παιδὸς τόδ' ἥσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.

ΚΡΕΩΝ.

Ὤμοι μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν Στρ. γ'.
ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας.
Ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ ἔκανον, ὦ μέλεος,
ἐγὼ, φάμ' ἔτυμον. Ἰὼ πρόσπολοι,
ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδὼν,
τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα.

ΧΟΡΟΣ.

Κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς·
βράχιστα γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά.

ΚΡΕΩΝ.

Ἴτω ἴτω, Ἀντιστρ. β'.
φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν
ὕπατος, ἴτω ἴτω,
ὅπως μηκέτ' ἄμαρ ἄλλ' εἰσίδω.

ΧΟΡΟΣ.

Μέλλοντα ταῦτα. Τῶν προκειμένων τι χρὴ
πράσσειν. Μέλει γὰρ τῶνδ' ὅτοισι χρὴ μέλειν.

ΚΡΕΩΝ.

Ἀλλ' ὧν ἐρῶ μὴν, ταῦτα συγκατηυξάμην.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ νυν προσεύχου μηδέν· ὡς πεπρωμένης
οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδὼν, Ἀντ. γ'.
ὃς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ ἑκὼν κατέκανον,
σέ τ' αὖ τάνδ'. Ὤμοι μέλεος, οὐδ' ἔχω
ὅπα πρὸς πότερον ἴδω· πάντα γὰρ
λέχρια τἀν χεροῖν, τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι
πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.

Heu, heu, misera mater! heu nate!

NUNTIUS.

Hæc graviter vulnerata aram amplexa caliginosas remittit palpebras (*moribunda claudit*), postquam deflevit Megarei quidem prius defuncti inclytam sortem, deinde et hujus, postremo autem tibi imprecata est ob mala facinora, natorum homicidæ.

CREON.

Heu, heu! metu suspensus est animus.
Cur non mihi adversum aliquis infligit vulnus ancipiti gladio?
Miser ego, heu, heu! miserisque sum immixtus casibus.

NUNTIUS.

Nempe hujus et illius mortis culpam habere (*Megarei et Hæmonis*) ab hac defuncta adseverabare.

CREON.

Quo autem leti genere vita soluta est?

NUNTIUS.

Adacto sub jecur sua ipsius manu ense, simulatque illud audiit nati lacrimabile fatum.

CREON.

Hei mihi! haud unquam in quemvis alium hominum hæc quæ a me perfecta est (*eorum quæ a me commissa sunt*) culpa transferetur: ipse enim te occidi miser, ipse ego, verum dico.
Io famuli, abducite me quam celerrime, abducite me procul, qui plane non sum magis quam nullus.

CHORUS.

Bene mones, si quid in malis est boni. Optimum est enim, præsens malum quamprimum missum facere. (*Scilicet de domus introitu intelligit Chorus Creontis verba.*)

CREON.

Age, age, veniat cædium per me factarum suprema exoptatissima mihi ultimum diem adducens, age veniat, ut nunquam diem alium videam.

CHORUS.

Futura hæc sunt: quæ præsens res postulat, procurare decet: illorum enim curam gerent ii, quibus convenit ea esse curæ.

CREON.

At quæ cupio, hæc etiam expetivi precibus.

CHORUS.

At nunc noli quidquam optare: nam fatalis calamitatis nullum est mortalibus effugium.

CREON.

Abducatis procul hominem inanem, qui et te, o fili, imprudens occidi, et te hanc rursus.
Heu me miserum! nec habeo, quo pacto ad alterutrum me convertam. Omnia enim mihi inclinata jacent, quæ in manibus habeo (*præsentia*); sic enim in caput impegit intolerabile fatum.

ΧΟΡΟΣ.

Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δ' ἐς τὰ θεῶν
μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι
μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
ἀποτίσαντες
γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

CHORUS.

Sapere longe prima felicitatis pars est. Oportet autem juris divini nullo modo irreverentem esse.

At grandia dicta superbis quum graves plagas rependerint, sero tandem sapere docent (i. e. *At superbi, quum gravibus plagis afflicti, magnorum dictorum poenas luerunt, sapere senes docentur*).

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
ΣΚΟΠΟΣ ὡς ΕΜΠΟΡΟΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀκτὴ μὲν ἥδε τῆς περιῤῥύτου χθονὸς
Λήμνου, βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη,
ἔνθ', ὦ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς
Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ
Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε,
ταχθεὶς τόδ' ἕρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,
νόσῳ καταστάζοντα διαβόρῳ πόδα·
ὅτ' οὔτε λοιβῆς ἡμὶν οὔτε θυμάτων
παρῆν ἑκήλοις προσθιγεῖν, ἀλλ' ἀγρίαις
κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις,
βοῶν, στενάζων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
λέγειν; ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων,
μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα κἀκχέω τὸ πᾶν
σόφισμα τῷ νιν αὐτίχ' αἱρήσειν δοκῶ.
Ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοιπ' ὑπηρετεῖν,
σκοπεῖν θ' ὅπου 'στ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα
τοιάδ', ἵν' ἐν ψύχει μὲν ἡλίου διπλῆ
πάρεστιν ἐνθάκησις, ἐν θέρει δ' ὕπνον
δι' ἀμφιτρῆτος αὐλίου πέμπει πνοή.
Βαιὸν δ' ἔνερθεν ἐξ ἀριστερᾶς τάχ' ἂν
ἴδοις ποτὸν χρηναῖον, εἴπερ ἐστὶ σῶν.
Ἅ μοι προσελθὼν σῖγα σήμαιν' εἴτ' ἔχει
χώρον πρὸς αὐτὸν τόνδ' ἔτ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ
ὡς τἀπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύῃς,
ἐγὼ δὲ φράζω, κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, τοὔργον οὐ μακρὰν λέγεις.
Δοκῶ γὰρ οἷον εἶπας ἄντρον εἰσορᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τοῦ' ἐξύπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς κτύπος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὅρα καθ' ὕπνον μὴ καταυλισθεὶς κυρῇ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστί τις τροφή;

PHILOCTETES.

DRAMATIS PERSONÆ.

ULYSSES.
NEOPTOLEMUS.
CHORUS.
PHILOCTETES.
SPECULATOR MERCATORIS HABITU.
HERCULES.

ULYSSES.

Litus quidem hoc est circumfluæ terræ Lemni, nullius pede tritum, nedum habitatum, ubi, o patre Achivorum fortissimo crete, Achillis fili Neoptoleme, Meliensem Poantis natum jussus a regibus exposui ego olim, tabum stillantem pedem exedens :

quum nec libamina nec suffimenta tangere quietis nobis liceret, sed tota castra diro omine impleret querelis, clamans semper gemensque.

Sed hæc quid juvat dicere? Quippe longis sermonibus haud opportunum tempus, ne adeo venisse me hic sentiat, dolumque totum irritum reddam, quo me illum mox capturum arbitror.

Tuum vero est jam cetera subministrare et dispicere ubinam hic sit gemino sic patens ostio petra, ut hieme utraque sedes solem excipiat (*speluncam perviam dicit, patentem et orienti et occidenti soli*), æstate vero apertum utrinque antrum permeans aura somnos cieat.

At paullum infra ad lævam videre possis fontis lympham, si perennat adhuc.

Silentio illuc accedens significa mihi, utrum ista (*antrum et fons*) ad hunc locum sint adhuc, an alibi, ut consiliorum meorum quod superest me dicente percipias, communique amborum opera procedant.

NEOPTOLEMUS.

Rex Ulysse, rem narras, quæ in promptu est : videor enim specum, qualem dixisti, videre.

ULYSSES.

Superne, an inferne? non enim discernio.

NEOPTOLEMUS.

Illum superne : nec ullus auditur incedentis strepitus.

ULYSSES.

Vide num humi dormiendi causa domum subiit.

NEOPTOLEMUS.

Vacuam habitationem video, absque hominibus.

ULYSSES.

Neque intus apparatus est qui aliquam domus *bene instructæ* similitudinem referat?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Στιπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κοὐδέν ἐσθ' ὑπόστεγον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Αὐτόξυλόν γ' ἕκπωμα, φλαυρουργοῦ τινος τεχνήματ' ἀνδρὸς, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεις τόδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἰοὺ ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται ῥάκη, βαρείας του νοσηλείας πλέα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς, κἄστ' οὐχ ἑκάς που. Πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ κῶλον παλαιᾷ κηρὶ προσβαίη μακράν; ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν, ἢ φύλλον εἴ τι νώδυνον κάτοιδέ που.

Τὸν οὖν παρόντα πέμψον ἐς κατασκοπὴν, μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσών· ὡς μᾶλλον ἂν ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἔρχεταί τε καὶ φυλάξεται στίβος. Σὺ δ' εἴ τι χρῄζεις, φράζε δευτέρῳ λόγῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας γενναῖον εἶναι, μὴ μόνον τῷ σώματι, ἀλλ' ἤν τι καινὸν, ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας, κλύῃς, ὑπουργεῖν, ὡς ὑπηρέτης πάρει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δῆτ' ἄνωγας;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων. Ὅταν σ' ἐρωτᾷ τίς τε καὶ πόθεν πάρει, λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς· τόδ' οὐχὶ κλεπτέον· πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπὼν τὸ ναυτικὸν στράτευμ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα, οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν, μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου, οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ, ἀλλ' αὖτ' Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν· λέγων ὅσ' ἂν θέλῃς καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἐσχάτων κακά. Τούτων γὰρ οὐδὲν ἀλγυνεῖ μ'· εἰ δ' ἐργάσει μὴ ταῦτα, λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς. Εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται, οὐκ ἔστι πέρσαι σοι τὸ Δαρδάνου πέδον.

Ὡς δ' ἔστ' ἐμοὶ μὲν οὐχὶ, σοὶ δ' ὁμιλία πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος, ἔκμαθε. Σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενὶ οὔτ' ἐξ ἀνάγκης οὔτε τοῦ πρώτου στόλου, ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον. Ὥστ' εἴ με τόξων ἐγκρατῆς αἰσθήσεται, ὀλωλα καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Stratum foliorum calcatum ut cuipiam ibi hucubanti.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ceterane sunt vacua, nec quidquam ultra sub tecto est?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Poculum est e ligno rudi factum, pravi sane artificis artes, unaque hæc igniaria.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Illius hæc supellex est, quam significas

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Eheu, eheu! Præterea hice siccantur laceri panni fœda quadam sanie pleni.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Plane in hisce locis vir habitat, atque alicubi haud procul abest. Qui enim veteri *fatali* morbo pedem æger ad locum remotum accesserit longius? sed vel in consuetam viam exiit, qua victum quæreret, vel herbam, si quam novit alicubi, qua sedet dolores.

Hunc itaque *pedissequum* qui adest, mitte speculatum, ne forte in me imprudentem incidat. Quippe unum me malit prehendere, quam universos Achivos.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

En ille vadit, et semita custodietur : tu vero, si quid vis præterea, altero aperi sermone.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Achillis nate, oportet te in his, quorum gratia huc venisti, strenuum esse non solum corpore, sed si quid novum nec ante auditum tibi audies, ministrare in eo, ut qui adjutor *mihi datus* sis.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Quid ergo jubes?

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Fallas oportet Philoctetæ animum verbis quæ ficta ad eam facies.

Quando te rogabit, Quis es, et unde ades, dicas filium esse te Achillis : hoc enim non celandum est : navigas autem quasi domum, deserto navali Achivorum exercitu, quem impense oderis, qui postquam te cum precibus arcessivissent domo, solam habentes hanc Ilii expugnandi rationem, venienti tamen haud dignati sint tibi Achillis arma dare, quæ jure tuo peteres,

Ulyssi vero tradiderint ea; *hæc dicas* proferens contra nos quotquot voles extrema omnium probra :

horum enim nihil me lædet; ista vero ni feceris, Achivis omnibus ærumnas infliges.

Nisi enim hujus arcus et sagittæ capientur, non poteris unquam expugnare Dardani urbem.

Disce autem, cur mihi quidem non liceat, tibi vero liceat fidenter et tuto cum hoc viro conversari.

Tu quidem navigasti, nemini juramento obstrictus, neque ex necessitate, nec primæ expeditionis socius : horum autem nihil est infitiandum mihi.

Quare, si potens arcûs (*arcum tenens*) me *adesse* senserit, perii, teque eo, quod tecum sim, perdam.

Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεὺς
ὅπως γενήσει τῶν ἀνικήτων ὅπλων.
Ἔξοιδα, παῖ, φύσει σε μὴ πεφυκότα
τοιαῦτα φωνεῖν μηδὲ τεχνᾶσθαι κακά·
ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν,
τόλμα· δίκαιοι δ' αὖθις ἐκφανούμεθα.
Νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
δός μοι σεαυτὸν, κἄπειτα τὸν λοιπὸν χρόνον
κέκλησο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.

NEOPTOLEMUS.

Ἐγὼ μὲν οὖς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,
Λαερτίου παῖ, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.
Ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
οὔτ' αὐτὸς οὔθ', ὡς φασίν, οὑκφύσας ἐμέ.
Ἀλλ' εἶμ' ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν
καὶ μὴ δόλοισιν· οὐ γὰρ ἓξ ἑνὸς ποδὸς
ἡμᾶς τοσούσδε πρὸς βίαν χειρώσεται.
Πεμφθείς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης ὀκνῶ
προδότης καλεῖσθαι· βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς
δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον ἢ νικᾶν κακῶς.

ODYSSEUS.

Ἐσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργὸν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν ὁρῶ βροτοῖς
τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τἄργα, πάνθ' ἡγουμένην.

NEOPTOLEMUS.

Τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδῆ λέγειν;

ODYSSEUS.

Λέγω σ' ἐγὼ δόλῳ Φιλοκτήτην λαβεῖν.

NEOPTOLEMUS.

Τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ' ἄγειν;

ODYSSEUS.

Οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις.

NEOPTOLEMUS.

Οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;

ODYSSEUS.

Ἰοὺς ἀφύκτους καὶ προπέμποντας φόνον.

NEOPTOLEMUS.

Οὐκ ἆρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ;

ODYSSEUS.

Οὔ, μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω.

NEOPTOLEMUS.

Οὐκ αἰσχρὸν ἡγεῖ δῆτα τὸ ψευδῆ λέγειν;

ODYSSEUS.

Οὐκ, εἰ τὸ σωθῆναί γε τὸ ψεῦδος φέρει.

NEOPTOLEMUS.

Πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λαλεῖν;

ODYSSEUS.

Ὅταν τι δρᾷς ἐς κέρδος, οὐκ ὀκνεῖν πρέπει.

NEOPTOLEMUS.

Κέρδος δ' ἐμοὶ τί τοῦτον ἐς Τροίαν μολεῖν;

ODYSSEUS.

Λίρει τὰ τόξα ταῦτα τὴν Τροίαν μόνα.

Quocirca callide id ipsum comminisci debes, qui furto auferas invicta arma.

Novi, fili, te non esse natura ad hujusmodi dicta ac mala molienda esse factum :

at tamen jucunda res est victoriam adipisci. Aude igitur, veraces autem post rursus erimus.

Nunc vero in hujus diei partem exiguam da te mihi ita ut sis impudens; et deinde reliquum tempus vocator omnium sanctissimus mortalium.

NEOPTOLEMUS.

Ego vero, Laertæ fili, dicta quæ audire indignor, eadem etiam facere odi.

Hoc enim a natura habeo, ut nihil ex insidiis agam, neque ego, neque, ut aiunt, qui me genuit *pater*.

Sed paratus sum vi virum abducere, et non dolis. Non enim ille ex uno pede (*solus*) nos qui tam multi simus vi devicerit.

Missus tamen equidem tecum ut adjutor, vereor proditor vocari. Malo autem, o rex, honesta faciendo spe excidere, quam turpi facto vincere.

ULYSSES.

Optimi patris fili, et ipse, juvenis quum essem olim, linguam quidem segnem, manum vero habebam ad opera promptam : nunc autem, re perspecta et explorata, video inter mortales linguam esse, non opera, quæ omnia gubernat.

NEOPTOLEMUS.

Quid igitur aliud me jubes, quam mentiri?

ULYSSES.

Dico Philocteten dolo tibi capiundum esse.

NEOPTOLEMUS.

Cur dolo potius, quam persuadendo abducam?

ULYSSES.

Haud ei persuadebitur : vi autem capere nequeas.

NEOPTOLEMUS.

Estne illi tam insolens virium fiducia?

ULYSSES.

Sunt certæ sagittæ letumque ferentes.

NEOPTOLEMUS.

Anne igitur ad eum ne accedere quidem fortis viri est.

ULYSSES.

Neutiquam, nisi dolo ceperis, ut ego dico.

NEOPTOLEMUS.

At, quæso, ea quæ falsa sunt dicere non turpe censes?

ULYSSES.

Non, si mendacium quidem salutem afferat.

NEOPTOLEMUS.

At qua fronte quis hæc audebit loqui?

ULYSSES.

Quum lucri causa quid inceptas, pigere haud decet.

NEOPTOLEMUS.

Quid vero lucri est mihi, si hic ad Trojam venerit?

ULYSSES.

Solæ hæ sagittæ Trojam ceperint.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ ἄρ' ὁ πέρσων, ὡς ἐφάσκετ', εἴ[illegible];

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὔτ' ἂν σὺ κείνων χωρὶς οὔτ' ἐκεῖνα σοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θηρατέ' οὖν γίγνοιτ' ἂν, εἴπερ ὧδ' ἔχει.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ὡς τοῦτό γ' ἔρξας δύο φέρει ὠφελήματα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ποίω; μαθὼν γὰρ οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σοφός τ' ἂν αὐτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ ἅμα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἴτω· ποιήσω, πᾶσαν αἰσχύνην ἀφείς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἦ μνημονεύεις οὖν ἃ σοι παρήνεσα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σάφ' ἴσθ', ἐπείπερ εἰσάπαξ συνήνεσα.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σὺ μὲν μένων νυν κεῖνον ἐνθάδ' ἐκδέχου,
ἐγὼ δ' ἄπειμι, μὴ κατοπτευθῶ παρών,
καὶ τὸν σκοπὸν πρὸς ναῦν ἀποστελῶ πάλιν.
Καὶ δεῦρ', ἐάν μοι τοῦ χρόνου δοκῆτέ τι
κατασχολάζειν, αὖθις ἐκπέμψω πάλιν
τοῦτον τὸν αὐτὸν ἄνδρα, ναυκλήρου τρόποις
μορφὴν δολώσας, ὡς ἂν ἀγνοία προσῇ·
οὗ δῆτα, τέκνον, ποικίλως αὐδωμένου
δέχου τὰ συμφέροντα τῶν ἀεὶ λόγων.
Ἐγὼ δὲ πρὸς ναῦν εἶμι, σοὶ παρεὶς τάδε·
Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν
Νίκη τ' Ἀθάνα Πολιὰς, ἣ σώζει μ' ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

Τί χρὴ τί χρή με, δέσποτ', ἐν ξένᾳ ξένον Στρ. α'.
στέγειν; ἢ τί λέγειν πρὸς ἄνδρ' ὑπόπταν;
φράζε μοι.
Τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προὔχει
καὶ γνώμα παρ' ὅτῳ τὸ θεῖον
Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.
Σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθεν
πᾶν κράτος ὠγύγιον· τό μοι ἔννεπε
τί σοι χρεὼν ὑπουργεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς
προσιδεῖν ἐθέλεις ὄντινα κεῖται,
ἕρκου θαρσῶν· ὁπόταν δὲ μολῇ
ξεινὸς ὀδίτης τῶνδ' ἐκ μελάθρων,
πρὸς ἐμὴν ἀεὶ χεῖρα προχωρῶν
πειρῶ τὸ παρὸν θεραπεύειν.

ΧΟΡΟΣ.

Μέλον πάλαι μέλημά μοι λέγεις, ἄναξ, Ἀντ. α'.
φρουρεῖν ὅμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ.
Νῦν δέ μοι
λέγ' αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει
καὶ χῶρον τίν' ἔχει. Τὸ γάρ μοι

NEOPTOLEMUS.

Ergo non ego, ut dicebatis, is ipse sum, qui eam expugnaturus sit?

ULYSSES.

Nec tu sine illis, nec illæ sine te.

NEOPTOLEMUS.

Captandæ itaque sunt, quandoquidem ita se res habet.

ULYSSES.

Porro si hoc feceris, gemina auferes præmia.

NEOPTOLEMUS.

Quænam? cedo; si enim sciero, nihil renuam exsequi.

ULYSSES.

Catus ut idem simulque fortis voceris.

NEOPTOLEMUS.

Age ergo, faciam *quod jubes*, omni pudore amoto.

ULYSSES.

Tenesne animo igitur, quæ te monui?

NEOPTOLEMUS.

Ne dubita, postquam semel assensi.

ULYSSES.

Tu quidem ergo hic opperiens eum excipe: ego vero abeo, ne, hic si sim, conspiciar, ac ministrum ut ad navem mittam denuo.

Et huc, si temporis (*ad hoc negotium dati*) partem otiando perdere mihi videbimini, eumdem ipsum virum remittam naucleri habitu concinnatum callide, ut pro ipso te haberi possit: qui quum versute perplexa loquetur, tu, tibi, ex ejus sermone quæcunque tibi ex usu erunt, arripe.

Ego vero ad navem abeo, his tibi commissis: Mercurius autem fraudum repertor, cujus ductu huc venimus, nos regat, et victrix Minerva arcium præses, quæ me servat semper.

CHORUS.

Quid peregrinus in peregrino solo reticeam, o rex, quidve dicam homini suspicaci? edoce me.

Aliorum enim arti ars præstat et consilium ejus, cui clarum Jovis sceptrum regitur.

Ad te vero, o fili, summum hoc imperium avis ab ipsis delatum est. Quare age dic quo modo tibi subservire nos expediat.

NEOPTOLEMUS.

Mirum ni cupis extremos fines invisere loci quo ille caribile habet: nunc quidem ergo adspice fidenter;

at ubi veniet horrendus vir hocce ex antro, meam semper ad manum procedens, da operam, ut ad rem præsentem te accommodes.

CHORUS.

Rem jubes, o rex, quæ jam dudum mihi curæ est, oculum tuo maxime commodo intentum habere.

Nunc vero dic mihi quonam in recessu incola inhabitat quemve tenet locum:

μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον,
μὴ προσπεσών με λάθῃ ποθὲν,
τίς τόπος, ἢ τίς ἕδρα, τίν' ἔχει στίβον,
ἔναυλον, ἢ θυραῖον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οἶκον μὲν δρᾷς τόνδ' ἀμφίθυρον
πετρίνης κοίτης.

ΧΟΡΟΣ.

Ποῦ γὰρ ὁ τλήμων αὐτὸς ἄπεστιν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Δῆλον ἔμοιγ' ὡς φορβῆς χρείᾳ
στίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που.
Ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτᾶς αὐτὸν
λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
πτηνοῖς ἰοῖς σμυγερὸν σμυγερῶς,
οὐδέ τιν' αὐτῷ
παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν.

ΧΟΡΟΣ.

Οἰκτείρω νιν ἔγωγ', ὅπως, Στρ. β'.
μή του κηδομένου βροτῶν
μηδὲ σύντροφον ὄμμ' ἔχων
δύστανος, μόνος ἀεὶ,
νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν,
ἀλύει δ' ἐπὶ παντί τῳ
χρείας ἱσταμένῳ. Πῶς ποτε πῶς δύσμορος ἀντέχει;
Ὦ παλάμαι θνητῶν,
ὦ δύστανα γένη βροτῶν,
οἷς μὴ μέτριος αἰών.
Οὗτος πρωτογόνων ἴσως Ἀντ. β'.
οἴκων οὐδενὸς ὕστερος,
πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων
στικτῶν ἢ λασίων μετὰ
θηρῶν, ἔν τ' ὀδύναις ὁμοῦ
λιμῷ τ' οἰκτρὸς ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων βαρεῖ·
ἃ δ' ἀθυρόγλωσσος
ἀχὼ τηλεφανὴς πικρᾶς
οἰμωγᾶς ὕπ' ὀχεῖται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐδὲν τούτων θαυμαστὸν ἐμοί.
Θεῖα γὰρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ,
καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν
τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη,
καὶ νῦν ἃ πονεῖ δίχα κηδεμόνων,
οὐκ ἔσθ' ὡς οὐ θεῶν του μελέτη,
τοῦ μὴ πρότερον τόνδ' ἐπὶ Τροίᾳ
τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη,
πρὶν δὴ ἑξῆκοι χρόνος, ᾧ λέγεται
χρῆναί σφ' ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι.

ΧΟΡΟΣ.

Εὔστομ' ἔχε, παῖ. Στρ. γ'.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί τόδε;

hoc enim doceri mihi non inopportunum fuerit, ne imprudenti alicunde superveniat :

quis locus, quæ sedes, quave carpit viam? intusne an foris?

NEOPTOLEMUS.

Hoc quidem quod cernis illius domicilium, bifore saxeum ejus cubile est.

CHORUS.

Sed quo ipse miser abiit?

NEOPTOLEMUS.

Nullus dubito quin cibi quærendi gratia proximam hanc semitam deinceps prosequatur hic alicubi in vicinia.

Hanc enim fama fert illum consuetudinem habere, alatis sagittis configentem feras miserum misere,

nec sibi quemquam malorum medicum *posse* parare.

CHORUS.

Miseror equidem illius *vicem*, quomodo, nemine curante *eum* mortalium, nec aspectum habens vitæ consortem infelix, solus semper, laborat atroci morbo, inopsque consilii vagatur, cujusvis rei (*ad vitam necessariæ*) oborto desiderio.

Quo tandem modo miser obsistit?

O (*frustra*) sollers mortalium industria! o infelicia hominum genera, quibus vita *malis* modum excedens *obtigit!*

Hic nobilium familiarum forsan nulli secundus, rerum, quibus usus vitæ indiget, omnium expers, semotus a ceteris *hominibus* jacet inter pictas hirsutasve feras, doloribus simul et fame miserandus gravi, intolerabiles curas habens :

[illegible] ore vero Echo acerbis ejulatibus insonat procul.

NEOPTOLEMUS.

Nihil est horum quod mirer.

Divûm enim numine, si quid ego intelligo, et illa a crudeli Chryse mala eum invaserunt :

quodque nunc, curante nemine, morbo afflictatur, non est ut hoc non deorum cujusdam cura *fiat*, ne prius hic in Trojam dirigat divina invicta tela, quam venerit tempus illud, quo dicitur ab illis expugnanda esse.

CHORUS.

Comprime vocem, fili.

NEOPTOLEMUS.

Quid est?

ΧΟΡΟΣ.

Προὐφάνη κτύπος,
φωτὸς σύντροφος ὡς τειρομένου του,
ἤ που τῇδ' ἢ τῇδε τόπων.
Βάλλει βάλλει μ' ἐτύμα
φθογγά του στίβου κατ' ἀνάγκαν
ἕρποντος, οὐδέ με λάθει
βαρεῖα τηλόθεν αὐδὰ
τρυσάνωρ· διάσημα γὰρ θρηνεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλ' ἔχε, τέκνον, Ἀντ. γ'.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Λέγ' ὅ τι.

ΧΟΡΟΣ.

φροντίδας νέας·
ὡς οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνὴρ,
οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων,
ὡς ποιμὴν ἀγροβότας,
ἀλλ' ἤ που πταίων ὑπ' ἀνάγκας
βοᾷ τηλωπὸν ἰωὰν,
ἢ ναὸς ἄξενον αὐγά-
ζων ὅρμον· προβοᾷ τι γὰρ δεινόν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ

Ἰὼ ξένοι,
τίνες ποτ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ
κατέσχετ' οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην;
ποίας πάτρας ὑμᾶς ἂν ἡ γένους ποτὲ
τύχοιμ' ἂν εἰπών; σχῆμα μὲν γὰρ Ἑλλάδος
στολῆς ὑπάρχει προσφιλεστάτης ἐμοί·
φωνῆς δ' ἀκοῦσαι βούλομαι· καὶ μή μ' ὄκνῳ
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον,
ἀλλ' οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον,
ἔρημον ὧδε κἄφιλον κακούμενον
φωνήσατ', εἴπερ ὡς φίλοι προσήκετε.
Ἀλλ' ἀναμείψασθ'· οὐ γὰρ εἰκὸς οὔτ' ἐμὲ
ὑμῶν ἁμαρτεῖν τοῦτό γ' οὔθ' ὑμᾶς ἐμοῦ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ', ὦ ξέν', ἴσθι τοῦτο πρῶτον, οὕνεκα
Ἕλληνές ἐσμεν. Τοῦτο γὰρ βούλει μαθεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φίλτατον φώνημα. Φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν
πρόσφθεγμα τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἐν χρόνῳ μακρῷ.
Τίς σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγεν
χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος;
γέγωνέ μοι πᾶν τοῦθ', ὅπως εἰδῶ τίς εἶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ γένος μέν εἰμι τῆς περιρρύτου
Σκύρου· πλέω δ' ἐς οἶκον· αὐδῶμαι δὲ παῖς
Ἀχιλλέως, Νεοπτόλεμος. Οἶσθα δὴ τὸ πᾶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φιλτάτου παῖ πατρὸς, ὦ φίλης χθονὸς,
ὦ τοῦ γέροντος θρέμμα Λυκομήδους, τίνι
στόλῳ προσέσχες τήνδε γῆν, πόθεν πλέων;

CHORUS.

Strepitus exauditus est, tanquam viro alicui laboranti proprius, locorum aut hic, aut hic.

Accidit mihi sonitus cujuspiam laborioso incessu ingredientis, neque me fallit gravis vox procul *audita*, quæ audientes excruciat; clare enim lamentatur.

CHORUS.

Sed concipe, fili,

NEOPTOLEMUS.

Quidnam? cedo.

CHORUS.

novas curas.

Non procul, sed prope adest vir, non fistulæ reddens sonum, agrestis ut pastor:

sed aut alicubi pedem offendens præ cruciatu vociferatum longe sonante clamore, aut navis inhospitalem cernens stationem.

Atrox enim quidpiam clamat.

PHILOCTETES.

Ehem hospites, quinam estis, quæso, qui ad hanc terram importuosam et inhabitatam appulistis navem?

Qua ex patria, quove vos ex genere esse vere diverim?

Forma quidem apparet vestitus Græci, mihi carissimi; at vocem audire cupio; neve me aversemini efferatum reformidantes:

sed miserati hominem infelicem, solum, desertum, ac amicis destitutum, conflictum malis alloquimini, si amici quidem adestis.

Respondete, amabo: haud enim par est me a vobis hoc non impetrare, aut vos vicissim a me.

NEOPTOLEMUS.

At scito hoc primum, hospes, nos Græcos esse, quandoquidem hoc scire cupis.

PHILOCTETES.

O carissima vox! vah! vah! quam juvat vel accepisse talis viri alloquium post tam longum tempus! Quæ te huc, o fili, appulit, quæ adduxit necessitas? quod consilium? quis ventorum ille carissimus?

Omne hoc mihi declara, ut sciam quis es.

NEOPTOLEMUS.

Genere equidem a Scyro circumflua sum; domum navigo: porro vocor Neoptolemus, Achillis filius.

Rem totam tenes.

PHILOCTETES.

O carissimi patris nate, o cara *edite* patria, o senis alumne Lycomedis, quonam *suscepto* itinere huc appulisti, unde navigans?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐξ Ἰλίου τοι δὴ τανῦν γε ναυστολῶ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς εἶπας; οὐ γὰρ δὴ σύ γ' ἦσθα ναυβάτης ἡμῖν κατ' ἀρχὴν τοῦ πρὸς Ἴλιον στόλου.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦ γὰρ μετέσχες καὶ σὺ τοῦδε τοῦ πόνου;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ τέκνον, οὐ γὰρ οἶσθά μ' ὄντιν' εἰσορᾷς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς γὰρ κάτοιδ' ὅν γ' εἶδον οὐδεπώποτε;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐδ' ὄνομ' ἄρ' οὐδὲ τῶν ἐμῶν κακῶν κλέος ἤσθου ποτ' οὐδέν, οἷς ἐγὼ διωλλύμην;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ πόλλ' ἐγὼ μοχθηρὸς, ὦ πικρὸς θεοῖς, οὗ μηδὲ κληδὼν ὧδ' ἔχοντος οἴκαδε μηδ' Ἑλλάδος γῆς μηδαμοῖ διῆλθέ που. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐκβαλόντες ἀνοσίως ἐμὲ γελῶσι σῖγ' ἔχοντες, ἡ δ' ἐμὴ νόσος ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται.

Ὦ τέκνον, ὦ παῖ πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως, ὅδ' εἰμ' ἐγώ σοι κεῖνος, ὃν κλύεις ἴσως τῶν Ἡρακλείων ὄντα δεσπότην ὅπλων, ὁ τοῦ Ποίαντος παῖς Φιλοκτήτης, ὃν οἱ ὀισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ' ἔρημον, ἀγρίᾳ νόσῳ καταφθίνοντα, τῆς ἀνδροφθόρου πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι· ξὺν ᾗ μ' ἐκεῖνοι, παῖ, προθέντες ἐνθάδε ᾤχοντ' ἔρημον, ἡνίχ' ἐκ τῆς ποντίας Χρύσης κατέσχον δεῦρο ναυβάτῃ στόλῳ. Τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς ἐν κατηρεφεῖ πέτρᾳ, λιπόντες ᾤχονθ', οἷα φωτὶ δυσμόρῳ βάκη προθέντες βαιὰ καί τι καὶ βορᾶς ἐπωφέλημα σμικρὸν, οἳ' αὐτοῖς τύχοι. Σὺ δὴ, τέκνον, ποίαν μ' ἀνάστασιν δοκεῖς αὐτῶν βεβώτων ἐξ ὕπνου στῆναι τότε; ποῖ' ἐκδακρῦσαι, ποῖ' ἀποιμῶξαι κακά; ὁρῶντα μὲν ναῦς ἃς ἔχων ἐναυστόλουν πάσας βεβώσας, ἄνδρα δ' οὐδέν' ἔντοπον, οὐχ ὅστις ἀρκέσειεν, οὐδ' ὅστις νόσου κάμνοντι συλλάβοιτο· πάντα δὲ σκοπῶν γῦρισκον οὐδὲν πλὴν ἀνιᾶσθαι παρὸν, τούτου δὲ πολλὴν εὐμάρειαν, ὦ τέκνον.

Ὁ μὲν χρόνος δὴ διὰ χρόνου προὔβαινέ μοι, κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον διακονεῖσθαι. Γαστρὶ μὲν τὰ σύμφορα τόξῳν τόδ' ἐξήρισκε, τὰς ὑποπτέρους βάλλον πελείας· πρὸς δὲ τοῦθ', ὅ μοι βάλοι νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Nunc quidem ex Ilio navigo.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Quid ais? non enim tu nobiscum classem conscendisti, quum primum ad Ilium profecti fuimus.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

An et tu particeps fuisti istius ærumnæ?

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

O nate, non me ergo nosti, quem intueris?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Quomodo enim noverim, quem vidi nunquam?

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Neque nomen, neque calamitatum mearum famam ullam unquam audivisti, quibus perii miser?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Scito me nihil eorum noesse, de quibus rogas.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

O valde me calamitosum, o invisum diis, cujus ne fama quidem meæ hujus conditionis domum, nec usquam Græciæ pervenit!

Sed qui me huc ejecerunt impie, deridentes me taciti : lues autem mea usque viget, inque dies fit gravior.

O fili, o patris Achillis proles, en ille ego sum tibi, quem fortasse accepisti esse Herculearum possessorem sagittarum, filius Pœantis Philoctetes, quem gemini duces, rexque Cephallenum abjecere turpiter solum sic in deserto loco, diro tabescentem morbo; letiferæ excetræ morsu sævo vulneratum,

cum quo (*morbo*) me, o fili, hic expositum solum reliquerunt atque abierunt, postquam e ponto circumflua Chrysa huc appulerunt navali classe.

Scilicet ubi læti me viderunt ex multa maris jactatione dormientem in cava litoris rupe, abierunt appositis mihi, ut mendico alicui, pannis pauculis, cibique subsidio tenui; qualia ipsis utinam contingant!

Tu vero, o fili, quem mihi e somno excitato, postquam illi profecti fuerunt, sensum fuisse putas, quas effudisse lacrimas, quibus lamentis deplorasse mala?

quum cernerem naves, quibus tum navigabam, omnes abactas, hominemque in loco neminem, nec qui opem ferret (*victus causa*), nec qui morbi levamen afferret : omnia autem circumspiciens nihil vidi præter ærumnas adesse, harumque, o fili, ingentem copiam.

Interea mihi tempus sensim procedebat die diem excipiente, oportebatque solum me hoc sub parvo tecto aliquid mihi ministrare (*cibi*).

Ventri quidem necessaria suppeditabat hic arcus, volatiles petendo columbas : tum quodcunque mihi attigisset retracta nervo sagitta, ad id provolvebam me miserum pro-

εἰλυόμην δύστηνον ἑξέλκων πόδα
πρὸς τοῦτ' ἄν· εἴ τ' ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν,
καί που πάγου χυθέντος, οἷα χείματι,
ξύλον τι θραῦσαι, ταῦτ' ἂν ἐξέρπων τάλας
ἐμηχανώμην· εἶτα πῦρ ἂν οὐ παρῆν,
ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων, μόλις
ἔφην' ἄφαντον φῶς, ὃ καὶ σώζει μ' ἀεί.
Οἰκουμένη γὰρ οὖν στέγη πυρὸς μέτα
πάντ' ἐκπορίζει πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμέ.
Φέρ', ὦ τέκνον, νῦν καὶ τὸ τῆς νήσου μάθῃς.
Ταύτῃ πελάζει ναυβάτης οὐδεὶς ἑκών.
Οὐ γάρ τις ὅρμος ἐστὶν, οὐδ' ὅποι πλέων
ἐξεμπολήσει κέρδος, ἢ ξενώσεται.
Οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν.
Τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε· πολλὰ γὰρ τάδε
ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ.
Οὗτοί μ', ὅταν μόλωσιν, ὦ τέκνον, λόγοις
ἐλεοῦσι μὲν, καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος
προσέδοσαν οἰκτείραντες, ἢ τινα στολήν·
ἐκεῖνο δ' οὐδεὶς, ἡνίκ' ἂν μνησθῶ, θέλει,
σῶσαί μ' ἐς οἴκους, ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας
ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ
κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον.
Τοιαῦτ' Ἀτρεῖδαί μ' ἤ τ' Ὀδυσσέως βία,
ὦ παῖ, δεδράκασ'· οἵ Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποινα' ἐμοῦ παθεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔοικα κἀγὼ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα
ξένοις ἐποικτείρειν σε, Ποίαντος τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ δὲ καὐτὸς τοῖσδε μάρτυς ἐν λόγοις,
ὡς εἴσ' ἀληθεῖς οἶδα, συντυχὼν κακῶν
ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν τῆς τ' Ὀδυσσέως βίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἦ γάρ τι καὶ σὺ τοῖς πανωλέθροις ἔχεις
ἔγκλημ' Ἀτρείδαις, ὥστε θυμοῦσθαι παθών;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε,
ἵν' αἱ Μυκῆναι γνοῖεν ἡ Σπάρτη θ' ὅτι
χἡ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Εὖ γ', ὦ τέκνον. Τίνος γὰρ ὧδε τὸν μέγαν
χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὦ παῖ Ποίαντος, ἐξερῶ, μόλις δ' ἐρῶ,
ἄγωγ' ὑπ' αὐτῶν ἐξελωβήθην μολών.
Ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖρ' Ἀχιλλέα θανεῖν,

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴμοι· φράσῃς μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω
πρῶτον τόδ', ἢ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τέθνηκεν, ἀνδρὸς οὐδενὸς, θεοῦ δ' ὕπο,
τοξευτὸς, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

trahens pedem. Atque etiam quum potum capere, vel, pruinis *terræ* superfusis, ut hieme solet, necesse erat perrumper ligni cædere, hæc prorepens ipse moliebar miser.

Deinde ignis haud erat in promptu : sed silici silicem atterens, abstrusam vix elicui flammam, quæ semper (i. e. *quoque, quod tale est, tempore*) me sospitat.

Habitata enim casa cum igne omnia suppeditat, præter hoc, quod morbo non vaco.

Age nunc, o nate, et insulæ hujus naturam disce. Huc navita nullus sponte applicat : nulla est enim statio, nec locus in quem navigans lucrum faciat vel hospitio excipiatur.

Nullæ huc sunt eorum qui sapiunt inter mortales navigationes. Fortasse igitur, inquies, aliquis appulit ingratiis : talia enim multa in longa hominum ætate eveniant.

Hi ubi advenerunt, o fili, verbis quidem miserantur me, et forsitan etiam vicem dolentes meam, cibi aut vestis aliquid addunt insuper :

at illud, ubi primum mentionem injicio, renuunt omnes, ut domum me salvum reducant. Itaque conficior miser annum jam hunc decimum fame et doloribus, alens voracem luem.

Talia mihi fecerunt, o fili, Atridæ et Ulysses : qualia iis vicissim *pœnæ causa* mala dii Olympii duint sustinenda!

CHORUS.

Ego quoque, haud secus atque hospites *prius huc* advecti, non possum quin te miserer, Pœantis fili.

NEOPTOLEMUS.

At ego *ipse* vere hæc dicta esse scio, ut qui testis sim ipse, malos viros expertus Atridas et Ulyssem.

PHILOCTETES.

Num et tu de sacerrimorum Atridarum aliqua injuria expostulas, ut læsus irascaris?

NEOPTOLEMUS.

Iram utinam aliquando obtingat ut expleam manu, quo Mycenæ intelligant Spartaque, fortium virorum genitricem esse Scyron quoque!

PHILOCTETES.

Euge, o fili : sed quid, quod ita tibi hanc magnam iram commovit, ades crimini dans Atridis?

NEOPTOLEMUS.

O fili Pœantis, dicam, tametsi ægre dicam, quas ego, quum *Trojam* venissem, ab iis injurias accepi; nam ubi Achillem fatum tenuit, ut moreretur...

PHILOCTETES.

Hei mihi! ne quod ultra verbum facias, priusquam didicero hoc primum, occiditne Pelei proles?

NEOPTOLEMUS.

Occidit, neminis hominis, sed dei, ut aiunt, manu, Phœbi domitus arcu.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀλλ' εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὠ θανών.
Ἀμηχανῶ δὲ πότερον, ὦ τέκνον, τὸ σὸν
πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον, ἢ κεῖνον στένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οἶμαι μὲν ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σ', ὦ τάλας,
ἀλγήματ', ὥστε μὴ τὰ τῶν πέλας στένειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὀρθῶς ἔλεξας. Τοιγαροῦν τὸ σὸν φράσον
αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμ', ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦλθόν με νηὶ ποικιλοστόλῳ μέτα
δῖός τ' Ὀδυσσεὺς χὠ τροφεὺς τοὐμοῦ πατρὸς,
λέγοντες, εἴτ' ἀληθὲς εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,
ὡς οὐ θέμις γίγνοιτ', ἐπεὶ κατέφθιτο
πατὴρ ἐμὸς, τὰ πέργαμ' ἄλλον ἢ μ' ἑλεῖν.
Ταῦτ', ὦ ξέν', οὕτως ἐννέποντες οὐ πολὺν
χρόνον μ' ἐπέσχον μή με ναυστολεῖν ταχύ,
μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόντος ἱμέρῳ,
ὅπως ἴδοιμ' ἄθαπτον· οὐ γὰρ εἰδόμην·
ἔπειτα μέντοι χὠ λόγος καλὸς προσῆν,
εἰ τἀπὶ Τροίᾳ πέργαμ' αἱρήσοιμ' ἰών.
Ἦν δ' ἡμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι,
κἀγὼ πικρὸν Σίγειον οὐρίῳ πλάτῃ
κατηγόμην· καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς
ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν
τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.
Κεῖνος μὲν οὖν ἔκειτ'· ἐγὼ δ' ὁ δύσμορος,
ἐπεὶ δάκρυσα κεῖνον οὐ μακρῷ χρόνῳ,
ἐλθὼν Ἀτρείδας πρὸς φίλους, ὡς εἰκὸς ἦν,
τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν τοῦ πατρὸς τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.
Οἱ δ' εἶπον, οἴμοι, τλημονέστατον λόγον,
Ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, τἄλλα μὲν πάρεστί σοι
πατρῷ' ἐλέσθαι, τῶν δ' ὅπλων κείνων ἀνὴρ
ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γόνος.
Κἀγὼ δακρύσας εὐθὺς ἐξανίσταμαι
ὀργῇ βαρείᾳ, καὶ καταλγήσας λέγω,
Ὦ σχέτλι', ἦ 'τολμήσατ' ἀντ' ἐμοῦ τινὶ
δοῦναι τὰ τεύχη ταμὰ, πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ;
Ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεὺς, πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν.
Ναὶ, παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως οὗτος τάδε·
ἐγὼ γὰρ αὐτ' ἔσωσα κἀκεῖνον παρών.
Κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς
τοῖς πᾶσιν, οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος,
εἰ τἀμὰ κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με.
Ὁ δ' ἐνθάδ' ἦκων, καίπερ οὐ δύσοργος ὤν,
ὀηχθεὶς πρὸς ἀξήκουσεν ὧδ' ἠμείψατο·
Οὐκ ἦσθ' ἵν' ἡμεῖς, ἀλλ' ἀπῆσθ' ἵν' οὔ σ' ἔδει.
Καὶ ταῦτ', ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν,
οὐ μή ποτ' ἐς τὴν Σκῦρον ἐκπλεύσῃς ἔχων.
Τοιαῦτ' ἀκούσας κἀξονειδισθεὶς κακὰ
πλέω πρὸς οἴκους, τῶν ἐμῶν στερηθεὶς τητώμενος
πρὸς τοῦ κακίστου κἀκ κακῶν Ὀδυσσέως.
Κοὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον ὡς τοὺς ἐν τέλει.

PHILOCTETES.

At generosus quidem peremptorque et peremptus. Dubius autem, o fili, hæreo, primumne perconter quod perpessus ipse es, an illius *vicem* deplorem.

NEOPTOLEMUS.

Tibi quidem arbitror tua sufficere infortunia, ut aliena non deplores.

PHILOCTETES.

Recte dixisti: quare de integro rursus rem tuam mihi narra, qua te injuria affecerint.

NEOPTOLEMUS.

Venere ad me picta vecti nave divus Ulysses, altorque mei patris, dicentes, verane an falsa *nescio,* haud fas esse, postquam periisset pater meus, alium quam me Trojanam arcem expugnare.

Hæc illi dictitantes haud diu me cohibebant quin ocissime navi proficiscerer, hospes, idque maxime mortui (*patris*) desiderio, ut insepultum *adhuc* viderem; non enim videram *antea.*

Tum vero sane causa accedebat honesta, si profectus Trojæ turres everterem.

Jamque naviganti mihi dies alter *fulgebat,* quum ad acerbum Sigeum cursu secundo applicavi: atque statim egressum circumfusus omnis exercitus me salutavit, jurantes se vivum, qui non amplius *in vita* erat, Achillem cernere.

At ille paratus ad sepulturam jacebat. Ego vero infelix statim ut illum deflevi, accedens Atridas ad amicos, ut par erat, armaque et alia quæcunque fuerant patris poposci.

At eheu! responsum illi dederunt impudentissimum mihi: *O nate Achillis, cetera quidem licet tibi paterna sumere; armorum autem illorum potitur jam vir alius, Laertæ filius.*

Tum ego cum lacrimis illico exsurgo ira percitus gravi, atque indignabundus, *Ergone,* inquam, *o scelesti, sustinuistisne cuiquam arma mea tradere priusquam ex me quæsivissetis (an vellem illi arma mea concedi)?*

Ad quæ Ulysses, qui forte ibi aderat, *Næ,* inquit, *adolescens, optimo hi jure dederunt ea mihi; namque ego præsens ea, corpusque ipsum servavi.*

Atque ego iratus statim malis omnibus, *quibus uti poteram,* verberavi *eum,* nihil parcens, si mea ille arma erepturus esset mihi.

Ille vero eo adductus, tametsi *alias* haud iracundus sit, punctus ad ea, quæ audiverat, regessit hæc:

Non eras, ubi nos; sed aberas ubi te non oportebat abesse:
hæcque arma, quandoquidem etiam ferociter loqueris, Scyron reportans nunquam navigaveris.

His auditis acceptisque injuriis, navigo domum, meis spoliatus a pessimo et ex pessimis orto Ulysse. Neque *tamen* magis illum culpo, quam illos, penes quos est imperium.

Πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων
στρατός τε σύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν
διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.
Λόγος λέλεκται πᾶς· ὁ δ' Ἀτρείδας στυγῶν
ἐμοί θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς εἴη φίλος.

ΧΟΡΟΣ.

Ὀρεστέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διὸς, Στρ.
ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις,
σὲ κἀκεῖ, μᾶτερ πότνι', ἐπηυδώμαν,
ὅτ' ἐς τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,
ὅτε τὰ πάτρια τεύχεα παρεδίδοσαν,
ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων
λεόντων ἔφεδρε, τῷ Λαρτίου
σέβας ὑπέρτατον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφὲς
λύπης πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε,
καί μοι προσάδεθ' ὥστε γιγνώσκειν ὅτι
ταῦτ' ἐξ Ἀτρειδῶν ἔργα κἀξ Ὀδυσσέως.
Ἔξοιδα γάρ νιν παντὸς ἂν λόγου κακοῦ
γλώσσῃ θιγόντα καὶ πανουργίας, ἀφ' ἧς
μηδὲν δίκαιον ἐς τέλος μέλλει ποιεῖν.
Ἀλλ' οὔ τι τοῦτο θαῦμ' ἐμοιγ', ἀλλ' εἰ παρὼν
Αἴας ὁ μείζων ταῦθ' ὁρῶν ἠνείχετο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ ἦν ἔτι ζῶν, ὦ ξέν'· οὐ γὰρ ἄν ποτε
ζῶντός γ' ἐκείνου ταῦτ' ἐσυλήθην ἐγώ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ χοὗτος οἴχεται θανών;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὡς μηκέτ' ὄντα κεῖνον ἐν φάει νόει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴμοι τάλας. Ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος,
οὐδ' οὐμπόλητὸς Σισύφου Λαερτίῳ,
οὐ μὴ θάνωσι· τούσδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐ δῆτ', ἐπίστω τοῦτό γ', ἀλλὰ καὶ μέγα
θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τί δ' ὃς παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ' ἐμὸς,
Νέστωρ ὁ Πύλιος ἔστιν; οὗτος γὰρ τά γε
κείνων κάκ' ἐξήρυξε, βουλεύων σοφά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν
Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὃς παρῆν, γόνος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οἴμοι, δύ' αὖτως δεῖν' ἔλεξας, οἵν ἐγὼ
ἥκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.
Φεῦ φεῦ· τί δῆτα δεῖ σκοπεῖν, ὅθ' οἵδε μὲν
τεθνᾶσ', Ὀδυσσεὺς δ' ἔστιν αὖ κἀνταῦθ', ἵνα
χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος, ἀλλὰ καὶ σοφαὶ
γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαμά.

Civitas enim universa, simulque totus exercitus principum est. Qui vero flagitiose agunt homines, magistrorum sermonibus edocti fiunt improbi.

Rem totam dixi: qui vero Atridas odit, mihique pariter et diis sit amicus!

CHORUS.

Montibus gaudens, nutrix omnium Rhea, mater ipsius Jovis, quæ magnum Pactolum auriferum tenes, te illic quoque, veneranda mater, imploravi, quando in hunc Atridarum summa injuria invadebat, ubi, o beata, tauricidis vecta leonibus, arma paterna, summum honoris insigne, tradidere Laertæ filio.

PHILOCTETES.

Delati estis ad nos manifestum doloris indicium afferentes (et concinitis mecum), unde hæc esse Atridarum et Ulyssis facinora *contra vos admissa* intelligam.

Hunc enim probe novi nullum non scelestum sermonem nullamque non lingua usurpare nequitiam, unde postremo injusta omnia non potest quin faciat.

Verum nihil id est mirum mihi; sed mirabor, si præsens ista cernens Ajax major passus sit.

NEOPTOLEMUS.

Non erat in vivis amplius, o hospes: nunquam enim, ille vivente, eis spoliatus fuissem.

PHILOCTETES.

Quid ais? an et ille mortem obiit?

NEOPTOLEMUS.

Scito eum non amplius lucis adspectu frui.

PHILOCTETES.

Væ mihi misero! At Tydei filius, nec Sisyphi proles empta Laertæ, non metuendum ne mortui sint. Hos enim non par erat vivere.

NEOPTOLEMUS.

Non sane; hoc certo scias: sed et maxime nunc florent in Argivorum exercitu.

PHILOCTETES.

Quid vero qui senex et *(in senectute)* strenuus erat, amicus meus, Nestor Pylius, agit? hic enim mala *ab illis orta* sapientibus consiliis cohibere solebat.

NEOPTOLEMUS.

Misere nunc ille agit, postquam oppetiit mortem Antilochus, qui *ad Trojam* aderat, filius.

PHILOCTETES.

Hei mihi! duo æque tristia narrasti de iis, quos ego minime vellem absumptos audire. Eheu, eheu! quonam obsecro respiciendum est, quando hi quidem periere, Ulysses vero *ut alias sic* rursum hic quoque superstes est, ubi oportebat horum vice ipsum dici mortuum?

NEOPTOLEMUS.

Astutus est ille luctator; sed vel callida consilia, o Philocteta, impediuntur sæpe.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν, ποῦ γὰρ ἦν ἐνταῦθά σοι
Πάτροκλος, ὃς σοῦ πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Καὶ τοῦτος τεθνηκὼς ἦν· λόγῳ δέ σ' ἐν βραχεῖ
τοῦτ' ἐκδιδάξω. Πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἐκὼν
αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ξυμμαρτυρῶ σοι· καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε
ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,
γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ποίου δὲ τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρᾷς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐ τοῦτον εἶπον, ἀλλὰ Θερσίτης τις ἦν,
ὃς οὐκ ἂν εἵλετ' εἰσάπαξ εἰπεῖν, ὅπου
μηδεὶς ἐῴη· τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ εἶδον αὐτὸν, ἠσθόμην δ' ἔτ' ὄντα νιν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἐμελλ'· ἐπεὶ οὐδέν πω κακόν γ' ἀπώλετο,
ἀλλ' εὖ περιστέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες,
καί πως τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ
χαίρουσ' ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου, τὰ δὲ
δίκαια καὶ τὰ χρήστ' ἀποστέλλουσ' ἀεί.
Ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα, ποῦ δ' αἰνεῖν, ὅταν
τὰ θεῖ' ἐπαινῶν τοὺς θεοὺς εὕρω κακούς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ μὲν, ὦ γένεθλον Οἰταίου πατρὸς,
τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ' Ἴλιον
καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι,
ὅπου θ' ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει
κἀποφθίνει τὰ χρηστὰ χὠ δειλὸς κρατεῖ,
τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρξω ποτέ·
ἀλλ' ἡ πετραία Σκῦρος ἐξαρκοῦσά μοι
ἔσται τὸ λοιπὸν, ὥστε τέρπεσθαι δόμῳ.
Νῦν δ' εἶμι πρὸς ναῦν. Καὶ σὺ, Ποίαντος τέκνον,
χαῖρ' ὡς μέγιστα, χαῖρε· καί σε δαίμονες
νόσου μεταστήσειαν, ὡς αὐτὸς θέλεις.
Ἡμεῖς δ' ἴωμεν· ὡς ὁπηνίκ' ἂν θεὸς
πλοῦν ἡμὶν εἴκῃ, τηνικαῦθ' ὁρμώμεθα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἦδη, τέκνον, στέλλεσθε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Καιρὸς γὰρ καλεῖ
πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πρὸς νῦν σε πατρὸς, πρός τε μητρὸς, ὦ τέκνον,
πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές,
ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον,
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ' οἷοις ὁρᾷς
ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναίοντά με·
ἀλλ' ἐν παρέργῳ θοῦ με. Δυσχέρεια μὲν,
ἴσθ' ἐμοὶ, πολλὴ τοῦδε τοῦ φορήματος·

PHILOCTETES.

Age dic obsecro, ubinam tum erat tibi Patroclus, qui patri tuo fuit in deliciis?

NEOPTOLEMUS.

Etiam ille mortuus erat. Paucis hoc te edocebo: Bellum neminem hominem lubens perimit malum, sed optimos semper.

PHILOCTETES.

Hujus rei testis tibi sum: hacque ipsa gratia de homine te rogabo nullius quidem pretii, sed lingua prompto et callido, quid nunc agat.

NEOPTOLEMUS.

Quis tandem hic, de quo rogas, alius est quam Uysses?

PHILOCTETES.

Non hunc dixi: sed Thersites erat quidam, qui nollet aliquid semel dicere, ubi nemo permitteret (*sermonem*). Scin' hunc an vivit adhuc?

NEOPTOLEMUS.

Ipsum non vidi; sed audivi superstitem esse.

PHILOCTETES.

Ita scilicet futurum erat; siquidem nihil unquam pravi interiit: sed id omni cura fovent dii: et si qua sunt malitiosa et in malis contumacia, ea lubenter revocant ex Orco; quæ autem justa et proba sunt, eo solent demittere.

Quo sunt hæc censenda loco, quo nomine laudanda, si deorum facta laudare aggressus, ipsos deos malos deprehendo?

NEOPTOLEMUS.

Equidem, o patre Œtæo sate, in posterum dehinc Iliumque et Atridas procul intuens, *ab iis* mihi cavebo.

Ubi enim deterior bono plus valet, peritque virtus, et ignavus rerum potitur, nunquam ego tales viros amavero.

Sed saxosa Scyros sufficerit mihi posthac, ut me domi oblectem.

Nunc autem pergo ad navem. At tu, Pœantis fili, vale quam maxime, vale; et te dii morbo liberent, ut ipse vis.

Nos autem abeamus, ut, ubi deus nobis navigandi copiam dabit, illico proficiscamur.

PHILOCTETES.

Jamne, o fili, discedetis?

NEOPTOLEMUS.

Opportunitas enim monet, ne navigandi occasionem magis e longinquo quam e propinquo circumspiciamus.

PHILOCTETES.

Per ego jam te patrem, perque matrem, o fili, perque si quid tibi domi est carum, supplex nunc rogo, ne relinquas me solum adeo, malis in hisce desertum, in quot quantisque versari me vides, atque audiisti: sed me tanquam accessionem *navigationi tuæ* recipe.

Molestia quidem, sat scio, multa erit hujus oneris:

ὅμως δὲ τλῆθι. Τοῖσι γενναίοισί τοι
τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.
Σοὶ δ' ἐκλιπόντι τοῦτ' ὄνειδος οὐ καλόν,
δράσαντι δ', ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας,
ἐὰν μόλω 'γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.
Ἴθ'· ἡμέρας τοι μόχθος οὐχ ὅλης μιᾶς.
Τόλμησον, ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων,
εἰς ἀντλίαν, ἐς πρῷραν, ἐς πρύμνην, ὅποι
ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.
Νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίου, τέκνον,
πείσθητι. Προσπίτνω σε γόνασι, καίπερ ὢν
ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χωλός. Ἀλλὰ μή μ' ἀφῇς
ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβου.
Ἀλλ' ἢ πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἔκσωσόν μ' ἄγων,
ἢ πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμά·
κἀκεῖθεν οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος
Τραχινίαν τε δεράδα καὶ τὸν εὔροον
Σπερχειὸν ἔσται, πατρί μ' ὡς δείξῃς φίλῳ,
ὃν δὴ παλαιὸν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ
μή μοι βεβήκῃ. Πολλὰ γὰρ τοῖς ἰγμένοις
ἔστελλον αὐτὸν ἱκεσίους πέμπων λιτὰς,
αὐτόστολον πέμψαντά μ' ἐκσῶσαι δόμοις·
ἀλλ' ἢ τέθνηκεν, ἢ τὰ τῶν διακόνων,
ὡς εἰκός, οἶμαι, τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρος
ποιούμενοι τὸν οἴκαδ' ἧπειγον στόλον.
Νῦν δ', ἐς σὲ γὰρ πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον
ἥκω, σὺ σῶσον, σύ μ' ἐλέησον, εἰσορῶν
ὡς πάντα δεινὰ κἀπικινδύνως βροτοῖς
κεῖται παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θἀτερα.
Χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾶν·
χὠταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον
σκοπεῖν μάλιστα, μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ.

ΧΟΡΟΣ. [Ἀντ.

Οἰκτειρ', ἄναξ· πολλῶν ἔλεξεν δυσοίστων πόνων
ἄθλ', οἷα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων.
Εἰ δὲ πικρούς, ἄναξ, ἔχθεις Ἀτρείδας,
ἐγὼ μέν, τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδος
μετατιθέμενος, ἔνθαπερ ἐπιμέμονεν,
ἐπ' εὐστόλου ταχείας νεὸς
πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους, τὰν θεῶν
νέμεσιν ἐκφυγών.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὅρα σὺ μὴ νῦν μέν τις εὐχερὴς παρῇς,
ὅταν δὲ πλησθῇς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ,
τότ' οὐκ ἔθ' αὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

ΧΟΡΟΣ.

Ἥκιστα· τοῦτ' οὐκ ἔσθ' ὅπως ποτ' εἰς ἐμὲ
τοὔνειδος ἕξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον
ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν.
Ἀλλ' εἰ δοκεῖ, πλέωμεν, ὁρμάσθω ταχύς·
χἡ ναῦς γὰρ ἄξει κοὐκ ἀπαρνηθήσεται.

tamen sustine. Nempe generosis est infestum quod turpe est, honestum autem decori.

Tibi quidem prætermissum hoc *officium* haud bellum erit dedecus; servatum vero, o fili, summa gloriæ laus, si vivus ego venero ad Œtæam terram.

Age, diei ærumna est haud integri unius.

Aude; abducens me quocunque voles conjice, in sentinam, in proram, in puppim, ubi minime futurus sim iis, quibuscum una sunt, molestus.

Adnue, per ipsum te Jovem obtestor vindicem supplicum, sine te exorem, o fili. Advolvor genibus tuis, tametsi infelici mihi non liceat (*per pedis morbum*), ego claudus: ne me relinquas, obsecro, desertum adeo sepositum ab omni hominum vestigio.

Sed vel ad domum tuam vectum me sospita, vel ad Chalcodontis in Eubœa sedes: at inde non longa erit mihi ad Œtam navigatio, Trachiniumque jugum, et pulcre fluentem Spercheum, quo patri me exhibeas carissimo, quem diu est ex quo metuo, ne mihi mortuus sit.

Sæpe enim per eos, qui huc venerunt, ei mandavi supplices mittens preces, ut ipse navi huc advectus sospitem me suæ domui restituat.

Sed vel fato functus est, vel quod est nuntiorum, ut fieri solet, opinor, ii mea parvi pendentes, domum properarunt

Nunc vero, ad te enim deductorem simul et nuntium venio, tu me serva, tu mei miserere, considerans, quam cuncta sint mortalibus terrorum plena et periculorum, prosperene an secus res cedant.

Oportet autem eum qui non in malis versatur, acerba quævis respicere; et si quis feliciter vivit, tunc opes tueri maxime, ne imprudenti pereant.

CHORUS.

Miserere, o rex; multorum recensuit vix tolerabilium ærumnarum conflictus, quantos utinam nullus meorum amicorum sortiatur!

Si vero acerbos, o rex, oderis Atridas, ego sane illorum injuriam (*tibi Philoctetæque factam*) in hujus lucrum converterim, eumque, uti impense cupit, instructa longa et celeri nave reduxerim domum, deorum vindictam effugiens.

NEOPTOLEMUS.

Vide tu ne nunc quidem facilior sis; ubi vero tandem affectus eris societate morbi, tunc non amplius hisce dictis consentias.

CHORUS.

Minime: non est, ut hoc probrum exprobres mihi unquam merito.

NEOPTOLEMUS.

At turpe est segniorem me quam te esse labori hospitis causa ad id, quod fieri tempestivum est, suscipiendo.

Proinde, si sic videtur, abnavigemus; proficiscatur protinam. Etenim feret navis (*illum*), nec erit recusandi locus.

Μόνον θεοὶ σώζοιεν ἔκ τε τῆσδε γῆς
ἡμᾶς ὅποι τ' ἐνθένδε βουλοίμεσθα πλεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἥδιστος δ' ἀνὴρ,
φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὑμῖν ἐμφανὴς
ἔργῳ γενοίμην, ὥς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ.
Ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε τὴν ἔσω
ἄοικον εἰσοίκησιν, ὡς με καὶ μάθῃς
ἀφ' ὧν διέζων, ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος.
Οἶμαι γὰρ οὐδ' ἂν ὄμμασιν μόνην θέαν
ἄλλον λαβόντα πλὴν ἐμοῦ τλῆναι τάδε·
ἐγὼ δ' ἀνάγκῃ προὔμαθον στέργειν κακά.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐπίσχετον, μάθωμεν. Ἄνδρε γὰρ δύο,
ὁ μὲν νεὼς σῆς ναυβάτης, ὁ δ' ἀλλόθρους,
χωρεῖτον, ὧν μαθόντες αὖθις εἴσιτον.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἀχιλλέως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον,
ὃς ἦν νεὼς σῆς ξὺν δυοῖν ἄλλοιν φύλαξ,
ἐκέλευσ' ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι,
ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ,
τύχῃ δέ πως πρὸς ταυτὸν ὁρμισθεὶς πέδον.
Πλέων γὰρ ὡς ναύκληρος οὐ πολλῷ στόλῳ
ἐξ Ἰλίου πρὸς οἶκον ἐς τὴν εὔβοτρυν
Πεπάρηθον, ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας ὅτι
σοὶ πάντες εἶεν συννεναυστολημότες,
ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα, πρὶν φράσαιμί σοι,
τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν ἴσων.
Οὐδὲν σύ που κάτοισθα τῶν σαυτοῦ πέρι,
ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦ νέα
βουλεύματ' ἐστί· κοὐ μόνον βουλεύματα,
ἀλλ' ἔργα δρώμεν', οὐκ ἔτ' ἐξαργούμενα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἡ χάρις μὲν τῆς προμηθίας, ξένε,
εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προσφιλὴς μενεῖ·
φράσον δ' ἅπερ γ' ἔλεξας, ὡς μάθω τί μοι
νεώτερον βούλευμ' ἀπ' Ἀργείων ἔχεις.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Φροῦδοι διώκοντές σε ναυτικῷ στόλῳ
Φοῖνιξ ὁ πρέσβυς οἵ τε Θησέως κόροι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὡς ἐκ βίας μ' ἄξοντες ἢ λόγοις πάλιν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Οὐκ οἶδ'· ἀκούσας δ' ἄγγελος πάρειμί σοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἦ ταῦτα δὴ Φοῖνιξ τε χοὶ ξυνναυβάται
οὕτω καθ' ὁρμὴν δρῶσιν Ἀτρειδῶν χάριν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ὡς ταῦτ' ἐπίστω δρώμεν', οὐ μέλλοντ' ἔτι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τάδ' οὐκ αὐτάγγελος
πλεῖν ἦν ἕτοιμος; ἢ φόβος τις εἶργέ νιν;

Solummodo dii nos incolumes et hac ex terra educant, et eo quidem, quo navigationem instituimus.

PHILOCTETES.

O diem lætum plurimum, o virum *omnium* suavissimum! o amicos remiges! utinam vobis re ostendere possim, quam me vobis amicum adscivistis.

Eamus, o fili, salutata *prius* illa intus, quæ nulla est, habitatione, ut et cognoscas quibus *subsidiis* vitam toleraverim, quamque fuerim animosus; puto enim ne intueri quidem oculis alium quenquam præter me facile hæc sustinere; ego vero mala boni consulere necessitate didici *adactus*.

CHORUS.

Resistite: audiamus: namque viri duo, alter navis tuæ socius, alter autem exterus, huc accedunt, quos quum audieritis, rursus introite (*in antrum*).

MERCATOR.

Achillis fili, socium tuum hunc, qui cum duobus aliis apud navem tuam stationem agebat, jussi mihi ubi locorum esses demonstrare, quandoquidem præter exspectationem in te incidi, forte fortuna ad eandem terram appulsus.

Navigans enim, ut nauclerus, haud magno commeatu ab Ilio domum ad vini feracem Peparethum, ubi audivi nautas una tecum omnes esse profectos, visum est mihi haud tacito vela dare, priusquam te convenissem, consecutus quod æquum est (*præmium aliquod propter ea, quæ nuntiassem*).

Nihil fortasse nosti de iis quæ tua *intersunt*, quæ nova de te Achivis consilia sunt; nec consilia tantum, sed quæ jam geruntur res, nec segniter curantur.

NEOPTOLEMUS.

At providæ *tuæ* curæ beneficium, hospes, nisi improba sum indole, *me tibi* amicum præstabit semper. Verumtamen quod dixti declara mihi, ut sciam quid novi consilii ab Argivis habeas mihi.

MERCATOR.

Abiere, qui te classe persequantur, Phœnixque senex et Thesei filii.

NEOPTOLEMUS.

Vine, an verbis me reducturi?

MERCATOR.

Haud scio: quod audivi, ejus adsum tibi nuntius.

NEOPTOLEMUS.

Istucne, quæso, tanto impetu animi aggrediuntur Atridarum gratia Phœnixque et qui una conscenderunt navem?

MERCATOR.

Hæc scito jam agi, nec amplius in agendis esse.

NEOPTOLEMUS.

Qui vero Ulysses ad ea *perficienda* non ipse nuntius cum mandato proficisci paratus erat? an quis illum prohibuit metus?

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Κεῖνός γ' ἐπ' ἄλλον ἄνδρ' ὁ Τυδέως τε παῖς
ἔστελλον, ἡνίκ' ἐξανηγόμην ἐγώ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πρὸς ποῖον αὖ τόνδ' αὐτὸς οὐδυσσεὺς ἔπλει;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἦν δή τις. Ἀλλὰ τόνδε μοι πρῶτον φράσον
τίς ἐστίν· ἂν λέγῃς δὲ μὴ φώνει μέγα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὅδ' ἔσθ' ὁ κλεινός σοι Φιλοκτήτης, ξένε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Μή νύν μ' ἔρῃ τὰ πλείον', ἀλλ' ὅσον τάχος
ἔκπλει σεαυτὸν ξυλλαβὼν ἐκ τῆσδε γῆς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τί φησιν, ὦ παῖ; τί με κατὰ σκότον ποτὲ
διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ' ὁ ναυβάτης;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ οἶδά πω τί φησι· δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν
ἐς φῶς ὃ λέξει, πρὸς σὲ κἀμὲ τούσδε τε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, μή με διαβάλῃς στρατῷ
λέγονθ' ἃ μὴ δεῖ· πολλ' ἐγὼ κείνων ὕπο
δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά γ', οἷ' ἀνὴρ πένης.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής· οὗτος δέ μοι
φίλος μέγιστος, οὕνεκ' Ἀτρείδας στυγεῖ.
Δεῖ δή σ' ἐμοιγ' ἐλθόντα προσφιλῆ λόγων
κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδέν' ὧν ἀκήκοας.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ὅρα τί ποιεῖς, παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σκοπῶ κἀγὼ πάλαι.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ποιοῦ λέγων.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Λέγω. 'πὶ τοῦτον ἄνδρε τώδ' ὥπερ κλύεις,
ὁ Τυδέως παῖς ἥ τ' Ὀδυσσέως βία,
διώμοτοι πλέουσιν ἢ μὴν ἢ λόγῳ
πείσαντες ἄξειν, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος.
Καὶ ταῦτ' Ἀχαιοὶ πάντες ἤκουον σαφῶς
Ὀδυσσέως λέγοντος· οὗτος γὰρ πλέον
τὸ θάρσος εἶχε θατέρου, δράσειν τάδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τίνος δ' Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνῳ
τοσῷδ' ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν,
ὅν γ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληκότες;
τίς ὁ πόθος αὐτοὺς ἵκετ', ἢ θεῶν βία
καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

Ἐγώ σε τοῦτ', ἴσως γὰρ οὐκ ἀκήκοας,
πᾶν ἐκδιδάξω. Μάντις ἦν τις εὐγενής,
Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο

PHILOCTETES.

MERCATOR.

At ille et Tydei filius in alium virum iter apparabant, quum vela dedi.

NEOPTOLEMUS.

Quisnam ille rursus, ad quem Ulysses ipse navigabat?

MERCATOR.

Sane erat aliquis. Sed huncce primum dic mihi, quis est. Quod dixeris vero, ne effer clare.

NEOPTOLEMUS.

Hic est tibi inclytus Philoctetes, hospes.

MERCATOR.

Ergo ne plura me roges; sed quam ocissime solve navem ex hac terra te abripiens.

PHILOCTETES.

Quid ait, o fili? cur me, obsecro, dictis tenebricosis prodit tibi hic navita?

NEOPTOLEMUS.

Nondum intellexi quid sibi velit: oportet autem eum, quæ dicet, perspicue eloqui adversum me, et te, et hos quoque.

MERCATOR.

O nate Achillis, ne me in exercitus invidiam adduxeris dicentem quæ non debebam: magna enim vicissim ab illis commoda accipio ob *officia* quæ eis ego, quantum quidem potest homo pauper, præsto.

NEOPTOLEMUS.

Ego sum Atridis infensus: hic autem vir amicus est mihi summus, quia Atridas odit.

Proinde oportet te, qui amico ad me venisti animo, nihil nos eorum celare, quæ audiisti.

MERCATOR.

Vide quid agis, fili.

NEOPTOLEMUS.

Jam dudum ego id vidi.

MERCATOR.

Tuam hujus rei culpam esse dictitabo.

NEOPTOLEMUS.

Esto; dic modo.

MERCATOR.

Dico. Duo illi, quos audisti, viri, Tydei filius, visque Ulyssea, ad hunc navigant, præstito jurejurando, se eum vel sermonibus persuasum, vel vi adducturos.

Atque hæc Achivi omnes audiere Ulyssem aperte dicentem: ille enim plus fiduciæ habebat altero, se hæc effecturum.

NEOPTOLEMUS.

Quanam vero gratia post tam longum tempus Atridæ animam hanc hujus curam gerunt, quem dudum ejecere?

Quæ hos cupido incessit, aut vis ultioque deorum, qui sceleste factorum pœnas exigunt?

MERCATOR.

sustinuerunt meum pedem repudiare. At o hospites, unum mihi, unum saltem mihi votum concedite.

CHORUS.

Quale proferes verbum?

PHILOCTETES.

Gladius sicunde vobis, aut ascia, telive quid (*aliud genus*), afferte mihi.

CHORUS.

Quodnam inde, quæso, facinus patraturus?

PHILOCTETES.

Radicitus ut demetam caputque et membra: cædem enim, cædem mens demum expetit.

CHORUS.

Quid ita?

PHILOCTETES.

Patrem quærens *meum*.

CHORUS.

Ubi terrarum?

PHILOCTETES.

Apud Orcum: non enim amplius hac luce *fruitur*.

O urbs, o urbs patria, utinam te intueri mihi detur homini infelici, qui desertis sacris tuis fontibus, invisis Danais auxilio profectus sum; nullus sum amplius!

CHORUS.

Equidem jam dudum in itinere essem ad navim meam *rediturus*, nisi prope incedere Ulyssem, unaque Achillis filium huc ad nos venire cernerem.

ULYSSES.

Nonne dices quod iter retrorsum legis, tanto studio festinans?

NEOPTOLEMUS.

Soluturus quæ peccavi antidhac.

ULYSSES.

Mira prædicas: peccatum vero quodnam erat?

NEOPTOLEMUS.

Quod nempe tibi universoque exercitui morem gerens

ULYSSES.

Quale admisisti facinus quod te non deceat?

NEOPTOLEMUS.

turpibus fallaciis dolisque virum decipiens (*facinus admisi*).

ULYSSES.

Quemnam virum? Hei mihi! numquid inceptas novi?

NEOPTOLEMUS.

Novi quidem nihil: sed Pœantis filio,

ULYSSES.

Quid rei facturus es? quam me incessit metus!

NEOPTOLEMUS.

a quo accepi hunc arcum, rursus...

ULYSSES.

Proh Juppiter! quid dicturus es? certe non reddere cogitas?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ κοὐ δίκῃ λαβὼν ἔχω.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Πρὸς θεῶν, πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Εἰ κερτόμησίς ἐστι τἀληθῆ λέγειν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Τί φῄς, Ἀχιλλέως παῖ; τίν' εἴρηκας λόγον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀμπολεῖν μ' ἔπη;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Εὖ νῦν ἐπίστω, πάντ' ἀκήκοας λόγον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἔστιν τις ἔστιν ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί φῄς; τίς ἔσται μ' οὐπικωλύσων τάδε;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ξύμπας Ἀχαιῶν λαὸς, ἐν δὲ τοῖς ἐγώ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σοφὸς πεφυκὼς οὐδὲν ἐξαυδᾷς σοφόν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σὺ δ' οὔτε φωνεῖς οὔτε δρασείεις σοφά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Καὶ πῶς δίκαιον, ἅ γ' ἔλαβες βουλαῖς ἐμαῖς, πάλιν μεθεῖναι ταῦτα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τὴν ἁμαρτίαν
αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ, πράσσων τάδε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

* * * * * * * * * * * *

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Οὔ τἄρα Τρωσὶν, ἀλλὰ σοὶ μαχούμεθα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἔστω τὸ μέλλον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς
κώπης ἐπιψαύουσαν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλὰ κἀμέ τοι
ταυτὸν τόδ' ὄψει δρῶντα κοὐ μέλλοντ' ἔτι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Καίτοι σ' ἐάσω· τῷ δὲ σύμπαντι στρατῷ
λέξω τάδ' ἐλθὼν, ὅς σε τιμωρήσεται.

NEOPTOLEMUS.

Utique: turpiter enim et injuste eum captum habeo.

ULYSSES.

Per deos, num istuc cavillans dicis?

NEOPTOLEMUS.

Si vera dicere cavillatio est.

ULYSSES.

Quid ais, Achillis fili? quæ verba fecisti?

NEOPTOLEMUS.

Eademne bis terque vis me iterare verba?

ULYSSES.

Omnino ne semel quidem audiisse vellem.

NEOPTOLEMUS.

Certo scias igitur: rem omnem tenes.

ULYSSES.

Est aliquis, est qui te prohibebit hoc facere.

NEOPTOLEMUS.

Quid ais? quis est qui me hoc facere prohibebit?

ULYSSES.

Universus Achivorum exercitus, interque hos ego.

NEOPTOLEMUS.

Sapiens licet sis, nihil tamen sapienter loqueris.

ULYSSES.

At tu nec loqueris, nec agere paras sapienter.

NEOPTOLEMUS.

At si justa (*sunt quæ ago*), sapientibus sunt præstantiora.

ULYSSES.

Et quomodo justum sit, quæ consiliis meis adeptus es, ea rursum missa facere?

NEOPTOLEMUS.

Turpe illud quod admisi peccatum, emendare conabor.

ULYSSES.

Nec ista faciens Achivorum exercitum times?

NEOPTOLEMUS.

Quum justa faciam, tuum (*quem tu dicis*) timorem non moror (*expavesco*).

ULYSSES.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

NEOPTOLEMUS.

At certe non tua potentia adducor ut agam quæ agenda sunt.

ULYSSES.

Non ergo cum Trojanis, sed tecum pugnabimus.

NEOPTOLEMUS.

Esto, quidquid futurum est.

ULYSSES.

Dextramne *meam* vides *gladii* capulo appositam?

NEOPTOLEMUS.

Atqui me quoque idem facientem videbis, nec amplius cunctantem.

ULYSSES.

Verum te sinam; totique exercitui dicam hæc, quum venero, cui meritas pœnas dabis.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐσωφρόνησας· κἂν τὰ λοίφ' οὕτω φρονῇς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.
Σὺ δ', ὦ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω,
ἔξελθ', ἀμείψας τάσδε πετρήρεις στέγας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἵσταται βοῆς;
τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τοῦ κεχρημένοι, ξένοι;
Ὤμοι· κακὸν τὸ χρῆμα. Μῶν τί μοι μέγα
πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θάρσει· λόγους δ' ἄκουσον οὓς ἥκω φέρων.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Δέδοικ' ἔγωγε. Καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων
καλῶν κακῶς ἔπραξα, σοῖς πεισθεὶς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὔκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι χὤτε μου
τὰ τοξ' ἔκλεπτες, πιστός, ἀτηρὸς λάθρα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' οὔ τι μὴν νῦν· βούλομαι δέ σου κλύειν,
πότερα δέδοκταί σοι μένοντι καρτερεῖν,
ἢ πλεῖν μεθ' ἡμῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Παῦε, μὴ λέξῃς πέρα.
Μάτην γὰρ ἂν εἴπῃς γε πάντ' εἰρήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὕτω δέδοκται;

ΦΑΙΟΚΤΗΤΗΣ.

Καὶ πέρα γ' ἴσθ' ἢ λέγω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
ἐμοῖσιν· εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων
κυρῶ, πέπαυμαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πάντα γὰρ φράσεις μάτην,
ὃ γάρ ποτ' εὔνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα,
ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν
ἀπεστέρηκας, κἄτα νουθετεῖς ἐμὲ
ἐλθών, ἀρίστου πατρὸς αἴσχιστος γεγώς.
Ὀλοισθ', Ἀτρεῖδαι μὲν μάλιστ', ἔπειτα δὲ
ὁ Λαρτίου παῖς, καὶ σύ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Μὴ 'πεύξῃ πέρα·
δέχου δὲ χειρὸς ἓξ ἐμῆς βέλη τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς εἶπας; ἆρα δεύτερον δολούμεθα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀπώμοσ' ἁγνὸν Ζηνὸς ὑψίστου σέβας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ φίλτατ' εἰπών, εἰ λέγεις ἐτήτυμα.

NEOPTOLEMUS.

Resipuisti, eodemque modo si sapere perrexeris, fortasse ætatem ages absque fletibus.

At tu, o Pœantis fili, Philocteten dico, prodi foras, relictis his saxeis tectis.

PHILOCTETES.

Quis iterum vociferationis tumultus oritur meum apud antrum? quid me evocatis? quid desiderantes, o hospites? Hei mihi! mala hæc res (*quam desideratis*). Num adestis, ut ad priora mea mala magnum aliquod addatis malum?

NEOPTOLEMUS.

Confide, audique verba, quæ affero.

PHILOCTETES.

Metuo equidem: namque antea verbis pulchris *adductus* incidi in malum, tuis persuasus sermonibus.

NEOPTOLEMUS.

Nonne ergo licet sententiam mutare rursus?

PHILOCTETES.

Talis eras sermonibus, quum mihi dolo arcum subducebas, *palam* fidus, clam noxius.

NEOPTOLEMUS.

Sed nunc non idem ego: verum ex te audire volo, utrum decretum sit tibi hic manenti perdurare, an nobiscum navigare?

PHILOCTETES.

Desine, ne quid amplius dicas. Quæcunque enim dixeris, frustra dicentur.

NEOPTOLEMUS.

Siccine est sententia?

PHILOCTETES.

Atque supra quidem, scito, quam dico.

NEOPTOLEMUS.

Atqui dictis tibi meis persuaderi quidem cupiebam: verum si nihil opportunum loquor, desino.

PHILOCTETES.

Etenim nihil non frustra dixeris. Quippe benevolo tibi nunquam animo uteris meo, qui me victu meo dolis intercepto privavisti, et postea moniturus me venis, optimi patris proles turpissima.

Pereatis, Atridæ quidem maxime, deinde vero Laertæ filius, et tu!

NEOPTOLEMUS.

Ne imprecaris ultra, sed manu ex mea accipe hæc arma.

PHILOCTETES.

Quid dicis? num rursus tentamur dolis?

NEOPTOLEMUS.

Adjuro sanctum summi Jovis numen hoc non fieri.

PHILOCTETES.

O qui gratissima mihi dicis, si modo dicis vera!

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τοὔργον παρέσται φανερόν. Ἀλλὰ δεξιὰν
πρότεινε χεῖρα, καὶ κράτει τῶν σῶν ὅπλων.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες,
ὑπέρ τ' Ἀτρειδῶν τοῦ τε σύμπαντος στρατοῦ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Τέκνον, τίνος φώνημα, μῶν Ὀδυσσέως,
ἐπῃσθόμην;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Σάφ' ἴσθι· καὶ πέλας γ' ὁρᾷς,
ὃς σ' ἐς τὰ Τροίας πεδί' ἀποστελῶ βίᾳ,
ἐάν τ' Ἀχιλλέως παῖς ἐάν τε μὴ θέλῃ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀλλ' οὔ τι χαίρων, ἦν τόδ' ὀρθωθῇ βέλος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἆ, μηδαμῶς, μὴ πρὸς θεῶν, μεθῇς βέλος.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Μέθες με, πρὸς θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὐκ ἂν μεθείην.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Φεῦ· τί μ' ἄνδρα πολέμιον
ἐχθρόν τ' ἀφείλου μὴ κτανεῖν τόξοις ἐμοῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοὶ καλόν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἀλλ' οὖν τοσοῦτόν γ' ἴσθι, τοὺς πρώτους στρατοῦ,
τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας, κακοὺς
ὄντας πρὸς αἰχμὴν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Εἶεν. Τὰ μὲν δὴ τόξ' ἔχεις, κοὐκ ἔσθ' ὅτου
ὀργὴν ἔχοις ἂν οὐδὲ μέμψιν εἰς ἐμέ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ξύμφημι. Τὴν φύσιν δ' ἔδειξας, ὦ τέκνον,
ἐξ ἧς ἔβλαστες, οὐχὶ Σισύφου πατρὸς,
ἀλλ' ἐξ Ἀχιλλέως, ὃς μετὰ ζώντων θ' ὅτ' ἦν
ἤκου' ἄριστα, νῦν δὲ τῶν τεθνηκότων.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἥσθην πατέρα τὸν ἀμὸν εὐλογοῦντά σε
αὐτόν τέ μ'· ὧν δέ σου τυχεῖν ἐφίεμαι
ἄκουσον. Ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν
τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν·
ὅσοι δ' ἑκουσίοισιν ἔγκεινται βλάβαις,
ὥσπερ σὺ, τούτοις οὔτε συγγνώμην ἔχειν
δίκαιόν ἐστιν οὔτ' ἐποικτείρειν τινά.
Σὺ δ' ἠγρίωσαι, κοὔτε σύμβουλον δέχει,
ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων,
στυγεῖς, πολέμιον δυσμενῆ θ' ἡγούμενος.
Ὅμως δὲ λέξω· Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ·
καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω.
Σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης,
Χρύσης πελασθεὶς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις·

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Res ipsa manifesta erit. Age, dextram protende, et tuis potire armis.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ego vero veto, uti dii sciunt, pro Atridis universoque exercitu.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

O fili, cujus vocem, num Ulyssis, audivi?

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Certa res est, et prope quidem me vides, qui te ad Trojæ campos per vim abducam, velit nolitve Achillis filius.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

At non impune, modo hoc non aberret telum.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ah! nequaquam; ne, per deos, dimitte telum.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Sine meam manum, per deos obsecro, carissime fili.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Non sinam.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Vah! cur virum infestum atque inimicum prohibuisti me occidere sagittis meis?

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

At neque mihi honestum est hoc, neque tibi.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

At hoc tamen scito, primarios illos in exercitu viros, Achivorum illos mendaciorum præcones, ignavos ad pugnam, lingua vero feroces esse.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Esto : tu nunc quidem arcum habes, nec est cur mihi succenseas, aut me crimineris.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Fateor. Tu vero, o fili, ostendisti qua sis cretus origine, non Sisypho patre, sed Achille, qui et inter vivos, quamdiu *superstes* fuit, audiebat optime, nuncque inter mortuos *audit*.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Gaudeo patremque meum a te laudari, ipsumque me; quæ vero a te consequi cupiam, accipe. Quæ quidem deorum numine accidunt hominibus calamitates, eas ferre necesse est : quicunque vero sponte arcessitis jacent in malis, ut tu facis, hos nec veniam nec misericordiam obtinere justum est.

Tu vero efferaris, nec consultorem admittis; et quum quis animo benevolo monet, odisti, hostem et infensum *tibi* existimans.

Nihilominus dicam, Jovem jurisjurandi vindicem invocans; tuque ista scito et in animum inscribito.

Enimvero morbo hoc afflictaris divinitus, postquam ad Chryses custodem accessisti, qui subdiale altare custodit occulte, ædituus anguis :

καὶ παῦλαν ἴσθι τῆσδε μή ποτ' ἐντυχεῖν
νόσου βαρείας, ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος
ταύτῃ μὲν αἴρῃ, τῇδε δ' αὖ δύνῃ πάλιν,
πρὶν ἂν τὰ Τροίας πεδί' ἐκὼν αὐτὸς μόλῃς,
καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχὼν Ἀσκληπιδῶν
νόσου μαλαχθῇς τῆσδε, καὶ τὰ πέργαμα
ξὺν τοῖσδε τόξοις ξύν τ' ἐμοὶ πέρσας φανῇς.
Ὡς δ' οἶδα ταῦτα τῇδ' ἔχοντ' ἐγὼ φράσω.
Ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἐκ Τροίας ἁλούς,
Ἕλενος ἀριστόμαντις, ὃς λέγει σαφῶς
ὡς δεῖ γενέσθαι ταῦτα· καὶ πρὸς τοῖσδ' ἔτι,
ὡς ἔστ' ἀνάγκη τοῦ παρεστῶτος θέρους
Τροίαν ἁλῶναι πᾶσαν· ἢ δίδωσ' ἐκὼν
κτείνειν ἑαυτὸν, ἢν τάδε ψευσθῇ λέγων.
Ταῦτ' οὖν ἐπεὶ κάτοισθα, συγχώρει θέλων.
Καλὴ γὰρ ἡ 'πίκτησις, Ἑλλήνων ἕνα
κριθέντ' ἄριστον, τοῦτο μὲν παιωνίας
ἐς χεῖρας ἐλθεῖν, εἶτα τὴν πολύστονον
Τροίαν ἑλόντα κλέος ὑπέρτατον λαβεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ στυγνὸς αἰὼν, τί με, τί δῆτ' ἔχεις ἄνω
βλέποντα κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅιδου μολεῖν;
Οἴμοι, τί δράσω; πῶς ἀπιστήσω λόγοις
τοῖς τοῦδ', ὃς εὔνους ὢν ἐμοὶ παρῄνεσεν;
Ἀλλ' εἰκάθω δῆτ'; εἶτα πῶς ὁ δύσμορος
ἐς φῶς τάδ' ἕρξας εἶμι; τῷ προσήγορος;
πῶς, ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοῦ κύκλοι
ταῦτ' ἐξανασχήσεσθε, τοῖσιν Ἀτρέως
ἐμὲ ξυνόντα παισὶν, οἵ μ' ἀπώλεσαν;
πῶς τῷ πανώλει παιδὶ τῷ Λαερτίου;
οὐ γάρ με τἄλγος τῶν παρελθόντων δάκνει,
ἀλλ' οἷα χρὴ παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι
δοκῶ προλεύσσειν. Οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν
μήτηρ γένηται, τἄλλα παιδεύει κακούς.
Καί σοῦ δ' ἐγώγε θαυμάσας ἔχω τόδε.
Χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν,
ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, οἵ γέ σου καθύβρισαν,
πατρὸς γέρας συλῶντες. Εἶτα τοῖσδε σὺ
εἶ ξυμμαχήσων, κἄμ' ἀναγκάζεις τάδε;
Μὴ δῆτα, τέκνον· ἀλλ' ἃ μοι ξυνώμοσας,
πέμψον πρὸς οἴκους· καὐτὸς ἐν Σκύρῳ μένων
ἔα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακούς.
Χοὕτω διπλῆν μὲν ἐξ ἐμοῦ κτήσει χάριν,
διπλῆν δὲ πατρός· κοὐ κακοὺς ἐπωφελῶν
δόξεις ὅμοιος τοῖς κακοῖς πεφυκέναι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Λέγεις μὲν εἰκότ', ἀλλ' ὅμως σε βούλομαι
θεοῖς τε πιστεύσαντα τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις
ξὺλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε τῆσδ' ἐκπλεῖν χθονός.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἦ πρὸς τὰ Τροίας πεδία καὶ τὸν Ἀτρέως
ἔχθιστον υἱὸν τῷδε δυστήνῳ ποδί;

1388. Post συλῶντες sequebantur: οἳ τὸν ἄθλιον
Αἴανθ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ
Ὀδυσσέως ἔκριναν.

nullumque gravis hujus morbi scito unquam finem fore, quamdiu idem sol hac quidem exorietur, et illac rursus occidet, priusquam ad Trojæ campos sponte tua veneris, Æsculapiique filiorum, qui apud nos sunt, opem nactus, hoc morbo leveris, et ipse Pergama hoc arcu simul et mecum excindas.

Qui vero hæc sic esse norim, jam eloquar.

Helenus enim vates celeberrimus, quem ex Troja captum nos habemus, clare prædicat hæc ita fieri oportere, prætereaque in fatis esse, ut hac ipsa æstate tota capiatur Troja: sin minus, ultro se occidendum permittit, si falsus per illa dicta reperiatur.

Hæc ergo quum scias, concede lubens:

quippe pulchra est obventio, si unus inter Græcos præstantissimus judicatus, primum quidem medicas in manus venias, deinde luctifica Troja expugnata, summam gloriam consequaris.

PHILOCTETES.

O odiosum ævum, cur me, cur tandem retines apud superos viventem, nec sivisti ad Orcum abire?

Hei mihi! quid faciam? Qui possim non obtemperare hujus sermonibus, qui me benevolo hortatur animo?

Sed cedam igitur? tum qua fronte prodibo in lucem infelix, hoc quum fecero? quorum communicans alloquia?

O qui omnia, quæ in me commissa sunt, vidistis, oculi, quomodo feretis me cum Atridis conversantem, qui me perdiderunt? quomodo cum sceleratissimo Laertæ filio?

Non enim me præteritorum dolor mordet, sed quæ ab illis mihi sunt adhuc patienda, prospicere videor. Quibus enim mens mater malorum *facinorum* est, eos hæc ita instituit ut porro sint mali.

Sed in te etiam hæc res me mirum habet. Haud enim unquam ad Trojam redire, meque etiam prohibere debebas, quum illi contumelia te affecissent, eximio decore patris *armorum* te spoliantes.

Itane vero hisce tu auxilium ferre cogitas, meque eodem compellis?

Ne, quæso, fili: sed, ut mihi jurasti, deduc me domum; et ipse in Scyro manens, sinito perire malos illos male:

hacque ratione duplicem a me inibis gratiam, duplicem a patre; nec, malos adjuvando, videberis malorum similis esse indole.

NEOPTOLEMUS.

Consentanea quidem dicis: at tamen te velim deorum fatis, meisque dictis auscultantem amico cum viro hoc (*me*) ex hac terra navigare.

PHILOCTETES.

Num ad Trojæ campos et Atrei inimicissimum filium, hoc misero pede?

Qui miserum
Ajacem patris tui armis minus dignum quam
Ulyssem judicarunt.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πρὸς τοὺς μὲν οὖν σε τήνδε τ' ἔμπυον βάσιν
παύσοντας ἄλγους κἀποσώσοντας νόσου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, τί φῄς ποτε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἃ σοί τε κἀμοὶ λῷσθ' ὁρῶ τελούμενα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Καὶ ταῦτα λέξας οὐ καταισχύνει θεούς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ' ἂν ὠφελούμενος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Λέγεις δ' Ἀτρείδαις ὄφελος, ἢ 'π' ἐμοὶ τόδε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σοί που φίλος γ' ὤν, χὠ λόγος τοιόσδε μου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Πῶς, ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ' ἐκδοῦναι θέλεις;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ὦ τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὀλεῖς με, γιγνώσκω σε, τοῖσδε τοῖς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Οὔκουν ἔγωγε· φημὶ δ' οὔ σε μανθάνειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔγωγ' Ἀτρείδας ἐκβαλόντας οἶδά με.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ' ὅρα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Οὐδέποθ' ἑκόντα γ' ὥστε τὴν Τροίαν ἰδεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῷμεν, εἰ σέ γ' ἐν λόγοις
πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω;

ὡς ῥᾷστ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σὲ δὲ
ζῆν ὥσπερ ἤδη ζῇς ἄνευ σωτηρίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἔα με πάσχειν ταῦθ' ἅπερ παθεῖν με δεῖ·
ἃ δ' ἤνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών,
πέμπειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον,
καὶ μὴ βράδυνε μηδ' ἐπιμνησθῇς ἔτι
Τροίας. Ἅλις γάρ μοι τεθρήνηται γόοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Εἰ δοκεῖ, στείχωμεν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ γενναῖον εἰρηκὼς ἔπος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἀντέρειδε νῦν βάσιν σήν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Εἰς ὅσον γ' ἐγὼ σθένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Αἰτίαν δὲ πῶς Ἀχαιῶν φεύξομαι;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Μὴ φροντίσῃς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τί γὰρ, ἐὰν πορθῶσι χώραν τὴν ἐμήν;

NEOPTOLEMUS.

Utique ad eos qui te atque hunc purulentum pedem liberabunt dolore eximentque morbo.

PHILOCTETES.

O facti nefandi suasor, quid dicis, obsecro?

NEOPTOLEMUS.

Quæ tibi mihique emolumento futura video.

PHILOCTETES.

Et quum ista dixeris, non te pudet deorum?

NEOPTOLEMUS.

Cur enim quemquam lucrum facere pudeat?

PHILOCTETES.

Lucrum quod dicis, ad Atridasne an ad me spectat?

NEOPTOLEMUS.

Quippe qui amicus tuus sim, itidemque amica est oratio mea.

PHILOCTETES.

Quidum, qui me inimicis meis prodere cupis?

NEOPTOLEMUS.

O bone, disce non ferocire rebus in malis.

PHILOCTETES.

Perdes me, probe te novi, hisce tuis dictis.

NEOPTOLEMUS.

Haud sane ego: aio vero te illa non intelligere.

PHILOCTETES.

Equidem ab Atridis scio me ejectum fuisse.

NEOPTOLEMUS.

Sed vide, an qui ejecere servabunt denuo.

PHILOCTETES.

Nunquam hoc modo (*servabunt me sive liberabunt morbo*) ut volens Trojam conspicer.

NEOPTOLEMUS.

Quid ergo nos faciamus, si te nullo modo iis, quæ dico, flectere potero?

Mihi enim in promptu est verbis parcere, te vero vivere, ut vivis nunc, sine salute.

PHILOCTETES.

Sine me pati hæc, quæ me oportet pati:

quæ vero promisisti mihi dextræ fide data, fore demum ut me reducas, hæc mihi confice, fili: nec mora sit tibi ulla, neu memineris amplius Trojæ:

satis enim mihi deplorata est fletibus.

NEOPTOLEMUS.

Eamus ergo, si videtur.

PHILOCTETES.

O generosum locute verbum!

NEOPTOLEMUS.

Ita progredere, ut in me innitare.

PHILOCTETES.

Quantum quidem ego valeo.

NEOPTOLEMUS.

Qua vero ratione criminationem Achivorum effugiam?

PHILOCTETES.

Nihil cura.

NEOPTOLEMUS.

Quid enim si regnum populentur meum?

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ἐγὼ παρὼν

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Τίνα προσωφέλησιν ἔρξεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

βέλεσι τοῖς Ἡρακλέους

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Πῶς λέγεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἴρξω πελάζειν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Στεῖχε προσκύσας χθόνα.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Μήπω γε, πρὶν ἂν τῶν ἡμετέρων
μύθων ἄϊῃς, παῖ Ποίαντος·
φάσκειν δ' αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους
ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ' ὄψιν.
Τὴν σὴν δ' ἥκω χάριν οὐρανίας
ἕδρας προλιπών,
τὰ Διός τε φράσων βουλεύματά σοι,
κατερητύσων θ' ὁδὸν ἣν στέλλει·
σὺ δ' ἐμῶν μύθων ἐπάκουσον.
Καὶ πρῶτα μέν σοι τὰς ἐμὰς λέξω τύχας,
ὅσους πονήσας καὶ διεξελθὼν πόνους
ἀθάνατον ἀρετὴν ἔσχον, ὡς πάρεσθ' ὁρᾶν.
Καὶ σοί, σάφ' ἴσθι, τοῦτ' ὀφείλεται παθεῖν,
ἐκ τῶν πόνων τῶνδ' εὐκλεᾶ θέσθαι βίον.
Ἐλθὼν δὲ σὺν τῷδ' ἀνδρὶ πρὸς τὸ Τρωικὸν
πόλισμα πρῶτον μὲν νόσου παύσει λυγρᾶς,
ἀρετῇ τε πρῶτος ἐκκριθεὶς στρατεύματος,
Πάριν μέν, ὃς τῶνδ' αἴτιος κακῶν ἔφυ,
τοξοισι τοῖς ἐμοῖσι νοσφιεῖς βίου,
πέρσεις τε Τροίαν, σκῦλά τ' ἐς μέλαθρα σὰ
πέμψεις, ἀριστεῖ' ἐκλαβὼν στρατεύματος,
Ποίαντι πατρὶ πρὸς πάτρας Οἴτης πλάκα.
Ἃ δ' ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα τοῦδε τοῦ στρατοῦ,
τοξων ἐμῶν μνημεῖα πρὸς πυρὰν ἐμὴν
κόμιζε. Καὶ σοὶ ταῦτ', Ἀχιλλέως τέκνον,
παρήνεσ'· οὔτε γὰρ σὺ τοῦδ' ἄτερ σθένεις
ἑλεῖν τὸ Τροίας πεδίον οὔθ' οὗτος σέθεν·
ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον
οὗτος σὲ καὶ σὺ τόνδ'. Ἐγὼ δ' Ἀσκληπιὸν
παυστῆρα πέμψω σῆς νόσου πρὸς Ἴλιον·
τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς αὖτὴν χρεὼν
τοξοις ἁλῶναι. Τοῦτο δ' ἐννοεῖσθ', ὅταν
πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς·
ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ
Ζεύς. Ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Ὦ ῥθέγμα ποθεινὸν ἐμοὶ πέμψας,
χρόνιός τε φανείς,
οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις.

PHILOCTETES.

Ibi præsens ego —

NEOPTOLEMUS.

Quam præstabis opem?

PHILOCTETES.

Herculeis sagittis —

NEOPTOLEMUS.

Quomodo inquis?

PHILOCTETES.

eos arcebo a finibus.

NEOPTOLEMUS.

Ambula, *hanc* terram osculatus.

HERCULES.

Nondum, priusquam nostros audieris sermones, Pœantis fili:

puta autem vocem te Herculis auribus haurire, vultumque cernere.

Tua vero gratia *huc* veni, relicta cœlesti sede, Jovis tibi declaraturus consilia, prohibiturusque iter, quod inire paras.

Proinde tu audi mea dicta.

Et primum quidem meas tibi dicam fortunas, ut tot exantlatis emensisque laboribus, immortale decus adeptus sim, quod videre licet.

Etiam tibi, certo scias, hoc evenire destinatum est, ex his laboribus ut gloriosa fruaris vita.

Postquam ergo cum hoc viro Trojanam ad urbem veneris, primum quidem funesto morbo levaberis, princepsque virtute electus totius exercitus, Paridi, malorum istorum auctori, sagittis meis vitam eripies, Trojamque vastabis, spoliaque, quæ virtutis apud exercitum *exhibitæ* præmia accipies, tuam domum mittes Pœanti patri, ad patriæ Œtæ subjectos campos.

Quæ vero tu acceperis spolia hoc ab exercitu, sagittarum mearum ut sint monimenta, ad meum rogum affer.

Teque, Achillis fili, hæc moneo: neque enim tu sine isto vales Trojanam terram expugnare, neque iste sine te, sed leonini jugi instar hic te, tuque hunc diligenter respicias.

Ego vero Æsculapium, qui te morbo liberet, mittam ad Ilium: iterum enim illud meis sagittis capi fatale est.

Hoc autem memineritis, quum urbem vastabitis, ut pietatem erga deos colatis; huic enim *rei* cetera omnia posteriora ducit pater Juppiter. Quippe pietas mortales ad Orcum sequitur.

PHILOCTETES.

O qui vocem optatam mihi misisti, longoque post tempore conspiciendum te dedisti, tuis dictis non audiens non ero.

Atque sive vivant, sive sint mortui non perit.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Μή νυν χρόνιοι μέλλετε πράσσειν.
Καιρὸς καὶ πλοῦς
δδ' ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμνην.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω.
Χαῖρ', ὦ μέλαθρον ξύμφρουρον ἐμοί,
Νύμφαι τ' ἔνυδροι λειμωνιάδες,
καὶ κτύπος ἄρσην πόντου προβολῆς,
οὗ πολλάκι δὴ τοὐμὸν ἐτέγχθην
κρᾶτ' ἐνδόμυχον πληγαῖσι νότου,
πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας
Ἑρμαῖον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ
στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένῳ.
Νῦν δ', ὦ κρῆναι Λύκιόν τε ποτὸν,
λείπομεν ὑμᾶς, λείπομεν ἤδη,
δόξης ποτε τῆσδ' ἐπ βάντες.
Χαῖρ', ὦ Λήμνου πέδον ἀμφίαλον,
καί μ' εὐπλοίᾳ πέμψον ἀμέμπτως,
ἔνθ' ἡ μεγάλη Μοῖρα κομίζει,
γνώμη τε φίλων, χὠ πανδαμάτωρ
δαίμων, ὃς ταῦτ' ἐπέκρανεν.

ΧΟΡΟΣ.

Χωρῶμεν δὴ πάντες ἀολλεῖς,
Νύμφαις ἁλίαισιν ἐπευξάμενοι
νόστου σωτῆρας ἱκέσθαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Huic ego quoque consilio adjicio *calculum*.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ne longas ergo nectite moras; urget enim opportunum tempus et navigandi occasio (*ventus secundus*) a puppi (*spirans*).

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

Age ergo procedens terram hanc salutabo.

Vale, o tectum, mea custodia, Nymphæque irriguis in pratis degentes, et fragor vehemens ad maris promontorium, ubi sæpe meum caput, in antri recessu noti verberibus (*imbribus noti flatu injectis*) madefactum est:

sæpe et vocis nostræ mons Hermæus repercussum gemitum remisit mihi, *morbi doloribus* agitato.

Nunc vos, o fontes Lyciusque potus, relinquimus, relinquimus jam, tandem aliquando hanc spem attingentes.

Vale, o Lemni terra mari cincta, meque secundo cursu dimitte incolumem, quo potens Fatum fert, sententiæque amicorum, et omnia domans numen quod hæc rata fecit.

ΧΟΡΟΣ.

Abeamus ergo omnes simul, Nymphas marinas precati, ut reditus servatrices adsint.

ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΥΛΛΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ ΤΡΑΧΙΝΙΩΝ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΛΙΧΑΣ.
ΤΡΟΦΟΣ.
ΠΡΕΣΒΥΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς
ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν
θάνῃ τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς οὔτ' εἰ τῳ κακός·
ἐγὼ δὲ τὸν ἐμὸν, καὶ πρὶν εἰς Ἅιδου μολεῖν,
ἔξοιδ' ἔχουσα δυστυχῆ τε καὶ βαρὺν,
ἥτις πατρὸς μὲν ἐν δόμοισιν Οἰνέως
ναίουσ' ἔτ' ἐν Πλευρῶνι νυμφείων ὄτλον
ἄλγιστον ἔσχον, εἴ τις Αἰτωλὶς γυνή.
Μνηστὴρ γὰρ ἦν μοι ποταμὸς, Ἀχελῷον λέγω,
ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξῄτει πατρὸς,
φοιτῶν ἀναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
βούπρῳρος· ἐκ δὲ δασκίου γενειάδος
κρουνοὶ διερραίνοντο κρηναίου ποτοῦ.
Τοιόνδ' ἐγὼ μνηστῆρα προσδεδεγμένη
δύστηνος ἀεὶ κατθανεῖν ἐπηυχόμην,
πρὶν τῆσδε κοίτης ἐμπελασθῆναί ποτε.
Χρόνῳ δ' ἐν ὑστέρῳ μέν, ἀσμένῃ δέ μοι,
ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς·
ὃς εἰς ἀγῶνα τῷδε συμπεσὼν μάχης
ἐκλύεταί με. Καὶ τρόπον μὲν ἂν πόνων
οὐκ ἂν διείποιμ'· οὐ γὰρ οἶδ'· ἀλλ' ὅστις ἦν
θακῶν ἀταρβὴς τῆς θέας, ὅδ' ἂν λέγοι.
Ἐγὼ γὰρ ἥμην ἐκπεπληγμένη φόβῳ
μή μοι τὸ κάλλος ἄλγος ἐξεύροι ποτέ.
Τέλος δ' ἔθηκε Ζεὺς ἀγώνιος καλῶς,
εἰ δὴ καλῶς. Λέχος γὰρ Ἡρακλεῖ κριτὸν
ξυστᾶσ' ἀεί τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω,
κείνου προκηραίνουσα. Νὺξ γὰρ εἰσάγει
καὶ νὺξ ἀπωθεῖ διαδεδεγμένη πόνον.
Κἀφύσαμεν δὴ παῖδας, οὓς κεῖνός ποτε,
γῆτης ὅπως ἄρουραν ἔκτοπον λαβὼν,
σπείρων μόνον προσεῖδε κἀξαμῶν ἅπαξ.
Τοιοῦτος αἰὼν ἐς δόμους τε κἀκ δόμων
ἀεὶ τὸν ἀνδρ' ἔπεμπε λατρεύοντά τῳ.
Νῦν δ' ἡνίκ' ὤθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ,

TRACHINIÆ.

DRAMATIS PERSONÆ.

DEIANIRA.
FAMULA.
HYLLUS.
CHORUS TRACHINIARUM VIRGINUM.
NUNTIUS.
LICHAS.
NUTRIX.
SENEX.
HERCULES.

DEIANIRA.

Vetus est sane dictum, hominum ore celebratum, quæ sit mortalium vita te non facile pernoscere, bonane an mala cuiquam, antequam mortuus sit.

At ego *vitam* meam, prius etiam quam ad Orcum veniam, sat scio infelicem esse et ærumnosam; quæ quidem paterna adhuc in Œnei domo habitans Pleurone, gravissimam, si qua alia Ætola virgo, habui nuptiarum molestiam.

Procus enim mihi fluvius erat, Acheloum dico, qui triplicem *indutus* formam petebat me a patre, modo taurus ingressus manifestus, modo varius draco sinuosus, modo capite taurino homo; ex hirsuto autem mento rivi diffluebant fontani laticis.

Talem equidem sponsum exspectans misera, mori ante semper optabam, quam unquam hunc (*hujus*) adirem torum.

Posteriore vero tempore lubenti mihi advenit Jovis Alcmenæque inclytus filius, qui pugna cum eo congressus, me liberat.

Et luctæ quidem modos ego haud enarrem; ignoro enim; at quicunque adsedit metu vacuus spectaculo, is narret.

Ego enim sedebam metu conturbata, ne mihi formositas dolorem conciret aliquando.

Tandem vero certaminum arbiter Juppiter exitum dedit bonum, si modo bonus *dici possit*. Ex quo enim *præ aliis* electa in Herculis torum recepta sum, alium semper ex metu metum alo, curis ob illum anxia. Nox enim affert, et nox dispellit alternando angorem.

Et vero liberos procreavimus, quos ille olim, ceu agricola qui arvum remotum habet, tantum quum sereret adspexit, et quum messem faceret, semel.

Tale genus vitæ domo educit, domumque reducit virum, semper servientem alicui.

Nunc autem quum laboribus his (*suis*) defunctus sit, jam

ἐνταῦθα δὴ μάλιστα ταρβήσασ' ἔχω.
Ἐξ οὗ γὰρ ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν,
ἡμεῖς μὲν ἐν Τραχῖνι τῇδ' ἀνάστατοι
ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν· κεῖνος δ' ὅπου
βέβηκεν οὐδεὶς οἶδε· πλὴν ἐμοὶ πικρὰς
ὠδῖνας αὐτοῦ προσβαλὼν ἀποίχεται·
σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν.
Χρόνον γὰρ οὐχὶ βαιὸν, ἀλλ' ἤδη δέκα
μῆνας πρὸς ἄλλοις πέντ' ἀκήρυκτος μένει.
Κἄστιν τι δεινὸν πῆμα· τοιαύτην ἐμοὶ
δέλτον λιπὼν ἔστειχε, τὴν ἐγὼ θαμὰ
θεοῖς ἀρῶμαι πημονῆς ἄτερ λαβεῖν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

Δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ
κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα
τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην·
νῦν δ', εἰ δίκαιον τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν
γνώμαισι δούλαις, κἀμὲ χρὴ φράσαι τόσον·
πῶς παισὶ μὲν τοσοῖσδε πληθύεις, ἀτὰρ
ἀνδρὸς κατὰ ζήτησιν οὐ πέμπεις τινὰ,
μάλιστα δ' ὅπερ εἰκὸς Ὕλλον, εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὥραν τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖν;
Ἐγγὺς δ' ὁδ' αὐτὸς ἀρτίπους θρώσκει δόμους,
ὥστ' εἴ τί σοι πρὸς καιρὸν ἐννέπειν δοκῶ,
πάρεστι χρῆσθαι τἀνδρὶ τοῖς τ' ἐμοῖς λόγοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὦ τέκνον, ὦ παῖ, κἀξ ἀγεννήτων ἄρα
μῦθοι καλῶς πίπτουσιν· ἥδε γὰρ γυνὴ
δούλη μέν, εἶρηκεν δ' ἐλεύθερον λόγον.

ΥΛΛΟΣ.

Ποῖον; δίδαξον, μῆτερ, εἰ διδακτά μοι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Σὲ πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου
τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν αἰσχύνην φέρειν.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' οἶδα, μύθοις εἴ τι πιστεύειν χρεών.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἱδρῦσθαι χθονός;

ΥΛΛΟΣ.

Τὸν μὲν παρελθόντ' ἄροτον ἐν μήκει χρόνου
Λυδῇ γυναικί φασί νιν λάτριν πονεῖν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πᾶν τοίνυν, εἰ καὶ τοῦτ' ἔτλη, κλύοι τις ἄν.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' ἐξαφεῖται τοῦδέ γ', ὡς ἐγὼ κλύω.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ποῦ δῆτα νῦν ζῶν ἢ θανὼν ἀγγέλλεται;

ΥΛΛΟΣ.

Εὐβοῖδα χώραν φασὶν, Εὐρύτου πόλιν,
ἐπιστρατεύειν αὐτὸν, ἢ μέλλειν ἔτι.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἆρ' οἶσθα δῆτ', ὦ τέκνον, ὡς ἔλειπέ μοι
μαντεῖα πιστὰ τῆσδε τῆς χώρας πέρι;

hoc tempore is me maxime conturbat metus.

Ex quo enim ille Iphitum leto dedit, nos quidem hic in Trachine extorres hospitem apud virum habitamus: at ille ubi sit nemo novit:

sed mihi acerbis de se curis injectis abiit; jamque prepemodum scio mali aliquid evenisse illi.

Haud enim breve tempus, sed jam quindecim menses abest, nullo de se nuntio misso.

Et accidit profecto gravis quis casus: tales (*quæ ut grave quid extimescam faciunt*) ille mihi discedens reliquit tabellas, quas ut absque noxa acceperim, deos identidem precor.

FAMULA.

Hera Deianira, multis quidem ego te vidi jamdudum lacrimis lamentisque Herculis abitum deplorantem;

nunc vero, si fas est servilibus consiliis commonefieri liberos, mihi quoque tantulum dicendum est.

Quum tot liberis abundes, cur unum ex iis non mittis, qui conjugem tuum investiget, maxime vero Hyllum, quem par est *ire*, si curam aliquam gerat patris, an salvus esse videatur?

Eccum autem ipse non longe *a nobis* domum properat celeri pede: quare si quid tibi opportunum dicere videor, licet et ejus opera uti meisque suasibus.

DEIANIRA.

O nate, o fili, vel ignobilium *ex ore* sermones recti prodeunt: mulier enim hæcce, serva quidem, tamen liberale elocuta est dictum.

HYLLUS.

Quale? fac sciam, mater, si mihi fas scire.

DEIANIRA.

Patre tam diu peregre absente, indecorum esse *ait* te non inquirere ubi sit.

HYLLUS.

At novi, famæ si qua fides habenda est.

DEIANIRA.

Et ubi, quæso, terrarum audis eum, fili, commorari?

HYLLUS.

Anno quidem præterito, diuturno tempore Lydiæ mulieri servilia officia fecisse eum perhibent.

DEIANIRA.

Quodvis igitur, si et hoc sustinuit, aliquis audierit.

HYLLUS.

At emissus est hac *servitute*, ut ego audio.

DEIANIRA.

Ubi nunc ergo vivus aut adeo mortuus nuntiatur esse?

HYLLUS.

Eubœam regionem dicunt Eurytique urbem infesto exercitu eum petere, aut in eo adhuc esse, *ut petat*.

DEIANIRA.

Nostin' vero, o nate, quam certa de hac regione mihi reliquit oracula?

ΥΛΛΟΣ.

Τὰ ποῖα, μῆτερ; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν,
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον * * *
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.
Ἐν οὖν ροπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, τέκνον,
οὐκ εἶ ξυνέρξων, ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα
κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα;

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' εἶμι, μῆτερ· εἰ δὲ θεσφάτων ἐγὼ
βάξιν κατῄδη τῶνδε, κἂν πάλαι παρῆν.
Νῦν δ' ὁ ξυνήθης πότμος οὐκ ἐᾷ πατρὸς
ἡμᾶς προταρβεῖν, οὐδὲ δειμαίνειν ἄγαν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Χώρει νυν, ὦ παῖ. Καὶ γὰρ ὑστέρῳ τό γ' εὖ
πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολᾷ.

ΧΟΡΟΣ.

Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα Στρ. α'.
τίκτει κατευνάζει τε, φλογιζόμενον
Ἅλιον Ἅλιον αἰτῶ,
τοῦτο καρῦξαι τὸν Ἀλκμήνας, πόθι μοι πόθι παῖς
ναίει ποτ', ὦ λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων,
ἢ ποντίας αὐλῶνας, ἢ δισσαῖσιν ἀπείροις κλιθείς,
εἶπ', ὦ κρατιστεύων κατ' ὄμμα.
Πονουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι Ἀντ. α'.
τὰν ἀμφινεικῆ Δηιάνειραν ἀεί,
οἷά τιν' ἆθλιον ὄρνιν,
οὔ ποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον, ἀλλ'
εὐμέναστον ἀνδρὸς δεῖμα τρέφουσαν ὀδοῦ
ἐνθυμίοις εὐναῖς ἀνανδρώτοισι τρύχεσθαι, κακὰν
δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.
Πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος Στρ. β'.
ἢ Νότου ἢ Βορέα τις
κύματ' ἐν εὐρεῖ πόντῳ
βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδῃ,
οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου
πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον. Ἀλλά τις θεῶν
αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἄδα σφε δόμων ἐρύκει.
Ὤν ἐπιμεμφομένα σ' ἀ- Ἀντ. β'.
σεῖα μὲν, ἀντία δ' οἴσω.
Φαμὶ γὰρ οὐκ ἀποτρύειν
ἐλπίδα τὰν ἀγαθὰν [σιλεὺς
χρῆναί σ'. Ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' ὁ πάντα κραίνων βα-
ἐπέβαλε θνατοῖς Κρονίδας. Ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰ
πᾶσι κυκλοῦσιν, οἷον ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι.
Μένει γὰρ οὔτ' αἰόλα Ἐπῳδ.
νὺξ βροτοῖσιν οὔτε Κῆρες οὔτε πλοῦτος, [στέρεσθαι.
ἀλλ' ἄφαρ βέβακε, τῷ δ' ἐπέρχεται χαίρειν τε καὶ
Ἃ καὶ σὲ τὰν ἄνασσαν ἐλπίσιν λέγω

80 ἆθλον εἰς τὸν ὕστερον libri.
Post 82 sequebatur : ἢ πίπτομέν σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.
Post 89 sequebatur : νῦν δ' ὡς ξυνίημ', οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι.

HYLLUS.

Quænam, mater? rem enim ignoro.

DEIANIRA.

Scilicet vel illic supremum obiturum diem, vel hoc defunctum certamine *** reliquum ævum quiete et prospero transacturum.

An non ergo, nate, quum in tali versetur discrimine, auxilium ei laturus ibis, quandoquidem vel servati sumus, illius vita servata, vel una perimus?

HYLLUS.

At *illuc* ibo, mater; si vero oraculi hoc dictum comperissem antea, jam pridem affuissem. Nunc vero consueta patris fortuna nos animo formidines præcipere non sinit, nec terreri nimium.

DEIANIRA.

Vade jam, o fili; nam etiam serius venienti prosperæ quidem res, ubi de iis audierit, lucrum afferunt.

CHORUS.

Quem micans (*stellis distincta*) nox confecta gignit, sopitumque componit thalamo, flammantem Solem te Solem precor, ut mihi Alcmenæ indices filium, ubi tandem habitat, o lucido fulgore ardens, an ad maritimas convalles (*freta*) vel utramcunque continentis *plagam* commorans; dic, o qui oculorum acie emines.

Audio enim *procorum* certamine nobilem Deianiram, præ mentis desiderio miseram velut avem, nunquam consopire, ut lacrimas fundere cessent, palpebrarum desiderationem, sed metu viri peregrinationis memoriam ingerente agitatam, confici de viduo toro sollicitam ac malam ærumnosamque sortem augurantem.

Nam ut quis multos sub indefesso Noto vel Borea fluctus alteros alteris cedentes videt in lato mari, ita quasi Creticus *quidam* pontus Cadmigenam (*Herculem*) habet augetque vitæ labores.

Sed eum semper ab Orco deus arcet aliquis, ut non aberret (*ut nunquam dei præsidio destituatur*).

Qua gratia tibi succensens, lubens quidem, sed contraria afferam (*improbo querelas tuas, Herculis bona fortuna quæ freta sim*).

Dico enim te bonam spem non deterere debere. Doloris enim vacua ne Cronida quidem, qui omnia moderatur, rex mortalibus destinavit.

Sed circumvolvuntur super omnibus ærumnæ et gaudia, ut Ursæ volubiles viæ.

Nec enim *astrorum* ignibus distincta nox permanet mortalibus, nec infortunia nec divitiæ; sed cito relinquunt, et ad alium accedit gaudere privarique *gaudio*. Quocirca hæc

aut concidimus, patre tuo pessumdato.
ut vero nunc ex te audio, non prætermittam, quin omnem de hac re veritatem cognoscam

τάδ' αἰὲν ἴσχειν· ἐπεὶ τίς ὧδε
τέκνοισι Ζῆν' ἄβουλον εἶδεν;

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πεπυσμένη μέν, ὡς ἐπεικάσαι, πάρει
πάθημα τοὐμόν· ὡς δ' ἐγὼ θυμοφθορῶ
μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα, νῦν δ' ἄπειρος εἶ.
Τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
χώροισιν αὑτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ,
οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,
ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
ἐς τοῦθ', ἕως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ
κληθῇ, λάβῃ τ' ἐν νυκτὶ φροντίδων μέρος·
τότ' ἄν τις εἰσίδοιτο, τὴν αὑτοῦ σκοπῶν
πρᾶξιν, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι.
Πάθη μὲν οὖν δὴ πόλλ' ἔγωγ' ἐκλαυσάμην·
ἓν δ', οἷον οὔπω πρόσθεν, αὐτίκ' ἐξερῶ.
Ὁδὸν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
ὡρμᾶτ' ἀπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην
ξυνθήμαθ', ἁμοὶ πρόσθεν οὐκ ἔτλη ποτέ,
πολλοὺς ἀγῶνας ἐξιών, οὔπω φράσαι,
ἀλλ' ὥς τι δράσων εἷρπε κοὐ θανούμενος.
Νῦν δ' ὡς ἔτ' οὐκ ὢν εἶπε μὲν λέχους ὅτι
χρείη μ' ἑλέσθαι κτῆσιν, εἶπε δ' ἣν τέκνοις
μοῖραν πατρῴας γῆς διαιρετὴν νέμοι,
χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκα
χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς.
Τοιαῦτ' ἔφραζε πρὸς θεῶν εἱμαρμένα
τῶν Ἡρακλείων ἐκτελευτᾶσθαι πόνων,
ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε
Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.
Καὶ τῶνδε ναμέρτεια συμβαίνει χρόνου
τοῦ νῦν παρόντος, ὡς τελεσθῆναι χρεών.
Ὥσθ' ἡδέως εὕδουσαν ἐκπηδᾶν ἐμὲ
φόβῳ, φίλαι, ταρβοῦσαν, εἴ με χρὴ μένειν
πάντων ἀρίστου φωτὸς ἐστερημένην.

ΧΟΡΟΣ.

Εὐφημίαν νῦν ἴσχ'· ἐπεὶ καταστεφῆ
στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Δέσποινα Δηάνειρα, πρῶτος ἀγγέλων
ὄκνου σε λύσω. Τὸν γὰρ Ἀλκμήνης τόκον
καὶ ζῶντ' ἐπίστω καὶ κρατοῦντα κἀκ μάχης
ἄγοντ' ἀπαρχὰς θεοῖσι τοῖς ἐγχωρίοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Τίν' εἶπας, ὦ γεραιέ, τόνδε μοι λόγον;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τάχ' ἐς δόμους σοὺς τὸν πολύζηλον πόσιν
ἥξειν, φανέντα σὺν κράτει νικηφόρῳ.

Post 149 sequebatur: ἤτοι πρὸς ἀνδρὸς ἢ τέκνων φοβουμένη,
Post 165 sequebatur: τότ' ἢ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ,
ἢ τοῦθ' ὑπεκδραμόντα τοῦ χρόνου τέλος,
τὸ λοιπὸν ἤδη ζῆν ἀλυπήτῳ βίῳ.

te semper inter spes *tuas* habere volo, regina; nam quis unquam Jovem liberis suis tam parum prospicere vidit?

DEIANIRA.

Audita quidem, ut conjicio, mea calamitate ades: quantum vero macerer animo, utinam ne unquam experiaris patiendo *mala:* nunc autem inexperta es. Juventus sic suis pascitur in locis (*suam intra ætatem tutam vitam vivit*; nec eam aut æstus dei, aut imber, aut venti agitant, sed vitam erigit jucunditatibus, ut vacua sit labore, donec aliquo *mutato* virginis *nomine* mulier dicatur, intraque noctis *spatium suam* curarum accipiat partem:

tunc pernoscat illa, suam ipsius conditionem intuens, qualibus ego premor malis.

Equidem jam acerba multa deflevi; unum vero, quale nunquam antea, modo eloquar.

Quum enim *peregre profecturus* domo novissimum iter moliretur rex Hercules, tunc domi reliquit veteres tabellas quibus inscripta erant signa scriptoria (*litteræ*), quæ mihi antea, sæpe ille exiens varia *ut obiret* certaminum discrimina, nunquam aperire in animum induxerat; sed ut *magnum* quid confecturus abire solebat, neque vero tanquam moriturus.

Nunc vero, tanquam aliquis, qui jam non vivit, jussit me nuptialibus potiri bonis ac declaravit quotam liberis partem terræ paternæ partiendo tribueret, præfinito tempore, postquam ex hac regione egressus quindecim abfuisset menses.

Talem declaravit Herculis laborum sortem per deos esse constitutam, quemadmodum veterem fagum dixit respondisse olim Dodone geminarum columbarum ore.

Et horum veritas, quemadmodum ea evenire oportebat, intra hoc tempus constat (i. e. *ex ratione inita hoc tempore ea fieri debere conficitur*).

Quare, caræ *virgines*, quum dulci somno jaceo, præ metu exsilio, ne me manere oporteat omnium optimo viro orbatam reformidans.

CHORUS.

At nunc bene ominare. Quippe accedere video virum quendam, coronatum ad læta verba (*ut qui læta locuturus sit*).

NUNTIUS.

Hera Deianira, primus ego nuntiorum metu te exsolvam. Namque Alcmenæ natum et vivere scito, victoriaque potitum esse, et e pugna afferre primitias diis indigenis.

DEIANIRA.

Quod istuc rei est, quod mihi dicis, senex?

NUNTIUS.

Mox domum tuam venturum multis expetitum votis conjugem, decore victoriæ insignem.

sive marito, sive liberis timeat,
tum eum vel mortuum intra hoc tempus debere existimari,
vel si hunc fauste evasisset temporis terminum,
in posterum jam se quiete vitam acturum esse.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Καὶ τοῦ τόδ' ἀστῶν ἢ ξένων μαθὼν λέγεις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐν βουθερεῖ λειμῶνι πρὸς πολλοὺς θροεῖ
Λίχας ὁ κῆρυξ ταῦτα· τοῦ δ' ἐγὼ κλύων
ἀπῆξ', ὅπως τοι πρῶτος ἀγγείλας τάδε
πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι καὶ κτήσαιμην χάριν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Αὐτὸς δὲ πῶς ἄπεστιν, εἴπερ εὐτυχεῖ;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐκ εὐμαρείᾳ χρώμενος πολλῇ, γύναι.
Κύκλῳ γὰρ αὐτὸν Μηλιεὺς ἅπας λεὼς
κρίνει παραστὰς, οὐδ' ἔχει βῆναι πρόσω.
Τὸ γὰρ ποθοῦν, ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων
οὐκ ἂν μεθεῖτο, πρὶν καθ' ἡδονὴν κλύειν.
Οὕτως ἐκεῖνος οὐχ ἑκὼν, ἑκοῦσι δὲ
ξύνεστιν· ὄψει δ' αὐτὸν αὐτίκ' ἐμφανῆ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὦ Ζεῦ, τὸν Οἴτης ἄτομον ὃς λειμῶν' ἔχεις,
ἔδωκας ἡμῖν ἀλλὰ σὺν χρόνῳ χαράν.
Φωνήσατ', ὦ γυναῖκες, αἵ τ' εἴσω στέγης
αἵ τ' ἐκτὸς αὐλῆς, ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ
ἡμῆς ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνολολυξάτω δόμος ἑφεστίοις ἀλαλαγαῖς
ὁ μελλόνυμφος, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων
ἴτω κλαγγὰ τὸν εὐφαρέτραν
Ἀπόλλω προστάταν·
ὁμοῦ δὲ παιᾶνα παιᾶν'
ἀνάγετ', ὦ παρθένοι,
βοᾶτε τὰν δρμόσπορον Ἄρτεμιν Ὀρτυγίαν
θεὰν ἐλαφαβόλον, ἀμφίπυρον,
γείτονάς τε Νύμφας.
Ἀείρομ' οὐδ' ἀπώσομαι
τὸν αὐλὸν, ὦ τύραννε τᾶς ἐμᾶς φρενός.
Ἰδοὺ ἰδού μ' ἀναταράσσει,
εὐοῖ εὐοῖ, ὁ κισσὸς ἄρτι βακχίαν
ὑποστρέφων ἅμιλλαν.
Ἰὼ ἰὼ Παιὰν Παιάν·
ἴδ', ὦ φίλα γυναικῶν,
τάδ' ἀντίπρῳρα δή σοι
βλέπειν πάρεστ' ἐναργῆ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὁρῶ, φίλαι γυναῖκες, οὐδέ μ' ὄμματος
τροπὰ παρῆλθε, τόνδε μὴ λεύσσειν στόλον·
χαίρειν δὲ τὸν κήρυκα προὐννέπω, χρόνῳ
πολλῷ φανέντα, χαρτὸν εἴ τι καὶ φέρεις.

ΛΙΧΑΣ.

Ἀλλ' εὖ μὲν ἦγμεθ', εὖ δὲ προσφωνούμεθα,
γύναι, κατ' ἔργου κτῆσιν· ἄνδρα γὰρ καλῶς
πράσσοντ' ἀνάγκη χρηστὰ κερδαίνειν ἔπη.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, πρῶθ' ἃ πρῶτα βούλομαι
δίδαξον, εἰ ζῶνθ' Ἡρακλῆ προσδέξομαι.

DEIANIRA.

Et quonam a cive vel hospite auditum hoc refers?

NUNTIUS.

Pascuo in prato multis ista narrat Lichas præco; ex quo ego quum audii, avolavi, ut certe primus hæc nuntians a te aliquid lucrarer, et inirem gratiam.

DEIANIRA.

Ipse autem *Lichas* cur abest, quandoquidem res bene gestæ sunt?

NUNTIUS.

Haud valde expeditum iter est illi, hera. Circumstans enim eum Meliensis omnis populus percunctatur; nec potest ultra progredi.

Nam quæ est desiderii vis, unusquisque *rem* cognoscere quum velit, non facile desistat, priusquam ex animi sententia audierit.

Sic ille nolens volentibus interest. Actutum vero eum coram videbis.

DEIANIRA.

O Juppiter, intonsum Œtæ qui pratum incolis, dedisti nobis, sero licet, gaudium.

Exclamate ergo, mulieres, quæque intra tecta, quæque extra aulam estis; nam insperata hac hujus famæ luce, quæ mihi obortа est, nunc fruimur.

CHORUS.

Exclamate, ædes, faustis ad aras editis clamoribus, maritum jamjam revisuræ. Communi ore extollant juvenes pharetra decorum Apollinem tutelarem.

Simul autem pæana, pæana celebrate, virgines, cantate Dianæ, sororis *Apollinis*, Ortygiæ deæ, cervorum jaculatricis, tædas utraque ferentis manu, vicinarumque *ejus sedi* Nympharum.

In sublime feror, nec a me arcebo tibiam, o *Bacche* qui meum moderaris animum!

En me perturbat, evoe, evoe, hedera, illico me convertens ad æmulationem Baccharum.

Io, io Pæan, Pæan!

Verum ecce, cara hera, hæc tibi coram licet intueri manifesta.

DEIANIRA.

Video, caræ virgines, nec me fefellit oculorum adeo custodia ut non hoc eernam agmen. Salvere autem præconem jubeo, longam post temporis moram conspectum, si læti quid affers.

LICHAS.

At bene quidem advenimus, bono vero alloquio compellamur, mulier, pro re, quam gessimus. Cui enim prospere res cessit, eum virum par est bona lucrari verba.

DEIANIRA.

O hominum carissime, primum, quod primum cupio, edoce, vivumne Herculem sim receptura.

ΛΙΧΑΣ.

Ἔγωγέ τοι σφ' ἔλειπον ἰσχύοντά τε
καὶ ζῶντα καὶ θάλλοντα κοὐ νόσῳ βαρύν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ποῦ γῆς; πατρῴας, εἴτε βαρβάρου; λέγε.

ΛΙΧΑΣ.

Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοιὶς, ἔνθ' ὁρίζεται
βωμοὺς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διί.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Εὐκταῖα φαίνων, ἢ 'πὸ μαντείας τινός;

ΛΙΧΑΣ.

Εὐχαῖς, ὅθ' ἥρει τῶνδ' ἀνάστατον δόρει
χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Αὗται δὲ, πρὸς θεῶν, τοῦ ποτ' εἰσὶ καὶ τίνες;
οἰκτραὶ γὰρ, εἰ μὴ ξυμφοραὶ κλέπτουσί με.

ΛΙΧΑΣ.

Ταύτας ἐκεῖνος Εὐρύτου πέρσας πόλιν
ἐξείλεθ' αὑτῷ κτῆμα καὶ θεοῖς κριτόν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Ἦ καπὶ ταύτῃ τῇ πόλει τὸν ἄσκοπον
χρόνον βεβὼς ἦν ἡμερῶν ἀνήριθμον;

ΛΙΧΑΣ.

Οὐκ, ἀλλὰ τὸν μὲν πλεῖστον ἐν Λυδοῖς χρόνον
κατείχεθ', ὥς φησ' αὐτὸς, οὐκ ἐλεύθερος,
ἀλλ' ἐμποληθείς. Τοῦ λόγου δ' οὐ χρὴ φθόνον,
γύναι, προσεῖναι, Ζεὺς ὅτου πράκτωρ φανῇ.
Κεῖνος δὲ πραθεὶς Ὀμφάλῃ τῇ βαρβάρῳ
ἐνιαυτὸν ἐξέπλησεν, ὡς αὐτὸς λέγει.
Χοὕτως ἐδήχθη τοῦτο τοὔνειδος λαβὼν
ὥσθ' ὅρκον αὑτῷ προσβαλὼν διώμοσεν,
ἢ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους
ξὺν παιδὶ καὶ γυναικὶ δουλώσειν ἔτι.
Κοὐχ ἡλίωσε τοὔπος. Ἀλλ' ὅθ' ἁγνὸς ἦν,
στρατὸν λαβὼν ἐπακτὸν ἔρχεται πόλιν
τὴν Εὐρυτείαν. Τόνδε γὰρ μεταίτιον
μόνον βροτῶν ἔφασκε τοῦδ' εἶναι πάθους·
ὃς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον,
ξένον παλαιὸν ὄντα, πολλὰ μὲν λόγοις
ἐπερρόθησε, πολλὰ δ' ἀτηρᾷ φρενὶ,
λέγων χεροῖν μὲν ὡς ἄφυκτ' ἔχων βέλη
τῶν ὧν τέκνων λείποιτο πρὸς τοξου κρίσιν·
φωνεῖ δὲ δοῦλος ἀνδρὸς ὡς ἐλευθέρου
βαίοιτο· δείπνοις δ' ἡνίκ' ἦν ᾠνωμένος,
ἔρριψεν ἐκτὸς αὐτόν. Ὧν ἔχων χόλον,
ὡς ἵκετ' αὖθις Ἴφιτος Τιρυνθίαν
πρὸς κλιτὺν, ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν,
τότ' ἄλλοσ' αὐτὸν ὄμμα, θατέρᾳ δὲ νοῦν
ἔχοντ', ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους πλακός.
Ἔργου δ' ἑκατι τοῦδε μηνίσας ἄναξ,
ὁ τῶν ἁπάντων Ζεὺς πατὴρ Ὀλύμπιος,
πρατόν νιν ἐξέπεμψεν, οὐδ' ἠνέσχετο,
θθούνεκ' αὐτὸν μοῦνον ἀνθρώπων δόλῳ
ἔκτεινεν. Εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο,

LICHAS.

Sane equidem ipsum reliqui valentemque et virum et florentem, nec ullo gravatum morbo.

DEIANIRA.

Ubi? patriane in terra, an barbara? cedo.

LICHAS.

Est littus quoddam Euboicum, ubi statuit aras locumque frugiferum determinat Cenæo Jovi.

DEIANIRA.

Votane rata faciens, an quopiam motus oraculo?

LICHAS.

Votorum causa, cum ferro expugnasset quæ jam dest est urbem harum mulierum, quas coram vides.

DEIANIRA.

At istæ, per deos quæso, cujæ sunt, et quæ? miserandæ enim dignæ sunt, nisi me fallunt *earum* calamitates.

LICHAS.

Has ille, deleta Euryti urbe, exemit sibi deisque selectis mancipia.

DEIANIRA.

An hac sub urbe incredibile illud tempus consumpsit dierum innumerabile?

LICHAS.

Nequaquam : verum plurimo tempore apud Lydos delectus fuit, ut ipse ait, non liber, sed venditus. Sed narratio rei, cujus Juppiter auctor inveniatur, invidia carere debet.

Ille ergo venum datus Omphalæ barbaræ mulieri servitio complevit annum, ut ipse memorat.

Cujus quidem rei ignominia ita mordebat ejus animum, ut semetipsum juramento obstrinxerit, eum, qui hanc ei admovit calamitatem, cum liberis et uxore in servitutem redacturum se aliquando.

Nec temere dictum fuit : sed, ubi expiatus fuit, cum electitio exercitu pergit ad Euryti urbem :

illum enim solum mortalium causam tanti sibi mali esse affirmabat;

qui, ut olim illius subiit domum pro veteris hospitii fœdere, multa injuriosa in eum jactavit, multaque dolosa mente *in eum meditatus est;*

nempe illum, quamquam inevitabiles sagittas gestaret manu, tamen filiis suis imparem esse jaculandi peritia :

objecitque, quod servus ab homine libero (*Eurytio*) frangi se pateretur : tandem illum epulis vinolentum ejecit domo.

Quarum injuriarum ira incensus, ubi venit deinde Iphitus Tirynthium ad clivum, equarum vagantium quærens vestigia, tunc illum oculis alio, alioque mente intentum, summa e turri præcipitem dedit.

Ob hoc autem facinus ira commotus omnium pater Juppiter Olympius venum datum eum relegavit, nec leniter tulit, quod illum ex omnibus solum dolo sustulisset :

si enim aperto Marte injurias ultus esset,

Ζεύς τἂν συνέγνω ξὺν δίκῃ χειρουμένῳ.
Ὕβριν γὰρ οὐ στέργουσιν οὐδὲ δαίμονες.
Κεῖνοι δ' ὑπερχλιδῶντες ἐκ γλώσσης κακῆς,
αὐτοὶ μὲν Ἅιδου πάντες εἶσ' οἰκήτορες,
πόλις δὲ δούλη· τάσδε δ' ἅσπερ εἰσορᾷς
ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον
χωροῦσι πρὸς σέ. Ταῦτα γὰρ πόσις τε σὸς
ἐφεῖτ', ἐγὼ δὲ, πιστὸς ὢν κείνῳ, τελῶ.
Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα
ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,
φρόνει νιν ὡς ἥξοντα. Τοῦτο γὰρ λόγου
πολλοῦ καλῶς λεχθέντος ἥδιστον κλύειν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνασσα, νῦν σοι τέρψις ἐμφανὴς κυρεῖ,
τῶν μὲν παρόντων, τὰ δὲ πεπυσμένη λόγῳ.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Πῶς δ' οὐκ ἐγὼ χαίροιμ' ἄν, ἀνδρὸς εὐτυχῆ
κλύουσα πρᾶξιν τήνδε, πανδίκῳ φρενί;
πολλή 'στ' ἀνάγκη τῇδε τοῦτο συντρέχειν.
Ὅμως δ' ἕνεστι τοῖσιν εὖ σκοπουμένοις
ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτε.
Ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη, φίλαι,
ταύτας ὁρώσῃ δυσπότμους ἐπὶ ξένης
χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας,
αἳ πρὶν μὲν ἦσαν ἐξ ἐλευθέρων ἴσως
ἀνδρῶν, τανῦν δὲ δοῦλον ἴσχουσιν βίον.
Ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μή ποτ' εἰσίδοιμί σε
πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι,
μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι.
Οὕτως ἐγὼ δέδοικα τάσδ' ὁρωμένη.
Ὦ δυστάλαινα, τίς ποτ' εἶ νεανίδων;
ἄνανδρος, ἢ τεκνοῦσσα; πρὸς μὲν γὰρ φύσιν
πάντων ἄπειρος τῶνδε, γενναία δέ τις.
Λίχα, τίνος ποτ' ἐστὶν ἡ ξένη βροτῶν;
τίς ἡ τεκοῦσα, τίς δ' ὁ φιτύσας πατήρ;
ἔξειπ'· ἐπεί νιν τῶνδε πλεῖστον ᾠκτισα
βλέπουσ', ὅσῳπερ καὶ φρονεῖν οἶδεν μόνη.

ΛΙΧΑΣ.

Τί δ' οἶδ' ἐγώ; τί δ' ἄν με καὶ κρίνοις; ἴσως
γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Μὴ τῶν τυράννων; Εὐρύτου σπορά τις ἦν;

ΛΙΧΑΣ.

Οὐκ οἶδα. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀνιστόρουν μακράν.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Οὐδ' ὄνομα πρός του τῶν ξυνεμπόρων ἔχεις;

ΛΙΧΑΣ.

Ἥκιστα· σιγῇ τοὐμὸν ἔργον ἤνυτον.

ΔΗΙΑΝΕΙΡΑ.

Εἶπ', ὦ τάλαιν', ἀλλ' ἡμὶν ἐκ σαυτῆς· ἐπεὶ
καὶ ξυμφορά τοι μὴ εἰδέναι σέ γ' ἥτις εἶ.

ΛΙΧΑΣ.

Οὔ τἄρα τῷ γε πρόσθεν οὐδὲν ἐξ ἴσου
χρόνῳ διήσει γλῶσσαν, ἥτις οὐδαμὰ

sane ignosset ei Juppiter *inimicum* merito perimenti.

Injuriam enim non omnino amant dei.

Illi vero, quod se jactabant petulanti lingua, ipsi quidem omnes Orci nunc sunt incolæ, eorum autem civitas in servitutem redacta.

At quas coram vides, ex felicibus illæ rebus tristem adeptæ sortem ad te veniunt. Hoc enim conjux tuus jussit, et ego, illi fidus *minister*, jussa exsequor.

Ipsum vero illum, quum primum Jovi genitali puras immolaverit victimas ob captam urbem, crede adfuturum : hoc enim post plurima dicta bene verba jucundissimum est audire.

CHORUS.

Regina, nunc te manifesto perfundunt gaudio et ea quæ cernis (*mulieres quæ adsunt*), et ea quæ tibi nuntiantur.

DEIANIRA.

Quidni enim gauderem jure optimo, prospera hac audita conjugis sorte? Necesse est admodum, ut hæc meo cum animo conspirent.

Tamen inest recte considerantium animis metus quidam, ne is, qui prospera utitur fortuna, in malum labatur quando.

Me enim incessit, caræ virgines, vehemens miseratio, intuentem has infaustas feminas, peregrina in terra domo extorres, parentibusque orbas, propria carentes sede, quæ antea liberis forte viris satæ, servilem nunc sustinent vitam.

O Juppiter averrunce, nunquam te videam meam contra prolem ita grassantem quoquam (*in aliquem meorum*); saltem, si tale quid acturus es, ne me adhuc vivente agas! ita (*tam vehementer*) metuo, hasce intuens.

O tu miserrima, quænam es adolescentula? virine expers, an mater? nam quod ad externam speciem, nihil horum experta es, generosa tamen.

Licha, cujusnam, quæso, hominis est peregrina hæc puella? quænam illi mater? quis genuit pater? cedo. Namque hujus præ ceteris me miseret, quum videam quanto magis *quam ceteræ* sapere novit sola.

LICHAS.

Quid vero sciam? quid et me interrogas? forsan inter illius urbis incolas non infima nata stirpe.

DEIANIRA.

An regum? Eurytus ecquam prolem habuit?

LICHAS.

Nescio : neque enim exquisivi prolixius.

DEIANIRA.

Nec nomen a quopiam viæ comitum audisti?

LICHAS.

τάδε δὲ μένομεν ἐπ' ἐλπίσιν·
κοινὰ δ' ἔχειν τε καὶ μέλλειν.
Εἴθ' ἀνεμόεσσά τις Στρ. β'.
γένοιτ' ἔπουρος ἑστιῶτις αὔρα,
ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων, ὅπως
τὸν Ζηνὸς ἄλκιμον γόνον
μὴ ταρβαλέα θάνοιμι
μοῦνον εἰσιδοῦσ' ἄφαρ·
ἐπεὶ ἐν δυσαπαλλάκτοις ὀδύναις
χωρεῖν πρὸ δόμων λέγουσιν
ἄσπετόν τι θαῦμα.
Ἀγχοῦ δ' ἄρα κοὐ μακρὰν Ἀντ. β'.
προὔκλαιον, ὀξύφωνος ὡς ἀηδών.
Ξένων γὰρ ἐξόμιλος ἥδε τις βάσις.
Ἆ δ' αὖ φορεῖ νιν; ὡς φίλου
προκηδομένα, βαρεῖαν
ἄψοφον φέρει βάσιν.
Αἰαῖ, δδ' ἀναύδατος φέρεται.
Τί χρὴ, θάνατόν νιν ἢ καθ'
ὕπνον ὄντα κρῖναι;

in cubili, et lacrimarum erumpens calida fluenta, infit:

O thori, thalamique mei, in posterum jam valete: quippe qui non amplius excepturi me estis hisce in stratis cubantem.

Tantum effata, celeri manu peplum solvit suum in quo inerat aurea mamillaris fibula, denudavitque latus totum brachiumque sinistrum:

et ego cursu erumpens quam potui citato, hæc eam moliri nato nuntiatum eo:

dumque huc et illuc ferimur, interea videmus eam ancipiti gladio in latere sub jecore et præcordiis vulneratam.

Conspicatus autem filius ejulavit: intellexit enim miser illam facinus hoc sibi iratam patrasse, sero edoctus ab iis qui domi sunt, invitam eam ista et a semifero *inductam* molitam fuisse.

Tum vero infelix natus nihil non gemituum edit, deplorans illam semper et deosculans; sed lateri latus applicans ita adjacebat, multa ingemiscens quod eam in crimen falso vocasset, doleusque quod simul a duobus, patris matrisque vita privatum iretur.

Ita hic res se habent. Proinde si quis duos vel etiam plures dies computat sibi, stolidus est.

Non enim est crastina, antequam præsens bene acta sit, dies.

CHORUS.

Utra prius gemam, utra magis supra modum misera, infelix ego dijudicare nequeo.

Hæc quidem habemus oculis usurpanda domi, illa vero exspectamus sollicitæ: idem autem est et habere et in eo esse, ut habeas *malum*.

Utinam ventosa quædam oriatur contermina domestica aura, quæ ex his me locis abripiat, ut ne præ metu moriar statim, modo intuita, Jovis fortem natum!

siquidem aiunt ante ædes immedicabili correptum dolore, horrendum adesse prodigium.

Propinqua igitur, nec remota (*ab ægrotante Hercule*) flebam canora velut luscinia.

Ecce enim peregrinorum hanc insuetam turbam! Quo eum portat? tanquam amico metuens mœstum absque strepitu movet gradum.

Hei! hei! ille mutus bajulatur.

Utrum par est opinari, mortuum illum esse, an dormire?

ΥΛΛΟΣ.

Ὤμοι ἐγὼ σοῦ, πάτερ, ὦ μέλεος.
Τί πάθω; τί δὲ μήσομαι; οἴμοι.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Σιγα, τέκνον, μὴ κινήσῃς
ἀγρίαν ὀδύνην πατρὸς ὠμόφρονος.
Ἔᾳ γὰρ προπετής. Ἀλλ' ἴσχε δακὼν
στόμα σόν.

ΥΛΛΟΣ.

Πῶς φῂς, γέρον; ἦ ζῇ;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Οὐ μὴ ἔγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον
κἀκκινήσεις κἀναστήσεις
φοιτάδα δεινὴν
νόσον, ὦ τέκνον.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' ἐπί μοι μελέῳ
βάρος ἄπλετον ἐμμέμονεν φρήν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ Ζεῦ,
ποῖ γᾶς ἥκω; παρὰ τοῖσι βροτῶν
κεῖμαι πεπονημένος ἀλλήκτοις
ὀδύναις; Οἴμοι ἐγὼ τλάμων·
ἡ δ' αὖ μιαρὰ βρύκει. Φεῦ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Ἆρ' ἐξῄδης ὅσον ἦν κέρδος
σιγῇ κεύθειν, καὶ μὴ σκεδάσαι
τῷδ' ἀπὸ κρατὸς
βλεφάρων θ' ὕπνον;

ΥΛΛΟΣ.

Οὐ γὰρ ἔχω πῶς ἂν
στέρξαιμι κακὸν τόδε λεύσσων.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,
ἱερῶν οἷαν οἵων ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἠνύσω. Ὦ Ζεῦ,
οἷαν μ' ἄρ' ἔθου λώβαν, οἵαν,
ἦν μή ποτ' ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
ὤφελον ὅσσοις, τόδ' ἀκήλητον
μανίας ἄνθος καταδερχθῆν.
Τίς γὰρ ἀοιδὸς, τίς ὁ χειροτέχνης
ἰατορίας ὅς τήνδ' ἄτην
χωρὶς Ζηνὸς κατακηλήσει;
θαῦμ' ἂν πόρρωθεν ἰδοίμαν.
Ἔ ἔ,
a ἐᾶτέ μ', ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνάσαι.
b Ἐᾶθ' ὕστατον εὐνάσαι.
Πᾶ μου ψαύεις; ποῖ κλίνεις;
ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς.
Ἀνατέτροφας ὅ τι καὶ μύσῃ.
Ἥπταί μου, τοτοτοῖ. Ἥδ' αὖθ' ἕρπει. Πόθεν ἔστ', ὦ
πάντων Ἑλλάνων ἀδικώτατοι ἀνέρες, οὓς δὴ
πολλὰ μὲν ἐν πόντῳ, κατὰ τε δρία πάντα καθαίρων,
ὠλεκόμαν ὁ τάλας, καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι

TRACHINIÆ.

HYLLUS.

Heu me miserum causa tua, pater! Quid agam? quid capiam consilii? hei mihi!

SENEX.

Tace, fili, ne excites sævum dolorem patris effer. Vivit enim prociduus (*in cubili, i. e. sopitus*).
Sed inhibe os, morsu *comprimens labia*.

HYLLUS.

Quid ais, senex? num vivit?

SENEX.

Cave, ne suscites somno devinctum neque commoveas et renoves vagum immanem morbum, o fili.

HYLLUS.

Sed mihi misero ad intolerandum mali pondus exarsit animus.

HERCULES.

O Juppiter, quo terrarum veni? quos apud mortales jacio confectus perpetuis doloribus?

Heu me miserum! en rursus exedit me sceleratus morbus. Heu!

SENEX.

Num probe conscius eras, quanto satius fuisset silentio recondere *dolorem*, nec hujus a capite palpebrisque dispare somnum?

HYLLUS.

At non est qui patienter feram hujus mali aspectum.

HERCULES.

O Cenæorum altarium crepido, qualem in me misero pro qualibus hostiis gratiam consecuta es (*quam nacta tu es mea calamitate remunerationem*)! O Juppiter, qui me, quali affecisti probro! quod utinam ego miser nunquam conspexissem oculis, nec intuitus essem hunc insanabilis furiosi morbi florem.

Quis enim incantator, quis medicus chirurgus est, qui hoc malum, præter Jovem, sanare possit?

Miraculum *hoc* fortasse e longinquo introspexerim.
Ah! ah! sinite, sinite me infaustum requiescere. Sinite me supremum somnum capere.

Ubi me attingis? quo reclinas? enecas me, enecas.

Quodquod sopitum erat mali, excitasti.
Inhæret mihi *morbus*, væ, væ! ecce iterum subit. Ubi mihi auxilio adestis, o Achivorum omnium injustissimi virí, quorum ego in gratiam, dum mari perque saltus omnes *monstra et scelera* purgo, semper me perditum ibam?

οὐ πῦρ, οὐχ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει;
Ἔ ἔ,
ὠὸ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει
μολὼν τοῦ στυγεροῦ; Φεῦ φεῦ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Ὦ παῖ τοῦδ' ἀνδρὸς, τοὔργον τόδε μεῖζον ἀνήκει
ἢ κατ' ἐμὰν ῥώμαν· σὺ δὲ σύλλαβε. Σοί τε γὰρ ὄμμα
ἐμπλεον ἢ δι' ἐμοῦ σώζειν.

ΥΛΛΟΣ.

Ψαύω μὲν ἔγωγε,
λαθίπονον δ' ὀδυνᾶν οὔτ' ἔνδοθεν οὔτε θύραθεν
ἔστι μοι ἐξανύσαι βίοτον. Τοιαῦτα νέμει Ζεύς.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ παῖ παῖ, ποῦ ποτ' εἶ;
τᾷδέ με τᾷδέ με πρόσλαβε κουφίσας.
Ἔ ἔ, ἰὼ ἰὼ δαΐμον
Θρώσκει δ' αὖ, θρώσκει δειλαία
διολοῦσ' ἡμᾶς
ἀποτίβατος ἀγρία νόσος.
Ὦ Παλλὰς Παλλὰς, τόδε μ' αὖ λωβᾶται. Ἰὼ παῖ,
τὸν φύτορ' οἰκτείρας ἀνεπίφθονον εἵρυσον ἔγχος,
παῖσον ἐμᾶς ὑπὸ κλῆδος· ἀκοῦ δ' ἄχος, ᾧ μ' ἐχόσ-
σε μάτηρ ἄθεος, τὰν ὧδ' ἐπίδοιμι πεσοῦσαν [λωσεν
αὖτως, ὧδ' αὖτως, ὡς μ' ὤλεσεν. Ὦ γλυκὺς Ἅδας,
ὦ Διὸς αὐθαίμων,
εὔνασον εὔνασον ὠκυπέτᾳ μόρῳ
τὸν μέλεον φθίσας.

ΧΟΡΟΣ.

Κλύουσ' ἔφριξα τάσδε συμφορὰς, φίλαι,
ἄνακτος, οἵαις οἷος ὢν ἐλαύνεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ κοὐ λόγῳ κακὰ
καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ·
κούπω τοιοῦτον οὔτ' ἄκοιτις ἡ Διὸς
προὔθηκεν οὔθ' ὁ στυγνὸς Εὐρυσθεὺς ἐμοὶ,
οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐρινύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.
Πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν ἐκ μὲν ἐσχάτας
βέβρωκε σάρκας, πνεύμονός τ' ἀρτηρίας
ῥοφεῖ ξυνοικοῦν· ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου
πέπωκεν ἤδη, καὶ διέφθαρμαι δέμας
τὸ πᾶν, ἀῤῥάστῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ.
Κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιὰς, οὔθ' ὁ γηγενὴς
στρατὸς Γιγάντων, οὔτε θήρειος βία,
οὔθ' Ἕλλας, οὔτ' ἄγλωσσος, οὔθ' ὅσην ἐγὼ
γαῖαν καθαίρων ἱκόμην, ἔδρασέ πω·
γυνὴ δέ, θῆλυς οὖσα κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν,
μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.
Ὦ παῖ, γενοῦ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγὼς,
καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεσβεύσῃς πλέον.
Δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
ἐς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν, ὡς εἰδῶ σάφα

Et nunc huicce sic ægrotanti nemo vestrûm ignem aut gladium salutarem admovebit? Ah! ah! neque caput abrumpendo invisa me ex vita properabit *tollere*? Heu! heu!

SENEX.

O fili hujus viri, gravius quam pro viribus meis hoc exsurgit negotium: tu vero adjuva: tibi enim integra est videndi facultas, potius quam ut per me ille servari possit.

HYLLUS.

En manus admoveo: doloris vero obliviosam vitæ conditionem, non est ut aut meo, aut horum, qui prope sunt, consilio, efficiam. Talia mala tribuit Juppiter.

HERCULES.

O nate, nate, ubi es, quæso?
Hac me, hac prehensum leva.
Hei! hei! o fortuna infensa! ingruit rursus, ingruit infelix, qui me perdit, inaccessus, immitis morbus.

O Pallas, Pallas, excruciat me rursus *morbus*.
O nate, patrem miseratus stringe ensem, et, quod tibi nemo crimini vertet, meam sub claviculam feri.
Medere dolori, quo me efferavit tua mater impia, quam viderem eodem sic collapsam morbo, eodem, quo me perdidit.
O dulcis Pluto, o Jovis germane frater, sopi *me*, sopi celeri leto, infelicem me perimens.

CHORUS.

Inhorrui, amicæ, *graves* hasce regis ærumnas audiens, quantis tantus vir agitatur.

HERCULES.

O qui multa profecto periculosa, neque verbo (*sed re ipsa*) mala, manibusque et humeris exantlavi: at tale nunquam nec Jovis conjux objecit, neque odiosus Eurystheus mihi, quale hunc dolosa Œnei filia induit humeris meis Furiis contextum rete, quo funditus pereo.

Lateribus enim inhærens, extremas quidem voravit carnes, pulmonisque ad viscera usque penetrans sorbet *ea*, sanguinem vegetum meum exhausit jam, et contabuit corpus omne meum; cæco hoc irretitum laqueo.

Et hæc non campestris hasta, nec terrigena Gigantum exercitus, nec vis semifera, nec Græcus, nec barbarus, nec quantam ego terram repurgans penetravi, quisquam perpetravit; sed mulier, femineo, non virili sexu, sola me peremit scilicet absque gladio.

O nate, verum te meum filium exhibe, neu maternum nomen pluris existima.
Da mihi, tua ipsius manu abstractam domo, matrem tuam in manum, ut liquido sciam, utrum meum

ἢ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον.
Ἴθ', ὦ τέκνον, τόλμησον· οἰκτειρόν τέ με
πολλοῖσιν οἰκτρὸν, ὅστις ὥστε παρθένος
βέβρυχα κλαίων, καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε
τόνδ' ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδρακότα,
ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν ἐσπόμην κακοῖς.
Νῦν δ' ἐκ τοιούτου θῆλυς ἡῦρημαι τάλας.
Καὶ νῦν προσελθὼν στῆθι πλησίον πατρὸς,
σκέψαι δ' ὁποίας ταῦτα συμφορᾶς ὕπο
πέπονθα. Δείξω γὰρ τάδ' ἐκ καλυμμάτων.
Ἰδοὺ, θεᾶσθε πάντες ἄθλιον δέμας,
ὁρᾶτε τὸν δύστηνον, ὡς οἰκτρῶς ἔχω.
Αἰαῖ, ὦ τάλας,
ἔ ἔ
ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς ἀρτίως, ὁ δ' αὖ
διῆξε πλευρῶν, οὐδ' ἀγύμναστόν μ' ἐᾶν
ἔοικεν ἡ τάλαινα διάδορος νόσος.
Ὦναξ Ἀΐδη, δέξαι μ',
ὦ Διὸς ἀκτὶς, παῖσον.
Ἔνσεισον, ὦναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος,
πάτερ, κεραυνοῦ. Δαίνυται γὰρ αὖ πάλιν,
ἤνθηκεν, ἐξώρμηκεν. Ὦ χέρες χέρες,
ὦ νῶτα καὶ στέρν', ὦ φίλοι βραχίονες,
ὑμεῖς ἐκεῖνοι δὴ καθέσταθ', οἵ ποτε
Νεμέας ἔνοικον, βουκόλων ἀλάστορα,
λέοντ', ἄπλατον θρέμμα κἀπροσήγορον,
βίᾳ κατειργάσασθε, Λερναίαν θ' ὕδραν,
διφυῆ τ' ἄμικτον ἱπποβάμονα στρατὸν
θηρῶν, ὑβριστὴν, ἄνομον, ὑπέροχον βίαν,
Ἐρυμάνθιόν τε θῆρα, τόν θ' ὑπὸ χθονὸς
Ἅδου τρίκρανον σκύλαξ', ἀπρόσμαχον τέρας,
δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα, τόν τε χρυσέων
δράκοντα μήλων φύλαξ' ἐπ' ἐσχάτοις τόποις·
ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην,
κοὐδεὶς τροπαῖ' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.
Νῦν δ' ὧδ' ἄναρθρος καὶ κατερραικωμένος
τυφλῆς ὑπ' ἄτης ἐκπεπόρθημαι τάλας,
ὁ τῆς ἀρίστης μητρὸς ὠνομασμένος
ὁ τοῦ κατ' ἄστρα Ζηνὸς αὐδηθεὶς γόνος.
Ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὦ
κἂν μηδὲν ἕρπω, τήν γε δράσασαν τάδε
χειρώσομαι κἀκ τῶνδε. Προσμόλοι μόνον,
ἵν' ἐκδιδαχθῇ πᾶσιν ἀγγέλλειν ὅτι
καὶ ζῶν κακούς γε καὶ θανὼν ἐτισάμην.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ τλῆμον Ἑλλὰς, πένθος οἷον εἰσορῶ
ἕξουσαν, ἀνδρὸς τοῦδέ γ' εἰ σφαλήσεται.

ΥΛΛΟΣ.

Ἐπεὶ παρέσχες ἀντιφωνῆσαι, πάτερ,
σιγὴν παρασχὼν κλῦθί μου, νοσῶν ὅμως.
Αἰτήσομαι γάρ σ' ὧν δίκαια τυγχάνειν.
Δός μοι σεαυτὸν, μὴ τοσοῦτον ὡς δάκνῃ

doleas magis, an illius corpus male mulctatum, quum meritas luet pœnas.

Age nate, aude : miserere mei, qui multis miserabilis sum; quippe qui puellæ more ploratus edo : et hoc hunc virum (*me*) facientem nemo unquam dixerit se vidisse antehac, sed absque gemitu usque subibam mala.

At nunc tali *lacessitus* malo effeminatus deprehendor miser.

Age vero accede propius ad patrem, et considera qualis calamitas his me affligit malis : monstrabo enim relectum id omne.

En, spectate omnes lacerum hoc corpus, intuemini miserum, quam miserabili sim in statu.

Ah! ah! infelix ego!
heu! heu!

en denuo urit calamitosi morbi convulsio; rursum penetrat latera, neque inexercitatum sinitura videtur dira torax lues.

O rex Pluto, suscipe me :
o Jovis fulmen, feri.
Incute, o rex, intorque, pater, fulguris telum mihi.
Exedit enim rursus, effervescit, omni grassatur impetu.

O manus, manus, o terga et pectora, o cari lacerti! illine vos tandem estis, qui olim Nemeæ incolam, bubulcorum perniciem, leonem, immanem formidabilemque belluam vi confecistis et Lernæam hydram, bimembresque feros equino gressu utentes Centauros, gentem protervam, legum expertem, superbam viribus, Erymanthiamque belluam, tricipitemque apud inferos Orci canem, invictum monstrum, terribili satum Echidna, draconemque aureorum custodem malorum extremis in *orbis* locis,

aliosque insuper labores innumeros gustavi (*subii*), nec quisquam unquam de meis tropæa statuit manibus.

At nunc sic fractis artubus, lacerisque carnibus, a cæca peste excrucior miser, ille ego qui matris optimæ nuncupatus Jovisque sidera *torquentis* prædicatus sum filius.

Verum hoc certo sciatis : etiamsi nullus sum, etiamsi incedere nequeo, tamen quæ hoc facinus commisit, eam ulciscar, istis etiam (*quæ supersunt viribus*).

Accedat modo, ut experta nuntiare possit omnibus, me et viventem et morientem scelestos punitum ivisse.

CHORUS.

O miseram Græciam! qualem illi impendere luctum video, hoc viro si privabitur!

HYLLUS.

Quoniam permittis vicissim ut loquar, pater, attende tacitus, morbo licet premaris : postulabo enim a te, quod consequi me par est.

Da te mihi, non tam iracundum, ut mordearis animo,

θυμῷ δύσοργος. Οὐ γὰρ ἂν γνοίης ἐν οἷς
χαίρειν προθυμεῖ κἀν ὅτοις ἀλγεῖς μάτην.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Εἰπὼν ὃ χρῄζεις λῆξον· ὡς ἐγὼ νοσῶν
οὐδὲν ξυνίημ' ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι.

ΥΛΛΟΣ.

Τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων ἐν οἷς
νῦν ἐστιν οἷς θ' ἥμαρτεν οὐχ ἑκουσία.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὦ παγκάκιστε, καὶ παρεμνήσω γὰρ αὖ
τῆς πατροφόντου μητρὸς, ὡς κλύειν ἐμέ;

ΥΛΛΟΣ.

Ἔχει γὰρ οὕτως ὥστε μὴ σιγᾶν πρέπειν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οὐ δῆτα τοῖς γε πρόσθεν ἡμαρτημένοις.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Λέγ'· εὐλαβοῦ δὲ μὴ φανῇ κακὸς γεγώς.

ΥΛΛΟΣ.

Λέγω. Τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Πρὸς τοῦ; τέρας τοι διὰ κακῶν ἐθέσπισας.

ΥΛΛΟΣ.

Αὐτὴ πρὸς αὑτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπου.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οἴμοι· πρὶν, ὡς χρῆν, σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός;

ΥΛΛΟΣ.

Κἂν σοῦ στραφείη θυμὸς, εἰ τὸ πᾶν μάθοις.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Δεινοῦ λόγου κατῆρξας· εἰπὲ δ' ᾗ νοεῖς

ΥΛΛΟΣ.

Ἅπαν τὸ χρῆμ', ἥμαρτε χρηστὰ μωμένη.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Χρήστ', ὦ κάκιστε, πατέρα σὸν κτείνασα δρᾷ;

ΥΛΛΟΣ.

Στέργημα γὰρ δοκοῦσα προσβαλεῖν σέθεν,
ἀπήμπλαχ', ὡς προσεῖδε τοὺς ἔνδον γάμους.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Καὶ τίς τοσοῦτος φαρμακεὺς Τραχινίων;

ΥΛΛΟΣ.

Νέσσος πάλαι Κένταυρος ἐξέπεισέ νιν
τοιῷδε φίλτρῳ τὸν σὸν ἐκμῆναι πόθον.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἰοὺ ἰοὺ δύστηνος, οἴχομαι τάλας.
Ὀλωλ' ὀλωλα, φέγγος οὐκ ἔτ' ἐστί μοι.
Οἴμοι, φρονῶ δὴ ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν.
Ἴθ', ὦ τέκνον· πατὴρ γὰρ οὐκ ἔτ' ἐστί σοι·
Κάλει τὸ πᾶν μοι σπέρμα σῶν δμαιμόνων,
κάλει δὲ τὴν τάλαιναν Ἀλκμήνην, Διὸς
μάτην ἄκοιτιν, ὡς τελευταίαν ἐμοῦ
φήμην πύθησθε θεσφάτων ὅσ' οἶδ' ἐγώ.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' οὔτε μήτηρ ἐνθάδ', ἀλλ' ἐπακτίᾳ

sic enim dignoscere nequeas, quid gaudii percipere gestis temere, quamque frustra irasceris.

HERCULES.

Breviter iis quæ dicere cupis defungere. Ego enim morbo affectus nihil istorum intelligo, quæ tu dudum varie (*cum ambagibus*) loqueris.

HYLLUS.

De matre dicturus veni, ut nunc res illius sunt, utque peccavit non sua sponte.

HERCULES.

O scelestissime! itane etiam audes rursus in memoriam revocare matrem quæ patrem tuum peremit, ut audiam?

HYLLUS.

Ita enim se res habet, ut silentio tegi non deceat.

HERCULES.

Immo maxime tacendum de ea, propter illa, quæ ante in me peccavit.

HYLLUS.

At non illa certe dices quæ fecit hodie.

HERCULES.

Dic ergo: sed cave ne degener deprehendaris.

HYLLUS.

Dico. Mortua est mater, modo occisa.

HERCULES.

A quo? portentum vaticinatus es male ominatum.

HYLLUS.

Sua ipsius manu; ab alio neminę.

HERCULES.

Hei mihi! antequam, ut oportebat, mea periit manu?

HYLLUS.

Tu quoque sententiam mutares, si rem omnem cognosceres.

HERCULES.

Mirum quid narrare occipis: dic ergo qui *id* intelligas.

HYLLUS.

Res tota haec est; peccavit, dum honesta quærebat.

HERCULES.

Bonane, sceleste, facit, quæ patrem occidit tuum?

HYLLUS.

Amorem tuum veneficio conciliare sibi cogitans, postquam novam domi conspexit nuptam, aberravit a proposito.

HERCULES.

Et quis inter Trachinios tantus est veneficus?

HYLLUS.

Centaurus Nessus persuasit ei olim, ut tali delinimento te sui inoenderet amore.

HERCULES.

Heu! heu! infelix, perii miser! occidi, occidi; lux est mihi nulla amplius.

Hei mihi! demum intelligo quo redactus sum miseriæ.

Abi nate; pater enim tibi non vivit amplius;

voca omnem mihi fratrum tuorum stirpem; voca et miseram Alcmenam, Jovis frustra *dictam* conjugem, ut percipiatis supremum de me oraculorum nuntium, quantum ego compertum habeo.

HYLLUS.

At neque mater hic adest: sed in litorali Tiryntlie nunc

Τίρυνθι συμβέβηκεν ὥστ' ἔχειν ἔδραν,
παίδων δὲ τοὺς μὲν ξυλλαβοῦσ' αὐτὴ τρέφει,
τοὺς δ' ἂν τὸ Θήβης ἄστυ ναίοντας μάθοις·
ἡμεῖς δ' ὅσοι πάρεσμεν, εἴ τι χρὴ, πάτερ,
πράσσειν, κλύοντες ἐξυπηρετήσομεν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Σὺ δ' οὖν ἄκουε τοὔργον· ἐξήκεις δ' ἵνα
φανεῖς ὁποῖος ὢν ἀνὴρ ἐμὸς καλεῖ.
Ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅστις Ἅιδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι.
Οὗτος οὖν ὁ θὴρ Κένταυρος, ὡς τὸ θεῖον ἦν
πρόφαντον, οὕτω ζῶντά μ' ἔκτεινεν θανών.
Φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα
μαντεῖα καινὰ, τοῖς πάλαι ξυνήγορα,
ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος ἐξεγραψάμην
πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυὸς,
ἥ μοι χρόνῳ τῷ ζῶντι καὶ παρόντι νῦν
ἔφασκε μόχθων τῶν ἐφεστώτων ἐμοὶ
λύσιν τελεῖσθαι· κἀδόκουν πράξειν καλῶς.
Τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν θανεῖν ἐμέ.
Τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίγνεται.
Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ λαμπρὰ συμβαίνει, τέκνον,
δεῖ σ' αὖ γενέσθαι τῷδε τἀνδρὶ σύμμαχον,
καὶ μὴ 'πιμεῖναι φούμὸν ὀξῦναι στόμα,
ἀλλ' αὐτὸν εἰκαθόντα συμπράσσειν, νόμον
κάλλιστον ἐξευρόντα, πειθαρχεῖν πατρί.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ', ὦ πάτερ, ταρβῶ μὲν ἐς λόγου στάσιν
τοιάνδ' ἐπελθὼν, πείσομαι δ' ἃ σοι δοκεῖ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἔμβαλλε χεῖρα δεξιὰν πρώτιστά μοι.

ΥΛΛΟΣ.

Ὡς πρὸς τί πίστιν τήνδ' ἄγαν ἐπιστρέφεις;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οὐ θᾶσσον οἴσεις μηδ' ἀπιστήσεις ἐμοί;

ΥΛΛΟΣ.

Ἰδοὺ προτείνω, κοὐδὲν ἀντειρήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὄμνυ Διὸς νῦν τοῦ με φύσαντος κάρα.

ΥΛΛΟΣ.

Ἦ μὴν τί δράσειν; καὶ τόδ' ἐξειρήσεται;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἦ μὴν ἐμοὶ τὸ λεχθὲν ἔργον ἐκτελεῖν.

ΥΛΛΟΣ.

Ὄμνυμ' ἔγωγε, Ζῆν' ἔχων ἐπώμοτον.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Εἰ δ' ἐκτὸς ἔλθοις, πημονὰς εὔχου λαβεῖν.

ΥΛΛΟΣ.

Οὐ μὴ λάβω· δράσω γάρ. Εὔχομαι δ' ὅμως.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οἶσθ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον;

cummaxime sedem habet, et liberos partim ipsa secum adductos educat; partim urbe Thebana habitantes scias.

Nos vero qui adsumus, si quid facto opus est, pater, *id* dicto audientes exsequemur.

HERCULES.

Tu rem proinde audi; eo enim delatus es, ubi ostendas, qualis quum sis, meus appellere *filius*.

Mihi enim erat prædictum a patre olim, a nemine viventium me esse periturum, sed a quopiam qui vita functus Orci esset incola.

Hic igitur ferus Centaurus, juxta fatidicam dictionem, viventem me sic peremit mortuus.

Alia autem ego aperiam eodem tendentia, similia nova oracula, veteribus concinentia, quæ, monticolarum et humi cubantium Sellorum ingressus lucum, tabellis consignati a paterna loquaci quercu edita;

quæ mihi significavit præsenti hoc ipso tempore imperatorum mihi laborum solutionem fore: sperabamque *ex eis* me prospere victurum:

atqui nihil aliud hoc erat, nisi me moriturum.

Quippe mortuis nullus labor est.

Horum igitur quoniam luculentus eventus est, oportet te, nate, mihi morigeram præstare operam, neque exspectare dum exacerbetur os meum, sed sponte cedentem opitulari, pulcherrima comparata tibi lege, patri ut *natus* pareas.

HYLLUS.

At, o pater, metu consternor, in tale sententiæ dissidium quum inciderim; tamen, quidquid jusseris, exsequar.

HERCULES.

Da mihi primum dextræ fidem.

HYLLUS.

Quorsum hoc pignus tam anxie requiris?

HERCULES.

Non junges *dextram* ocius, ac morem geres mihi?

HYLLUS.

En porrigo: nihil contradicetur.

HERCULES.

Jura Jovis nunc, qui me genuit, caput.

HYLLUS.

Quid me facturum *vis jurem?* num et hoc jurabo?

HERCULES.

Quam jussero, operam te mihi præstiturum.

HYLLUS.

Equidem juro, testem adhibens Jovem.

HERCULES.

Quod si falles, mala imprecare tibi.

HYLLUS.

Nulla causa est: faciam enim *quod jusseris*. Imprecor tamen.

HERCULES.

Nostin' igitur *sacrum* illud Jovi Œtæum cacumen?

ΥΛΛΟΣ.

Οἶδ', ὡς θυτήρ γε πολλὰ δὴ σταθεὶς ἄνω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἐνταῦθά νυν χρὴ τοὐμὸν ἐξάραντά σε
σῶμ' αὐτόχειρα, καὶ ξὺν οἷς χρῄζεις φίλων,
πολλὴν μὲν ὕλην τῆς βαθυρρίζου δρυὸς
κείραντα, πολλὸν δ' ἄρσεν' ἐκτεμόνθ' ὁμοῦ
ἄγριον ἔλαιον, σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν,
καὶ πευκίνης λαβόντα λαμπάδος σέλας
πρῆσαι. Γόου δὲ μηδὲν εἰσίτω δάκρυ,
ἀλλ' ἀστένακτος κἀδάκρυτος, εἴπερ εἶ
τοῦδ' ἀνδρὸς, ἕρξον· εἰ δὲ μή, μενῶ σ' ἐγὼ
καὶ νέρθεν ὢν ἀραῖος εἰσαεὶ βαρύς.

ΥΛΛΟΣ.

Οἴμοι, πάτερ, τί εἶπας; οἷά μ' εἴργασαι.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὁποῖα δραστέ' ἐστίν· εἰ δὲ μή, πατρὸς
ἄλλου γενοῦ του μηδ' ἐμὸς κληθῇς ἔτι.

ΥΛΛΟΣ.

Οἴμοι μάλ' αὖθις, οἷά μ' ἐκκαλεῖ, πάτερ,
φονέα γενέσθαι καὶ παλαμναῖαν σέθεν.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οὐ δῆτ' ἔγωγ', ἀλλ' ὧν ἔχω παιώνιον
καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν.

ΥΛΛΟΣ.

Καὶ πῶς ὑπαίθων σῶμ' ἂν ἰώμην τὸ σόν;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἀλλ' εἰ φοβεῖ πρὸς τοῦτο, τἄλλα γ' ἔργασαι.

ΥΛΛΟΣ.

Φορᾶς γέ τοι φθόνησις οὐ γενήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἦ καὶ πυρᾶς πλήρωμα τῆς εἰρημένης;

ΥΛΛΟΣ.

Ὅσον γ' ἂν αὐτὸς μὴ ποτιψαύων χεροῖν·
τὰ δ' ἄλλα πράξω κοὐ καμεῖ τοὐμὸν μέρος.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἀλλ' ἀρκέσει καὶ ταῦτα· πρόσνειμαι δέ μοι
χάριν βραχεῖαν πρὸς μακροῖς ἄλλοις διδούς.

ΥΛΛΟΣ.

Εἰ καὶ μακρὰ κάρτ' ἐστὶν, ἐργασθήσεται.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Τὴν Εὐρυτείαν οἶσθα δῆτα παρθένον;

ΥΛΛΟΣ.

Ἰόλην ἔλεξας, ὥς γ' ἐπεικάζειν ἐμέ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἔγνως. Τοσοῦτον δή σ' ἐπισκήπτω, τέκνον·
ταύτην, ἐμοῦ θανόντος, εἴπερ εὐσεβεῖν
χρῄζει, πατρῴων ὁρκίων μεμνημένος,
πρόσθου δάμαρτα, μηδ' ἀπιστήσῃς πατρί·
μηδ' ἄλλος ἀνδρῶν τοῖς ἐμοῖς πλευροῖς ὁμοῦ
κλιθεῖσαν αὐτὴν ἀντὶ σοῦ λάβοι ποτέ,
ἀλλ' αὐτὸς, ὦ παῖ, τοῦτο κήδευσον λέχος.
Πείθου. Τὸ γάρ τοι μεγάλα πιστεύσαντ' ἐμοὶ
σμικροῖς ἀπιστεῖν τὴν πάρος συγχεῖ χάριν.

HYLLUS.

Novi, ut qui summo in jugo sæpe sacra fecerim.

HERCULES.

Illuc ergo te oportet corpus meum tuis ipsius et amicorum, quos voles, manibus sublatum asportare, excisisque multis roboribus unaque multis maribus oleastris, corpus meum imponere, sumptaque ardenti picea tæda, ignem subjicere.

Ne vero lacrimarum quid cum gemitu oboriatur; sed si quidem es a me prognatus, hoc perage nec ingemiscens nec illacrimans. Sin minus, te meæ, licet ad inferos demissi, semper manebunt diræ imprecationes.

HYLLUS.

Hei mihi, pater! quid locutus es? qualia mihi intentasti!

HERCULES.

Id quod faciendum est. Sin minus, patris alius esto nescio cujus, neque meus vocaris amplius.

HYLLUS.

Hei mihi iterum! ad quod me facinus excitas, pater, ut parricida fiam, et occisor tuus?

HERCULES.

Nequaquam istud; sed ut, quibus teneor malis, eorum medicus solusque lenitor *fias*.

HYLLUS.

Qui vero, si comburam, corpus sanabo tuum?

HERCULES.

Sed hoc si abhorres, cetera saltem perage.

HYLLUS.

Sane gestandi non invidebitur officio.

HERCULES.

An et rogi, quem dixi, struem *conficies*?

HYLLUS.

Quantum quidem mihi meis manibus non erit attingenda (*incendenda*). Cetera vero faciam, nec opera mea deerit tibi.

HERCULES.

Sed et hæc sat erunt. Porro majoribus aliis exiguum *hoc* adjunge beneficium.

HYLLUS.

Sit licet maximum, præstabitur etiam.

HERCULES.

Nosti nimirum Euryto satam puellam?

HYLLUS.

Iolen, ut conjicio ego, dicis.

HERCULES.

Tenes. Hoc ergo tibi, nate, injungo negotii: hanc, postquam defunctus fuero, siquidem pie vis agere, jurisjurandi patri dati memor, uxorem adjunge tibi, nec refrageris patri:

neque vir quisquam alius illam, quæ lateri accubuit meo, præter te, ducat: at tu ipse, mi nate, connubio tibi eam junge.

Obtempera: nam rebus in magnis obsecutus mihi, si nunc in parvis morem gerere nolis, priorem everti tratiam.

ΥΛΛΟΣ.

Οἴμοι. Τὸ μὲν νοσοῦντι θυμοῦσθαι κακὸν,
τὸ δ' ὧδ' ὁρᾶν φρονοῦντα τίς ποτ' ἂν φέροι;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ὡς ἐργασείων οὐδὲν ὧν λέγω θροεῖς.

ΥΛΛΟΣ.

Τίς γάρ ποθ', ἥ μοι μητρὶ μὲν θανεῖν μόνη
μεταίτιος σοί τ' αὖθις ὡς ἔχεις ἔχειν,
τίς ταῦτ' ἂν, ὅστις μὴ 'ξ ἀλαστόρων νοσοῖ,
ἑλοιτο; κρεῖσσον κἀμέ γ', ὦ πάτερ, θανεῖν
ἢ τοῖσιν ἐχθίστοισι συνναίειν ὁμοῦ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἀνὴρ ὅδ' ὡς ἔοικεν οὐ νεμεῖν ἐμοὶ
φθίνοντι μοῖραν· ἀλλά τοι θεῶν ἀρὰ
μενεῖ σ' ἀπιστήσαντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

ΥΛΛΟΣ.

Οἴμοι, τάχ', ὡς ἔοικας, ὡς νοσεῖς φράσεις.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Σὺ γάρ μ' ἀπ' εὐνασθέντος ἐκκινεῖς κακοῦ.

ΥΛΛΟΣ.

Δείλαιος, ὡς ἐς πολλὰ τἀπορεῖν ἔχω.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οὐ γὰρ δικαιοῖς τοῦ φυτεύσαντος κλύειν.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' ἐκδιδαχθῶ δῆτα δυσσεβεῖν, πάτερ;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Οὐ δυσσέβεια, τοὐμὸν εἰ τέρψεις κέαρ.

ΥΛΛΟΣ.

Πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε;

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἔγωγε. Τούτων μάρτυρας καλῶ θεούς.

ΥΛΛΟΣ.

Τοιγὰρ ποιήσω, κοὐκ ἀπώσομαι, τὸ σὸν
θεοῖσι δεικνὺς ἔργον. Οὐ γὰρ ἄν ποτε
κακὸς φανείην σοί γε πιστεύσας, πάτερ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Καλῶς τελευτᾷς, κἀπὶ τοῖσδε τὴν χάριν
ταχεῖαν, ὦ παῖ, πρόσθες· ὡς πρὶν ἐμπεσεῖν
σπαραγμὸν ἥ τιν' οἶστρον, ἐς πυράν με θῆς.
Ἄγ' ἐγκονεῖτ', αἴρεσθε. Παῦλά τοι κακῶν
αὕτη, τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑστάτη.

ΥΛΛΟΣ.

Ἀλλ' οὐδὲν εἴργει σοὶ τελειοῦσθαι τάδε,
ἐπεὶ κελεύεις κἀξαναγκάζεις, πάτερ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

Ἄγε νυν, πρὶν τήνδ' ἀνακινῆσαι
νόσον, ὦ ψυχὴ σκληρὰ, χάλυβος
λιθοκόλλητον στόμιον παρέχουσ',
ἀνάπαυε βοὴν, ὡς ἐπίχαρτον
τελέουσ' ἀκούσιον ἔργον.

ΥΛΛΟΣ.

Αἴρετ', ὀπαδοὶ, μεγάλην μὲν ἐμοὶ
τούτων θέμενοι συγγνωμοσύνην,
μεγάλην δὲ θεοῖς ἀγνωμοσύνην

HYLLUS.

Hei mihi! ægro succensere malum quidem est; sed ita mentis compotem videre quis ferat?

HERCULES.

Loqueris, ut nihil eorum, quæ mando, facturus.

HYLLUS.

Quis enim eam, quæ meæ matri sola mortis exstitit causa, tibique ut eo, quo es, statu sis; quis eam, obsecro, nisi qui scelerum pœnis agitatus sit, *uxorem* accipiat? satius est, pater, etiam me mori, quam una in domo cum inimicissimis vivere.

HERCULES.

Homo hic quam videtur morienti mihi non exhibiturus debitam officii vicem! Atqui manebit te deorum exsecratio, dictis si non parueris meis.

HYLLUS.

Hei mihi! cito, ut videtur, morbo te corripi dices.

HERCULES.

Tu enim sopitum mihi excitas denuo malum.

HYLLUS.

O miser ego! quam multis in rebus consilii inops sum!

HERCULES.

Haud enim dignaris parenti auscultare.

HYLLUS.

At, pater, obsecro, ediscamne impie agere?

HERCULES.

Nulla est impietas, animo meo si gratum facias.

HYLLUS.

Justane sunt ergo plane, quæ me facere jubes?

HERCULES.

Maxime: ad hæc testes voco deos.

HYLLUS.

Faciam igitur, neque reluctabor deos testatus tuum hoc factum esse: nunquam enim malus videri possim, si tibi paream, pater.

HERCULES.

Pulchre peroras; his vero adde, o nate, celeritatem gratiæ, ut priusquam convulsio cum dolore incidat, rogo me imponas.

Age festinate, attollite me: hæc est malorum requies, ultimus hujus viri (*mei*) exitus.

HYLLUS.

At nulla mora est quin hæc perficiantur tibi, quandoquidem jubes, *nosque eo* adigis, pater.

HERCULES.

Age ergo, o dura anima, priusquam rursus emoveas *morando* hanc luem, ferreum exhibens saxorum frenum compesce clamorem, ut quæ, licet invita, rei prorsus ingratæ accingaris.

HYLLUS.

Tollite, comites, horum factorum magnam mihi dantes veniam, magnam vero deorum iniquitatem in his esse rati.

εἰδότες ἔργων τῶν πρασσομένων,
οἳ φύσαντες καὶ κληζόμενοι
πατέρες τοιαῦτ' ἐφορῶσι πάθη.
Τὰ μὲν οὖν μέλλοντ' οὐδεὶς ἐφορᾷ,
τὰ δὲ νῦν ἔστ' οἰκτρὰ μὲν ἡμῖν,
αἰσχρὰ δ' ἐκείνοις,
χαλεπώτατα δ' οὖν ἀνδρῶν πάντων
τῷ τήνδ' ἄτην ὑπέχοντι.
Λείπου μηδὲ σὺ, παρθέν', ἀπ' οἴκων,
μεγάλους μὲν ἰδοῦσα νέους θανάτους,
πολλὰ δὲ πήματα καὶ καινοπαθῆ,
κοὐδὲν τούτων ὅ τι μὴ Ζεύς.

quæ nunc aguntur, qui genitores quum sint, parentesque nuncupentur, tantas calamitates sic inspiciunt (*immisericordes, nec eis medentur*).

Ergo nemo, quæ futura sunt, prospicit : at præsentia nobis quidem tristia sunt, illis vero probrosa;

sed præ omnibus acerbissima viro illi, qui hæc mala sustinet.

Fac ne tu quidem relinquare, puella, *quin* a domo *discedas* (*sequere nos*) :
quæ magna vidisti recens funera, inauditasque multas calamitates;
at nihil horum accidit absque Jovis numine.

SOPHOCLIS

PERDITARUM FABULARUM FRAGMENTA.

I. FABULÆ DE CYCLO EPICO FICTÆ.

RES TROICÆ. — CYPRIA.

ALEXANDER.

Dramatis sincerus titulus est Ἀλέξανδρος, non ut sæpe citatur Ἀλεξάνδρα. Argumentum erat Paris agnitus et receptus a Priamo patre, postquam in ludis omnium victor evasisset. Vide Hygini Fab. 91. » *Brunckius*. Hyginus hæc habet: »Priamus, Laomedontis filius, quum complures liberos haberet ex concubitu Hecubæ Cissei sive Dymantis filiæ, uxor ejus prægnans in quiete vidit se facem ardentem parere, ex qua serpentes plurimos exisse. Id visum quum omnibus conjectoribus narratum esset, imperant, quidquid pareret, necaret, ne id patriæ exitio foret. Postquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus. Quem satellites misericordia exposuerunt, eum pastores pro suo filio repertum [expositum] educarunt eumque Parim nominaverunt. Is quum ad puberem ætatem pervenisset, habuit taurum in deliciis. Quo quum satellites, missi a Priamo ut taurum aliquis adduceret, venissent, qui in athlo funebri, quod ei fiebat, poneretur, cœperunt Paridis taurum adducere. Qui secutus est eos et inquisivit, quo eum ducerent; illi indicant se eum ad Priamum adducere [ei] qui vicisset ludis funebribus Alexandri. Ille amore incensus tauri sui in certamen descendit et omnia vicit; fratres quoque suos superavit. Indignans Deiphobus gladium ad eum strinxit, at ille in aram Jovis Hercei insiluit. Quod quum Cassandra vaticinaretur eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.» Hæc ita Hyginus, quæ sunt ejusmodi ut in verbis argumentum fabulæ agnoscas. Neque dubitavit olim Heynius ad Virg. Æn. V, 320, quin ab aliquo Tragico, ut ait, fabula ita exornata esset. Fere eadem narrat Apollodorus III, 12, 5. Ait enim Hecubam, Dymantis filiam, ἢ ὡς τινές φασι Κισσέως, ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσι Σαγγαρίου ποταμοῦ καὶ Μετώπης, primum peperisse Hectorem; deinde iterum gravida quum esset, facem ardentem se parituram putasse, ex qua tota urbs sit incensa. Priamum autem somnio comperto ab Æsaco edoctum fore ut puer, quem Hecuba peperisset, patriæ perniciei futurus esset, exponendum hunc dedisse Agelao. Quo facto puerum per quinque dies esse nutritum ab ursa, deinde repertum, servatum, educatum, nominatumque Parim. Quum vero adolevisset, viribus inter pastores excelluisse Alexandrumque, quod a latronibus greges tutatus erat, vocatum neque ita diu post parentes reperisse. Nomen servi, qui Parim exposuit, apud Asclepiadem in Tragodumenis fuit Archialas. Vid. schol. ad Iliad. Γ, 325, ibique somnium Hecubæ. Sed hoc ipsum documento esse potest rem ita esse tractatam a Tragicis, quia Asclepiades ea tantum, quæ Tragici narraverunt, attigit. Ab his nonnihil differunt quæ Euripides de Alexandri ortu memoriæ prodidit. Hecubam facit Cissei filiam; deinde vaticinia Cassandræ, antequam puer in lucem erat editus, commemorat iisque *Hecubam* inductam filium suum exposuisse (Hec. 3, Andromach. 294-301); eademque fere exponuntur in Iphig. Aul. 575 et sqq. et Troadibus 614. Qua re valde credibile est versus, qui sunt apud Ciceronem De div. I, 21, quos ex Ennii Hecuba petitos putant (id quod valde dubium

est), multum recessisse ab iis quæ Euripides scripsit. Verum non negligenda sunt, quæ apud Servium leguntur ad Æn. V, 370 : « Sane hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit adeo ut in Troja agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem : qui quum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum et allatis crepundiis probavit, qui habitu rustici adhuc latebat. » Quibus convenit versus apud Ovidium Her. XVI, 90 : « Regius agnoscor per rata signa puer. » Quid multa ? Mirandum est, quod signa ista apud scriptores Romanos reperiuntur. Conjicias ea primum Euripidi deberi, deinde ab Ennio recepta atque ita esse ad reliquos scriptores propagata. Ac sunt illa crepundia ejusmodi, ut facile adscribas Euripidi, quo nemo sæpius iis usus est.

Quæ exposuimus si a veritate non prorsus abhorrent, consentaneum videtur mythographos Hyginum et Apollodorum sua non ab Euripide accepisse, sed referre antiquiora potius et fortasse ea ipsa quæ Sophocli vindicanda sunt. Quod fit probabilius auctoritate Asclepiadis, qui quamquam pauca habet, tamen cum iis conciliari non potest, quæ supra ex Euripidis auctoritate retulimus.

Tragœdia Sophoclis autem qualis fuerit, non facile quis divinaverit. Videtur tamen nonnihil colligi posse ex Hygini et Apollodori verbis, a quibus fragmenta tragœdiæ non abhorrere videntur. Instaurasse Priamum putaveris certamina funebria, quibus Paris inductus coram Priamo apparuerit, ut de injuria sibi illata quereretur taurumque repeteret. Quem quum impetrare non posset, Priamo inspectante in arenam descendisse omnesque vicisse. Qua Deiphobus ignominia accepta in peregrinum, quem non novit, gladio irruit, sed retentum esse et quod Paris in aram Jovis Hercei profugerit et quod Cassandræ vaticinia intercesserint. Hoc etiam Proclus memoriæ prodidit, καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ. Procul dubio inter personas fuere præter Priamum Alexander, Deiphobus, Hecuba et Cassandra. Res ipsas Trojæ agi videtur poeta fecisse et quod Cassandra interfuit et quod Paris in aram Jovis Hercei confugit, quæ alio loco nisi in urbe esse non potuit. Chorus ex civibus constitisse videtur, quibus Paris non minus ignotus fuit quam patri et fratribus. Pastores indicare facilius potuissent quis Paris esset, saltem opus non fuit vaticinio Cassandræ, quod ideo fortasse Euripides alio loco posuit, quia uti eo in agnoscendo Paride noluit.

Si fragmenta tragœdiæ paulo accuratius explorantur, quædam videntur indicare Parida conquestum esse de tauro rapto et certamine, quod insecutum sit. Huc retulerim quæ Stephanus habet in Ἄστυ :.... ἀπὸ τοῦ ἀστὸς τὸ ἀστίτης. Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ ·

[1] Οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει καὶ,

[2] Βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας,

non putasse ait, qui adeo leges migrare soleant. His satellitibus convenit fragmentum in Bekk. Anecdotis p. 343, 11, [3] « ἀδικόχειρας · ὁ Σοφοκλῆς. De reliquis fragmentis fere nihil dici potest. Quod est apud Antiatticistam Bekkeri p. 108, 31 (coll. Photio p. 272, 17, et Suida, [4] « μαιεύτριαν » ἀντὶ τοῦ μαῖαν, vindicaverim partui, quo Paris in lucem editus sit; verum incertum est, num verbum ipsi Paridi tribuendum sit an Priamo, vel Cassandræ, vel Hecubæ. Aliud autem fragmentum Hesychii, [5] « θηλάστρια, » τροφός · ἔστι δὲ Ἰακόν. Σοφ. Ἀλεξάνδρῳ, majore jure Paridi tribuitur fata sua exponenti. Intelligitur autem ursa, quæ puerum nutrivit. Vita Paridis inter pastores qualis fuerit, indicatur glossa Hesychii, [6] « δύσαυλος, » δυσαυλιστής. Σ. Ἀλεξάνδρῳ. Neque alienum videtur quod habent scholiasta ad Iliad. E, 158 et Eustath. p. 533, 40 : τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀλεξάνδρῳ [7] « Στίγων ἀγρώστην ὄχλον » παρώνυμόν ἐστι. Est vero perobscurum quid significet. Videtur chorus fuisse, quod Stephanus servavit v. Ἔφεσος : Τὸ ἐθνικὸν Ἐφέσιος · εὕρηται καὶ [8] « Ἐφέσεια » διὰ διφθόγγου · οὕτω γὰρ ἐν Ἀλεξάνδρῳ Σοφοκλῆς. Quid significet, obscurum est, nisi forte magicas Ephesiorum literas intelligas, quas quia chorus non intelligebat, alieni opem desiderat.

Cassandræ vaticinium fortasse ad finem tragœdiæ fuit. Renovavit autem illa veterem *memoriam*, [9] « μνείαν, » τὴν μνήμην. Σ. Ἀλεξάνδρῳ. Antiattic. p. 107, 25. (Conf. Photium p. 272, 17, et Suidam.) Neque improbabile crediderim multa esse a Cassandra exposita, quibus ne Paridem reciperet, patri persuadere nitebatur, verum fidem non fecisse, sed invita sorore illum in domum regiam receptum esse. Ex incertis fragmentis for-

---

1.

Non enim ullo modo urbicis leges conveniunt.

2.

Unum pastorem superare viros urbicolas.

tasse jure orationi Cassandræ addideris, quod est in Bekkeri Anecd. p. 347, 30, [10] « ἀείζων πένθος » ἐρεῖς, ὡς Σοφοκλῆς « ἀείζων ἕλκος. » Intelligit enim Parim, quem Priamus sit æternum vulnus vocaturus. At si quis choro tribuerit, non intercedam. Neque ab hoc alienum putaverim quod est apud eundem Bekkerum p. 367, 20: [11] « ἀκόλαστον σῶμα. » Σοφοκλῆς. Præter hæc nihil tragœdiæ servatum est.

ULIXES FURENS.

Exposuimus tragœdiæ argumentum in Palamede Æschyli, quem non dubium est quin Sophocles in plerisque, ut solet, majore adhibita arte secutus sit. Habet eandem fabulam inter Cypria Proclus, qui hæc memoriæ prodidit: Ἔπειτα τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίζουσιν ἐπελθόντες τὴν Ἑλλάδα, καὶ μαίνεσθαι προσποιησάμενον τὸν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν στρατεύεσθαι ἐφώρασαν Παλαμήδους ὑποθεμένου τὸν υἱὸν Τηλέμαχον ἐπὶ κόλασιν ἐξαρπάσαντες. Paulo copiosius Hyginus Fab. 95: « Agamemnon et Menelaus Atrei filii quum ad Trojam oppugnandam conjuratos duces ducerent; in insulam Ithacam ad Ulixem Laertis filium venerunt: cui erat responsum, si ad Trojam isset, post vicesimum annum solum sociis perditis egentem domum rediturum. Itaque quum sciret ad se oratores venturos, insaniam simulans pileum sumsit et equum cum bove junxit ad aratrum. Quem Palamedes ut vidit, sensit simulare atque Telemachum filium ejus cunis sublatum aratro ei subjecit et ait: Simulatione deposita inter conjuratos veni. Tum Ulixes fidem dedit se venturum. Ex eo Palamedi infestus fuit. » Hæc Hyginus, quibus addas versus Homeri in Odyss. Ω, 115-119.

Ut ad Sophoclem perveniamus, non videtur dubitari posse quin poeta Homerum secutus præter Menelaum et Palamedem etiam Agamemnonem in Ithaca insula apud Ulixem introduxerit. Agamemnonem quidem Welckerus agnoscere sibi videbatur in fragmento quodam; de Menelao omnia incerta sunt, neque refragrabor si quis illum inter personas mutas recensuerit. Chorus procul dubio compositus erat ex Ithacensibus, id quod et ex more Tragicorum est repetitum, qui incolas præferunt, et Ulixis persona sine comitibus tragica dignitate destituitur.

Videtur initio poeta ante chorum introductum duos fecisse inter se confabulantes, quid faciendum esset, ut Ulixis calliditas patefieret. Hoc indicatur versibus apud scholiastam Pindari Isthm. V, 86: Σύντομοι δὲ οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι. Σ. Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ·

[12] Πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα·
μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Welckerus versus Agamemnoni tribuit, cui vox τἀντεταλμένα ut regi et duci non convenit. Potius intelligas alium, qui ab Agamemnone venerit, ut Palamedem quid transigendum esset doceret. Non alienum fortasse fuerit Menelaum intelligere, nisi inter personas mutas fuit. Eidem colloquio vindicarim vocem [13] « ἐμπερής, » ἔμπειρος. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ, apud Hesychium, quo nomine dicitur non Ulixes, sed Palamedes, qui sit guarus cujusque astutiæ. Reliqua fragmenta incerta sunt. Dixeris, quod est apud Hesychium [13] « ἡμαλάψαι, » κρύψαι, ἀφανίσαι, Ulixi exprobrari, quod se occulerit vafris modis. Idem Hesych., [14] « θρεκτοῖσι νόμοις » ἀντὶ τοῦ τροχαῖος· ἔνιοι δὲ « χρεκτοῖς, » quod choro fortasse tribuendum est, frustraque [15] « θριάζειν, » φυλλολογεῖν, ἐνθουσιᾶν, ἐνθουσιάζειν, apud eundem Hesychium, insanire se simulasse. Postremum fragmentum apud Photium [16] « Μάγνον, » Σοφ. Ὀδυσσεῖ τὸν μέγαν, τὸν ἀπομάσσοντα καὶ καθαίροντα, videtur plane corruptum esse neque intelligitur, quo modo Photius illud ita explicare potuerit.

Duplex narratio est de Palamedis astutia. Alii tradunt Telemachum ab illo positum in sulco agri, quem Ulixes juncto equo cum bove araverit, alii Palamedem cum gladio in Telemachum irruisse. Posterius quia simplicius est, videtur antiquius fuisse maximeque probabile est expressum esse a Sophocle, quia et facilius et majore vi in scena repræsentari potuit.

Non supervacaneum esse videatur addere, quæ Thudichum de ista tragœdia scripsit. Putat a poeta in fabula repræsentari fidissimos conjuges, neque mirandum fuisse, si Ulixes uxorem et forma insignem et ingenio suavissimam relinquere noluerit. Ita omnia egregie putat componi et explicari, præsertim si Penelope ipsa Ulixem insanum putaverit. Neque inveniri Ulixem non optimis moribus præditum a poeta describi; esse illum egregium, nobili animo in Ajace, defendi in Philocteta, neque dubitandum quin poeta in hac quoque tragœdia illum optime exornarit. Hæc ille. Non dubito quidem quin

12.
Omnia nosti, omnia dixi quæ jussus sum, sermo enim more Argolico brevis omnibus comprehensis.

etiam Penelopæ Sophocles partes suas in tragœdia agendas dederit : sed videndum est quid vetus memoria requirat fabulæque conveniat. Omnes autem veteres consentiunt Ulixem ideo noluisse Trojam proficisci, quia quid sibi instaret non ignorabat ; deinde illud obsequium in mulieres alienum est a Græca tragœdia.

SCYRIÆ.

« Notum argumentum fabulæ. Vide Hyginum c. XCVI et Philostrati junioris iconem, cui titulus Achilles in Scyro, p. 863, ubi Sophoclei dramatis meminit : Σκῦρος νῆσος, ἣν ὁ θεῖος Σοφοκλῆς, « ἀνεμώδεα » καλεῖ. Constabat chorus e Scyriis puellis unde fabulæ titulus. » Hæc Brunckius, recte, ut videtur. Alii Neoptolemum ex insula arcessitum a poeta expositum esse putaverunt. Hyginus hæc scribit : « Thetis Nereis quum sciret Achillem filium suum, quem ex Peleo habebat, si ad Trojam expugnandam isset, perieturum, commendavit eum in insulam Scyron ad Lycomedem regem, quem ille inter virgines filias habitu femineo servabat nomine mutato ; nam virgines Pyrrhum nominarunt, quoniam capillis flavis fuit, et Græce rufum *pyrrhon* dicitur. Achivi autem quum rescissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores miserunt, qui rogarent ut eum adjutorium Danais mitteret. Rex quum negaret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regia quærerent. Qui quum intelligere non possent, quis esset eorum, Ulixes in regio vestibulo munera feminea posuit, in quibus clypeum et hastam, et subito tubicinem jussit canere armorumque crepitum et clamorem fieri jussit. Achilles hostem arbitrans adesse, vestem muliebrem dilaniavit atque clypeum et hastam arripuit ; ex hoc est cognitus suasque operas Argivis promisit et milites Myrmidones. » Eadem sed brevius narrat Apollodorus III, 13, 7, Statius I. Achilles minimus natu omnium Trojam profectus est neque obstrictus jure jurando, ut ceteri duces Græcorum. Consentiens omnium scriptorum memoria est Achillem ipsum se Ulixi, qui inter munditias muliebres arma exposuerit, postquam Lycomedes illi intrare regiam Achillemque ibi quærere permiserit, arrepto ense scutoque prodidisse. Sunt tamen hodie qui Ulixem habitu mercatoris venisse censeant, idque etiam conclusum est fragmento Sophoclis, quod plerumque inter incerta recensetur apud Pindari schol. Pyth. III, 125.

Quomodo poeta tragœdiam exornarit, non compertum habemus. Sunt qui omnia transacta putent in conclavi mulierum, id quod ostendi choro muliebri censent. At neque Trachiniæ ibi actæ sunt nec Choephoræ. Verum picturæ sunt, ut illa apud juniorem Philostratum, et scholiasta ad Iliad. T, 326, dissentire non videtur. Non negaverim Ulixem eam partem domus intrasse, ubi habitare mulieres solebant : verum inde non sequitur tragœdiæ convenisse, ut auditoribus ostenderetur quid in illa regiæ remotissima parte ageretur. Chorus non facile ex aliis nisi mulieribus constare potuit. Hæ solæ filiabus Lycomedis Achillique congruebant.

Quocirca puta tragœdiam in hunc fere modum compositam. Oratores primum ante regiam Lycomedis introducti explanabant, quam ob rem venissent, postulabantque a Lycomede, qui Achillem apud se occultari negabat, ut sibi intrare regiam illumque quærere permitteret. Copia introeundi facta Achilles dolis Ulixis agnoscitur, statimque redit Ulixes, ut Achillem ostendat Lycomedi. Ita Achilles agnitus ab Ulixe permovetur ut cum reliquis Græcis in expeditionem ad Trojam expugnandam proficiscatur, quamquam alii eum retinere studeant.

Quæ exposui, ejusmodi sunt ut fragmenta iis sine molestia adaptari possint. Versus qui apud Plutarchum sunt, Mor. p. 34, D, s. De aud. poet. c. 11 :

[17] Σὺ δ' ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους,
ξαίνεις ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς ;

sunt Ulixis, ut ait Plutarchus, quibus notat Achillem inter virgines sedentem muliebrique opere occupatum. (Apud eund. Mor. p. 72, E, v. 1 est τῶν καταισχύνων γένους.) Hæc pronunciata esse existimo quum primum Achilles, postquam quis esset agnitus est, producebatur. Ita abducere eum conatur indignitate vitæ exposita, quam hucusque egerit. In quibus ampla copia poetæ data fuit, ut juvenilem adolescentis ardorem pugnandi ostenderet. Verum adest aliquis, qui eum retinere studeat. Quis id facere studuerit, non constat. Sunt qui Pelcum vel Phœnicem intercessisse credant. At quum nulla exstet memoria, qua Peleus vel Phœnix in Scyrum venisse perhibea-

17.

Tun' gentis album lumen exstinguens trahis hic pensa, genitus optimo Grajûm patre? Her.

tur, neque credibile sit Peleum, qui ipse bello et expeditionibus inclaruerit, filium retinuisse, illa sententia vix poterit teneri. Multo facilius putaveris Lycomedem vel Deidamiam ejusmodi aliquid tentasse. Et versus qui est apud Stobæum Flor. LI, 24 :

[18] Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους,

illis conveniret. Obstinate renitente Achille Lycomedes oraculum memorat, quo illi in bellum profecto brevis vita portendatur. Verum ne hæc quidem audit ; nolle se respondet ad senectutem vivere. Id exprimitur versu apud Stobæum CXVI, 28 :

[19] Οὐδὲν γὰρ ἄλγος οἷον ἡ πολλὴ ζόη.

[20] Πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακὰ,
νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φροντίδες κεναί.

(Clemens Alex. p. 73, ὥτ' ἀχρεῖα.) Comparatque Achilles sortem suam navicularii qui parvi lucri causa non dubitent magnum adire periculum. Stob. LIX, 3 :

[21] Οἱ ποντοναῦται τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,
οἷς οὔτε δαίμων οὔτε τις θεῶν νέμων
πλούτου ποτ' ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν,
λεπταῖς ἐπὶ ῥοπαῖσιν ἐμπολὰς μακρὰς
ἀεὶ παραῤῥίπτοντες οἱ πολύφθοροι
ἢ 'σωσαν ἢ 'κέρδαναν ἢ διώλεσαν.

Reliqua obscuriora sunt. Hesychio, [22] « ἀποπεδής », ἀποπεφοιτηκώς, οὐ τὴν αὐτὴν τρίβον στείβων τουτέστι φοιτῶν, fortasse Achilles est continuo renitens. Idem videtur intelligi apud Hesychium, ubi hæc sunt, [23] « αὐτόσσυτον, » αὐτοκέλευστον, et [24] « ἀχρήματον, » ἀδάπανον, et in Εὔωρος, ὡς ὁ αὐτὸς (Σοφοκλῆς) ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ [25] « εὐωριάζειν. » Non obscurum est egregium fragmentum apud Stobæum CXXIV, 17 :

[26] Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι,
ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν ἦν·
νῦν δ', ὦ γεραιὲ, ταῦτ' ἀνηνύτως ἔχει,
τὸν ἐν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν·
καὶμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν
ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς.

Postremi versus produnt ista a Diomede esse pronunciata, qui senem aliquem consolatur. Optime convenirent, si illa diceret Diomedes Lycomedi, quum Neoptolemus Trojam arcesseretur. Quod si illud argumentum huic tragœdiæ non convenit, Lycomedes intelligendus est, cui hæc dicantur, qui quum sit non ignarus Achillem e bello non esse rediturum, hunc jam ut mortuum lamentatur.

Suspicatur Welckerus inter personas tragœdiæ fuisse Nyssam Deidamiæ nutricem (Bion. XV, 31, et Stat. I, 670). Addit etiam duo incerta fragmenta (Plut. Mor. p. 23, C) :

[27] Τυφλὸς γὰρ, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ὁρῶν Ἄρης
συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά.

Et Eustath. p. 877, 51 : Μῆλα · Σοφοκλῆς, φησὶν ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης, δόξειεν ἄν που καὶ τὰ θηρία πάντα [28] « μῆλα » καλεῖν. Idem p. 1648, 60 : Σοφοκλῆς γοῦν, φασὶ, τὸν Ἀχιλλέα τραφῆναι εἰπὼν ἐν τῷ Πηλίῳ πᾶν μῆλον θηρῶντα, δόξοι ἂν τὰ θηρία πάντα « μῆλα » καλεῖν. Non satis perspicuum est, quo hæc referenda sint.

IPHIGENIA.

Argumentum satis copiose exposuimus in Iphigenia Æschyli, quem Sophocles procul dubio secutus est. Personæ igitur primariæ eædem fuerint, quæ apud Æschylum : Agamemnon, Achilles, Ulixes, Clytæmnestra, Iphigenia. Cho-

18.
Solet enim viros bellum captare adolescentes.

19.
Nulla enim est molestia quanta nimis longa vita.

20.
Omnia incommoda insunt in senectute,
mens vana, opera irrita, curæ inanes.

21.
Navicularii inter miseros mortales, [buens
quibus neque fortuna neque deorum aliquis attridivitiarum unquam dignas gratias rependerit,
exiguis venti flabris magnas merces
ex rerum copia committentes sæpe conflictati damnis
aut servant aut lucrum faciunt aut perdunt.

26.
Si mala curari flendo possent
et mortuus ab inferis revocari lacrimis,
aurum minus valeret quam lacrimæ;
nunc vero, o senex, illud fieri non potest,
ut qui sepulcro sit conditus in lucem reducatur;
si posset, mihi quoque pater lacrimarum pretio
in lucem reductus esset.

27. [Mars
Cæcus enim, mulieres, neque quidquam videns
suis ore mala omnia perturbat.

rus, ut videtur, compositus ex militibus, id quod indicare fragmentum apud Gellium videtur XIX, 10, quod ab Euripide non est repetitum. Fragmenta perpauca sunt nimisque exigua et tenuia, quam ut ex illis quidquam de compositione aut conformatione tragœdiæ elicias. Agi illam Aulide poeta fecit.

Inter fragmenta unum tamen est, quo docemur inter eos, qui initio tragœdiæ introducti sint, fuisse Ulixem. Exstat illud apud Photium et Suidam v. Πενθερά, πενθερός. Σοφοκλῆς δὲ τὸ ἔμπαλιν· εἶπε γὰρ πενθερὸν τὸν γαμβρὸν ἐν Ἰφιγενείᾳ· Ὀδυσσεύς φησι πρὸς Κλυταιμνήστραν περὶ Ἀχιλλέως·

[29] Σὺ δ' ὦ μεγίστων τυγχάνουσα πενθερῶν,

ἀντὶ γαμβρῶν. Hæc dici non potuerunt nisi ignorante adhuc Clytæmnestra, cujus causa filia esset arcessita. Ut enim ille Clytæmnestram Argis deceperat, ita pergit eam eodem modo decipere, postquam in castra venit, ut solent homines, qui lucrum honestati præferunt. Vafre autem veterator plurali vocis usus est, ut incerti aliquid orationi interponeret. Itaque Achillem unaque cum illo etiam Plutonem spectatoribus, qui Iphigeniæ sortem fatalem non ignorabant, cogitasse videri potuit. Eidem loco aliud attribuerim fragmentum apud Hesychium, [30] « βασίλη, » βασίλεια. Σ. Ἰφιγενείᾳ, quo Clytæmnestra a choro ut videtur primo carmine salutatur. Difficiliores sunt versus apud Athenæum XII, p. 513, D:

[31] Νόει πρὸς ἀνδρὶ σῶμα πουλύπους ὅπως
πέτρᾳ τραπέσθαι γνησίου φρονήματος.

Correxit Porsonus νοῦν δεῖ πρὸς ἀνδρὶ, σῶμα πουλύπους ὅπως κ. τ. λ. Fortasse non minus recte ἀεὶ πρὸς ἀνδρὶ κ. τ. λ. Quæ si recte explicata sunt, conveniant Clytæmnestræ filiam docenti, quomodo maritum habere debeat. Verum Clytæmnestram prorsus celari non potuit, quam ob rem Iphigenia arcessita sit. Ita apparet, quod [32] « ὕποφρον, » i. e. animo occultatum fuerit apud Erotianum p. 374: Ὕποφρον, κρυφαῖον... μέμνηται δ αὐτὸς [Σοφοκλῆς] καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. Quo cognito Clytæmnestra gravissima ira stimulata Græcis miserrima quæque, qui non videant deum vindicem, imprecatur. Exstat illud apud Erotianum p. 62: Ἀνταῖον θεόν· τὸν βλάβης ὑπονοούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἀνθρώποις (cod. ἄνθρωπον). Ἀνταῖον δ' ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ λέγων [33] « τὸν δ' ἀνταῖον περιδινέοντα οὐχ ὁρᾶτε, καὶ δεῖμα προσπνέοντα (cod. Cantabr. προσπαίοντα) ἀνταίας θεοῦ. » Hæc quidem ita Erotianus. At tragœdia quæ Clytæmnestra inscripta fuerit, ignota est. Itaque verba ista nihil aliud indicare possunt nisi quæ Clytæmnestra ipsa in tragœdia dixerit. Valde corrupta tamen sunt. Illud σώφρονα certe falsum est. Welckerus ὀλοόφρονα recte ad sententiam conjecit. Bergkius καὶ δεῖμα προσπνέοντα τἀνταίας θεοῦ. Huc quadrare videtur fragmentum apud Hesychium: [34] « ἀκρωχεί, » ἄκρον ἔχει. Ἄκρον δὲ ὄρος τῆς Ἀργείας, ἐφ' ᾧ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους καθάρας τὰς Προτίδας, ἤγουν ταῖς Χάρισι. Σ. Ἰφιγενείᾳ. Ita etiam alibi Diana a Clytæmnestra invocatur ut filiam immolatam in patre, cui dea quoque irata fuit, ulciscatur; cf. Electr. Soph. 626. Virgo tamen abducitur, ut immoletur. Ad ipsa sacra retulerim fragmentum apud Hesychium v. Ἀπυνδάκωτος: Σοφοκλῆς ἐν Ἰφιγενείᾳ [35] « πύνδακα τοῦ ξίφους » τὴν λαβὴν ἔφη. Dicit enim capulum gladii, quem, ut occideret virginem, sacerdos comprehendit.

Choro tribuuntur versus, qui sunt apud Stobæum XXX, 6:

[36] Τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή·
θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.

Ac recte quidem fortasse choro vindicantur, si quidem qui sunt apud Gellium XIX, 10, Ennii versus, a Sophocle repetiti sunt. Quæ si recte statuuntur, ex colloquio verba sumta credas chori cum Agamemnone, qui filiam quum immolare dubitaret, a choro, cui otium molestum fuerit, ad sacrum perficiendum impellitur.

ARGIVORUM CONCIO.

Omnium longe difficillimum est aliquid certi aut ex fragmentis expiscari aut conjectura constituere de tragœdia, quæ nomine Ἀχαιῶν πώλογου citatur, differuntque quammaxime virorum doctorum sententiæ. Ne illud quidem satis constat sintne Ἀχαιῶν σύλλογος et σύνδειπνον

29.
Tu quæ summos generos nacta es.

31.
Repende ut ad virum, corpus sicut polypus
ad saxum, te applices nobili animo.

36.
Nullus supinæ fructus est ignaviæ,
nec feriantes adjuvat fautor deus. HGR.

diversæ tragœdiæ an ejusdem tragœdiæ duo nomina. Credibile tamen est σύλλογον diversum fuisse a συνδείπνῳ. At si diversæ tragœdiæ fuerunt, valde incertum est, quo in loco conventus Argivorum factus sit. Sunt qui rapta Helena illos a Tyndareo Lacedæmonem evocatos perhibeant, ut inter se consultarent, quomodo Helenam recuperarent. Hæc sententia vero a vetere fabularum memoria prorsus abhorret neque quidquam accepimus de ejusmodi conventu, neque fuit illorum hominum consultare, ubi statim agendum fuit. Neque ulla fuit dubitatio, quin Helena armis esset repetenda, ut unusquisque ineptus fuerit et absurdus, qui consultarit, antequam classis esset congregata. Haberi potuit hæc concio Aulide : verum ne hoc quidem fragmentis convenit. Itaque sola insula Tenedos remanet, ibique necessario conveniebant duces, quia non sine molestia jacturaque se esse ad terram Trojanam appulsuros oraculo edocti erant.

Argumentum illustrat Proclus : Ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη καὶ Ἀχιλλεὺς ὕστερον κληθεὶς διαφέρεται Ἀγαμέμνονι. Quibus addit Welckerus ex Monum. Hercul. Volum. P. I (Oxonii 1824), p. 51 : (π)αραπεμφθέντες ὑπό (τ)ινος ἑστιῶντος ὥσπερ Σοφοκλέους Ἀχιλλεὺς κατά τι τοιοῦτο παρολιγωρηθέντες, οὕπω παραδικηθέντες κ. τ. λ. Sunt hæc perobscura; quibus fortasse lux quædam affunditur loco Aristotelis Rhet. II, 26 : Εἴ τις φαίη τὸ ἐπὶ ξείνου κληθῆναι τιμιώτατον· διὰ γὰρ τὸ κληθῆναι ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ· ὁ δ' ὡς ἀτιμαζόμενος ἐμήνισε· συνέβη δὲ τοῦτο ἐπὶ τῷ μὴ κληθῆναι. Nescimus quid fuerit, cur Achilles ad convivium non invitaretur. Verum poeta illud egregie commentus videtur ex ingenio Achillis ipsaque ratione belli. Ille enim neque honore cuiquam voluit esse inferior turbavitque per animi impotentiam illa ipsa, quæ omni ex parte ante bellum perpendenda erant, ab initio hoc modo, statimque a poeta ostendebatur, quæ Græcorum conditio his ducibus in bellum profectorum sub ominibus infelicibus futura esset. Et ut Achilles Agamemnoni semper contrarius fuit, ita jam antequam Trojam venerunt animum suum patefecit. Convivium autem non erat tragœdiæ præcipuum argumentum, sed tantummodo causa iræ Achillis, qua statim ab initio multa mala in Græcos pervenirent. Deinde hac quoque ratione Sophocles fortasse etiam explicare potuit, quo modo fieret ut in appellendo Protesilaus occideretur.

Inter personas Ulixes fuit, cujus eloquentia egregie fortasse enituit in reconciliando Achille. Neque dubitandum est quin Agamemnon et Menelaus inter graviores personas fuerint. De choro nihil certi dici potest. Sunt qui Tenedios introductos putent, alii Achivos. Hoc præstare videtur, quia Tenediis nihil fuit cum Græcis; militum autem quammaxime interfuit duces inter ipsos reconciliari.

Fragmenta ut sunt perpauca, ita ex iis non multa de tragœdiæ compositione elici possunt. Videtur tamen initio expositum esse, quomodo Græci in concionem vocati sint jussu Agamemnonis. Quibus quum Achilles Agamemnoni iratus, quod ad convivium vocatus non erat, non interesset, aut Agamemnon aut Ulixes illud omnibus innotescere voluisse videtur. Ita alteruter pro concione poposcit, ut nomina eorum, qui fide data se in bellum profecturos esse erant polliciti, recitarentur. Illud indicant versus apud schol. Pind. Isthm. II, 68 :

[37] Σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτυχὰς ἔχων
νέμ' εἴ τις οὐ πάρεστιν ὃς ξυνώμοσεν.

Cod. ἔχων ἀπόνειμον, et deinde νέμει τις οὐ πάρεστ τίς ξ. Bergkius correxit.

Prorsus ignoratur, quomodo poeta effecerit ut Achilles cum reliquis ducibus in gratiam rediret. Paratus tamen jam fuit in patriam extemplo redire primaque nocte sese abiturum profitetur. Id videtur exprimi versibus apud Polluc. X, 133, nisi comparatio in iis inest : τὰ δὲ ναυτικὰ σκεύη... πλῆκτρα, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ·

[38] Ὡς ναυφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

Fortasse voce [39] « ἐκκεκώπηται, » ἐξήρτυται, apud Hesychium, Achilles indicat navem suam jam esse paratam.

Neque Græci ipsi inter se satis concordes fuisse videntur, si quidem huc referendi sunt versus, quos Herodianus servavit Περὶ σχημάτων p. 57, 58 : Ἀστεϊσμὸς δέ ἐστι προσποίησις πιθανὴ τοῦ μὴ λέγειν ἢ μνημονεύειν ἡμᾶς ἃ λέγομεν· ὡς

37.
Tu vero in solio literarum tabulas tenens
recita num quis non adsit qui juraverit.

38.
Ut navis custodes nocturnæ navigationis
armamentis instruunt tempestivam carinam.

παρὰ Σοφοκλεῖ εἰσῆκται λέγων Ὀδυσσεὺς τῷ Διομήδει·

[40] Ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδὲν οὔθ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονὸς
οὔθ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενοῦς
κτείνας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται,
οὔθ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρῶς ἐδαίσατο
τὸν Ἀστάκειον παῖδα διὰ κάρα τεμών.

Welckerus hos versus Lacænis attribuit: verum etiam huic tragœdiæ conveniebant, ut poeta discordiam Græcorum fusius explicaret ideoque causas ostenderet, cur Trojam tanto temporis spatio obsedissent, antequam expugnarent.

Inprimis tamen Ulixes operam dedisse videtur, ut Achillem a reditu in patriam retineret. Idque illum præcipue exprobrando timore, quo Achilles ad redeundum permotus esset, effecisse crediderim. Huc pertinet fragmentum apud Plutarchum Moral. p. 74, A: Ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Ἀχιλλέα παροξύνων Ὀδυσσεὺς οὐ φησιν ὀργίζεσθαι διὰ τὸ δεῖπνον, ἀλλά φησιν·

[41] Ἤδη τὰ Τροίας εἰσορῶν ἐδώλια
δέδοικας.

Καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν τοῦ Ἀχιλλέως διαγανακτοῦντος καὶ ἀποπλεῖν λέγοντος·

[42] Ἐγῷδ' ὃ φεύγεις, οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς·
ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· οὐ μένειν καλόν.

(In fine quidam libri θυμαίνειν καλόν.) Hic etiam [43] « Ἀζειῶται, » ἔθνος τῆς Τρῳάδος, ap. Hesych., memorari poterant. Deinde aliud est fragmentum apud eundem Hesychium, [44] « ἐπιξενοῦσθαι, » πορεύεσθαι, quo videtur Achilles intelligi, qui rogatur, ut tanquam hospes in agrum Trojanum proficisci velit. Aliter explicatio Hesychii non convenit. Incertum est apud Hesych. [45] « ἐπισειούσης, » ἐπικελευομένης· ἀπὸ τῶν τὰς ἡνίας ἐπιχαλώντων. Videtur vox chori esse, qui fortasse belli gaudium, quando flagello, μάστλῃ, excitantur equi, anticipat. Reliquum est apud Hesychium, [46] « ξυμβόλους » τοὺς διὰ τῶν πταρμῶν οἰωνισμοὺς ἔλεγον· ἀνετίθεντο δὲ οὗτοι Δήμητρι· τινὲς δὲ τὰς διὰ τῆς φήμης γινομένας μαντείας, ἃς Φιλόχορός φησι Δήμητρα εὑρεῖν. Σ. Ἀχ. συλλ. Hæc fortasse auguria sunt, quibus a Calchante explicatis Achilles postremo inducebatur, ut ceteris ducibus non amplius reniteretur. Potuit vero illis etiam quid Græcos maneret ad terram Trojanam appulsos et fortasse cædes Protesilai portendi.

PASTORES.

Argumentum tragœdiæ quæ Ποιμένων nomine scripta fuit, satis apparet quibusdam veterum grammaticorum locis. Tzetzes ad Lycophr. 529: Ἱστορεῖ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος ἀναιρεθῆναι τὸν Πρωτεσίλαον. Manifestius apud Suidam v. Ξανῶ, κοπιάσω. Σ. Ποιμέσιν· Ἕκτωρ τοῖς Ἀχαιοῖς βουλόμενος μάχεσθαί φησιν·

Ἡδὺ ξανῆσαι καὶ προγυμνάσαι χέρα.

Quibus adde Procli verba: Ἔπειτα ἀποβαίνοντας αὐτοὺς εἰς Ἴλιον εἴργουσιν οἱ Τρῶες καὶ θνήσκει Πρωτεσίλαος ὑφ' Ἕκτορος· ἔπειτα Ἀχιλλεὺς αὐτοὺς τρέπεται ἀνελὼν Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος.

Sufficiunt hæc grammaticorum indicia. Videtur enim poeta non aliud exposuisse argumentum quam Æschylus Cygno, initium belli Trojani, adventum Græcorum, fugientiumque Trojanorum in urbem trepidationem.

Non satis constat, quo in loco res actæ sint, in urbe an in agro, quamquam dubitari non potest quin poeta Trojanorum res esse fecerit. Welckerus propter chorum omnia extra mœnia urbis transacta conjecit. Verum chorus unus non sufficit, ut quod vult vir doctissimus, concludamus, præsertim quum alia quædam inveniantur, quæ cum illa sententia vix conciliari possint. Neque enim intelligitur, quomodo chorus in agro Hectoris aliorumque imploraret auxilium adversus hostes, quorum adventum omnes ceteri præter pastores ignorabant, nisi in ipsam urbem venissent. At sunt illi cum gregibus atque de his ipsis loquuntur. Id vero egregie convenit initio belli omnibus in loca munita fugientibus. Deinde vero etiam memoriæ proditum est Trojanos belli initio quidquid in-

40.

Dicam ego tibi nihil indignum neque exulem te patrio solo pulsum esse, neque Tydeum sanguine viri cognati profuso Argis ut hospitem habitare, neque ante Thebas crudo epulo usum Astaci filii capite fisso.

41.

Jam quum sedes Trojanas vides, timore incitaris.

42.

Scio cur tergiverseris: non ut male audias, [est. sed prope abest Hector, neque manere commodum

tra mœnia servari potuerit, illuc contulisse; tum belli trepidatio ita multo evidentius ostendebatur; postea bellum parari nisi in urbe non potuit; postremo Andromacha introducta est, id quod in agro facile fieri non potuit. Quocirca rectius statueris tragœdiam esse in urbe actam.

Poeta quomodo argumentum disposuerit, non compertum est. Videtur tamen chorus aut statim initio introductus esse aut post illum, qui hostes venisse nunciaverat. Ita implorat auxilium aut Hectoris aut Priami, ut et se et greges tutentur. Quibus auditis Hector non ignarus belli diuturni se præparat ad pugnas paratusque est æquo animo subire, quidquid insecuturum sit. Dum est abiturus, Andromacha fortasse intervenit, quæ maritum retineat moneatque, ut a periculo caveret. Sed ille nullo modo commotus uxoris precibus ad patriam defendendam proficiscitur. Egregium fortasse illud commentum fuit poetæ, quod Hectori Cygnum, virum prorsus ab illo diversum, factis gloriantem seque multa cum ostentatione efferentem, addidit, in quo dum ab Hectore res Græcorum affligerentur, eædem rursus laudibus efferri potuerunt. Interea Hector occiderat Protesilaum, magnumque inde gaudium exortum cum multa spe fore ut Græci prorsus repellerentur. Quæ quum lætis carminibus a choro celebrantur, cædes Cygni nunciatur, quæ Trojanos eo magis afflixit, quod omnes invulnerabilem putaverant.

Fragmenta ex his quæ diximus facile disponi possunt. Etymol. M. p. 652, 12: [47] « Παρασάγγαι · » παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀνδρομάχῃ ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου εἴρηται. Grammat. in append. Photii p. 674, 25: Σαγγάνδαι δὲ οἱ ἀποστελλόμενοι καλοῦνται· Σοφοκλῆς δὲ ἐν τοῖς Ποιμέσι... « παρασάγγας » αὐτοὺς κέκληκεν. Tribuerim hæc choro, quia non est credibile verbum in trimetro fuisse. Conjeceris igitur chorum, qui se nuncium venisse ait, evocasse Andromacham, ut per illam Hector de adventu Græcorum certior fieret. Sed si quis hæc potius referat ad illum locum, quo nuncius ab Hectore missus cædem Protesilai Andromachæ nunciat, non intercedam. Videtur deinde Hector intervenisse ex pastoribusque reliqua quæsivisse, quæ de adventu Græcorum scirent. Huc referendum quod est apud Harpocr. v. Νάννιον : Ὅτι γὰρ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες καὶ Σοφοκλῆς Ποιμέσιν·

[48] Ἑωθινὸς γὰρ πρίν τιν' αὐλητῶν ὁρᾶν,
θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεοσπάδα
εἶδον στρατὸν στείχοντα παρ' ἁλίαν πέτραν.

« Leguntur hi versus etiam apud Athenæum XIII, p. 587, A. Ad primum pertinet Hesychii glossa : Αὐλητήν· τὸν τοῦ κόπρου ἐπιμελούμενον τῶν προβάτων. In v. 3 lego una voce παραλίαν. Sic in Theseo παραχτίαν στείχων. » *Brunck.* Naves habent inscriptiones (Hesych.) [49] « Φοινικίοις γράμμασιν, » Σ. Ποιμέσιν· ἐπεὶ δοκεῖ Κάδμος αὐτὰ ἐκ Φοινίκης κεκομικέναι. Eidem loco videtur assignandum aliud fragmentum ap. Athen. VII, p. 319, B : Τῶν πηλαμύδων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν·

[50] Ἔνθ' ἡ πάροικος πηλαμὺς χειμάζεται
πάραυλος Ἑλλησποντίς, ὡραία θέρους
τῷ Βοσπορίτῃ, τῷδε γὰρ θαμίζεται.

Codd. πάροικος. Bergkius correxit πάραυλος ex Hesychio. Cum quibus conferendum est hoc apud Schol. ad Aristoph. Equit. v. 1147 : Κημὸς πλέγμα τι ἐκ σχοινίων γινόμενον, ὅμοιον ἠθμῷ, ᾧ τὰς πορφύρας λαμβάνουσιν, εἰς ὃ αἱ πορφύραι καὶ τὰ κογχύλια εἰσέρπουσιν. Ἐν αὐτοῖς δὲ τούτοις ἐστὶ καὶ τὸ δέλεαρ, ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς παρατιθέμενος τὰ ἐκ Ποιμένων (sic codd. : Πηλέως Ald.) Σοφοκλέους·

[51] Κημοῖσι πλεκτοῖς πορφύρας φθείρει γένος.

Deinde excusantes cûr in urbem venerint (Plut. Vit. p. 795, B), οἱ Σοφοκλέους βοτῆρες ἐπὶ τῶν ποιμνίων λέγουσιν·

[52] Τούτοις γὰρ ὄντες δεσπόται δουλεύομεν,
καὶ τῶνδ' ἀνάγκη καὶ σιωπώντων κλύειν.

Fortasse eos Hector vituperavit, quod statim timore animi inducti fugerint neque exspectarint dum auxilium ipse ferret; sed illi vehementius eum obsecrant, ut hostes repellat sequetutetur. Hoc videtur exprimi fragmento ap.

48.

Matutino enim tempore priusquam ullum villicum herbam recens desectam capræ afferens [conspexi, vidi exercitum ad maritimum saxum procedentem.

50.

Ubi accola pelamys hibernat,
incolens Hellespontum, tempestiva per æstatem Bosporitæ; huic enim frequentes adveniunt.

51.

Camis textis porphyræ gentem corrumpit.

52.

His enim quum simus domini, servimus,
et necesse est etiam tacentes audire.

Sext. Empiricum Adv. grammaticos p. 286 : Οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες [53] « ἰὼ βαλλὴν » λέγοντες ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί· ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες. Hector quum esset in prœlium iturus, Andromacha videtur intervenisse, ut maritum retineret. Cujus preces Hector non magis audit quam apud Homerum in bellum profecturus; nam (Phot. p. 307, 17):

[54] Ἡδὺ ξανῆσαι καὶ προγυμνάσαι χέρα.

Si Cygnus introductus fuit, non dubito quin id a poeta hoc loco factum sit. Huic conveniunt duo versus inter incerta fragmenta apud Hesych. : Ῥυτῆρι κρούων· ὁ Κύκνος λέγει·

[55] Καὶ μὴν ὑβρίζων αὐτίκ' ἐκ βάθρων ἑλῶ
ῥυτῆρι κρούων γλουτὸν ὑπτίου ποδός.

Ἔνιοι δὲ οὐκ ἐπὶ τοῦ Κύκνου, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πολεμίων, ὥστε εἶναι τὸν λόγον, φεύγοντας αὐτοὺς τῷ ὑπτίῳ ποδὶ τοὺς ἰδίους γλουτοὺς ποιήσω τύπτειν. Comparat Welckerus alium versum apud Suidam: Ἀμφήμερον τὸν ἀμφημερινὸν πυρετόν. Σ. Π.·

[56] Κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου.

Intelligitur Græcorum aliquis, qui conspecto Cygno frigore corripiatur. Neque abhorret ab his versus, quem ab homine sanioris mentis pronunciatum dixeris apud Suid. v. Θρηνεῖν Σ. Π.·

[57] Λόγῳ γὰρ οὐδὲν ἕλκος οἶδά πω χανόν.

Sed audit nemo, omnes bene sperant, abitque Cygnus neque dubitat quin nisi fugatis hostibus non sit rediturus. Hæc spes augetur cæde Protesilai nunciata atque inde læta carmina chori sequuntur. Ita omnes evocat ut tollant

[58] Βερέκυντα βρόμον,

Φρύγιον αὐλόν. Σ. Π., Hesych. Contemnit Græcos, quos Ῥαικούς vocat. Stephanus : Γραικός· Γραῖκες δὲ παρὰ Ἀλκμᾶνι αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσιν. Photius p. 480, 15 : [59] « Ῥαικούς· » οἱ βάρβαροι τοὺς Ἕλληνας. Σοφοκλῆς τῇ λέξει κέχρηται. Eustath. p. 890 : Γραικοὺς ἡ μὲν συνήθεια καὶ Σοφοκλῆς οἵ που κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ὁ Λυκόφρων ἐκ διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ γ προφέρουσιν ἐπὶ Ἑλλήνων· οἱ βάρβαροι δὲ Ῥαικούς φασι δίχα τοῦ γ, ὡς ἐν παλαιῷ εὕρηται λεξικῷ. Deinde apud Antiatticistam p. 84, 10 : Βᾶρις κατ' οἰκίας καὶ πλοίου. Σ. ἐν Ποιμέσι [60] « βαρίβαν » λέγει τὸν ναύτην ἢ τὸν τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα. Fore ait ut exercitus Trojanus mox Græcos fuget ad nihilumque illi redigantur neque usquam appareant. Hesych. : [61] « ἀναλῶσαι, » ἀφανίσαι. Ποιμέσιν. Ita etiam [62] « ἡσὴν Κυκνῖτιν » ex hac fabula Stephanus memorat; et fortasse huc sunt referendi versus apud Eustathium p. 1625, ex Aristophanis gramm. libro περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν : Ἔμβρυα δέ τινα καὶ ἀρτιγενῆ δὴ ψάκαλα λέγει καλεῖσθαι καὶ ὀρταλίχους· ὅταν φησὶ παρὰ Σοφοκλεῖ,

[63] Ψακαλοῦχοι
μητέρες αἶγές τ' ἐπιμαστίδιον
γόνον ὀρταλίχων ἀναφαίνοιεν.

Ita chorus lætitiam ex victoria insequentem anticipat. Incertius est sintne his adscribenda verba apud Photium : Ῥάχοι· αἱ μυρίαιναι ῥάβδοι·

[64] Ῥάχοισιν ὀρχάδος στέγης.

Σοφοκλῆς δὲ τοὺς φραγμοὺς ποίμνης. Inter hæc memorari potuit Helena, quæ [65] « Ἴαννα » appellata est a choro apud Hesychium. Quod Etymolog. M. p. 405, 32 servavit memoratumque est apud Herodianum Περὶ μονήρους λεξ. p. 46, 18, et a gramm. in Crameri Anecd. vol. I, p. 118, 14; 343, 24 : τὸ [66] « ψὸ » ἐν Ποιμέσι Σοφοκλέους ἐπιφθέγμα, videtur chori esse, qui læto animo greges compellat.

Ad finem tragœdiæ duo reliqua fragmenta posuerim. Erotian. p. 306 : [67] « πέλον », ὑπόφαιον, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι· et Herodian. Περὶ μονήρους λεξ. p. 11, 3, Ποσείδειος ... Σοφοκλῆς Ποιμέσι·

[68] Τειχέων καὶ δὴ τοὺς Ποσειδείους
θριγκοὺς ἀποσεισαμένη.

54.
Suave est terere et ante exercere manum.

55.
Atqui superbiens statim ex gradibus excutiam corio feriens palmam supini pedis.

56.
Frigus afferens maxillis ex febri quotidiana.

57.
Verbis enim ullum vulnus nescio apertum.

58.
Clamorem Berecyntium.

63.
Enixæ
matres capellæque ad ubera
sobolem pullorum ostendant.

68.
Jam mœnium Neptunia
pinnacula commovens.

Ita chorus vel vates aliquis ex cæde Cygni, quem invulnerabilem putaverunt, male de rebus futuris ominatus a dea aliqua concuti mœnia urbis interituræ prædicat.

HELENÆ REPETITIO.

Sophocles plures tragœdias scripsit, quibus res gestas Helenæ exposuit, quarum inter ipsas rationes quum interpretes non satis perspexissent, accidit ut quæ diversissimo argumento scriptæ essent, sæpissime confunderent. Primus Welckerus illas separavit expositoque uniuscujusque argumento distinxit. In quibusdam hodie quoque variæ virorum doctorum sententiæ remanent, dubitantque illi de rebus, quas poeta tractarit, tum fuerintne fabulæ satyricæ an tragœdiæ. Sunt tamen rationes, quibus illas fabulas esse satyricas demonstrare voluerunt, pleræque levissimæ, nullo veterum testimonio confirmatæ in singulisque verbis vel verborum formis comprehensæ, ut nihil fidei habeant neque persuasionem movere possint.

Argumentum tragœdiæ, quæ *Helenæ repetitio*, Ἑλένης ἀπαίτησις, dicta est, repetendum est ex Ovidii Metamorph. XIII, 196–203:

Mittor et Iliacas audax orator ad arces
visaque et intrata est altæ mihi curia Trojæ :
plenaque adhuc erat illa viris. Interritus egi
quam mihi mandarat communis Græcia causam;
accusoque Parin prædamque Helenamque reposco,
et moveo Priamum Priamoque Antenora junctum.
At Paris et fratres et qui rapuere sub illo
vix tenuere manus (scis hoc, Menelae), nefandas.

Quibus versibus quod Hermannus incertum reliquit, conjectura definiri potest. Vix enim dubitari potest quin Helena Trojæ tantummodo, non in Ægypto repeti potuerit. Illud convenit antiquissimæ fabularum memoriæ quam Sophocles sequi solet reique ipsi. Servata enim fuit Helena, ut quidam referunt, in Ægypto a Proteo, ut restitueretur; neque vero invenio apud ullum scriptorem notum illud fuisse Menelao, qui ideo in Ægyptum profectus sit, ut conjugem repeteret. His conveniunt quæ sunt in Maii interpr. ad Æn. I, 242 et apud Proclum. Accedit quod sunt quædam in fragmentis tragœdiæ, quæ vix ulli alii nisi Antenori vindicari possint. Videtur igitur poeta Homerum secutus esse, qui Iliad. Γ, 205, Ulixem et Menelaum oratores missos ad repetendam Helenam ab Antenore domo receptos esse tradit. Copiosius idem expositum est a schol. Iliad. Γ, 206. Videntur igitur Priamus, Ulixes, Menelaus, Antenor, fortasse Paris personæ tragœdiæ fuisse, neque Helenam putaverim alienam. Quocirca jam apparet qualis in tragœdia status controversiæ fuerit. Menelaus et Ulixes repetitores, Antenor hujus causæ suasor et patronus, Helena parata, quæ maritum sequatur, Priamus in utramque partem, ut decuit judicem, par, Paris unus illis adversus. Itaque omnia erant ejusmodi, ut redderetur Helena, nisi impedimentum magis fato quam jure destinatum intervenisset. Apud Hor. Ep. 2, 10 expositum est : « Antenor suadet belli præcidere causas. Quid Paris? ut salvus regnet vivatque beatus cogi posse negat. » Id vero satis constat, Helenam inter primarias tragœdiæ personas numerari non potuisse, quia alii de ea, quæ vellent, constituerunt, ipsa nihil constituit neque adeo magna passa est, ut illa auditorum animos quam maxime commoveret. Paris et fratres videntur Priamo persuasisse, ne redderetur Helena. Welckerus a vatibus causam diremptam esse censet. At non constat quibus? Et Helenus etiamsi intervenit, non est tamen credibile Trojanos esse secutos oracula, quibus excidium urbis prædicebatur. Quocirca vates tantummodo reddendam Helenam, non retinendam suadere potuerunt.

Chorum Welckerus censet ex Phrygibus compositum fuisse, id quod omnium esse verisimillimum videtur. Neque enim Ulixes et Menelaus tales comites adducere potuerunt, ut pro choro essent, neque ancillæ Helenæ conventui gravissimorum virorum conveniunt, neque fratres Paridis satis apti videntur.

Initio tragœdiæ fortasse introducti sunt Menelaus et Ulixes, qui quamobrem venerint, exponunt audiente choro. Intervenit Helena, quia voces Spartanæ dialecto similes audiverit. Schol. Eurip. Phœn. 312 : Εἰ γὰρ καὶ Ἑλληνικῶς ἐλάλουν αἱ Φοίνισσαι, ἀλλ' οὖν γε τὴν πάτριον ἀπήχησιν ἔσωζον τῆς φωνῆς, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει·

[69] Καὶ γὰρ γαρακτὴρ αὐτὸς ἐν γλώσσῃ τί μοι
παρηγορεῖ Λάκωνος ὁσμᾶσθαι λόγου.

Nondum enim agnovit Menelaum; fortasse cum

69.

Etenim sonus ipse linguæ quodam pacto mihi persuadet ut odorer aliquid orationis Laconicæ.

choro colloquebatur. Verum non intercedam si quis versus eos Menelao tribuat, qui aut Helenam audierit aut unam ex illius ancillis. Deinde exorto colloquio Helena se accusat, ut solet apud Homerum. Schol. ad Aristoph. Equit. 84, Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν : Ἔστι γοῦν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης·

[70] Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν
καὶ μή τι πλείους τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας.

Fortasse recte huic loco aliud adscriptum est, ut aut Helenæ aut choro vindicetur, ex incertis fragmentis apud Plutarch. Vit. p. 77, A:

[71] Καὶ τὰν νέορτον, ἃς ἔτ' ἄστολος χιτὼν
θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν
πτύσσεται, Ἑρμιόναν.

Welckerus Sophocli etiam tribuit locum in Etymol. M. p. 430, 5:

[72] Ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἤμην, τέκνον.

Ita Helena compellaverit animo filiam, quam recordatur.

Concione postea convocata Antenor in primis eloquentissime suasit, ut Helena redderetur Græcis. Huc referam quod Erotianus habet p. 180 : Θράσσει· ἔστι δὲ ὀχλεῖ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει φησί·

[73] Γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἣ θράσσει γένυν
[χρώζουσ']ἕωλον γραφι[δί]οις ἐνημμένοις.

(Cod. γένυν τε ὡς τοῦ μὲν αἰόλον vel ἕωλον γραφίοις.) Talem mulierem cur ipsi retineant, Antenor quærit. Fortasse Paris respondit Trojanorum opes extollens. Cui Antenor (Stob. LIV, 3) :

[74] Γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένος χερῶν,

si versus huic tragœdiæ adscribendus est. Obscurius est, quod Strabo tradit XIV, p. 643 : [75] Οἱ δὲ τὸν Κάλχαντά φασιν ἀποθανεῖν ὑπὸ λύπης καὶ κατά τι λόγιον· λέγει δὲ αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει, ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. Fortasse memorabantur oracula, quæ Calchas de Trojæ excidio ediderat : verum Paris ista audienda negat, quoniam aliud sit oraculum, ex quo Calchanti moriendum sit, si cum meliore vate convenerit. Ita omnia rejiciuntur neque obediunt Trojani vel Paris illis oraculis. Hesych. : [76] « ἀναχαιτίζειν, ἀπειθεῖν, ἀναχαλινοῦν· ἀνακρούεται, ἀναπολίζει· κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων· Σοφ. Ἑλένης ἀπαιτήσει. Suidas : Ἀναχαιτίζει.... ἀναχαιτίζειν Σοφοκλῆς τὸ ἀπειθεῖν καὶ ἀντιτείνειν. Vindicarim verbum choro, qui Parim negat obedientem esse sapientibus monitis. Attribuit Welckerus fragmentum huic tragœdiæ, quod est apud Plutarch. in Vita Demetrii c. 45 : Ὁ Σοφοκλέους Μενέλαος ταύτῃ εἰκόνα ταῖς αὐτοῦ τύχαις παρατίθησιν·

[77] Ἀλλ' οὐμὸς ἀεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ
τροχῷ κυκλεῖται καὶ μεταλλάσσει φύσιν·
ὥσπερ σελήνης δ' ὄψις εὐφρόνας δύο
στῆναι δύναιτ' ἂν οὔποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ,
ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,
χὥταν περ αὐτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,
πάλιν διαρρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

Ita enim Menelaus de sorte sua conqueritur, quod quum venisset non sine spe recuperandæ conjugis, obstinacia Paridis in nova belli discrimina detrudatur. (Versus 5-8 idem Plutarchus attulit Mor. p. 282, B; 517, D; versus 5 et 6 Tzetz. ad Hesiodi Op. 780,)

TROILUS.

Troilus fuit inter filios Priami ex Hecuba susceptos minimus, puer nondum adulta ætate, quum Græci adversus Trojanos bellum suscepissent, at fatalis ad interitum urbis, si ante vige-

70.
Mihi vero optimum fuit sanguinem taurinum haunec majorem harum rerum subire infamiam. [rire,

71.
Et juvenilem puellam, cujus tunica nondum cincta circa nudum femur
volitat, Hermionam.

72.
Ego vero proditrix non eram, filia.

73.
Mulierem repetentes, quæ genas onerat colorans marcidas penicillis immersis.

74.
Ratio plus valet quam vis manuum.

77.
At mea vita semper præcipiti dei
rota versatur et mutat vices,
ut lunæ vultus per noctes duas
eandem formam servare non possit;
sed ex occulto primum nova procedit
vultum exornans et impleta;
et quando ornatissima videtur,
rursus tabescit et ad nihilum redit.

simum annum fatis concessisset. Hunc Achilles curru fugientem assecutus ad templum Apollinis Thymbræi interfecit. Alii tamen aliter rem retulerunt. Proclus simpliciter ex Cyclicis, καὶ Τρωΐλον φονεύει. Scholiasta ad Iliad. Ω, 257 : ἡ διπλῆ, ὅτι ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι ἱππιοχάρμην τὸν Τρωΐλον αἱ νεώτεροι ἐφ' ἵππου διωκόμενον ὑποτίθενται· et, [78] Ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ φησὶν αὐτὸν ὀχευθῆναι ὑπὸ Ἀχιλλέως ἵππους γυμνάζοντα παρὰ τὸ Θυμβραῖον καὶ ἀποθανεῖν. Eustathius : Ὃν φασιν ἵππους ἐν τῷ Θυμβραίῳ γυμνάζοντα λόγχῃ πεσεῖν ὑπὸ Ἀχιλλέως. Ex quibus Welckerus illud ὀχευθῆναι in λογχευθῆναι mutavit.

Fragmenta tragœdiæ quæ supersunt et valde tenuia sunt et obscuriora quam ut ex iis certi quid eruas. Itaque facile in mentem venire Brunckio aliisque potuit inter fabulas satyricas referre Troilum, quia a quibusdam ex recentioribus scriptoribus Achilles amore pueri captus fuisse traditur. Quorum ingenio quamquam non dubitandum est quin hoc inventum debeatur, tamen non est improbabile inter vetera illa, quæ de Troilo narrabantur, fuisse quædam, ex quibus id repeteretur. Itaque conjicias Sophoclem fortasse pulcherrimum puerum ab Achille deploratum esse scripsisse. Inde vero poetæ egregia ad ornandam tragœdiam suppetebat materia, si victor puerum canibus non objecit, sed in eum contulit munera quæ a solis parentibus et propinquis exspectari poterant.

Docent scholiastæ ad templum Thymbræi Apollinis, quo Troilus exercendorum equorum causa se contulerit, puerum esse interfectum. Ibi tutus ab hoste esse poterat, quia socii locum munierant (Iliad. Π, 430). Eodem loco Achilles periit. Uterque tutum se fore præsidio dei speravit, justius Troilus, quem ab Apolline adamatum scriptores antiquiores retulerunt. Incertum tamen est, quo in loco poeta res in tragœdia actas posuerit. Si Achilles inter personas fuisset, multo facilior esset conjectura; vel si certum esset, id quod ait Welckerus, ex sacerdotibus chorum constitisse, non dubitandum esset, quin omnia ad templum transacta essent. Inde etiam divinando rectius assequeremur, quid fuisset quod poeta exposuisset in tragœdia. Apparet tamen morte pueri tragœdiam finiri non potuisse. Erat redimendus ille, fortasse lamentandus, sepeliendus. Lamentationi magnam partem tragœdiæ adscripserim in homine, qui nulla re nisi morte insignis fuit; sed plurima referam non tam ad Troilum ipsum quam ad sortem urbis interiturae. Monumenta antiquæ artis idem comprobant.

Perdifficile est explicare quæ personæ tragœdiæ fuerint. Non constat de Achille; credibile est Priamum introductum esse et Hecubam, fortasse Hectorem, quem aiunt in antiquo marmore expressum esse auferentem corpus pulcherrimi adolescentis hasta percussi. Pædagogus certe introductus est et chorus aut ex sacerdotibus, id quod Welckerus conjicit, aut ex comitibus erat compositus, qui fortasse illi [79] « ὀροσάγγαι », σωματοφύλακες (Phot. p. 674, 20) sunt, qui in fragmentis memorantur. Neque enim credibile est Troilum solum domo exiisse. Nec ille solus interiit, sed cum eo Mnestor, apud Dion. XI, p. 338.

De compositione tragœdiæ nihil constat. Videtur tamen initio pædagogus adolescentem studio equorum elatum monuisse, ut ab hoste caveret, et ut fidem in illum ostenderet, vitam narrasse suam. Hoc exprimitur fragmento apud Polluc. X, 165 : Ξίφους δὲ ὄνομα ἔοικεν εἶναι βαρβαρικὸν ἡ σκαλμή, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Τρωΐλῳ·

[80] Σκαλμὴ γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτεμοῦσ' ἐμούς.

Hecuba jussit illum castrari, ut puero pædagogus addi posset. Deinde eidem vindicandum verbum ab Hesychio v. Ἀμάσεται servatum, quo puerum admonet ne ad Achillem accedat, qui illum sit occisurus : [81] « ἀμάσεται » ἀπὸ τῆς ἀμήσεως οἱονεὶ σφάξει. Σ. Τρωΐλῳ. Interficiet te Achilles si a templo recedes. Non audiit ille. Ornatur et inungitur adolescens ἱππιοχάρμης Iliad. Ω, 257. Hesychius : [82] « ἐλαιοῦται θρίξ, » Σ. Τρωΐλῳ. Ἀρίσταρχος ῥυπαίνεται· βέλτιον δὲ λαμπρύνεται· neque est inarmatus; nam habet [83] « ἔρκη, » ὅπλα, Σ. Τρωΐλῳ, Hesych. Fortasse huc referendum hoc ap. Phot. p. 497, 3 [84] « Σακοδερμίτης, » Σ. Τρωΐλῳ· οἱ μὲν τὸν ὄφιν, οἱ δὲ σκώληκα τὰ δέρματα διεσθίοντα. Ἄμεινον δὲ τὸν ἐπὶ τῷ δέρματι χαλκὸν ἔχοντα, παρ' ὅσον τὰ σάκη ἐπίχαλκα. (Conf. Hesych. vv. Σακοδερμιστής et Δερμιστής.) Quibus transactis nuncius intervenit, qui quæ acta sint post discessum Troili refert, nisi quis pædagogum redisse putet qui Troilum interfectum esse indicet. Id est apud schol. Pind. Pyth. II, 121 : Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ Τρωΐλου,

[85] Τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότης ἀπώλεσα.

Blomfieldus δεσπότην. Hesychius : « Ἀνδρό-

80.
Scalma enim testiculos regina exsecans meos.

85.
Puerum virili animo dominus amisi.

παις, » ἀνδρούμενος ἤδη παῖς ἢ ἀνδρὸς φρόνησιν ἔχων παῖς. Σ. Τρωΐλῳ. Gravior videtur lamentatio, si pædagogus ipse sit δεσπότης, qui quum cogere puerum et potuerit et debuerit, per negligentiam illum amiserit. Deinde [86] « ἄπιστος, » ἀπαράπιστος, ἀπειθής, Hesych. Troilus intelligitur, qui admonitionibus pædagogi audiens non fuerit, sed Achilli irruenti sagittis nudis se exposuerit. Hesych. : Ἀπέσκη· [87] « τόξον ἀπέσκη· » ἔνιοι δὲ γυμνὰ θήκαις τόξα. Σ. Τρωΐλῳ. Bekkeri Anecd. p. 422, 33 : « Ἀπέσκη» γυμνὰ θήκης τόξα. Affertur corpus coopertum [88] « καταρβύλοις, » χλαίναις ποδήρεσιν, ὥστε καὶ ἐπὶ τὰς ἀρβύλας χαλᾶσθαι. Σ. Tp., Hesych. Defletur a choro, qui illius ingenium dicit [89] « ἀσόλοικον, » ἥμερον, προσηνές, οὐ βάρβαρον. Σ. Tp., Hesych.; quem deploraverit Achilles, quamquam occiderit [90] « ἄσας, » βλάψας, ἔβλαψας. Fortasse chorus Achillem compellavit absentem. Deinde etiam parentes illum deplorant magna cum indignatione adversus Achillem. Suid. v. Ἐμασχαλίσθη : ἀφ' οὗ δὴ καὶ μασχαλίσματα προσηγόρευσαν αὐτά. Σοφ. ἐν Τρωΐλῳ [91] « πλήρη μασχαλισμάτων » εἴρηκε τὸν φονεύσαντα. Ita Brunckius. Sed in vett. editionibus εἴρηκε τὸν μασχαλισμόν. Detestantur Achillem, cujus ne ortus quidem diis gratus fuerit. Schol. Pind. Nem. III, 60 : Περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως τῆς Θέτιδος καὶ Σοφοκλῆς φησὶν ἐν Τρωΐλῳ·

[92] Ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,
τῇ πανταμόρφῳ Θέτιδι συμπλακείς ποτε.

Interposita fuit ploratui vox ἰαί. Hesych. v. Ἴαννα.... ἐν δὲ Τρωΐλῳ βάρβαρον θρήνημα τὸ [93] « ἰαί. » Idem : [94] « Ἰήιος »... καὶ θρῆνον σημαίνει, ὡς Σοφ. Tp. Postremo ut corpus sepeliatur, ad fontes abeunt ut lavetur : Etym. M. p. 597, 44 : Ναρόν τὸ ὑγρόν... Σ. Τρωΐλῳ·

[95] Πρὸς ναρὰ δὲ κρηναῖα χωροῦμεν ποτά.

(Conf. Gud. p. 627, 14, Orion p. 110, 3.) Ita tragœdia finitur.

PALAMEDES.

Palamedis res gestæ egregie aptæ visæ sunt Tragicis ad fabulas componendas, quum et sublimitatem sensorum et cogitatorum admittefent et ad vitam humanam ita accederent, ut diversi hominum mores variis modis explicari possent.

Exposuimus argumentum in fragmentis Æschyli nec quidquam restat quod addendum esse videatur, nisi ut exquirantur subtilius quæ sint Sophocli tribuenda. Disputatio est longe omnium difficillima in tam exiguo numero fragmentorum tantoque veterum scriptorum silentio. Sunt tamen res duæ tenues quidem et incertæ, at solæ, quas sequaris, primum ut videamus quid antiquitus sit de Palamede memoriæ proditum, tum quid Euripides innovarit. Ac si Plato (Rep. VII, p. 522, D) derideat fabulam, illum potissimum Euripidem respexisse conjicias, cujus tragœdia eo tempore erat novissima, quique, quum antiquæ fabulæ graves essent et sublimes, minutiis exponendis inventisque omnibus Palamedi attribuendis modum modestiamque omnem excessit. Sunt quidem qui ad orationes, quæ Gorgiæ et Alcidamantis nominibus feruntur, provocantes risum Platonis, quoniam ab his oratoribus eadem fere tradantur, refutari putent. Qua de re secus judicandum censeo. Grammatici quid dicant non adeo curant; ut inflato ore dicant neque relinquant quidquam quod dici possit, quammaxime laborant; neque auditoribus scribunt, sed harum rerum admiratoribus qui ea legant neque ipsi multum ab illis differant. Antiqua memoria Palamedes earum rerum, quibus pax, vita et publica et privata ornetur et regatur, otium exhilaretur, fames arceatur, inopiæ succurratur, remedia morbis procurentur, dux milite fiat superior, ordo instituatur retineaturque, inventor refertur. Talis Palamedes ab Æschylo describitur, talia videntur in Cypriis esse exposita : itaque maxime est credibile etiam talia narrata esse a Sophocle; Euripidem autem illa reliquisse, ut quæ arte superare non posset, incredibilibus commentis superaret.

Neque vero negari potest multa fuisse Tragicorum communia, qui nunquam adeo dissolvere potuernnt fabulam, ut antiquitatis memoria prorsus pessumdaretur. Quocirca non dubitandum est quin ut ab Æschylo ita a Sophocle Palamedes post magna in Græcos merita introductus sit proditionis reus. Magnam jacturam fecimus in amittendis orationibus, quibus Palamedes se defenderit. Quarum illa apud Æschylum certe fuit hominis, qui beneficiorum consciu-

92.
Celebravit ille utcunque celebravit nuptias sine [carminibus,
multiformi cum Thetide quondam concubans.

95.
Ad liquidos fontium abimus potatus.

vix respondet crimin.bus, sed magnanima oratione merita solum sua exponit; apud Sophoclem, ut multa cum arte refelleret quæ accusator objiceret, apud Euripidem ut invidiosa argumenta afferrentur, quibus judices in reum incitarentur. Ita ille se meritorum suorum conscientia perdidit apud Æschylum; specie culpæ, quia defensio neque intelligebatur, commodisque ceterorum adversabatur Palamedes sapientiaque vera et infucata invidiæ illorum obnoxius fuit, apud Sophoclem; invidiosis argumentis adversarii apud Euripidem. Cf. Xenoph. Memor. IV, 2, 33. Omnes conveniunt in eo quod Virgilius expressit his versibus (Æn. II, 83):

Quem falsa sub proditione Pelasgi
insontem infando indicio, quia bella vetabat,
demisere neci, nunc cassum lumine lugent.

Maximi autem momenti in fabulæ conformatione, qualis Tragicis placuit, id videtur fuisse, quod Palamedes pacem faciendam suaserat. Ex eo suspicio proditionis orta est. Vid. Æschyli fragm. Optime autem illud Palamedis personæ conveniebat, qui quum bellum a cæco animi impetu ad artem revocasset tantumque pacis causa sumendum instituisset, etiam in victoria nihil nisi gravissima detrimenta prævidit. Quod consilium facile ab eo omnium sapientissimum prædicari potuit, ut longe differret ab oratione eorum, qui vel vere vel falso antea in patriam sibi redeundum esse suaserant.

Altera persona tragœdiæ fuit Ulixes, qui ut erat ubique idem apud Tragicos, subdolus, sui studiosus etiam in alieno, ejusdem rei simulator et dissimulator, tamen non easdem partes egisse videtur, quas in Sophoclis Philocteta. In hac enim tragœdia commoda Græcorum secutus est, in Palamede injurias ipse suas ab inimico acceptas ultus est. Quocirca hujus orationem, qua accusavit, ira infectam et amaritudine interspersam credideris. Reliquæ personæ prorsus ignorantur. Credibile est tamen Agamemnonem, Menelaum, ambos non optimo animo in Palamedem, sed illius commemoratione meritorum offensos ideoque iniquos judices adfuisse. Chorum ex Achivis compositum fuisse probabile est.

Fragmenta nulla videntur ex Ulixis accusatione servata esse; ex Palamedis defensione fortasse illa sunt apud Plut. Mor. p. 98, A:

[96] Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
ζητῶ, τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ἠτησάμην.

Eidem loco Welckerus adscripsit hæc verba apud schol. Theocriti XV, 48:

[97] Τὸ πάνσοφον κρότημα Λαέρτου γόνος.

His conveniunt illa, quibus exponitur, quomodo Palamedes morbis in Græcos cum fame irruentibus occurrerit. Hesych.: [98] « ἄκεστρον, » φάρμακον. Σ. Παλαμήδη. Et idem, [99] « δροπά, » δρεπτά. Σ. Παλαμήδη. « De quo loco hæc scripsi in Thesauro vol. II, p. 1700, B: Suidas: δρωπακίζω, συνάγω, τρυγῶ. Δρωπτὰ (duo codd. Gaisf. liberque HSt. s. v. Δρωπακίζω memoratus δρωπὰ) γὰρ τὰ δρεπτὰ, τὰ ὀρέπανα. Τὰ ὀρεπτὰ ex codd. Paris. addidit Kusterus, non animadvertens tamen tollendam dittographiam esse deleto τὰ δρέπανα, quamquam ap. Zonaram quoque legitur p. 572: δρώπα (sic)· τὰ δρεπτὰ, ἤτοι τὰ τετρυγημένα ἢ τὰ ὀρέπανα. Δροπὰ per δρεπτὰ explicat Hesych. ex Palamede Sophoclis, corrupte ut videtur pro δρωπτά. » *G. Dindorf.* « Lupi ex Ida descenderunt usque ad tentoria Achivorum, quos Ulixes ut feras occidendos censuit, Palamedes prodigia Apollinis habuit, quibus imminens pestilentia portenderetur, neque tela voluit adhiberi, sed medicamina, quibus Græci sese protegerent. » *Welckerus.* Apte præterea his comparatus est locus apud Eustath. Odyss. p. 1397, 8: Ὁ δὲ τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας διαφορὰν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν... παράγει Σοφοκλέους μὲν ἐκ Παλαμήδους ὁμωνύμου τῷ ἥρωϊ δράματος τὸ ἐκεῖνος ἐφεῦρε

πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.

Et idem p. 228, 4: Τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοίας τοῦ Παλαμήδους καὶ τῆς εὑρέσεως δὲ τοῦ χρόνου, ἣν καὶ αὐτὴν ἐκεῖνος ἐσοφίσατο, μάρτυρα παράγουσι Σοφοκλῆν, ὃς ἐν δράματι ὁμωνύμῳ τῷ εὑρέτῃ Παλαμήδει φησίν·

[100] Οὐ λιμὸν οὗτος τῶνδ' ἀπῶσε, ξὺν θεῷ
εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
ἐφεῦρε φλοίσβου μετὰ κοπὴν καθημένοις
πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

96.
Quæ doceri possunt disco, quæ inveniri exquiro, quæ precanda a diis expetivi.

97.
Sapientissimum titinnabulum, Laertæ soboles.

100.
Nonne hic famem abegit dei auxilio otiique transactionem sapientissimam invenit post belli laborem sedentibus tesseras latrunculosque, suavem ignaviæ medelam?

Sunt qui vocem οὗτος a Palamede modestiæ aut confidentiæ causa de se usurpatam credant. Probabilius est tamen hæc non fuisse in defensione a Palamede, sed ab alio quodam post Palamedis orationem dicta. Οὗτος eodem modo in Nauplio est. Welckerus Ajacem putat defensionem Palamedis suscepisse, quo versum refert apud Plut. Mor. p. 504, C, et p. 810, C : Ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλέους Νέστωρ τὸν Αἴαντα τραχυνόμενον τῷ λόγῳ πραΰνων ἠθικῶς τοῦτο εἴρηκεν ·

[101] Οὐ μέμφομαί σε· δρῶν γὰρ εὖ κακῶς λέ-
[γεις.

Iratus igitur esset Ajax, quod causa ceciderit, quem ipse defenderit. Quod si ita statuendum est, hæc res ipsa fortasse causa fuit, quod Palamedes ab inimico vinceretur, ut Ajax postea in causa non minus justa ab inimico victus est. Hoc sane esset egregium poetæ commentum.

Plane incertus est versus apud Ammonium Περὶ ὁμ. p. 76 in MS. Reg. Musei Brit. : τάσσουσι δὲ ὅμως καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδίου τὸ ἴσθι, Σοφοκλῆς ἐν Παλαμήδῃ ·

[102] Εὔφημος ἴσθι μοῦνον ἐξορμωμένη.

ILIAS.

PHRYGES.

Ut Æschylus ita Sophocles ejusdem argumenti tragœdiam eodem nomine Phrygum, ex quibus chorus constitit, inscripsit. Fuerunt autem Phryges illi, qui cum Priamo in Achillis tentorium venerunt Hectoris redimendi causa. Nisi erraret scholiasta ad Æschyli Prom. 435 (quæ Brunckii sententia est veri simillima) : [103] Σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους, ἢ διὰ συμφοράν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ, videretur Achilles animi insolentia et contumacia permotus diutissime tacuisse, dum Priamus ad eum verba faciebat, quibus illi, ut Hectoris corpus redderet, persuadere conaretur. Ex hac oratione sumti sunt versus apud Stob. Flor. Tit. VIII, 5 :

[104] Τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθοὺς, ὦ παῖ, φιλεῖ
Ἄρης ἐναίρειν· οἱ δὲ τῇ γλώσσῃ θρασεῖς,
φεύγοντες ἄτας, ἐκτός εἰσι τῶν κακῶν.
Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λογίζεται.

Neque absonus ab his versus est inter incerta fragmenta relatus apud Stob. XCVIII, 43 :

[105] Οὐ γὰρ θέμις ζῆν πλὴν θεοῖς ἄνευ κακῶν.

Cf. Iliad. Ω, 525. Deinde apud Stob. Eclog. phys. I, 4, p. 106 Heer. :

[106] Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

Utrumque versum Achilli dederim, quo Priamum consoletur, ut cedat necessitati, quam mortalium nemo evitare possit. Deinde videtur Priamus multa de sepultura dixisse, ut colligitur fragmento apud Pollucem. Quod etsi non citatur ex Phrygibus, tamen ejusmodi est ut ad illam tragœdiam referendum sit neque probari illorum sententia possit, qui novam ex illo tragœdiam commenti sunt. Polluc. X, 147 : Οἰκοδόμου δὲ σκεύη, [107] « λεῖαι, γλαρίδες, » ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ. Idem VII, 118 : Καὶ λατύπους δὲ Σοφοκλῆς ὅπου καὶ ἐργαλεῖα τῶν λατύπων ὀνομάζει « λείας καὶ γλαρίδας. » Excidenda enim erat e lapide urna, qua Hector conderetur. Præterea non abhorrent quæ sunt apud schol. ad Aristoph. Vesp. 288 : Ἐγχυτριεῖς ἀπὸ τῶν ἐκτιθεμένων παιδίων ἐν χύτραις. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι [108] « χυτρίζειν » ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ. Comparavit Welckerus Athen. VII, p. 277, B :

[109] Χορὸς δὲ μύνδων ἰχθύων ἐπερρόθει
σαίνουσιν οὐραίοισι τὴν κεκτημένην.

(Brunckius σαίνοντες.) Denique putat tragœdiam ab Ennio latine versam affertque versus, qui ex Hectoris lytris Ennii citantur :

Hector vi summa armatos educit foras
castrisque castra ultro jam inferre occupat ;

et,

Hector quidem haud cessat obsidionem obducere.

et,

Qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi cunctent.

101.
Non te reprehendo, recte enim agens male dicis.
102.
Verba bona, quum solum prodeas.
104.
Ingenuos enim et fortes, o fili, solet
Mars tollere; qui autem lingua fortes sunt,
fugientes pericula, extra mala sunt.
Mars enim timidos nihil curat.
105.
Nemini enim licet præter deos vivere sine malis.
106.
Dei vero plagam non superat homo.
109.
Chorus vero mutorum piscium astrepit
caudis adulantibus dominam

Postremo versu illa memorantur, quæ, antequam Achilles arma cepit, facta sint.

ÆTHIOPIS.

ÆTHIOPES sive MEMNON.

Argumentum Ajacis Sophoclei hæc continet: Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστὶ πραγματείας, ὥσπερ οἱ Ἀντηνορίδαι καὶ Αἰχμαλωτίδες καὶ Ἑλένης ἁρπαγὴ καὶ Μέμνων. Cod. Reg. E. Ἀγαμέμνων pro Μέμνων. Heynius ad Apollod. Bibl. p. 301 Memnonem ab Æthiopibus non differre perspexit. In hac quoque tragœdia Sophocles Æschylum secutus esse videtur, nisi quod ab illo in compositione fabulæ nonnihil recedens quædam alio modo disposuit quam ille fecerat. Vide quæ de Æschyli tragœdia diximus. Pollux certe illam machinam ex auctoritate Æschyli non memorasset, si Sophocles eadem usus esset, neque Strabo Memnonis matrem ab Æschylo Cissiam vocatam esse scripsisset, si idem a Sophocle factum scivisset. Inde vero recte colligas discrimen compositionis inter ambos poetas intercessisse; et quum Æschylus quædam habeat, quæ a vulgari fama recedant, Sophoclem magis antiquam memoriam reddidisse. Quæ quum ita sint, tamen non constat an Sophocles Auroram in scena ipsam ostenderit.

Fragmenta perobscura sunt, quia quæ personæ tragœdiæ fuerint prorsus ignoratur. Memnon, id quod nomine tragœdiæ ostenditur, certe introductus est; at non constat utrum id ante cædem Antilochi factum sit an postea. Neque fragmentis quidquam continetur, quo ulla conjectura confirmetur. Nisi Memnonis corpus ab Aurora de medio sublatum sciremus, de Priamo, Hectore, aliis quædam conjici possent. Hoc vero eo minus fieri potest, quia ignoramus, quo Sophocles exitu tragœdiam finierit. Chorus, ut nomen docet, ex Æthiopibus constabat Memnonis comitibus, qui illum erant ex patria Trojam secuti. Ex quo concluditur Antilochum nisi initio introduci non potuisse: sed ne hoc quidem probabile esse, quia nihil memoriæ est proditum, quo Antilochus in castris Memnonis fuisse perhibeatur. Argumentum Ajacis autem docet omnia inter Trojanos transacta esse.

Maxime crediderim initio tragœdiæ statim de cæde Antilochi ea, quæ satis erant, exposita esse Memnonemque introductum plenum lætitiæ victoriaque reportata, exsultantem jamque summa quæque promittentem; comitatum eum fuisse puto a suis Æthiopibus, qui victoriam celebrarent. Huc referam quædam fragmenta apud Hesych. [110] « Ἀνθοβοσκόν, » ἀνθοτρόφον. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. Videtur patria, quam Memnon nobilitarit, frugifera illa regio Mesopotamiæ intelligi, quæ postea Ἀνθεμοῦσσα dicta est, montibus variegata apud Photium p. 346, 19: [111] « Ὀρθόπτερον, » Σ. Αἰθίοψιν· ὀρθοὺς ἔχοντα κολωνούς· τὰ γὰρ εἰς ὕψος ἀνέχοντα πτερὰ ἔλεγον. Hesych., [112] « ἄναρκτον », ἀνυπόταχτον, οὗ οὐδεὶς ἦρξε. Σοφ. Αἰθίοψι, quia Memnon primus rex fuit. Deinde Antilochus [113] « ἀπιστεῖ, » ἀπειθεῖ. Σ. Αἰθίοψι, non obedit: ideo cæsus est.

Sed restat præstantissimum fragmentum apud Athenæum III, p. 122, C, et Eustath. p. 752:

[114] Τοιαῦτά τοί σοι πρὸς χάριν τε κοὐ βίᾳ
λέγω, σὺ δ' αὐτὸς ὥσπερ οἱ σοφοὶ τὰ μὲν
δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου.

Optime versus Nestori Antilochum admonenti convenirent, si quæ suadentur, cum integris moribus conciliari possent. Quocirca rectius Memnonis pædagogo tribueris, qui ut erant Asiæ incolæ, illi versuta et subdola consilia dat proficiscenti in novum certamen, in quo est succubiturus.

Postremum fragmentum est apud Photium p. 22, 15: Ἐσφηκωμένον· ἐσφιγμένον, ἀπὸ τῶν σφηκῶν, οἳ κατὰ μέσον εἰσὶν ἐσφιγμένοι· ἔνθεν καὶ ὁ σφήν. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι τοὺς ἐσφιγμένους μύρμηκας τῇ σαρκώσει·

[115] Τετράπτεροι γὰρ νῶτον ἐν δεσμώμασι
σφηκοὶ κελαινόρινες.

Cf. Etymol. p. 385, 3. Videtur fragmentum corruptum esse, quia versus non conveniunt verbis, quibus explicandis afferuntur. Quæ utcunque sunt, Myrmidones ita cum formicis comparari crediderim a Memnone per contemptum.

Memnon postremo occisus ab Achille a suis defletus esse videtur.

PARVA ILIAS.

PHILOCTETA IN TROJA.

Philocteta ex Lemno insula abductus Trojam

114.

Cupiens tibi suadere, non te cogere,
hæc dico; tu quod facere sapientes solent,
honesta lauda, sequere quod lucrum ferat. Hgr.

115.

Quatuor alis instructi ad terga in vincturis
vespis similes nigris nasis.

venit, ut fatis obtemperans Græcos adversus Trojanos adjuvaret. Fuit autem fatali quadam necessitate destinatum Trojam nisi sagittis Herculis capi non posse, et ne his quidem profici nisi Philocteta ipse illis sagittis instructus auxilium ferret. Quæ deinde facta sunt, Proclus expressit his verbis: Ἰαθεὶς δὲ οὗτος ὑπὸ Μαχάονος καὶ μονομαχήσας Ἀλεξάνδρῳ, κτείνει, καὶ τὸν νεκρὸν ὑπὸ Μενελάου καταικισθέντα ἀνελόμενοι θάπτουσιν οἱ Τρῶες. Neque dubitari posse videtur, quin Sophocles sit in tragœdia eandem fabulam secutus, quam in altera tragœdia, quam Philoctetam in Lemno inscripsit, antea expresserat. Dixit autem et morbum Philoctetæ divinitus immissum esse et Trojam capi non posse prius quam Philocteta illuc venisset vv. 190-200 et 1326, idemque repetiit ex oraculo Heleni vv. 610-613; accuratius dei oraculum memorat vv. 841 et 842. Argumentum alterius tragœdiæ pocta expressit vv. 1329-1347, 1407, 1421 seqq., ubi exponitur Philoctetam nisi Trojæ curari non posse nec Trojam capi nisi auxilio illius ex oraculo Herculis.

Continentur igitur his multa oracula, quæ non credibile est Sophoclem, qui ubique insistit oraculorum vestigiis, rejecisse. Deinde apparet multa afferri potuisse, quibus extolleretur tragica Philoctetæ dignitas, ut satis grave dignumque argumentum tragœdiæ esse videretur; neque sane quidquam fragmentis proditur, quo fabulam inter Satyros referendam esse credibile fiat, id quod quibusdam placuit.

Ut in ceteris tragœdiis ita in Philocteta plurima ex conjecturis suspensa sunt neque quidquam certi de personis dici potest. Præter Philoctetam etiam Machaonem et Podalirium introductos crediderim, neque absurdum esset, si his Neoptolemus fuisset additus. Nec constat, ex quibus chorus fuerit compositus. Achivos quidem fuisse qui in castris ad Trojam essent, confidenter affirmaverim; at nihil ex eo proficitur, nisi quinam inter Achivos fuerint additur. Credibile est fuisse illos, qui Philoctetam secuti de ejus reditu lætabantur. Credibile est etiam ministros medicorum fuisse, si fragmentum, quod postea diligentius expendemus, huc referri potest.

Philocteta non aliter atque OEdipus misera corporis conditione in scenam introductus est. Priscian. XVIII, vol. II, p. 180 ed. Krehl.: Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ·

[116] Ὀσμῆς μου ὅπως μὴ βαρυνθήσεσθέ μου.

Hæc corrupta sunt. Conjiciam ὀσμῆς μὲν οὖν ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου, *Ne graviter officiamini odore meo.* Vult enim alios a se discedere; deinde ipse exponit, quæ sustinuerit, apud Hesych.: Ῥακτηρίοις κέντροισιν, ἀντὶ τοῦ ταῖς κώπαις, διὰ τὸ ἀράττεσθαι· καὶ ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ,

[117] Μέλη βοῶν ἄναυλα καὶ ῥακτήρια·

ἀντὶ τοῦ ψοφώδη καὶ θορυβώδη. Ἄναυλα e conjectura Bergkii, ἄναυδα cod. — Si nulla sit adhibenda medela, mortem fore ultimum medicum sperat. Stob. CXXI, 7, Σ. Φιλοκτήτῃ·

[118] Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων.

Ad curationem Philoctetæ referam fragmentum incertæ tragœdiæ in Plut. Mor. p. 468, B, De animi tranquillitate: ὥσπερ οἱ Σοφοκλέους ἰατρ[illegible]

[119] Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ.

Quæ p. 463, F, sic scripta sunt,

Πικρῷ πικρὰν κλύζουσι φαρμάκῳ χολήν.

Et in libro De facie in orbe lunæ p. 923, F,

Πικρὰν πικροῖς κλύζουσι φαρμάκοις χολήν.

Reliqua fragmenta valde incerta sunt. Hesych., [120] « δράκοντα », τὸ κηρύκιον. Σ. Φιλοκτήτῃ. Videtur intelligi de eo qui Philoctetam Trojam perduxerit. [121] « Δρυοπαγῆ στόλον », τὸν πάσσαλον. Σ. Φιλοκτήτῃ, Hesych. Hæc choro tribuerim de navigatione Philoctetæ loquenti. Cf. Eustath. p. 1726, 16 (p. 494, 12): Δρυοπαγὴς στόλος ὁ δρύινος πάσσαλος. Στόλους γάρ, φασίν, ἔλεγον τὰ ἀπευξυσμένα διὰ τὸ συνεστάλθαι. Deinde, [122] « ζηλῶ, » μακαρίζω, ap. Hesych., tribuerim Philoctetæ, qui quendam beatum prædicat quod semper inter homines fuerit. Denique apud Gellium hæc sunt XIII, 18: « Sed etiam ille versus non minus notus:

[123] Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.

et in tragœdia scriptus est Φυλετίδες. » Vett. edit. φυλοκτητις. In excerpt. Ms. apud Gronov. Αἰγιαλώτιδες. Schefferi codex Φλοκτήτης. Casaubonus Φθιώτιδες correxit. Welckerus Neoptolemo usque ad senectutem auxilium promittenti attribuit, verum credibilius est intelligi senem, ut Nestor

117.
Carmina edens dissona et strepentia.
118.
At est mors ultima medicina morborum.
119.
Amaram bilem remedio amaro lavant.
123.
Senex senem ut puerum ducam te ego.

rem, qui Philoctetam ad medicos ducturus est. Quod si recte a me conjectum est, conjunxerim versum cum illo apud Priscianum, quo Philocteta alios a se recedere jubet.

Reliqua prorsus ignorantur.

PHŒNIX sive DOLOPES.

Brunckius qui duas tragœdias fuisse putavit, unam Phœnicem, alteram Dolopes dictam, argumentum prioris Phœnicem domo paterna ad Peleum profugum fuisse affirmavit, posterioris indicare ausus non est. Welckerus cum aliis duo nomina unius tragœdiæ esse vidit, Neoptolemi profectionem in castra Græcorum in agro Trojano expositam esse ratus. Quod quamquam valde est probabile, tamen non est sine hæsitatione et difficultate affirmandum, quod tragœdia non est Neoptolemi nomine inscripta, ut Philocteta nomen est tragœdiæ Sophoclis. Accedit quod apud Arrianum (Epict. Diss. I, 28) Phœnix inter splendidas personas Sophoclis recensetur. Deinde nimia similitudo cum aliis tragœdiis intercedit, si de Neoptolemi profectione cogites. Non igitur prorsus absurdum est, si quis Phœnicis adventum ad Peleum hac tragœdia explicatum esse crediderit, qui diras patris Amyntoris imprecationes fugiens a Peleo in regno Dolopum institutus est. Iliad. I, 448-480.

Verumtamen sunt graviora quædam argumenta, quibus inducamur, ut Neoptolemi profectionem a Sophocle descriptam esse putemus. Egregium argumentum est Attii Neoptolemus, quem ex Sophoclis tragœdia expressum putant; cujus etiamsi nomen mutatum est, tamen tota tragœdia prorsus immutari non potuit. Neque videtur nomen non usurpatum ab antiquioribus, ut docet Aristotelis auctoritas, Poet. 23. Et quod diximus de similitudine tragœdiarum et de persona Phœnicis, id facile defendi potest. Primum chorus Dolopum, tum ipse Phœnicis adventus satis perspicue maximum a Scyriis discrimen indicat; deinde cum Philocteta non comparandus est Phœnix neque ullo pacto Neoptolemus, qui sua sponte navigavit plenus desiderii, dum Philoctetæ erat precibus oraculisque persuadendum ut in agrum Trojanum abiret. Qua re etiam Phœnicis persona defenditur, qui cum suis ad insulam appulit puerumque poposcit quem jure ad ulciscendos patris manes repetere videri potuit. Accesserunt etiam oracula de Trojæ excidio, quæ splendidissime fortasse Phœnix coram Lycomede rege et Deidamia explicavit. Postremo Neoptolemus nihil neque egit neque passus est, quo gravior fieret persona. Secutus est Phœnicem, postquam hic negotium a Græcis illi demandatum transegit. Ita ne potuit quidem primarias partes habere in tragœdia. Qua in re si Attius Sophoclem minus secutus est, id videtur ideo factum esse, quod Phœnicis personam remoto Dolopum choro præter ceteros non perinde distinxit ac Sophocli visum erat.

Denique varie fabula ab antiquis scriptoribus tradita est. Plerique Ulixem in insulam venisse, filioque Achillis arma tradidisse, Trojamque abduxisse scribunt (Procl. Odyss. Λ, 508, Quint. Smyrn. VI, 86, qui Diomedem addit). Sed illa fabulæ compositio, ait Welckerus, multum differt ab eo, cujus notitia primæ Philostrati junioris Imagini soli debetur. Neoptolemus enim avo matrique iratus, quod obstricti jurejurando illum in bellum proficisci metu eorum, qui Achilli adversati essent, prohibebant, ad greges discessit, quum Græci accepto oraculo Heleni ab Ulixe capti Trojam nisi ab Æacidis capi non posse, Phœnicem miserunt, qui adolescentem arcesseret. Hic in insulam appulsus Neoptolemum abjecto pedo, gregum incuriosum, belli desiderio animo incubantem reperit statimque ex illius forma facieque conjicit Achillis filium esse. Philostratus addit, κἀντεῦθεν γνωρίσας ὃς εἴη, ἔκπυστος γίγνεται τῷ Λυκομήδει καὶ τῇ Δηϊδαμείᾳ. Phœnix postquam Neoptolemo quis esset indicavit, statim nunciatur Lycomedi et Deidamiæ.—Tragœdia, quæ certe hoc loco cogitanda est, nulla alia fuit quam Dolopes Sophoclis. Hæc Welckerus.

De fabulæ compositione nihil nobis innotuit, neque certi quid de personis dici potest. Apud Attium Ulixes est, quem Welckerus apud Sophoclem fuisse negat. Non est autem credibile ab Homero poetam tragicum, qui illius vestigia ubique presse sequitur, adeo discrepuisse, ut Ulixem omitteret in rebus gestis, quibus interfuisse ab aliis perhibetur. Potius crediderim adfuisse quidem, at non primo loco. Accedit quod Sophocles ipse (Phil. 343 seqq.) Ulixem Scyrum profectum esse perhibet. Deinde Lycomedem et Deidamiam non excluserim; chorus e Dolopibus constabat, qui Phœnicem erant secuti, non insulæ incolis. Illi soli cum Phœnice conveniebant. Veri simile est tragœdiæ initio introductos Neoptolemum et Phœnicem, deinde Lycomedem et Deidamiam, quibus Phœnix aperte exposuit cur in insulam venisset. Renitentibus illis postremo persuasit, ut Neo-

ptolemum dimitterent. Welckerus simulacro Achillis apparente permotos illos esse conjicit.

Fragmenta ita facile disponi et explicari possunt. Quæ apud Athenæum sunt II, p. 70, A : Κύναρα· ταύτην Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσιν κυνάραν καλεῖ· ἐν δὲ Φοίνικι κύναρον·

[124] Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει γύην.

Hæc verba Phœnicis crediderim ad insulam appulsi. Cf. Eustath. p. 1822, 18 (673 fine Odyss.). Scyros insula non est frugifera, quia saxosa est (Phil. 459). Reliqua referam ad Phœnicem ipsum, qui ut fidelitatem suam erga Achillem hujusque filium Neoptolemum parentibus comprobet, explicat quo modo ad Peleum pervenerit. Eustath. p. 1088, 36 : [125] « Φορβὰς γυνὴ » παρὰ Σοφοκλεῖ, φασὶν, ἐν Φοίνικι ᾗ πολλοῖς προσομιλοῦσα τροφῆς χάριν. Non dubitarim quin pellex patris Amyntoris intelligatur, quam Phœnix, ut patri invisa fieret, matris precibus permotus compressit. Welckerus quidem puerum vestitu muliebri dissimulatum intellexit. Deinde Irenæi apud Socrat. Hist. eccles. 3, 7 verba : [126] Παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Φοίνικι ἐνέδραν σημαίνειν τὴν ὑπόστασιν, quæ repetuntur ab Julio Polluce Histor. phys. p. 376; et quæ ex Dolopibus citantur apud Hesych. v. « Εὐναῖος λαγώς· » Σοφοκλῆς Δόλοψι, καταπτηχής· et Photium p. 36, 12 et Etymol. M. p. 393, 43 : « Εὐναῖος, » ἐγκεκρυμμένος. Σ. Δόλοψιν·

Εὐναῖος εἴη δραπέτιν στέγην ἔχων,

quæ Toupius in hunc modum correxit :

[127] Ὥςπερ λαγὼς
εὐναῖος εἴη, δραπέτιν στέγην ἔχων,

omnia hæc referam ad Phœnicem, qui domo expulsus diuque oberrans latibulis se haud secus ac meticulosus lepus occulit. Welckerus Neoptolemum intelligi putat. Postremo his convenit fragmentum apud Cyrillum, quod memorat Schow. ad Hesych. p. 781 : [128] « Χαμεύνη, » Σ. Δόλοψι.

Welckerus hæc addidit : « Neoptolemus Attii in insula Scyro agitur. Quoniam autem alia fabula hoc nomine inscripta una tantum Nicomachi nota est, de qua nihil compertum habemus, unusquisque facile inducitur, ut Phœnicem latine versum existimet. Omisso choro nomen tragœdiæ, ut fit, facile mutari potuit. Atque adeo necesse fuit nomen aliud fieri, quia Attius fabulam in hunc modum variaret, ut Ulixes is esset, qui Neoptolemum Trojam perduceret suaque sponte illi arma Achillis ipsi adjudicata concederet (fragm. 11) :

Ita ut dixi, macte his armis macta virtutem patris.

Et Ulixem recognoscit versu alio (fragm. 10) :

Satin astu et fallendo callet?

Lycomedi necessitas Neoptolemi dimittendi ostenditur (fr. 8) :

Quid si ex Græcia
omni illius par nemo reperiri potest?

cui iidem mores sint, qui patri erant (fr. 3) :

Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acri-
[moniam.

Lycomedes fortasse dixit (fr. 4) :

Dolet pudetque Grajûm me et vero piget.

Et ita explicatur, quid sit (fr. 9) :

Sati' jam dictum est neque ego errantiæ animi
[prave morigerabor.

Aut matri aut avo dictum est (fr. 1) :

Ubi nihil contra rationem æquam habuit, adsensit
[silens.

Deidamia Achille mortuo videtur conqueri (fr. 6) :

Sed quem mihi jungent? cui, quæ cum illo fuerim,
[dignabor dari?

Denique tumulus Achillis memoratur (fr. 5 :

Tumulum decorare est satius quam urbem tæniis.

LACÆNÆ.

De Lacænis Sophoclis sententiæ virorum doctorum quam maxime differunt. Hermannus illas non distingui a Πτωχείᾳ, Mendicatione, ait: sed diversam fuisse tragœdiam ostendit locus in Aristotelis Poet. 23 : Ἐκ δὲ Κυπρίων πολλαὶ τραγῳδίαι· καὶ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλέον ὀκτώ· Ὅπλων κρίσις, Φιλοκτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρυπύλος, Πτωχεία, Λάκαιναι, Ἰλίου πέρσις καὶ Ἀπόπλους καὶ Σίνων καὶ Τρῳάδες. Verum ex ipso loco, quo ab Aristotele commemoratur, argumentum non prorsus alienum fuisse ab illa

124.

Cinara spina totum opplet jugerum.

127.

Ut lepus
quiescat, qui incertum cubile habet.

Πτωχείᾳ concluditur. Apud Proclum igitur quum primum mendicatio Ulixis memorata sit, statim insequitur: Καὶ μετὰ ταῦτα σὺν Διομήδει τὸ Παλλάδιον ἐκκομίζει (Ὀδυσσεὺς) ἐκ τῆς Ἰλίου. Itaque raptum Palladii Welckerus argumentum tragœdiæ fuisse conjecit.

De tragœdiæ compositione vario modo disputari potest. Quum Trojæ Lacænæ nullæ essent, nisi quæ cum Helena eo venerant, hæque chorum constituerint, omnia in Helenæ domo transacta esse credibile est. Eo venerunt Ulixes et Diomedes; at non constat, quæ causa veniendi fuerit. Optime rem expediunt schol. ad Iliad. Z, 311, et Suid. v. Παλλάδιον: Οἱ δὲ ποιητικῶς γράψαντες ἐκ τοῦ Ἅζου [ἀέρος Suid.] εἶπον τὸ Παλλάδιον τοῦτο κατενεχθῆναι τῷ Τρωὶ βασιλεύοντι τῶν Φρυγῶν. Τοῦτο Διομήδης καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς, ὅτε τὴν πρεσβείαν ἐποιήσαντο πρὸς Πρίαμον, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσύλησαν, προδεδωκυίας αὐτὸ Θεανοῦς τῆς τοῦ Ἀντήνορος γυναικὸς ἱερείας τυγχανούσης καὶ φυλαττούσης αὐτό. Ἦσαν γὰρ ἀπὸ χρησμοῦ καὶ [omitt. καὶ Suid.] Ἀντήνορος μαθόντες ὅτι ἕως οὗ μενεῖ τὸ Παλλάδιον ἐν τῇ Τροίᾳ, ἀσάλευτός ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν Φρυγῶν. Omnes fere scriptores consentiunt a Theano Palladium proditum esse raptumque ex arce ab Ulixe et Diomede ad Græcos perlatum adjuvante Antenore, qui quum sæpe pacem faciendam cum Achivis suasisset nec unquam auditus esset, inimicitias cum Priamo regiaque domo habebat. V. Virg. Æn. II, 164, Ovid. Met. XIII, 339, Quint. Smyrn. X, 354, Lycophr. 340, et quos Welckerus citat p. 147.

Quoniam nonnisi conjecturis inveniri potest, quomodo tragœdia Sophoclis composita fuerit, in hunc fere modum scriptam esse non improbabile esse videatur. Ulixes et Diomedes legati ad Priamum missi in eam domum divertere constituunt, quæ ipsis ut Græcis proxima fuit, i. e. in domum Helenæ occiso Paride. Potuerunt etiam ad Antenorem se conferre, qui a schol. ad Iliad. Γ, 123 et Eust. ad Il. Δ, 377, Proxenus Græcorum vocatur; sed docet chorus illud non esse factum. Conveniunt igitur Helenam, quæ chori causa necessaria tragœdiæ persona fuisse videtur; quam ob causam venerint exponunt illique persuadent, ut sibi auxilium ferat. Quod quum sola exsequi non possit, Antenor arcessitur et Theano, ex qua audiunt, ubi Palladium sit reconditum docenturque quid agendum sit, ut eo potiantur. Ita facinus adeunt, quo peracto redeunt referuntque, quomodo Palladium rapuerint; deinde constituitur, qua ratione tutum illud ad Græcos perferant. Ita abeunt adjuti ab Antenore inter chori pia vota magnamque lætitiam, qui mox in patriam se rediturum esse sperat. Quo in argumento facile apparet magnam artem in describendis animi affectibus a poeta expromi potuisse. Non est credibile Theano statim paratam fuisse ad Palladium ipsius curæ commissum prodendum. Antenor quoque multis gravibusque rationibus permovendus fuit, ut Græcorum voluntati concederet. Qua in re fortasse Ulixis eloquentia, Helenæ blanditiæ, fatalis necessitatis recordatio, denique inimicitiæ cum Priamo et salus ipsi a Græcis promissa insigni arte a Sophocle distinguebantur. Atque animi in exitu tragœdiæ non commoveri vehementissime non potuerunt, quum alteri proditæ patriæ conscientia animo affligerentur, alteri ejus recuperandæ spe quammaxime exsultarent; alteri interituram patriam, alteri victoria nobilitatam præviderint. Verum Theanûs culpa imminui a poeta potuit, si illam invitam aut insciam prodere fecit, ubi illud sacrum esset reconditum.

Fragmenta ex iis, quæ diximus, facile explicari possunt. Strab. VIII, p. 560: Τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροι ποτὲ ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν. Καὶ Σοφοκλῆς λέγει που·

[129] Νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον,
νὴ τοὺς ἐν Ἄργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

Versus Meursius tragœdiæ vindicat. Welckerus Helenæ eos attribuit; ego potius Ulixi, qui Helenam obtestatur per deos, qui illi omnium uni erant sanctissimi. Deinde alii versus sunt apud Priscianum XVIII, p. 197 vol. II Krehl.: « Attici ἄρχω τοῦδε καὶ τόδε· ἀντὶ τοῦ κατάρχω. Σοφ. Λαχαίναις·

[130] Θεοῖς ἄρ' οὔποτ', εἴ τι χρὴ βροτὸν λέγειν,
ἄρξασι Φρυξὶ τὴν κατ' Ἀργείους ὕβριν
ξυναινέσω τοιαῦτα· μὴ μάχου βίᾳ.

129.
Per Laæ eversores et Eurotam tertium,
per deos Argis et qui Spartæ sunt.

130.
Deos igitur, si quid licet dicere qui homo sit,
quum Phrygibus hanc injuriam adversus Argivos [immiserint,
hac in re non laudabo: tu ne pugna adversus ne-[cessitatem.

Vulgo ξυναινῶ ταῦτα. Cod. Mon. ΞΥΝΑΙΝΕω ΤΑΤΑΥΤΑ. Ellendt. in Lex. Soph. vol. I, p. 927, κατ' Ἀργείων. Sunt autem verba ad Antenorem vel Theano directa, quibus persuadeantur, ut Græcis Palladium prodant. Non laudandi sunt dii (i. e. Venus), qui illatis in Græcos injuriis jura humana migrarunt. Ne igitur adversare verbis meis, quæ nihil suadent, nisi quod fatis destinatum sit. Welckerus huc retulit fragmentum in Bekkeri Anecd. p: 373, 1 : Ἀκουσίμη ἀντὶ τοῦ ἀκουστή· Σοφοκλῆς·

[131] Σπονδὴ γὰρ ἡ κατ' οἶκον ἐγκεκρυμμένη
οὐ πρὸς θυραίων οὐδαμῶς ἀκουσίμη.

Attribuit Ulixi; ego Antenori vindicarim, qui postremo precibus promissisque cedit paratus ad prodendum Palladium, vel etiam Theanoi, quæ ait sacrum domo Helenæ recondendum esse, ut nulla ejus notitia foras prodatur. — Aliud fragmentum apud Pollue. IX, 49, facilius est explicatu : Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς εἶδος οἰκοδομήματος· ἤπου καὶ Σοφ. ἐν Λακαίναις λέγει·

[132] Στενὴν δ' ἔδυμεν ψαλίδα κοὐκ ἀβόρβορον.

Serv. ad Æn. II, 166 : « Tunc Diomedes et Ulixes ut alii dicunt cuniculis, alii cloacis ascenderunt. » Chori lætitiam pacis anticipantis verba servata sunt apud Herodian. Περὶ μον. λέξ. p. 40, 11 : Τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Λακαίναις ὀνοτής εἰρημένον· [133] « Ἐν ᾗ παύσετ' (παύσεσθ') ἀμερίων μόχθων τε καὶ ὀνοτῆτος· » *in quo desinetis a quotidianis laboribus et certaminibus belli.*

Welckerus fragmentum apud Herodian. Περὶ σχημ., quod Achivorum Concioni tribuimus, adscripsit. Conf. Villois. Anecd. vol. II, p. 94, Rhett. vol. VIII, p. 601 ed. Walz.

LAOCOON.

Hygmus Fabula 135 : Laocoon Acœtis filius, Anchisæ frater, Apollinis sacerdos, contra voluntatem Apollinis quum uxorem duxisset atque liberos procreasset, sorte ductus ut sacrum faceret Neptuno ad littus : Apollo occasione data a Tenedo per fluctus maris dracones misit duos qui filios ejus Antiphantem et Thymbræum necarent. Quibus Laocoon quum auxilium ferre vellet, ipsum quoque nexum necaverunt. Quod Phryges idcirco factum putarunt, quod Laocoon hastam in equum Trojanum miserit. » Hæc Hyginus, quibus Heynius aut Sophocleæ tragœdiæ argumentum aut alius poetæ contineri conjecit. Servius ad Æneid. II, 201 hæc scripsit : « Ut Euphorion dicit, post adventum Græcorum sacerdos Neptuni lapidibus occisus est, quia non sacrificiis eorum vetavit adventum. Postea abscedentibus Græcis quum vellent sacrificare Neptuno, Laocoon Thymbræi Apollinis sacerdos sorte ductus est, ut fieri solet quum deest sacerdos certus. Hic piaculum commiserat ante simulacrum numinis cum Antiope uxore sua coeundo. Et ob hoc immissis draconibus cum suis filiis interemptus est... Sane Bacchylides de Laocoonte et uxore ejus et de serpentibus a Calydnis insulis venientibus atque in homines conversis dicit. » Cf. Donat. ad h. l. Draconum nomina apud Tzetzen ad Lycophr. 344 Porces et Porcis fuerunt, et Servius addit : « Horum sane draconum nomina Sophocles in Laocoonte dicit. » Consequitur autem ex iis, quæ ex Bacchylide citantur, apud Bacchylidem solum serpentes in homines esse conversos.

Argumentum tragœdiæ a poeta in hunc fere modum expositum esse crediderim : Græcis e conspectu remotis Trojani inter festa summamque lætitiam sacra Neptuno facienda in litore constituunt. Sacerdote dei initio belli necato neque alio postea in ejus locum electo, quod Græci illos a mari prohibebant, novus sacerdos eligendus fuit, qui sacra faceret. Ad quam rem perficiendam Laocoon Apollinis sacerdos sorte ductus est. Multa autem fuere in Laocoonte, quæ animos vehementer excitare potuerunt eumque talem exhibere, qui diis non esset placiturus. Iratus illi fuit Apollo, cujus templum administrans violaverat; tum exspectari potuit, ut ab illo vindictam Neptunus ob sacerdotem priorem lapidibus interemptum exigeret. postremo hastam in equum Trojanum immiserat. Quæ quum ita essent, tamen suscipit demandatum ipsi officium non pia mente nequ ut placeret diis, sed animo obstinato et impietate consilii. Mox res immutatæ sunt. Adest nuncius, qui Laocoontem morsu serpentum cum duobus filiis interiisse narrat; magnaque insequitur perturbatio omnium ex summa lætitia, aliis illius vices deplorantibus urbemque brevi perituram prævidentibus, aliis nulla prodigii ratione habita interitus causam in ipsum Lao-

131.
Nam fœdus domo occultatum
nunquam ab iis, qui foris sunt, audiri decet.

132.
Angustam cloacam subiimus non sine luto.

rountem referentibus. Illi urbem volunt relinquere, hi remanent. Ita Anchises discedit gnarus oraculorum, quæ a Venere accepit, atque in Idam se confert ibi exspectaturus, quid eventurum sit. Hoc igitur initium calamitatis fuit qua Troja erat peritura, quam ceteri insecuturam non videbant, quod sine reverentia deorum in diem vivebant nihilque permoti erant istis prodigiis.

Fragmentorum numerus perexiguus est; neque quæ personæ fuerint ex iis intelligi potest. Ad lætitiam, quæ discessum Græcorum insequebatur, referam versum apud Stobæum XXIX, 37:

[134] Μόχθου γὰρ οὐδεὶς τοῦ παρελθόντος λόγος.

Deinde sacra fiunt per totam urbem ante omnes domos. Illud indicatum est fragmento apud Harpocrationem, schol. ad Aristoph. Vesp. 870, grammat. Bekk. p. 332, 5 et Suidam v. Ἀγυιαί: Ἀγυιὰς δέ ἐστι κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν... εἶεν ἂν καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί, ὡς φησι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος, καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἤθη εἰς Τροίαν φησί,

[135] Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ
σμύρνης σταλαγμοὺς, βαρβάρους εὐοσμίας.

(Apud Harpocrationem βαρβάρων εὐοσμ.) Versus hos Welckerus prologo attribuit a Priamoque aut Anchise pronunciatos esse censet. Possunt etiam Laomedonti adscribi, antequam ad sacra facienda abiturus est, ut festivitatis splendorem ad summa quæque elatum ostendat. Sequitur interea chori carmen sedatum adaptatumque sacrificii solemnitati. Ex eo hi versus sunt servati apud schol. ad Aristoph. Ran. 665: Παρὰ τὰ Σ. ἐκ Λαοκόωντος·

[136] Πόσειδον ὃς Αἰγαίους ἔχεις
πρῶνας ἢ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας ἐφ'
ὑψηλαῖς στομάτων σπιλάδεσσι.

Ita correxit Bergkius codicum scripturam: Π. ὃς Αἰγαίου μέδεις πρῶνας ἢ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι στομάτων.

Deinde interitus Laocoontis nunciatur. Huc referas [137] « Καταῤῥάκτης, » ὀχετὸς, ῥύαξ· καὶ ὁ ἀετός. Σ. Λαοκόωντι, Hesych. Videtur aquila in sacris conspecta esse. Non dubitandum quin delicta Laocoontis hoc loco memorata sint. Fini tragœdiæ adscribendum est, quod Dionysius Halicarnassensis servavit Antiq. I, 48: Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν Λαοκόωντι δράματι μελλούσης ἁλίσκεσθαι τῆς πόλεως πεποίηκε τὸν Αἰνείαν ἀνασκευαζόμενον εἰς τὴν Ἴδην, κελευσθέντα ὑπὸ τοῦ πατρὸς Ἀγχίσου κατὰ τὴν μνήμην ὧν Ἀφροδίτη κατέσκηψε καὶ ἀπὸ τῶν νεωστὶ γενομένων περὶ τοὺς Λαοκοωντίδας σημείων τὸν μέλλοντα ὄλεθρον τῆς πόλεως συντεκμηράμενον. Ἔχει δὲ αὐτῷ τὰ ἰαμβεῖα ἐν ἄλλῳ προσώπῳ λεγόμενα ὧδε·

[138] Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
πάρεστ' ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου
νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος.
Κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν·
συμπλάζεται δὲ πλῆθος οὐχ ὅσον δοκεῖς,
οἳ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας Φρυγῶν.

Apud Plutarchum Mor. p. 100, D, v. 4 μοτοῦ καταστάζ.

SINON.

Sinon Æsimi filius fuit; Æsimus frater Anticleæ matris Ulixis apud Homerum (Odyss. Λ, 85) aut Sisyphi apud Sophoclem (schol. ad Ajac. 190). Proclus ex Arctino: Καὶ Σίνων τοὺς πυρσοὺς ἀνίσχει τοῖς Ἀχαιοῖς, πρότερον εἰσεληλυθὼς προσποιητός· οἱ δὲ ἐκ Τενέδου προσπλεύσαντες καὶ οἱ ἐκ τοῦ δουρείου ἵππου ἐπιπίπτουσι τοῖς πολεμίοις καὶ πολλοὺς ἀνελόντες τὴν πόλιν κατὰ κράτος λαμβάνουσι. Hygin. 108: « Achivi quum decem per annos Trojam capere non possent, Epeus monitu Minervæ equum miræ magnitudinis ligneum fecit, eoque suut collecti Menelaus, Ulixes, Diomedes, Thersander, Sthenelus, Acamas, Thoas, Machaon, Neoptolemus. Equo inscripserunt Danai se Minervæ dono dare: castraque moverunt in Tenedum insulam. Id Trojani quum vidissent, arbitrati sunt hostes abisse. Priamus equum in arcem Minervæ duci

134.
Laboris enim nulla præteriti mentio.

135.
Fulget viaria ara redolens igni
myrrhæ guttis, barbaro odoramento.

136.
Neptuni, qui Ægæi maris tenes
promontoria, sive cæruleo moderaris ventis agitato
freto ad alta ostiorum saxa.

138.
Nunc in porta est Æneas, deæ filius,
humeris gestans patrem fulminata
terga amictum byssina veste.
Stipat hunc tota turba familiarium,
sequitur multitudo non quanta tibi videatur,
qui huic Phrygum coloniæ favent.

jussit utque feriati Trojani magno opere essent edixit. Quare vates Cassandra quum vociferaretur hostes in equo inesse, fides ei habita non est. Quem in arce quum statuissent et ipsi noctu lusu atque vino lassi obdormivissent, Achivi ex equo aperto a Sinone exierunt, portarum custodes occiderunt sociisque signo dato receptis Troja sunt potiti.»

Argumentum veteribus egregie aptum ad tragœdias componendas visum esse videtur, quum non sit dubitandum quin tragœdia Nævii, quæ dicta est Equus Trojanus, non aliud argumentum habuerit. Quinquies ab Hesychio tragœdia Sophoclis citatur, tamen fragmenta sunt breviora, quam ut quidquam ex iis de calliditate Sinonis deque aliis personis harumque moribus conjici possit.

Hesychius, [139] « αἰθύσσειν, » ἀνασείειν. Σίνωνι Σοφοκλῆς. Idem, « ἀναιθύσσω, » ἀνασείω. Σ. Σίνωνι. Videtur Sinon exponere, quomodo facem sustulerit, ut Græcis signum daret. Deinde idem Hesychius : [140] « ἀξέστους, » τραχείας. Σ. Σίνωνι. Intelligas asperas vias, quibus Græci in arcem ascenderint vel equus Trojanus tractus sit. Hesych., [141] « ἄρρητον, » ἄῤῥαστον, ἀνιστόρητον, ἀπόῤῥητον, ἄφωνον, αἰσχρόν. Σ. Σίνωνι, et [142] « ἐνθρίαχτος, » ἐνθουσιῶν καὶ ἐνθέαχτος. Σ. Σίνωνι.

PRIAMUS.

Videtur nulla unquam tragœdia fuisse, quæ Priami nomine inscripta fuerit. Itaque fragmenta quæ Priami nomine citantur, in Phrygibus recensuimus.

HELENÆ RAPTUS.

Quaminaxime diversæ sunt virorum doctorum sententiæ de fabula, quæ Ἑλένης ἁρπαγή inscribitur. Brunckius hæc annotavit : « Ἑλένης ἁρπαγὴ laudatur ab auctore argumenti Ajacis et ita quidem, ut intelligatur exhiberi in hoc dramate, si modo scriptum fuit unquam, debuisse Helenam e Troja ereptam, non autem Thesei facinus, qui illam necdum maturam rapuerat.» Alii raptum Helenæ Spartæ intellexerunt, alii putaverunt fabulam satyricam fuisse, ut *Helenæ nuptias*, a quibus alii hanc distinguere fabulam noluerunt. Welckerus recuperationem Helenæ per Menelaum post Deiphobi cædem intellexit reditumque in Græciam, primum quia *Nuptiæ Helenæ* inter argumenta Troica referri non potuerint, tum quod grammaticus, qui argumentum Ajacis scripsit, illas alio ordine memoravisset, deinde quod idem argumentum, ut ait, ab Alexide tractatum sit, postremo Deiphobus Attii non alia tragœdia esse videatur nisi Ἑλένης ἁρπαγή. At si Nuptiæ Helenæ, quæ fuerint Spartæ, intelligi non possunt, tamen aliæ sunt celebratæ Trojæ cum Paride et postea cum Deiphobo, quæ cur inter Troica argumenta referri non possint, haud facile quis dixerit; ordo vero ille in argumento Ajacis plane nihili est putandus, quia grammaticus tragœdias secundum literarum initialium ordinem enumeravit; reliqua vero quæ attulit ex ipsius Welckeri conjectura pendent et ad concludendum id quod voluit nihil faciunt. Quis autem repetitionem Helenæ *raptum* dicat? Et si ex Arctino sumpta sunt, quæ Proclus habet : Μενέλαος δὲ ἀνευρὼν Ἑλένην ἐπὶ τὰς ναῦς κατάγει Δηίφοβον φονεύσας, hoc tamen valde diversum est ab eo, quod dicatur ἐπὶ τὰς ναῦς ἁρπάζει. Et Euripides in Hel. 116 dicit Μενέλαος αὐτὴν ἦγ' ἐπισπάσας κόμης, non ἥρπαζεν. Est enim indignantis, qui non rapit uxorem, sed violenter abducit. Idemque statuendum est de versu Senecæ in Troad. 915. « Me meus traxit statim sine sorte dominus. »

Quod si tutum esse non credimus sequi Welckeri sententiam, aliud argumentum nobis inveniendum est, quod aptius esse videatur. Argumentum Ajacis satis docet et res Trojanas expositas esse et tragœdiam fuisse, quia Raptus Helenæ inter illas tragœdias, si ipsa tragœdia non fuerit, ita memorari non potuerit. Itaque eos puto verissima quæque vidisse, qui tragœdiæ argumentum Helenæ adventum Trojam fuisse retulerunt. Neque res erat ipsa sine summa gravitate, aliis Helenam remittendam suadentibus, aliis recipiendam et adversus Græcos defendendam censentibus; neque defuerunt oracula, quæ in utramque partem afferri potuerunt. Vicit injustior causa contra Antenorem hujusque filios, neque incredibile est poetam statim ab initio mala illa, quæ ex raptu insecutura essent, prædixisse et tamen ostendisse evitari non potuisse, quæ essent fatis destinata. Fragmenta tragœdiæ nulla servata sunt.

AJAX LOCRUS.

Exposuimus res Ajacis Locri in fragmentis Æschyli, neque quidquam habemus, quod illis addendum esse videatur. Welckerus autem hæc scripsit de tragœdia : Omnes interpretes putaverunt exponi a Sophocle hac tragœdia, quomodo Ajax tempestate, quæ Achivos in patriam revertentes ad promontorium Caphareum

supervenerit, fluctibus interierit. Heynius ea, quæ Hygiuus memoriæ prodidit quæque Tragicis vindicanda censet, ab iis, quæ ab epicis poetis narrantur (Odyss. Δ, 499, Quint. Sm. XIV, 548-89, Callimach. ap. schol. Iliad. N, 66, Philostr. Imag. II, 13) distinxit putatque illud esse tragicum, quod Minerva fulmen in Ajacem mittat (id quod est etiam apud Virgilium Æn. I, 42) neque per Neptunum intereat. Hæc vero minoris momenti esse affirmat Welckerus; iramque Minervæ ait inprimis extollendam esse, qua omnia conturbentur; atque in aliis quoque fabulis conjungi Minervam et Neptunum, ut in Troadibus Euripidis 80 et Agamemnone Senecæ 528. At exquirendum esse putat, quo loco, quia Gyræ rupes tragœdiæ aptum locum non præbeant, quo comitatu quibusque actionibus Ajacem pereuntem Sophocles repræsentarit.

Neque res, inquit, facile est intellectu quomodo a poeta exponerentur, id quod a Brunckio intricatius factum est additis ad tragœdiam fragmentis alienis. Neque illud omnia expedire dicit, quod Lycophron (387-407) et Callimachus (schol. Iliad. N, 66) memoriæ prodiderunt, Ajacem de Gyris saxis dejectum in Delum insulam undis a Neptuno delatum a Thetide ibi sepultum esse. Poetarum illud commentum esse, quod Ajacis sepulchrum exstabat in insula. Itaque aliud argumentum exquirendum esse ait, quum ea, quæ sint a grammaticis tradita, inutilia esse videantur tragœdiæ. Unumque tantummodo restare, quo res a poeta expositæ referri possint, Ajacis scelus in Cassandram commissum judiciumque ab Achivis institutum, quo condemnatus non sit.

Ex Arctini Excidio Ilii Proclus hæc refert: Κασσάνδραν δὲ Αἴας Ὀϊλέως πρὸς βίαν ἀποσπῶν συνεφέλκεται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ξόανον· ἐφ' ᾧ παροξυνθέντες οἱ Ἕλληνες καταλεῦσαι βούλονται τὸν Αἴαντα. Ὁ δὲ ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς βωμὸν καταφεύγει καὶ διασώζεται ἐκ τοῦ ἐπικειμένου κινδύνου. Res est egregia et ad commovendos animos aptissima, Ajacem invisum Minervæ in ara ejusdem deæ ex periculo servari. Posteriores scriptores argumentum immutarunt pro ara Achivorum judicium commenti absolutumque perhibentes, postquam jurarit.

Plerique Ajacem ob stuprum Cassandræ illatum accusari putabant eamque rem expositam esse picturis, quarum cognitio Pausaniæ debetur: qua de re Heynius hæc indicavit: Factum tamen nescio quomodo, inquit, ut de stupro illato aut inferendo cogitent homines etiam ubi nihil est quod eo ducat: ut in ipsis gemmis et vasis pictis, in quibus nihil oculis objicitur quam Cassandra supplex deæ vi Ajacis abstracta. Hæc Heynius. Verum etiam apud Tragicos ne minimum quidem ejus rei vestigium reperitur neque veri simile est Sophoclem plus fecisse pictoribus. Omnium primum, qui stuprum Cassandræ memoraverit, Callimachum fuisse credibile est ideoque illud retulisse, ut explicaret quo modo factum sit, ut duæ virgines Trojam, quæ in templo Minervæ servirent, a Locris quotannis mitterentur. Idem Plutarchus attigit in libro De sera num. vind. 12, διὰ Αἴαντος ἀχολασίαν, tum Quintus XIII, 422; Tryph. 647; Serv. ad Æn. I, 41; Tzetz. ad Lycoph. 365, Hyg. 116, aliique.

Argumentum igitur tragœdiæ erat violentia Ajacis, qui Cassandram ab ara Minervæ abripuit. Id Welckerus in hunc modum a poeta expositum conjicit, ut quum Ajax Cassandram tenentem simulacrum Minervæ e sacrario remotum vi abstraxisset, statim a Græcis ob commissum sacrilegium seditio in illum facta judiciumque institutum, deinde ille absolutus sit. Personas a poeta introductas putat Ulixem, Atridas, fortasse Acamantem cum Philopœte et Calchante, quamquam etiam Cassandra mala imminentia prædicere potuerit. Ulixi convenire versum apud Stobæum XLVIII, 5: (Εὐριπίδου)·

[143] Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

« Senarium hunc Sophoclis esse ex Ajace Locro testantur Aristides tom. II, p. 228, Liban. Ep XXXIII, Zenob. Prov. V, 98, Gell. XIII, 18. » *Brunck*. Cf. Dind. ad Aristoph. fragm. 289. — Cassandræ dictum est:

[144] Τί σοι Ἀπόλλων κεκιθάρικεν;

apud Zenobium VI, 14, ὥς φησιν Αἰσχύλος ἐν Αἴαντι Λοκρῷ. Zenobii auctoritate permoti versum, quem Welckerus Sophocli adscripsit, Æschylo vindicavimus. Cassandræ tribuit apud schol. Eurip. ad Alc. 453: Καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ·

143.
Dat regi sapere turba sapientum præsens.

144.
Quid tibi Apollo cithara cecinit?

[145] Καὶ πεζὰ καὶ ϕορμικτά.

Vid. Æsch. Ita ait intelligi posse, cur Antenoris domus commemorata sit. Schol. Aristoph. ad Av. 934 : Σπολὰς, διφθέρα ὁποιασοῦν. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ·

[146] Καταστίκτου κυνὸς
σπολὰς Λίβυσσα, παρδαληφόρον δέρος.

Τὸ δὲ Σοφόκλειον ἐπὶ τοῦ δέρματος εἴρηται τοῦ κρεμαμένου πρὸς τῇ τοῦ Ἀντήνορος οἰκίᾳ. Poll. VII, 70 : Σπολὰς... Σοφοκλῆς δ' αὐτὴν Λίβυσσαν ὀνομάζει·

Σπολὰς Λίβυσσα παρδαληφόρον δέρος.

Eustath. p. 405 ex Strab. p. 608 : [147] Σοφοκλῆς ἱστορεῖ ἐν ἁλώσει Ἰλίου παρδαλέην τῆς θύρας προτεθῆναι τοῦ Ἀντήνορος, σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν· τὸν δὲ ἅμα παισὶ μετὰ τῶν περιγενομένων Ἐνέτων εἰς Θράκην περισωθῆναι, κἀκεῖθεν διεκπεσεῖν εἰς τὴν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ Ἐνετικήν. Videtur igitur expugnatio Trojæ multis narrata esse. Adversarius Ajaci objecit ap. Stobæum Eclog. phys. I, 4, vol. I, p. 130: Σοφοκλέους (Αἴαντι margo Canteri) :

[148] Εἰ δεῖν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ.
Δίκας δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον ϕάος.

Alter versus certe non est Sophoclis ; priorem citat etiam Theophilus Ad Autol. II, 54, p. 258. Similis sententia Σοφοκλέους Αἴαντι tribuitur apud Stob. Ecl. phys. I, 1, p. 124 :

[149] Τὸ χρύσεον δὲ τᾶς Δίκας
δέδορκεν ὄμμα, τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

Versum Doricis formis verborum permotus, quas Athenæus quoque testatur XII, p. 546, B, τὸ χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς Δίκας, choro adscripserim. Incertum est, cui sit vindicandus versus apud Stobæum XCVIII, 14 : Σοφοκλῆς Αἴαντι·

[150] Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον.

Neque minus incerta est explanatio fragmenti apud Antiatt. p. 97, 4 : [151] « Ἑλλὰς » ὁ ἀνήρ. Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ.

Chorum aut ex sacerdotibus aut ex Achivis compositum fuisse credibile est. Ajax Locrus quodam pacto similis fuit Palamedi tragœdiæ. In illa innocentia oppressa est; in Ajace sonti impunitas tributa. At numen Minervæ exsecutum est, quod humana negligentia deliquit. Ob unius scelus omnes sunt pœnas daturi, ut in posterum revereri deos discant.

ANTENORIDÆ.

Antenoridæ in argumento Ajacis referuntur inter dramata Τρωϊκῆς πραγματείας. Quæ tragœdia continuerit, sunt qui a Strabone p. 608 exposita putent, quæ eadem Eustathius p. 405 repetiit; sed quæ addit, cave huc referas. Descripsimus locum in Ajace Locro. At fragmentum apud scholiastam ad Aves Aristophanis 453 satis docet Ajaci Locro omnia esse vindicanda neque quidquam inde ad Antenoridarum argumentum referri posse. Sunt qui, dum Troja caperetur, in Antenoris domo de fuga reliquisque rebus, quæ in expugnatione factæ sint, expositum esse censeant a ducibusque esse consultatum quid amplius faciendum sit. At sane intelligi non potest, quo modo inter cædes et tumultus et certamina ulla domus, etiamsi defensa esset pelle pantheræ, adeo tranquilla esse potuerit, ut ibi duces convenirent, sententias rogarentur, abirent, redirent. Neque reliqua conveniunt. Nihil enim de domo Antenoris memoriæ proditum est nisi salvam illam fuisse suspensa pelle pardali, quæ Græcis signo esset, ne illam quoque domum cum reliquis everterent.

Filii Antenoris memorantur ab Homero Agenor, Acamas, Helicaon, Laodocus, Pedæus nothus, Iphidamas, Coon, Polybus, Demoleon; tres a Virgilio (Æn. VI, 484), Glaucus, Medon et Thersilochus, quorum nulla res gesta præclarior memoratur, quæ argumentum tragœdiæ idoneum satisque grave exhibere potuerit. Ipse Antenor præter inimicitias cum Priamo amicitiamque cum Græcis nulla alia re innotuit, nisi quod in litore maris Adriatici ad ostium Timavi coloniam condidit apud Venetos. Qua in re quum etiam filii socii memorentur a Tragicis, non dubitarim quin illud argumentum tragœdiæ

145.

Et prosa oratio et cantata.

146.

Variegati canis
exuviæ Libycæ pardalea pellis

148.

Te qui patravisti dira, dira etiam pati oportet.
Justitiæ vero sacratum effulsit jubar.

149.

Aureus autem justitiæ
oculus adspexit; injustum vero transit.

fuerit. Strab. p. 608 : Τὸν μὲν οὖν Ἀντήνορα καὶ τοὺς παῖδας μετὰ τῶν παραγενομένων Ἐνετῶν εἰς τὴν Θράκην περισωθῆναι· κἀκεῖθεν διαπεσεῖν εἰς τὴν λεγομένην κατὰ τὴν Ἀδρίαν Ἐνετικήν. Polyb. II, 17, 6 : Περὶ ὧν οἱ τραγῳδιογράφοι πολύν τινα πεποίηνται λόγον καὶ πολλὴν διατίθενται τερατείαν. Cf. Liv. I, 1.

Troja capta, in qua Antenor Græcos multum adjuvit, quid mirum fuit, quando de captivis de iisque qui hostibus auxilio fuerant, a Græcis, quid iis faciendum esset, constituebatur, si Antenoridæ præmia poscerent, urbemque instaurandam peterent, cujus una illorum domus incolumis remansit? Jam vero etiam in illis sors proditorum manifestata est, quorum grata est opera dum poscitur, invisa negotio confecto. Antenoris magna merita fuerunt, at fuit proditor eademque perfidia aliquando etiam adversus Græcos, quibus hucusque auxilio fuerat, uti potuit.

Quocirca credibile est tragœdiæ majorem partem in judicio Antenoridarum, utrum in agro Trojano relinquendi præmiisque afficiendi essent, an expellendi in aliam terram, versatam esse. Duces quum beneficiorum acceptorum memores nihil de iis constituissent, a populo, qui Antenoridas in hostium loco habuit, causa dijudicata fuisse videtur. Hac ratione omnia egregie conveniunt. Antenor Trojanus fuit, ideoque hostis; Græcis auxilio fuit, ideoque amicus. Ducum igitur pares sententiæ; populus autem non curat beneficia in potentiores collata. Non cum Græcis Antenor e patria profiscitur, a quibus injuria se affectum conqueri potuit, non cum Æneа Trojanisque, quibus invisus fuit, sed cum Venetis, quibus, quum auxilium Trojanis laturi venissent, ut Trojanus, amicus fuit, neque invisus, quia certaminis participes non fuerant. Necessario autem hi in tragœdiam introducebantur, ut cognosceretur, cur Antenor cum filiis in remotissimum maris Adriatici sinum sese conferret.

De compositione tragœdiæ nihil dici potest nisi Venetorum ducem initio introductum esse, qui fortasse ea ipsa nocte qua Troja capta est ad terram appulit. De personis nihil notum est. Antenoridarum chorus fortasse fuit, si ex nomine conjectura capi potest. Venetorum duci, qui, quam ob rem venerit, verbis jactabundis exposuit, quidam versus Attii conveniunt:

Namque huc advenio ut mea ope opes Trojæ integrem :

et

Fortasse an sint quos hic mertet metus;

deinde incertus quid faciat, num statim aggrediatur hostes:

Quin aut illorum in campo fundam copias
aut naves uram aut castra mactabo in mare.

Sed jam sinistris quibusdam signis terretur, quibus quum commotus sit vehementius, die apparente nuncium ui Trojam captam refert, videt:

Sed quis hic est qui matutinum cursum huc celeranter rapit?

Ita qui modo Græcos se eversurum esse speravit, jam est ita in illorum manu, ut quidquid constituant, ei sit accipiendum. Quæ deinde secuta sint, ignotum est, nisi quod unum versum tribuerim Antenori sua merita prædicanti, quod facem tollenti Sinoni auxilio fuerit. Vocat illam facem (Athen. XI, p. 373, D):

[152] Ὄρνιθα καὶ κήρυκα καὶ διάκονον.

Agamemnoni tribuerim versum Attii:

Ad populum intellege
referundum, quoniam horum æquiter sententiæ fuere.

Reliqua fragmenta obscuriora sunt quam ut explicari possint. Hesych., [153] « ἀφεψιασάμην, » ἀφωμίλησα, fortasse Antenoris est, qui a Priamo se recessisse ait idque refert inter laudes suas. Deinde idem Hesych., [154] « ἐκβαδάξαι, » ἐκσαλεῦσαι. Σ. ἐν Ἀντηνορίδαις.

CAPTIVÆ.

« Argumentum e Trojana historia sumptum docet auctor hypotheseos Ajacis. Agebant in eo Trojanæ mulieres captivæ, ut in Troasin Euripidis : sed diversa fuit tractandi ratio quam iniit Sophocles. Quantum enim ex exiguis reliquiis conjicere licet, satyricum fuit hoc drama. » *Brunckius.* Grammaticus qui scripsit argumentum Ajacis, satis idoneus testis est fabulam satyricam non fuisse. Multi Brunckium secuti sunt. Fragmenta autem tam sunt incerta, ut vix conjectura assequaris, quid poeta in tragœdia exposuerit

150.
Homo est flatus et umbra solum.

152.
Augurium et præconem et adjutorem.

Fuerunt qui captivas mulieres, quas Achilles cepisset, intelligerent, idque concluserunt fragmento, quo Chryse et Cilla oppida memorantur. Itaque ea tantummodo agi indicarunt, quæ essent initio Iliadis, Chrysæ sacerdotis repetitionem filiæ et altercationem inter Agamemnonem et Achillem. At multa sunt quæ argumento ejusmodi non conveniunt. Chryseis apud Agamemnonem fuit, non Achillem, neque hujus mulieres captivæ introduci potuerunt, de quarum fortuna nihil notum est, neque res est, quæ satis gravis fuerit aut idonea tragœdiæ. Neque quod sciam ullus poeta fuit, qui illo argumento ad tragœdiam usus esset. Quocirca verior est Welckeri sententia, qui rem post excidium Trojæ actam captivasque Trojanas introductas esse existimat. Pleraque tamen sunt incertissima. Compositus est quidem a Welckero magnus numerus personarum auxilio Hecubæ et Troadum Euripidis; at sunt nulla nomina auctoritate Sophoclis confirmata neque fragmenta quidquam indicant, quo ullam facere conjecturam liceat. Quod autem Welckerus existimat tragœdiam esse Antenoridas subsecutam, idque comprobat loco, quo fabula in argumento Ajacis commemorata sit, hanc rationem equidem vanam esse existimo. Nam ut ille grammaticus in aliis ordinem non tenet, ita non ex memoria citat tragœdias quas ipse legerit, sed, ut alio loco diximus, ex ordine litterarum initialium, ubi αι ante ε positum est.

In tanta omnium rerum obscuritate peropportunum est quod quædam tamen servata sunt, quæ quodam pacto viam ostendere et si minus vera, tamen quæ sint probabilia, monstrare possint. Hyginus enim postquam Equum Trojanum excidiumque Trojæ exposuit, fabula CIX hæc memoriæ prodidit: « Priamo Polydorus filius ex Hecuba quum natus esset, Ilionæ filiæ suæ dederunt eum educandum, quæ Polymnestori regi Thraciæ erat nupta, quem illa pro filio suo educavit. Deiphilum autem, quem ex Polymnestore procreaverat, pro suo fratre educavit, ut si alteri eorum quid foret, parentibus præstaret. Sed quum Achivi Troja capta prolem Priami exstirpare vellent, Astyanacta Hectoris et Andromachæ filium de muro dejecerunt et ad Polymnestora legatos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam nomine Electram pollicerentur in conjugium et auri magnam copiam, si Polydorum Priami filium interfecisset. Polymnestor legatorum dicta non repudiavit, Deiphilumque filium suum imprudens occidit, arbitrans se Polydorum filium Priami interfecisse. Polydorus autem ad oraculum Apollinis de parentibus suis sciscitatum est profectus. Cui responsum est patriam incensam, patrem occisum, matrem in servitute teneri. Quum inde rediret et vidit aliter esse ac sibi responsum fuit, se Polymnestoris esse filium, ab sorore Ilionea inquisivit, quid ita aliter sortes dixissent? Cui soror, quid veri esset, patefecit et ejus consilio Polymnestorem luminibus privavit atque interfecit. » Hæc Hyginus; quorum ut locus ipse, quo ea narravit, valde memorabilis est, ita maximi momenti esse videatur, quod Hyginus illa ab Euripide non accepit, qui pleraque in Hecuba et Troadibus aliter exposuit. Non igitur incredibile est quædam saltem esse a Sophocle repetita, quamquam non dixerim omnia esse una tragœdia exposita. Fuit enim Iliona Pacuvii et fortasse etiam Attii. Est vero quædam consensio rerum, quod omnia quæ narrantur, ad domum Priami exstinguendam pertinent. Inter omnia maxime eminent, quæ de Astyanacte scripta sunt: « quum Achivi prolem Priami exstirpare vellent, Astyanacta de muro dejecerunt. » Hoc præclarum tragœdiæ argumentum fuit et peridoneum commovendis auditorum animis. Accedit quod argumentum quandam similitudinem cum Antenoridis prodit. In illa enim tragœdia, ut nos exposuimus, Græci cavebant ne quis Trojanorum, qui nocere Græcis in posterum aut posset aut vellet, in agro Trojano remaneret; in altera autem tragœdia, Captivis, providebant ne quis regiæ stirpis esset, qui ultionem pro patria eversa aliquando a Græcis exigere deberet. Denique si argumentum tragœdiæ fuit quod diximus, sententia nostra Attii auctoritate defenditur, cujus fabula fuit Astyanax, neque videtur ille sua ab alio poeta nisi a Sophocle accepisse. Choro autem remoto nomen immutari necesse fuit.

Necessaria persona tragœdiæ fuit Andromacha, fortasse Hecuba, Talthybius præco, deinde Ulixes, qui omnium maxime annitebatur, ut Astyanax perimeretur. Neque incredibile est etiam Neoptolemum, qui Astyanacta interfecit, introductum fuisse, cui unus versus fortasse vindicandus est. Chorus fuit captivarum, ut nomen Αἰχμαλωτίδες docet. Has Trojanas fuisse locus Hesychii docet, quod barbaro nomine Græcos appellant: [155] « Ἴαννα » ἐν μὲν Αἰχμαλωτίσι Σοφοκλέους ἀπέδοσαν Ἑλληνικήν· ἴσως Ἴαννας τοὺς Ἕλληνας λέγουσιν.

De compositione nihil notum est. Videtur tamen initio a poeta expositum esse non omnes Græcos consensisse in occidendo Astyanacte, Neoptolemum autem illud postulasse. Huc rele-

ras versum, qui est apud Etymol. M. p. 789, 43 et Phot. p. 643, 7 : Φαῦλον... τεθεῖη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου· Σοφ. Αἰχμ.·

[156] Εἰ μικρὸς ὢν τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω.

Neque vero constat, num versus ab ipso Neoptolemo in scena pronunciatus sit. Si illius fuit vel Achillis ex quorundam sententia, fragmentum cum eo quod est apud Polluc. X, 190, paulo post positum, conjungerem. Perforatum erat scutum in expugnatione Cillæ et Chrysæ. Esse etiam verba alius cujusdam potuerunt, qui Græcorum altercationem retulerit, ut hæc, quæ sunt apud Suidam v. Ὑπὸ παντὶ λίθῳ... Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν·

[157] Ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.

(Conf. schol. Nicandri Ther. 19, Aristoph. Thesm. 528.) Hic autem scorpius Calchas est, a quo res disceptatur. Harpocratio in Ἀπομάττων : Σ. Αἰχμαλώτισι·

[158] Στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις, καὶ πάλιν·

[159] Δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων συμφορῶν.

(Hesychius : Ἀπομάκτης· παρακαθάρτης.) Descripsit deinde mortem Astyanactis, quam omnium maxime miserabilem fuisse ait. Huc referam quod habet Stephanus : Χρύση, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλώτισιν·

[160] Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.

« Hanc ego Cillamque et Chrysam » vidi devastari, sed miserabilior interemptio pueri fuit. (Si Achilles introductus sit, huic conveniat versus.) Finiit narratio versu apud schol. Aristoph. ad Ran. 233 : Ὅτι οἱ ἀρχαῖοι καλάμῳ ἀντὶ κερατίου ἐχρῶντο. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν·

[161] Ὑφηρέθη σου καῦλαμος ὡσπερεὶ λύρας.

Ad eos, qui adfuerunt, versum referam apud Stephanum : Εὐρώπη ... λέγεται καὶ Εὐρώπεια καὶ διὰ τοῦ ι Εὐρωπία παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλώτισι·

[162] Καὶ νησιώτας καὶ μακρᾶς Εὐρωπίας.

Brunckius καὶ μακρὰν, « longe ab Europa »; Berykius κἀκ μακρᾶς. Vulgo μακράς. Incertus versus est apud Hesychium v. Ἀμφίλινα κρούπαλα. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισι· [163] « πατὴρ δὲ χρυσοῦς ἀμφίλινα κρούπαλα. » Varie a viris doctis verba correcta sunt. Videntur chori carmina insecuta esse, quibus incrementa malorum deploravit. Hesychius, [164] « ἐπιμάσσεται, » ἐπαύξεται ἐπὶ πλέον. Σ. Αἰχμαλώτισιν. Detestatur factum [165] « ἀνηκές, » ἀνῆκον. Σ. A., ap. eund. Hesych. (cujus codex ἀηκές, ἀῆκον), et [166] « ἄσεπτον » ἀσεβές, et [167] « ἀλιτρία, » Σ. Αἰχμαλώτισι, et conqueritur, quod [168] « ἀρτάνῃ » (Σοφοκλῆς δὲ ἐν Αἰχμαλώτισιν ἐπὶ τοῦ δεσμοῦ, Bekk. Anecd. p. 477, 7) retineatur captiva, [169] « αἰχμόδετος » (αἰχμάλωτος. Σοφ. Αἰχμαλώτισιν Hesych., et ap. Etym. M. p. 41, 3, ubi corrupte αἰχμόλετος). Commemorat quadam cum indignatione Calchantem [170] « στερνόμαντιν » vocans (ap. Suid. in v. Ἐγγαστρίμυθος, Polluc. II, 162, schol. Plat. p. 372), conqueriturque de illius [171] « ἐνστερνομαντίαις, » ἐγγαστριμύθοις (ap. Hesych.), devovetque illum imprecans, ut deus ultor in eum irruat. Hesych., [172] « ἐμπλεύρου, » ἐνάλλου εἰς τὰς πλευράς. Σ. A. Ad idem chori carmen fortasse pertinuit apud Hesych. [173] « Ἱερόλας, » ἴσισος (ἱερεύς Heringa)· Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν· ὡς καὶ τὸν γέροντα γεροτδὰν ἢ γεροῦντος λέγει. « Fortasse ὡς καὶ τὸν γέροντα γηρόλαν λέγει. » *Dindorf.* Potuit etiam Calchas intelligi, qui supra memoratus est. Hesych., [174] « ἱκτορεύσομεν, » ἱκετεύσομεν. Σ. Αἰχμαλώτισιν.

Andromache interea ea præparasse videtur, quæ ad sepulturam Astyanactis, ut justa ei facere posset, requirebantur. Scutum patris attulit multis ictibus perforatum. Pollux X, 190 : Αὐτὸ δὲ τὸ πήλινον, ὃ περιείληφε τὰ πλασθέντα κήρινα, ἃ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς προσφορὰν τήκεται καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐναπολείπεται, ἠμίλιγδος καλεῖται· ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἔφη ἐν Αἰχμαλώτισιν,

[175] Ἀσπὶς μὲν ἡμίλιγδος ὡς πύκν' ὀμματεῖ.

(Vulg. πυκνὸν πατεῖ. Spectat ad hunc l. Hesychius in Γλίδου χοάναι. Ceterum potuit etiam Achillis scutum esse ex sententia eorum, qui hujus mulieres captivas intelligunt.) Involvi vult corpus

156.
Si parvus ipse magnas res victoriis assecutus sum.
157.
In omni enim lapide scorpius latitat.
158.
Exercitus expiator et lotionum gnarus.
159.
Gravissimus expiatorque gravium calamitatum.
161.
Calamus tibi ut lyræ subtractus est.
162.
Et insulanos et longinquæ Europæ (incolas).
175.
Scutum enim ut semicirculus multis foraminibus patet.

pueri textis. Hesych., [176] « ἄχνην Λυδῆς κερκίδος, » Σ. A. Libationes in sepulchro sepultura peracta effusæ sunt. Stephanus in Βωμοί : τὸ τοπικὸν βώμιος καὶ κατὰ παραγωγὴν βωμιαῖος. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισι·

[177] Καὶ βωμιαῖον ἐσχάρας λαβών·

completur versus apud Suidam v. Βαιαί, μικραί, καὶ βαιὸς ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς. Σοφοκλῆς ... ἐν Αἰχμαλώτισιν·

[178] Ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα.

Præterea singula quædam verba commemorantur ex hac tragœdia apud Herodianum Περὶ μον. λέξ. p. 9, 9 : Παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλώτισιν εἴρηται [179] « Σαρπηδὼν ἀκτή ». Etymol. M. p. 344, 47 : [180] « Ἐνόπαις, » τοῖς ἐνωτίοις· ἀπὸ τοῦ ταῖς τῶν ὤτων ὀπαῖς κεῖσθαι. Σοφοκλῆς. « Vulgo Ἐνοπαῖς. Nomen fabulæ et prosodia vocabuli cognoscitur ex loco corrupto Hesychii in Ἐνώταις. » *Dind.* Hesychius, [181] « ἀπειθής, » ἀνυπόταχτος, ἄπιστος. Σ. A. Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1399 : Μύνης ... Σ. Μύνου ἔκλινεν Αἰχμαλώτισιν εἰπὼν

[182] Μύνου τ' Ἐπιστρόφου τε.

Cf. Hom. Iliad. B, 692, et Eustath. p. 1017, 10. (Codicis scripturam Μύνου τι ἐπιστρέφου γε correxit Theod. Bergkius.) Cicero ad Quintum fratrem hæc scripsit (III, 6) : « Quatuor tragœdias XVI diebus absolvisse quum scribas, tu quidquam ab alio mutueris ? et χρέος quæras, quum Electram et Troadem scripseris. » Cod. Medic. *trodam* pro Troadem. Scribendum censeo : Troadas. Neque necesse est Euripidis Troades intelligi, quum Q. Cicero etiam Sophoclis tragœdias latine verterit. Sunt præterea qui Chrysen huc referant, quæ tamen fabula, si Pacuviano Chrysæ fides est, aliud argumentum tractavit. Dolendum est quod nulla tragœdiæ didascalia servata est. Credibile est tamen scriptam esse illam illo tempore quo Lesbos insula incolis in servitutem redactis colonis Atticis distribuebatur.

POLYXENA.

Hyginus Fab. 110 : « Danai victores quum ab Ilio classem conscenderent et vellent in patriam suam quisque reverti et prædam quisque sibi duceret, ex sepulchro vox Achillis dicitur prædæ partem expostulasse. Itaque Danai Polyxenam Priami filiam, quæ virgo fuit formosissima, propter quam Achilles, quum eam peteret et ad colloquium venisset, ab Alexandro et Deiphobo est occisus, ad sepulchrum ejus [eam] immolaverunt. » Proclus ex Nostis : Ἀθηνᾶ Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον εἰς ἔριν καθίστησι περὶ τοῦ ἔκπλου. Ἀγαμέμνων μὲν οὖν τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐξιλασόμενος χόλον ἐπιμένει. Διομήδης δὲ καὶ Νέστωρ ἀναχθέντες εἰς τὴν οἰκείαν διασώζονται, μεθ' οὓς ἐκπλεύσας ὁ Μενέλαος ... τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα ἀποπλεόντων, Ἀχιλλέως εἴδωλον ἐπιφανὲν πειρᾶται διακωλύειν προλέγον τὰ συμβησόμενα. Et alio loco : Ἔπειτα ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν, Πολυξένην σφαγιάζουσιν ἐπὶ τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον. Et ex Arctini Excidio Ilii : Ἔπειτα ἀποπλέουσιν οἱ Ἕλληνες καὶ φθορὰν αὐτοῖς Ἀθηνᾶ κατὰ τὸ πέλαγος μηχανᾶται. Et Longinus XV, 7 : Ἆρ' οὖν καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάντασται, καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου. « Scilicet, inquit Brunckius, in hoc dramate inducebatur Achillis umbra, quodque apud Euripidem narratur initio Hecubæ, id Sophocles spectatorum subjecerat oculis. » Eandem rixam inter Agamemnonem et Menelaum memorat Homerus in Odyssea (Γ, 136-144), ut credibile sit Sophoclem epica carmina secutum esse.

Virorum doctorum sententiæ de tragœdia quam maxime inter se differunt. Ac Welckerus quidem immolationem Polyxenæ a poeta præcipue descriptam esse putat atque ex ea nomen tragœdiæ inventum. Orta enim inter fratres discordia Agamemnone remanere cupiente, Menelao in patriam redire volente, novum abitus impedimentum sacris Minervæ peractis ortum esse aut apparitione simulacri Achillis, qui postulata Polyxenæ immolatione omnia, quæ Agamemnoni in patriam reverso eventura sint, prædixerit. Hac in re magnam partem tragœdiæ transactam esse affirmat, quia spectatorum maxime interfuerit videre, quo Achilles modo in Agamemnonem, quocum vivus continuas inimicitias exercuerit, mortuus animatus fuerit, præsertim quum Achilles solus in distributione prædæ neglectus justa et debita sibi poposcerit. Deinde postulatis Neoptolemi permotum esse Agamemnonem, ut Polyxenam immolaret. Inter personas præter illos quos nominavi præcones et Hecubam refert; chorum aut ex Troadibus aut Achivis constitisse ait resque esse actas aut in Sigeo, ubi sepulchrum Achillis fuerit, aut ad

177. 178.

Et cinere aræ correpto effudi ex una patera iterum.

tentorium Agamemnonis. Alii plane diversam tragœdiam commenti sunt. Nomen tragœdiæ a primaria persona ex more Sophoclis petitum esse negare non sunt ausi : rem tamen ita immutarunt, ut Polyxenam in initio immolatam atque ex ea re, quæ auditorum animos maxime moveret, nomen tragœdiæ datum esse dicerent; præcipuum argumentum constitisse in describenda Agamemnonis conditione post excidium Trojæ in castris Græcorum, deinde in ejus reditu eaque sorte, quæ ei in patriam reverso obventura esset. Immolationem Polyxenæ non fuisse postulatam ab Achille, sed illam occisam esse, ut victores victique hoc sacrificio odium deponerent reconciliarenturque. Quod dum perageretur, rixam inter fratres exortam et Menelaum voluisse redire contra voluntatem Minervæ. Quem ut a præmaturo reditu in patriam retineret, Achillem apparuisse eique ut deæ satis fieret persuasisse. Ita Polyxenæ immolationem apparitione simulacri præparatam esse reconciliationemque hostium ostensam.

Quæ quamquam subtiliter excogitata sunt, tamen antiquitatis memoriæ prorsus repugnant, neque credibile est Euripidem esse secutum quæ in vulgus nota essent, Sophoclem eadem repudiasse. Neque vero quæ Welckerus docuit, extra omnem dubitationem posita sunt; nimis multa enim, quæ ad Polyxenam minus pertinent, argumento immiscuit. Neque intelligitur, cur Menelaus, qui statim abierit, inter personas relatus sit, neque satis exponitur, cur simulacrum Achillis apparuerit. Denique non probabile est Agamemnonem per Neoptolemum ad immolandam virginem compulsum esse, qui per Achillem ipsum non sit permotus.

Magnus conjecturarum campus, quibus anceps est novam addere. Distributis tamen captivis quum omnes fere in patriam redirent, Agamemno malis ominibus territus videtur remansisse, ut, id quod decebat ducem, et deos placaret et omnium saluti consuleret. Quo facto unus expers honoris fuit isque, qui omnium fortissimus Agamemnoni semper erat adversatus. Hic suam partem prædæ postulat, quam illi denegari fas non fuit. Nou autem servos tanto viro immolari licuit. Pretiosissima quæque petuntur. Ita illi immolatur Polyxena, ultima victima, quemadmodum Iphigenia omnium prima fuit. Reditum Agamemno sibi parasse putat, at abit inter sinistra omina, quæ ipsi in patriam reverso eventura sint.

Neque vero dixerim quæ personæ fuerint. Agamemnonem et Menelaum pro certo habeas; fortasse Neoptolemus adfuit, qui omnium maxime virginem immolandam postulavit. Quibus præconem addere licet. Reliquæ incertæ sunt personæ neque quidquam de ipsa Polyxena compertum habemus. Omnia acta in Sigeo promontorio crediderim ex iis, quæ supra ex Longino citavimus.

Quæ exposuimus si ad verum accedunt, fragmenta facile explicari possunt. Post prologum chorus Achivorum introductus est totus in reditu occupatus. Huic ex incertis fragmentis tribui potest quod est apud schol. Aristoph. Nub. v. 1162 et Suid. v. Αυσανίας : Αυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν · λύων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνίας ... Τὸν Σοφοκλέα μυκτηρίζει λέγοντα ·

[183] Ζεὺς νόστον ἄγοι τὸν νικομάχαν
καὶ παυσανίαν τὸν Ἀτρειδῶν.

Scribitur καὶ Ἀτρειδῶν vel Ἀτρείδαν. Hermannus correxit. Bentlejus κατ' Ἀτρειδῶν. Tum Menelaus intervenisse videtur, ut Agamemnonem ad reditum permoveret. Inde orta inter ipsos disputatio, cujus meminit Homerus. Huc referenda sunt ex incertis fragmentis apud Plut. Mor. p. 985, C : Ἀλλὰ ἡμῖν γε πάλαι τὸ τοῦ Σοφοκλέους δεδογμένον ἐστίν ·

[184] Εὖ γὰρ καὶ διχοστατῶν λόγος
σύγκολλα τἀμφοῖν ἐς μέσον τεκταίνεται.

Et apud eundem Plutarchum p. 854, F : Ἀλλὰ

[185] Δεινὸν τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον.

Hæc potius choro tribuerim. Sunt tamen omnia incerta. Certius est fragmentum apud Strabonem X, p. 721 (470): Ὁ δ' οὖν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἁπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Ἑλουξένῃ, τὸν δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον

183.
Jupiter reditum det parta victoria,
quo ærumnæ desinunt Atridarum.

184.
Quamvis dissidens sententia
facile concilietur media si placeat via.

185.
Gravis Suadelæ facies.

[χθόνα

[186] Σὺ δ' αὖθι μίμνων τήνδε κατ' Ἰδαίαν
ποίμνας Ὀλύμπου συναγαγὼν θυηπόλει.

Ellendtius τῇδ' ἐπ' Ἰδαίᾳ χθονί. Agamemno remanet, ut sacra perficiat. Quibus quum peragendis interesset, novum impedimentum reditus illi offertur Achillis simulacro apparente. Porphyr. ap. Stob. Ecl. phys. I, 52, p. 1008 : Ἀχέρων δὲ καὶ Ἀχερουσία λίμνη ταυτὸν, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πολυξένῃ τὴν τοῦ Ἀχιλλέως ψυχὴν εἰσάγει λέγουσαν·

[187] Ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς
λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἠχούσης γόους,
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς·

τὰς τῶν νεκρῶν λέγων παιῶνα οὐκ ἐχούσας, ἄρσενας δὲ χοὰς τὰς οὐδὲν ἐκτρεφούσας.

Achilles Agamemnoni ingratum in se animum exprobrasse videtur. Hic se defendit, ut est apud Stobæum Fl. XLIX, 13 :

[188] Οὐ γάρ τις ἂν δύναιτο πρφρατὴς στρατοῦ
τοῖς πᾶσι δεῖξαι καὶ προσαρκέσαι χάριν·
ἐπεὶ οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι
οὔτ' ἐξεπομβρῶν οὔτ' ἐπαυχμήσας φίλος,
βροτοῖς ἂν ἐλθὼν ἐς λόγον δίκην ὄφλοι·
πῶς δῆτ' ἐγὼ θνητός τ' ἂν ἐκ θνητῆς τε φὼς
Διὸς γενοίμην εὖ φρονεῖν σοφώτερος;

Addiderunt δὲ post βροτοῖς v. 5, quod non est necessarium ; immo corrumpit sententiam. Ad tempestatem, quam Agamemno sit in mari experturus naufragiumque ad Gyras, referam quod est apud schol. Apoll. Rhod. ad II, 1121 :

[189] Ἀπ' αἰθέρος δὲ καπὸ λυγαίου νέφους.

Codex Paris. λυγαίου σκότους. Prædixit mortem Agamemnonis. Etymol. M. p. 120, 48 : Ἄπειρος... λέγει δὲ Ὅρος ὅτι σημαίνει χιτῶνα διέξοδον μὴ ἔχοντα, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Πολυξένῃ·

[190] Χιτών σ' ἄπειρος ἐνδυτήριος κακῶν.

Cf. Æschyli Agam. 1355. Huc etiam pertinet apud Hesych. v. Παράρυμα : Σ. Πολυξένῃ [191] « παράρυμα ποδὸς » ὡς κρεμαμένων τινῶν ὑφασμάτων ἐκ τοῦ εἵματος πρὸς κάλλος. Τινὲς δὲ σχοινίον ἐν ταῖς ναυσίν· οἱ δὲ ὑπόδημα. Apud Æsch. Choeph. 944, ποδιστῆρες πέπλοι. Neque dissimile est quod exstat apud Harpocrat. [192] : Ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας· ἀντὶ τοῦ λελυμασμένοι· οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα, ὡς καὶ Σ. Πολυξένῃ.

Non improbabile est, quod Welckerus disputat, tragœdiam, quæ apud Aristotelem Poet. c. 23, Ἀπόπλους vocetur, a Polyxena non differre.

NAUPLIUS.

« Duplex inscriptio fabulæ : nam alias citatur Ναύπλιος καταπλέων, alias Ναύπλιος πυρκαεύς. Nauplius audita filii sui morte Græcorum castra ad Trojam adiit, quumque ab iis frustra petisset, ut a fraudis auctoribus, qua Palamedes damnatus fuerat, pœnas exigerent, in Græciam rediens diversas ad urbes appulit, ubi falsis nunciis primariorum ducum uxores, quæ a mœchis sollicitabantur, in crimen impulit. Rem narrat Tzetzes ad Lycophr. 384 : Ἄπραπτος δὲ ὑποστρέψας περιπλέων λοιπὸν τὰς χώρας τὰς Ἑλληνίδας παρεσκεύασε τὰς τῶν Ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι, Κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Αἰγίσθῳ· Αἰγιάλειαν τὴν Διομήδους τῷ υἱῷ Σθενέλου· Μήδαν δὲ τὴν Ἰδομενέως ὑπὸ Λεύκου. Si diversa fuerunt dramata, ex hoc Nauplii facto sumptum fuerit prioris argumentum : materia autem posterioris nota, fax in Caphareo promontorio edita, qua conspecta Græci a Troja navigantes portum esse crediderunt et ad rupes allisi naufragio perierunt. » *Brunckius.*

Alii putant in illo argumento, quod Brunckius exposuit, περιπλέων dicendum fuisse. At si Nauplius in patriam rediens ad illas urbes circum navigavit, idem et καταπλέων et περιπλέων dici po-

---

186.
Tu vero remanens hic in terra Idæa
gregibus Olympi collectis sacra institue.
187.
Littore immedicabilique et nigro
veni relicto paludis quæ luctu resonat *et*
Acherontis acute sonantis masculis libationibus.
188.
Neque enim possit imperator exercitus
omnibus gratum quod sit ostendere eisque procurare;
quum igitur ne potentior quidem me Juppiter imperio
neque quum pluat neque quum arefaciat agros gratus sit,
in jusque apud homines vocatus causa cadat :
quomodo ego mortalis et ex mortali matre natus
Jovem ipsum vincam prudentia ?
189.
Ex aere et caliginosa nube.
190.
Vestis te immensa comprehendens mala.

tuit. Cf Dictys VI, 2, ubi Œax, Palamedis frater, idem fecisse dicitur. Schol. ad Euripidis Orest. 432 inter alia : Ναύπλιος δὲ ἀκούσας ἦλθεν εἰς Ἴλιον δικάσαι τὸν φόνον τοῦ παιδός. Τῶν δὲ Ἑλλήνων κατολιγωρούντων αὐτοῦ πρὸς τὸ κεχαρισμένον τοῖς βασιλεῦσιν, ἀποπλεύσας εἰς τὴν πατρίδα καὶ πυθόμενος ἀποπλεῖν τοὺς Ἕλληνας ἦκεν εἰς Εὔβοιαν καὶ χειμῶνα φυλάξας φρυκτωρίας ἦψε περὶ τὰς ἀκτὰς τῆς Εὐβοίας. Ex his Welckerus olim conjecit argumentum alterius tragœdiæ fuisse Nauplium post ultionem filii frustra postulatam irato animo in patriam redeuntem. Postea vero cognito tragœdiæ id aptùm non esse, mutavit sententiam. Accedit quod illud argumentum, si esset tractatum a Sophocle, apud solum illum scholiastam tantum inveniri probabile non est. Itaque Welckerus conjecit Nauplium καταπλέοντα dictum esse, non quod Troja redierit sed quia mare navigarit, ut apud Apollodorum (II, 1) Ναύπλιος πλέων τὴν θάλασσαν et apud Euripidem Helen. 1128, μονόκωπος ἀνήρ. Suid. v. Ναύπλιος ἡ ἐν θαλάσσῃ πρόοδος. Sunt tamen qui Nauplium καταπλέοντα ad castra Græcorum proficiscentem interpretentur. Hi igitur duas faciunt tragœdias. Postremo non est credibile Nauplium ideo dici πυρκαέα, quod, ut filium sepeliret rogumque incenderet, Trojam venerit. Hæc sententia vulgari fama refellitur, quia consentiens memoria est, illum faces ad saxa Capharea accendisse, neque quisquam refert veterum Palamedem a Nauplio combustum esse. Si vero Sophocles unam tantummodo scripsit tragœdiam, καταπλέων et πυρκαεὺς facile conjungi possent, quoniam in eo poeticum quid continetur, si ultionem ei, quum primum in patriam redierit, ab adversariis suis tantis injuriis acceptis exigere ex deorum voluntate concedatur, qui Græcos ad illa litora ejecerunt.

Quum igitur argumentum Nauplii adeo sit incertum et obscurum, omissis conjecturis retulisse grammaticorum testimonia sufficiet. Proclus : Εἶθ' ὁ περὶ τὰς Καφηρίδας δηλοῦται χειμών. Pollux IX, 156 : Ὁ δ' ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο κατ' Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. Cf. schol. ad Eurip. Orest. 432, Dio Euboico VII, p. 222 et 231, Dict. VI, 1, Senec. Ag. 556. Hygin. Fab. 116 : Ilio capto et divisa præda Danai quum domum redirent, ira deorum tempestate et flatibus adversis ad saxa Capharea naufragium fecerunt. Noctu quum fidem deorum implorarent, Nauplius audivit sensitque tempus venisse ad persequendas filii sui Palamedis injurias. Itaque tanquam auxilium iis afferret, facem ardentem eo loco extulit, quo saxa acuta et locus periculosissimus erat. Illi credentes humanitatis causa id factum, naves eo duxerunt. Quo facto plurimæ eorum confractæ sunt, militesque plurimi cum ducibus occisi sunt membraque eorum cum visceribus ad saxa illisa sunt : si qui autem potuerunt ad terram natare, a Nauplio interficiebantur.

De tragœdiæ compositione vix aliquid dici potest. Crediderim tamen Nauplium Troja reversum, plenum iræ, studio ulciscendæ injuriæ a poeta introductum esse. Reliquæ personæ quæ fuerint, ignotum est; et ne de choro quidem quidquam constat : sunt tamen qui eum ex incolis Eubœæ insulæ compositum credant, quia poeta totam rem ad litus hujus insulæ actam esse faciat.

Pervenimus ad fragmenta. Nauplius impotens iræ ob filium occisum Troja in patriam reversus quærit ultionis opportunitatem, animo antecapiens quam dulcis hæc ultio sibi futura sit. Nox est, quum vindictam sumere se posse credit. Stob. CIV, 3 : Σ. Ναυπλίῳ·

[193] Τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
νύξ ἐστιν· εὖ παθόντα θατέρᾳ θανεῖν.

Codd. παθόντα εἶθ' ἑτέρα. — Deinde ut causas iræ explicet, beneficia quæ Palamedes in Græcos contulerat, cum multa laude illius commemorat. Achill. Tat. Isag. ad Arati Phæn. c. I : Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησιν· λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰσάγει·

[194] Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ,
σταθμῶν, ἀριθμῶν καὶ μέτρων εὑρήματα·
κἀκεῖν' ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
κἀκ τῶνδέ γ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας
εἰς χίλι'· οὗτος εἷς στρατῷ φρυκτωρίαν
ὕπνου φυλάξεις, ἕς θ' ἕω σημάντρια
ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα·

193.
Infelici enim nox una
infinita est : quum res feliciter cesserit, moriatur altera.

194.
Hic invenit castra Græcorum exercitui,
rubricas numerosque et mensuras,
et illa decem ex uno primus fecit, [narium
et ex his rursus numerum [militum] quinquagead millena; hic unus exercitui signa igne sublato somni custodias et auroræ indicia
ostendit, et monstravit, quum nota essent nemini.

ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
τάξεις τε ταύτας, οὐράνιά τε σήματα,
ναῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίων
Ἄρκτου στροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

Vix videtur dubitari posse quin versus Nauplio incendiario recte tribuantur, quia alius exstat ejusdem orationis versus, qui diserte illi Nauplio tribuitur. Pollux IX, 97 : Εἰκότως εἴρηται Σοφοκλεῖ·

[195] Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαί.

Hesych. : « Πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς· » Σ. Ναυπλίῳ πυρκαεῖ· παρόσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον. (Conf. Etym. M. p. 666, 18, Orion. p. 127, 1, Eustath. p. 1396, 60.) Ejusdem orationis videtur quod habet Pollux VII, 203 : πεττεία ἡ [196] « πεσσεία », ὡς Σοφοκλῆς. Docet autem hic versus fragmentum, quod est apud Eustathium p. 228, recte nos vindicasse Palamedi, quia ejusdem rei mentio in eadem tragœdia bis fieri non potuit.

Eidem orationi tribuerim fragmentum apud Stephanum v. Ἀσπίς ... Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι·

[197] Ἀλλ' ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον,
ὡς ἀσπιδοῦχος ἢ Σκύθης τοξεύμασι.

(Dindorfius πεφαργμένον.) Videtur versus indicare, quomodo Græcorum quis, fortasse Agamemno, Palamedem peremerit aut perimendum curarit. Deinde rem aggressurus ait : (Phot. p. 150, 9 : Κατουλάδα, τὴν κατίλλουσαν καὶ κατείργουσαν· Σ. Ναυπλίῳ·)

[198] Ἐπεύχομαι δὲ νυκτὶ τῇ κατουλάδι.

Huc etiam convenit quod est apud schol. Pind. Isthm. V, 10 : Τὸν δὲ τρίτον κρατῆρα Διὸς Σωτῆρος ἔλεγον, καθὰ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ·

[199] Ζεῦ παυσίλυπε καὶ Διὸς σωτηρίου σπονδὴ τρίτου κρατῆρος.

Hesych. : « Τρίτος κρατήρ· » Σ. Ναυπλίῳ καταπλέοντι. Schol. ad Plat. Phileb. p. 34 Ruhnk. = 383 Bekk.

Memorat deinde quas insidias Græcis struxerit : Aristid. I, p. 259 : [200] « Ποίας Ναυπλίου πάγας ὑποπύρους », ὡς ἔφη Σοφοκλῆς, ἄξιον τῇ πυρκαϊᾷ ταύτῃ παραβαλεῖν ; Quos bellum cruentum prætermiserit, hic perire ait. Hesych., [201] « ἀνδρεος πόλεμος, » ἀνδρεῖος, ὁ πρὸς τοὺς ἄνδρας. Σ. Ναυπλίῳ. Non intercedam si quis illa verba choro tribuerit. Deinde fragmenta sunt, quæ ad naves ad saxa allisas facile referas. Pollux X, 134 : [202] « Ὀλκία » τὰ πηδάλια Σ. ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε. Hesych., [203] « ναύκληρον πλάτην, » ναυτικήν. Σ. Ναυπλίῳ πυρκαεῖ. Schol. Aristoph. Pac. 1126 : Ἐλύμνιον... μέμνηται καὶ Σοφοκλῆς· « Πρὸς πέτρας Ἐλυμνίας », καὶ ἐν Ναυπλίῳ [204] « Νυμφικὸν Ἐλύμνιον. » Videtur locus Euboeæ insulæ indicari, quo Græcorum naves perierint. Ad naufragium pertinet versus apud Herodianum Περὶ μον. λέξ. p. 31, 21 : Σπίζα· ἔστι δὲ εἶδος ὀρνέου. Σ. ἐν Ναυπλίῳ πυρκαεῖ·

[205] Κάτω κρέμανται σπίζ' ὅπως ἐν ἕρκεσι.

Incertum est quid sit apud Hesych. [206] « ἐπίκοτα, » ἐπίμομφα, ἃ πᾶς ἄν τις μέμψαιτο. Σ. Ν. καταπλέοντι.

TEUCER.

Telamon « filiis Teucro et Ajaci ad Trojanum bellum proficiscentibus legem posuit, ut alter sine altero non rediret. Ajace itaque interempto, quod per dolum Ulyssis in judicio armorum victus esset, quum ipse corpus Achillis liberasset, Teucer memor imperii paterni et patrem patriamque fugiens responso Apollinis cum sociis in Cypro condidit civitatem. » Schol. ad Horat. Od. I, 7, 29. Teucer non receptus a patre Telamone ob segnitiam non vindicatæ fratris injuriæ Cyprum appulsus cognominem patriæ suæ Salamina constituit, inquit Vell. I, 1. Ὁ Τεῦκρος ἐλθὼν μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἰλίου ἐν Σαλαμῖνι

Reperit etiam astrorum modos et revolutiones,
et has constellationes et signa cœlestia
naviumque marinarum gubernatoribus
Arcti rotationes Canisque frigidum occasum.

195.

Et tesseræ quinque lineis distinctæ et talorum jactus.

196.

Sed clypeatum et cataphractum ut clypeum gestans aut Scytha missilibus.

198.

Precor vero hanc noctem caliginosam.

199.

Jupiter sedator mœroris et Jovis salutiferi libatio tertii poculi.

205.

Infra suspenduntur ut fringilla laqueis.

καὶ ὑπονοηθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος ὡς αἴτιος γεγονὼς τοῦ φόνου τοῦ Αἴαντος, φυγὼν ᾤκισε τὴν Κύπρον καὶ ἔσχεν αὐτῆς τὴν ἀρχήν, schol. Pind. Nem. 4, 68. Ἔστι δὲ τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἣν ἀπελθόντας ἕτερον σφᾶς ἐπιλάβῃ ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. Τεῦκρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι οὕτως ἀπολογήσασθαι μηδὲν ἐς τὸν Αἴαντος θάνατον εἰργάσθαι, Pausan. I, 28, 12. Memorabile est hoc Pausaniæ testimonium, quod docet Teucri defensionem ex antiqua memoria repetitam esse. Videtur tamen huic tragœdiæ minus convenire, ut in Eurysace docuimus. Multa vero ex his, quæ ex variis scriptoribus retulimus, Sophocles subindicat in Ajace Flagellifero. Eurysaces a patre Teucro traditur, neque hic recusat, quod rogatur facere; verum prævidet Telamonem fraudem suspecturum, qua ipse regnum post fratris obitum sit affectaturus. Vid. Ajac. v. 982–998. Ex quibus si argumentum quæramus tragœdiæ, comparatis Sophoclis fragmentis valde est probabile Teucri reditum in patriam, statim post tempestatem, qua Ajax Locrus interierit, defensionem adversus crimina, quæ pater ei objecerit, profectionem in exilium a poeta esse expositam.

De tragœdiæ conformatione, quam poeta sit secutus, quædam licet probabiliter conjicere. Teucer, id quod nomen docet, erat primaria persona. Rediit Salamina contra imperium patris, ideoque ab hoc, qui ei ob omissam fratris ultionem irascitur, male accipitur. Telamon ut potiorem filium ex legitima conjuge natum deflet, ita natu inferiorem, quem serva peperit, exsecratur. Ira in altera parte est, in altera vero misericordia. Quæ præter has personæ fuerint, incertum est, nisi quod credibile est Oileum a Sophocle esse introductum, qui, ut consolaretur Telamonem, ad eum pervenerit, ut factum est a Pacuvio, quem latinis versibus græcam tragœdiam reddidisse putant. Conjectura nullo modo rejicienda esse videatur, quia ut Ajaces bello erant socii, ita non ineptum fuit patrem alterius Oileum audito Ajacis Telamonii interitu ad hujus patrem Telamonem consolandi causa accessisse. Magna vi procul dubio hic locus a poeta fuit expressus, quo Telamon omnem rejicit consolationem et Oileus etiam fractus est audito filii sui interitu. Hac in re fortasse περιπέτεια fuit tragœdiæ, quia Oileus, qui unus Teucrum adjuvare potuit, suo dolore impeditur, quominus aliquid pro illius salute faciat. Præterea Eribœam Ajacis matrem introductam esse crediderim, quæ Ajacem deflerit filiumque concubinæ detestata sit. Chorus ex quibus compositus fuerit, non constat, nisi forte comites Teucri, qui in eadem erant culpa, qua ille, commode introduci potuisse conjicias. Res omnes poeta, id quod vix dubitari potest, in Salamine insula transigi fecit. Tragœdia fortasse scripta est Olymp. LXXXI vel LXXXII, quo tempore Cimon in Cyprum ad recipiendam insulam cum exercitu missus est.

Fragmenta ex iis, quæ diximus explicari possunt. Addidimus quædam Pacuvii. Stephanus: [207] « Κυχρεῖος πάγος » περὶ Σαλαμῖνα. Σ. Τεύκρῳ. Verba Teucro, qui patria recuperata gaudet, vindicarim, ideoque prologo adscripserim. Pacuvius

Quam te post multis tueor tempestatibus.

Neque alienus ab hoc loco esset versus:

Halcyonis ritu littus pervolgans *feror*.

Esse hic versus potest Teucri ad patrem accedere non audentis. Videtur deinde nuncius ad Telamonem venisse, ut indicaret nautas ad insulam appulisse a Troja reversos. Itaque procedit, ut de filiis audiat:

Haud sinam quidquam profari priusquam accepso quod peto,

et,

Postquam defessus perrogitando advenas
de gnatis, neque quemquam inveni scium.

Welckero debetur *inveni*. Si placet vulg. *invenit*, versus cuidam tribuendus est, qui Teucro quærenti quomodo Telamon esset, hoc exposuit. Ajacem quum mortuum esse audisset, Teucro vehementissime irascitur. Huc referam quod Cicero perhibet De orat. II, 46: « Tamen in eo genere sæpe ipse vidi, quum ex persona mihi ardere oculi histrionis viderentur spondalia illa dicentis:

Segregare abs te ausus aut sine illo Salamina ingredi?
neque paternum aspectum es veritus?

Nunquam illum *aspectum* dicebat quin mihi Telamon iratus furere luctu filii videretur. Ut idem inflexa ad miserabilem sonum voce:

Quem ætate exacta indigem
liberûm lacerasti, orbasti, exstinxsti: neque fratris necis
neque gnati ejus parvi, qui tibi in tutelam est traditus,

flens ac lugens dicere videbatur. »

Huc etiam pertinet aliud fragmentum Pacuvii

de factis Ajacis. Cic. Tusc. IV, 23 : « Semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore :

Nam facinus fecit maximum quum Danais inclinantibus
summam rem perfecit manu, restituit prœlium insaniens. »

Et :

Flexamina tamquam lymphata aut Bacchi sacris commota, in tumulis Teucrum commemorans suum.

Welckerus Hesionam intelligi putat desiderantem filium.

Gravi ira commotum de scena recessisse credibile est, dum intervenit Oileus :

Nos illum interea perliciendo propitiaturos facul remur;

et,

Nam Teucrûm regi sapsa res restibiliet.

Consolationi Oilei videtur tempestatis, qua Ajax Locrus interiit, descriptio interposita fuisse. Aristophanes Nub. 583 : Βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς. Schol. παρὰ τὰ ἐκ Τεύκρου Σοφοκλέους·

[208] Οὐρανοῦ δ' ἄπο
ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς.

Pacuvius :

Armamentûm stridor,
strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus.
Flictus navium.
Periere Danai, plera pars pessundata est.

Cicero Tusc. III, 29 : « Itaque Oileus ille apud Sophoclem qui Telamonem antea de Ajacis morte consolatus esset, is quum audivisset de sui, fractus est. De cujus mutata mente sic dicitur :

Nec vero tanta præditus sapientia
quisquam est qui aliorum ærumnam dictis allevans
non idem, quum fortuna mutata impetum convertat, clade subita frangatur sua,
ut illa ad alios dicta et præcepta excidant. »

Versus græci sunt apud Stobæum CXIV, 6 (ubi Οἰδίποδι) :

[209] Τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σοφωτάτους
τοιούσδ' ἴδοις ἂν οἷός ἐστι νῦν ὅδε, [φρενὶ
καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι·
ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν
πλάστιγγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον,
τὰ πολλὰ φροῦδα καὶ καλῶς εἰρημένα.

(Vulgatum versu 5 μάστιγ' ἐρείσῃ correxit Ellendtius.) Oileus ita obmutuit. Telamon illius dictis paulum mitigatus Teucri defensionem audisse videtur. Cujus versus servatus videtur apud Tryphonem De trop. p. 48 (Rhett. Gr. VIII, p. 738) sine poetæ nomine :

[210] Τεῦκρος δὲ τόξου χρώμενος φειδωλίᾳ
ὑπὲρ τάφρου πηδῶντας ἔστησεν Φρύγας.

Non audit pater apud Pacuvium :

Te repudio, nec recipio, natum abdico; facesse.

Et ita Ajacem commiseratur, ut est apud Stobæum CXXII, 10 :

[211] Ὡς ἆρ', ὦ τέκνον, κενὴν
ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου
ὡς ζῶντος· ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθεῦσά με
ἔβαιν' Ἐρινὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον.

Pacuvius :

Qui stirpem occidit meam.

Teucer mavult mori quam in exilium proficisci :

Aut me occide : illince nusquam probitam gradum.

Sed admonet illum unus ex suis, fortasse de choro (Stob. CVIII, 51, sine nomine fabulæ) :

[212] Στέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην.

208.

De cœlo
fulminavit, et tonitru perfregit per fulmen.

209.

Præstantissimos et sapientissimos animos
tales videas, qualis nunc hic est,
qui optime adversa fortuna afflictum consoletur.
Quum vero dæmon viri, qui antea felix fuerit,
lancem vitæ verterit in contrarium,
multa illa evanescunt, etiamsi optime dicta sunt.

210.

Teucer scilicet, qui parce arcu usus est,
super fossam salientes inhibuit Phryges.

211.

Nate, quam mendax tui
me fama casso mulsit oblectamine
vivum ut putarem! sed fera imposuit mihi
tenebricosa furia falsis gaudiis. HGn.

212.

Contentum esse decet iis quæ accidunt eaque componere
prudentem aleatorem, at non lamentari fortuna.

(Alter versus ap. Hesych. v. Κυβευτήν, sine nomine poetæ.) Et deinde, ut Pacuvius scripsit:

Patria est ubicunque bene est.

Aristoph. Plut. 1151:

Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Itaque confirmato animo Teucer patriam relinquendam constituit, ut novam quærat in Cypro insula. Quod spurio filio, cui jus hereditatis non contingat, quam maxime convenit. Cf. Hor. Od. I, 7.

Velim ut quærant rerum Atheniensium periti, num fabula scripta sit de Pericle, qui nothum filium in locum ingenuorum post eorum mortem ascivit. Videtur fabula ante Olymp. 89, 2, scripta esse, ut apparet ex Aristoph. Nub. 579.

EURYSACES.

Perexigua est auctoritas tragœdiæ, quæ ab Eurysace, Ajacis filio, nomen accepisse dicitur. Itaque variæ virorum doctorum fuerunt sententiæ, aliis eam prorsus rejicientibus, aliis mordicus tenentibus. Commemoratur nomen, ut videtur, ab Hesychio v. [213] « ἀδόξαστον » Σοφοκλῆς Εὐρυσάκει. Cod. εὑρησα. Brunckius non dubitavit quin locus Hesychii recte esset emendatus. Itaque in catalogo tragœdiarum Eurysacem quoque posuit, in quo alii eum secuti sunt. Novum autem Welckerus addidit argumentum Attii tragœdiam Eurysacem, quam sine græco exemplo negat exortam esse. Qui de tragœdia dubitarunt, id ideo fecerunt quod nomen semel tantummodo memoraretur. Idem tamen in Ajace Locro Æschyli vidimus usu venisse, quem eam ob causam ex numero tragœdiarum removendum esse non censuimus. Dindorfius locum Hesychii recte emendatum esse negat. Secuti sumus Welckerum.

Fundum interpretandæ tragœdiæ Justinum XLIV, 3 esse putat, apud quem hæc verba reperiuntur: « Gallæci Græcam sibi originem asserunt, siquidem post finem Trojani belli Teucrum morte Ajacis fratris invisum patri Telamoni, quum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse atque ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salamina condidisse, inde accepta opinione paternæ mortis patriam repetisse. Sed quum ab Eurysace Ajacis filio accessu prohiberetur, Hispaniæ littoribus appulsum loca, ubi nunc est Carthago nova, occupasse, inde Gallæciam transisse et positis sedibus genti nomen dedisse. » Sunt qui censeant Telamonem, quum Teucer ex exilio rediret Salamina, adhuc vixisse. Verum hæc sententia probabili ratione destituitur neque Justini verbis, apud quem opinio sæpe dicitur pro fama, supportatur. Neque intelligitur, quomodo tragœdia Eurysacis nomine inscribi potuerit, quæ, si vera esset illa sententia, procul dubio *Telamon* esset dicta. Postremo fieri non potuit ut Teucer sine causa rediret in patriam, qua pulsus erat in exilium. Mors patris, cujus iratum animum vivi reconciliare non potuit, satis magna redeundi causa erat. Facilior receptus impetrari posse videbatur ab Eurysace, quem ille ab hostibus defensum post Ajacis obitum Salamina adduxerat. Rediit igitur, ut Eurysaci, filio Ajacis, qui non minus illi quam Telamon irasci aut potuit aut debuit, se excuset eique persuadeat, quod Telamoni persuadere non potuit. Frustra. Hæc misera spuriorum liberorum fuit conditio, ut patriam habere non viderentur. Ad hanc tragœdiam fortasse melius quam ad Teucrum, ubi descripsimus, locum Pausaniæ retuleris I, 28, 12, ubi Teucri reditus et defensio apud Phreattum narratur. Welckerus quidem illa Teucro attribuit Troja redeunti; quod fieri non potuit, nisi Ajacis interitum Telamoni notum jam fuisse censeas. Id tamen minus convenit fragmentis.

Argumentum tragœdiæ ipsum satis grave est. Memorabile autem Teucri nullum Athenis fuisse monumentum, quamquam non alienus fuit antiquitate Atheniensium.

Chorum fuisse militum vel sociorum Teucri putant, quia non sine comitibus ex patria proficisci potuit, neque verisimile videtur solum eum postea rediisse. Hoc postremum tamen exuli se defensuro, qui ut postliminio reciperetur suppliciter rogaturus erat, melius conveniebat; deinde plerumque chorum ejus esse invenimus, cujus sunt partes primariæ. Itaque rectius illos censeo judicare, qui ex Salaminiis compositum chorum affirmant.

Multa fragmenta Attii sunt, quæ omisimus. Sintne verba apud Varronem Ling. lat. VII, 3: « Teucer Livii post annos XV a suis qui sit ignoratur, » ad Sophoclis tragœdiam referenda non constat.

PELEUS.

Negat quidem Welckerus Peleum et Phthiotidas quas a Peleo non distinxit aliudque ejusdem tragœdiæ nomen esse affirmat, conjunctim a scriptoribus citari; ideo vero rationes suas non tolli; alias enim quoque tragœdias ait, quibus du-

plex esset inscriptio, altero utro nomine citari. Nescio an viro doctissimo, dum illa scripsit, memoria exciderint quæ leguntur apud Aristotelem De poet. XVIII : Τραγῳδίας δέ εἶσιν αἱδη τέσσαρα... ἡ μὲν πεπλεγμένη ... ἡ δὲ παθητική, οἷον οἵ τε Αἴαντες καὶ οἱ Ἰξίονες· ἡ δὲ ἠθική, οἷον αἱ Φθιώτιδες καὶ ὁ Πηλεύς. Exiguum quidem intercedit discrimen inter commemorationem fabularum, quoniam τε abest postremo loco, tamen ut antea duæ commemoratæ sunt tragœdiæ, ita verbis Aristotelis satis evidenter comprobatur Phthiotidas a Peleo distinguendas esse. Quum ex nomine tamen, tum ex loco, quo fabulas Aristoteles commemorat, concludas simili illas argumento scriptas fuisse. At, inquit, duo sunt Phthiotidum fragmenta, quibus comprobatur tragœdiam utroque nomine esse appellatam, id quod olim a Matthiæo in fragmentis Euripidis p. 251 conjectum ait. Fragmenta illa quidem a veteribus citantur, sunt vero valde dissimilia nec nisi conjectura parum credibili conjungi possunt. Qua rejecta fragmenta ex Welckeri sententia explicari non possunt. Itaque potior nobis visa est Aristotelis auctoritas, qua permoti nomina disjunximus, duabusque tragœdiis vindicavimus.

De argumento autem non satis constat, quid Sophocles tractaverit. Sunt enim valde diversa, quæ veteres de Peleo memoriæ tradiderunt. Homerus Odyss. Λ, 493, Achillis simulacrum facit inquirere ex Ulixe, qua sorte Peleus sit, habeatne auctoritatem inter Myrmidonas an oppressus sit. Iliad. Σ, 434 :

(Πηλεὺς) γήραϊ λυγρῷ
κεῖται ἐνὶ μεγάροις ἀρημένος·

et Ω, 488 :

Καὶ μέν που κεῖνον περιναιέται ἀμφὶς ἐόντες
τείρουσ' οὐδέ τίς ἐστιν ἀρὴν καὶ λοιγὸν ἀμῦναι.

Alia alii poetæ. Apud Proclum in Epirum discessit, ubi a Neoptolemo agnoscitur. Eandemque memoriam Pindarus secutus est Nem. VII, 37. Euripides in Troadibus v. 1133 Peleum ab Acasto regno expulsum memorat, scholiasta eodem loco ab Archandro et Architele sub tempus expugnationis Trojæ id factum ait, deinde abiisse senem ut obviam fieret Neoptolemo Troja redeunti, sed tempestate delatum in Coum insulam ibique receptum a Molone Abante vitam finiisse. Eandem rem scholiasta Pindari Pyth. III, 167 attigit. Cf. Dictys VI, 7—9. Videtur tamen Sophocles, ut solet, Homerum quam proxime secutus esse; certe non eandem rem exposuisse, quam Euripides, qui ista amplius non explicavisset si quæ tradit nota fuissent ex Sophocle. Fabula enim ante Ol. 89, 1 docta esse videtur.

Maxime igitur credibile est a Sophocle Peleum introductum esse ætate confectum, miserum, regno expulsum, in agro viventem, auxilium exspectantem a filio. Curatur ab una muliere vetula, quæ illum in agrum secuta sit. Neque vero probabile est plures Phthiotidas introductas esse in fabula, quas in choro fuisse Welckerus dixit; neque enim adversariæ Pelei esse potuerunt; debuerunt autem adversariæ esse, quia a civibus, qui Peleo adversabantur, distingui non poterant; si adversariæ non erant, ministræ esse debebant.

Prologi crediderim versus servatos a Clemente Alexandrino Strom. VI, p. 748, et schol. Aristoph. Nub. v. 1419 :

[214] Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
γεροντα γωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν·
πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

(Versu 2, quem attulit etiam Trypho in Mus. Cantabr. I, p. 49, utitur Aristoph. Eq. 1095.) Ancilla enim una introducta choro vel alii cuidam miseram senis conditionem exponit, qui ad summam senectutem provectus ab infante non differat neque alio modo quam puer habendus sit. Welckerus Peleum vult tanquam puerum denuo institui, quod minus videtur sententiæ consentaneum; nam vitæ instituimur, non ad moriendum, neque ancilla literas docet, sed pædagogus. Procedit deinde Peleus, quem quum chorus videt, hæc ait (Steph. in Δώτιον, Σ. II.)

[215] Βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος.

Commiserationem enim ita vult quam maxime moveri, quod qui tantæ imperaverit terræ, adeo sit desertus, ut ab una tantum serva curetur. Deinde multa de illius misera conditione dicta esse videntur. Stob. CXXI, 9 : Σ. II.

214.
Ego sola servans Pelei Æacidæ larem
senemque guberno et tanquam puerum iterum educo:
iterum enim puer est vir ad senectutem provectus.

215.
Rex terræ Dotiacæ.

216.
Præstat enim non esse quam male vivere.

[216] Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

Et quod est apud **Harpocrationem** v. Ξηραλοιφεῖν, Σ. Π.

[217] Καὶ ξηραλοιφῶν εἵματος διὰ πτυχῶν.

Chorus deinde ait se consentire cum Peleo. Aristoph. Avib. v. 852 (ubi incertum tamen reliquit scholiastes quot verba sint Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως):

[218] Ὁμορροθῶ, συνθέλω
συμπαραινέσας ἔχω
προσόδια μεγάλα
σεμνὰ προσιέναι θεοῖσιν.
Ἴτω δὲ Πυθιὰς βοὰ τῷ θεῷ·

i. e. Παιών, ut auxilium Peleo a deo feratur, redeatque Achilles. Sed dum sperat filium sibi laturum auxilium, de illius morte fit certior. Stob. CXXII, 9:

[219] Π. Θανόντι κείνῳ συνθανεῖν ἔρως μ' ἔχει.
Α. Ἥξεις, ἐπείγου μηδὲν, εἰς τὸ μόρσιμον.

Secuta videtur laus Achillis. Steph. [220] « Κυκνῖτις », ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε. Σοφοκλῆς ἐν Πηλεῖ· καὶ ἐν Ποιμέσι « βοὴν κυκνῖτιν. » Optat Peleus ne animo despondeat, ut indicatur voce [221] « λιποψυχεῖν » Σ. Π., Antiatt. p. 106, 13. Jovemque precatur, ut mortem sibi tribuat talem, qualis se digna sit. Schol. Aristoph. Thesmoph. v. 870:

[222] Μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ· μή μ' ἔλῃς ἄνευ δορός.

Antiatt. p. 107, 30: Μὴ νόμισον· ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. Σ. Π. καὶ [leg. καὶ Σ. Π.] « μὴ ψεῦσον. »

PHTHIOTIDES.

Remanent Phthiotides, quas cur a Peleo disjunxerimus, supra docuimus. Est autem perdifficile aliud excogitare argumentum, quo illae necessariae fuerint personae; pro certo tamen haberi potest illas a rebus gestis Achillis aut Pelei alienas non fuisse. Quum vero nihil sit in rebus Achillis, in quibus mulieres Phthiotides introductae dignum tragoedia argumentum exhibuerint, omnium maxime est credibile tragoediam in Pelei historia esse versatam. Accedit quod Aristoteles fabulam ad id genus retulit, quod παθητικὸν vocat; quo apparet introductum esse hominem, qui multis laboribus exantlatis ne sic quidem aerumnis prorsus exemptus fuerit. Memoriae autem Apollodorus haec prodidit, III, 12, 1: Πηλεὺς δὲ εἰς Φθίαν φυγὼν πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος, ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται· καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀντιγόνην καὶ τῆς χώρας τὴν τρίτην μοῖραν... Ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Καλυδωνίου κάπρου μετ' Εὐρυτίωνος ἐλθὼν, προέμενος ἐπὶ τὸν σῦν ἀκόντιον, Εὐρυτίωνος τυγχάνει καὶ κτείνει αὐτὸν ἄκων. Πάλιν μὲν οὖν ἐκ Φθίας φεύγων, εἰς Ἰωλκὸν πρὸς Ἄκαστον ἀφικνεῖται καὶ ὑπ' αὐτοῦ καθαίρεται. Deinde narrat Astydamiam Acasti uxorem amore Pelei correptam, postquam frustra eum tentaverit, ut secum concumberet; ad illius uxorem misisse nuncios, qui ei Peleum Steropen in matrimonium ducturum indicarent. Quo facto Antigonam vitae suspendio finem fecisse. Ita Apollodorus. Non dubito quin plura confusa sint, quia Peleus etiam postea Phthiae imperium obtinuit. At est egregium tragoediae componendae argumentum. Peleus invitus soceri occisor, calumniatus apud uxorem, quae ipsa se interemit. Phthiotides autem recte in choro inducebantur, si omnia in Phthia acta sunt in domo Antigonae, quo Peleus redierit, ut a caede expiatus uxorem repeteret.

Duo tantummodo exstant fragmenta, quae a veteribus huic tragoediae adscripta sunt. Unum est apud grammaticum Bekkeri p. 128, 3: Ἂν (συντάσσεται) παραχειμένοις καὶ ὑπερσυντελικοῖς. Σ. Φθιώτισιν·

[223] Ἡ πατροκτόνος δίκη
κέκλητ' ἂν αὐτῷ.

Videntur haec fuisse verba Antigonae uxoris, quae patrem a Peleo interemptum deflet. Alterum fragmentum est apud Joannem Damascenum in Gaisf. Appendice ad Stob. vol. IV, p. 35:

δ
Σοφοκλέους Φθιωτίδων (codex φοιωτ)·

217.
Et sicce inunguens per vestium plicas.
218.
Consentio, idemque volo
suadeoque
ut magnis cum supplicationibus
venerandis ad deos accedas.
Proveniat Pythica imploratio dei.
219.
P. Animus me adigit, ut moriar cum illo
A. Venies, nihil festina, ad ea quae sunt in fatis.
222.
Ne fallas, o Juppiter; ne me tollas sine hasta.
223.
Parricidii causa
ei esset imputata.

[224] Νέος πέφυκας· πολλὰ καὶ μαθεῖν σε δεῖ
καὶ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ διδάσκεσθαι μακρά.
Ἀεί τι βούλου χρήσιμον προσμανθάνειν.

Crediderim verba esse cujusdam, qui Peleum doceat de cæde expianda, fortasse Acasti, qui eum admonet quid faciendum sit ut expietur. Ita OEdipo quoque in OEdipo Coloneo dicitur, quomodo a cæde lustretur.— Ex Casauboni conjectura ad hanc fabulam refertur versus ap. Gellium XIII, 18 : « Sed etiam ille versus non minus notus,

[225] Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ,

et in tragœdia Sophocli scriptus est, cui titulus φυλετίδες (sic codd.), et in Bacchis Euripidi. »

CHRYSES.

Sententiæ virorum doctorum quam maxime de tragœdia differunt, quæ Chryses inscripta fuit, ut docent grammatici. Qua in ambiguitate omniumque rerum obscuritate satius visum nobis est sequi in omnibus Welckerum, qui omnium subtilissime de hac tragœdia disputavit. Quum enim essent qui Chrysen sacerdotem illum apud Homerum, qui ut filiam repeteret, in castra Græcorum venit, intelligerent, Welckerus argumentum fabulæ ab Hygino repetiit Fab. 120 : « Occasionem Iphigenia nacta signo sublato cum fratre Oreste et Pylade in navem ascendit ventoque secundo ad insulam Zminthen ad Chrysen sacerdotem Apollinis delati sunt. » Fab. 121 : « Agamemno quum ad Trojam iret et Achilles in Mysiam venit et Chryseida Apollinis sacerdotis filiam abduxit eamque Agamemnoni dedit in conjugium. Quod quum Chryses ad Agamemnonem deprecandum venisset, ut sibi filiam redderet, non impetravit; ob id Apollo exercitum ejus prope totum consumpsit. Itaque Agamemno Chryseida gravidam patri remisit. Quæ quum diceret se ab eo intactam esse, suo tempore peperit Chrysen juniorem et dixit se ab Apolline concepisse. Postea Chryses Thoanti quum reddere vellet, Chryses audiit senior Agamemnonis Iphigeniam et Orestem filios esse, qui Chrysi filio suo quid veri esset patefecit, eos fratres esse et Chrysen Agamemnonis filium esse. Tum Chryses re cognita cum Oreste fratre Thoantem interfecit et inde Mycenas cum signo Dianæ incolumes pervenerunt. » Hæc Hyginus. Facile apparet reditum Iphigeniæ et Orestis et a Chryse et a tragœdia alienum fuisse. Reliqua sunt ejusmodi, ut ex iis argumentum tragœdiæ aptissimum repeti possit. Pauca tamen Hygini verbis addenda esse videntur, quia credibile est Thoantem profugos usque ad Sminthen insulam secutum esse.

Periculum vero quod Oresti et Iphigeniæ imminebat, Welckerus in ea re versatum esse ait, quod Thoas profugum Orestem et Iphigeniam a Chryse repetivit ut Dianæ violatores, eosque reddendos Chryses decrevit. Itaque Oresti potissimum hoc erat Chrysi persuadendum, nihil a se actum esse quo leges divinæ violatæ essent, tentandumque ut hac ratione Chrysen sibi conciliaret. Quod quum ita, ut voluit, non procederet, Chryses fortasse ab avo certior factus est esse se filium Agamemnonis fratremque eorum, qui ab eo salutem peterent.

Ex fragmentis quæ servata sunt, ad cultum Dianæ Tauricæ versus anapæsticus referendus est apud Polluc. VI, 83 : Ἔστι μέντοι καὶ τὸ τῆς μαγίδος ὄνομα παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Χρύσῃ·

[226] Τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπων.

Cf. Helladium ap. Phot. Bibl. p. 533, 10. Videntur supplices ad aram confugisse. Ammon. p. 34 et Eust. p. 1564, 32 : Παρὰ Εὐριπίδῃ [227] « ἐσχάρα » ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται,... καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ. Et fortasse non alienus est versus apud schol. Aristoph. Vesp. 843 : Σοφ. ἐν Χρύσῃ·

[228] Ὦ πρῶρα λοιβῆς Ἑστία, κλύεις τάδε;

Mirantis Chrysis hæc verba esse ait Welckerus; possunt etiam sacrificantis deamque invocantis esse. Cf. schol. ad Pind. Nem. XI, 7. Minas Thoantis versu apud Apoll. Lex. Hom. expressas crediderim v. Ἰονθάδος... τὰς γὰρ τῶν τριχῶν ῥίζας ἰόνθους λέγει Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ·

[229] Ἐγὼ μέλαιναν ἐξιονθίζω τρίχα.

(Μέλαιναν restituit Lehrsius De Aristarchi stud. p. 154. Legebatur μίαν μέν.) Barbari cujusdam versum esse dixerim apud Aristoph. Ran. v. 193.

224.
Adolescens es et multa te oportet discere
et audire multa et multis rebus imbui.
Semper autem utile aliquid velis addiscere.

226.
Hecatæas magidas conviviorum.

228.
O antistita libationis, Vesta, num audis hæc?

229.
Ego nigrum evello crinem.

Ὅτι δὲ καὶ κρέας τὸ σῶμα καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Χρύσῃ·

[230] Τοιοῦτος ὢν ἄρξειε τοῦδε τοῦ κρέως.

I. e. Fugitivo reddito non recusabo, quin mihi ipsi imperet. Paullo aliter Welckerus versum explanavit. Exstabat præterea Pacuvii tragœdia eodem Chrysis nomine inscripta, cujus fragmentis ductus Nækius tragœdiam primus ex fabula Sophoclea petitam esse perspexit.

ALETES ET ERIGONA.

Aletes qui fuerit non constat. Videtur tamen non is intelligi, qui Corinthi imperium obtinuit, quia non est probabile a scholiasta Pindari ad Ol. XIII, 17 Didymum citatum esse, si rex ille Corinthi edita Sophoclis tragœdia satis notus fuisset. Neque est ille tragica persona, quamquam res illius a tragica dignitate alienas esse non dixerim. Cf. schol. Pind. Nem. VII, 155. Neque magis constat, quæ Erigona fuerit. Vocatur illa Icarii filia in Etymol. M. p. 61, 50: Τινὲς τὴν Ἠριγόνην Ἰκαρίου, ὅτι πανταχοῦ ζητοῦσα τὸν πατέρα ἠλᾶτο... φασίν. Schol. ad Cæs. Germ. interpret. Arati (sub constell. Canis): « Icarus a Libero hospitio receptus est, qui ei in munere utrem plenum vino tribuit, jussitque ut in reliquas terras propagaret. Icarus dehinc quum in terram Atticam ad pastores devenisset, eis genus hoc suavitatis ostendit; pastores autem quum immoderatius biberent, ebrii facti conciderunt. Qui arbitrantes Icarum malum medicamentum sibi dedisse, eum fustibus interfecerunt. Icarum autem occisum canis, qui cum eo fuerat, Neæra nomine, ululans Erigonæ ejus filiæ monstravit, ubi pater sepultus jaceret. Quo quum venisset, ejus corpus sepelivit, ipsaque se in montem Hymettum contulit, ibique laqueo sibi mortem conscivit. Tunc dicitur Liber a Jove petisse, ut Erigonen et Icarum astris inferret. Ille autem audita ejus petitione Erigonen signum virginis nominavit, Icarum autem patrem ejus Arcturum. » Hæc ille. Solebant autem Athenienses singulos per annos de frugibus et vindemia Erigonæ et Icaro delibare. Fuit etiam demus Atticus Ἰκαριεύς. Habet eadem paucis additis Hyginus Fab. 130. Omnia tamen satis recentis temporis commenta tragœdiaque aliena esse constat. Neque vero negligendum est, quod legitur loco, quem ex Etymologo supra citavimus: ὅτι παντα-χοῦ ἠλᾶτο, et quod addit quosdam tradere Erigonam Ægisthi et Clytæmnestræ filiam esse. Hujus autem frater fuit Aletes. Sed est alius quoque locus Etymologi, qui Erigonam Icarii filiam cum Erigona Ægisthi confusam esse a veteribus docet: Αἰώρα, ἑορτὴ Ἀθηνᾶς, ἣν καλοῦσιν εὐδειπνον. Λέγεται γὰρ Ἠριγόνην τὴν Αἰγίσθου καὶ Κλυταιμνήστρας θυγατέρα σὺν Τυνδάρεῳ τῷ πάππῳ ἐλθεῖν Ἀθήναζε κατηγορήσουσαν Ὀρέστου· ἀπολυθέντος δὲ ἀναρτήσασαν ἑαυτὴν προστρόπαιον τοῖς Ἀθηναίοις γενέσθαι, κατὰ χρησμὸν δὲ ἐπ' αὐτῇ συνταλαῖσθαι τὴν ἑορτήν. Atque Hyginus narrat Orestem ex longo errore Mycenas venisse Aletenque, qui regnum obtinuerit, occidisse, Erigonam autem a Diana abreptam delatamque in Atticam esse, ubi sacerdos facta sit.

Ita jam versamur in mediis Tragicorum fabulis. Accedit quod Attii tragœdia fuit Erigona, quæ non dubitari potest quin filia Ægisthi et Clytæmnestræ habenda sit. Sunt qui omnia Mycenis acta esse censeant. Quæ si vera est sententia, argumentum quandam similitudinem Choephororum Æschyli aut Electræ Sophoclis præ se tulit, nisi quod Erigona loco Clytæmnestræ, Aletes Ægisthi fuerit. Verum ejusmodi argumenti repetitio gravissimi in re minore desiderio spectatorum majora, non minora videre cupientium parum apta esse videatur. Deinde Erigona persona gravior erat religioni Atheniensium, quam ut poeta tam jejune eam introducere posset repetitis quæ multo gravius de Iphigenia narrantur. Neque probabile est restitutionem Orestis in regno Mycenarum a poeta expositam esse, quia hujus rei fere nulla mentio est in antiquis fabulis. At antiqua fabula exstabat quæ Erigonam et Aletem, ut pœnas ab Oreste repeterent, Athenas pervenisse tradidit. Quocirca verius tragœdiæ argumentum est, quod ab Etymologo Magno perhibetur, venisse Erigonam cum fratre Athenas, ut Orestem in judicio Areopagi accusarent.

Res autem fuit tragica gravitate dignissima. Dubitari enim potuit rectene Orestes matrem occidisset, quo patrem ulcisceretur. Hoc expositum est in Eumenidibus Æschyli; at nulla oriri dubitatio potuit, quin magnis injuriis Erigona et Aletes occisis parentibus essent affecti. Itaque Athenas veniunt, ut Orestem accusent vindictamque de eo sumant. Verum si priore judicio inter deos transacto Orestes erat absolutus, hoc posteriore judicio criminibus allatis,

230.

Talis si fuerit, huic corpori imperet.

quæ tantummodo inter homines valent, condemnari non potuit. Erigona autem quæ non sine causa eum accusavit, ut Furiæ, pro injuriis acceptis novam religionem, qua se consoletur, inter Athenienses accepit. Totum igitur argumentum, ut Eumenidum, in jurisdictione versabatur.

Nova lux affunderetur tragœdiæ, si non prorsus ignoraretur, quando a poeta docta esset. Quæ si scripta est illis temporibus belli Peloponnesiaci, quo Argivi opera Alcibiadis fœdus cum Atheniensibus pepigerunt, poetæ magnus campus erat apertus ad explicandas rationes, quæ olim inter utramque civitatem intercesserint, non sine laude Atheniensium, qui ita jus Argivis reddiderunt.

De compositione tragœdiæ nihil constat. Neque de personis quidquam notum est, nisi quod credibile est Tyndareum introductum esse, si quidem fragmentum quod sub illius nomine fertur, alii tragœdiæ adscribi non potest. Introducitur Orestes, qui regnum, quod sibi debeatur, ab Alete ereptum queritur. Qui quum esset Tyndareo prorsus ignotus et tamen in ejus oratione quædam reperirentur, quæ Orestem ex illius progenie esse indicarent, accuratius inquirit. Etymol. M. 762, 12 : Τοπάζειν· στοχάζεσθαι, ἐνθυμεῖσθαι, ὑπονοεῖν. Καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἠριγόνῃ·

[231] Ἃ δὲ
δόξῃ τοπάζω, ταῦτ' ἰδεῖν σαφῶς θέλω.

Et ap. Photium p. 595, 7, Suidam. Itaque vult genus suum ab eo exponi. Stob. LXXXVIII, 11 : Σ. Ἀλήτῃ·

[232] Ἀλλ' εἴπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις,
σήμαιν' ὅτου τ' εἶ χὠπόθεν· τὸ γὰρ καλῶς
πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος.

Respondet Orestes ad ea, quæ rogatus erat ab Tyndareo, qui ait, ut apud Stobæum est LXXXIX, 8 : Σ. Ἀλ.·

[233] Ἀλλ' ἀξίως ἔλεξας οὐδὲ μὴν πικρῶς·
γένος γὰρ εἰς ἔλεγχον ἐξιὸν καλὸν
εὔκλειαν ἂν κτήσαιτο μᾶλλον ἢ ψόγον.

Ne negligatur vox πικρῶς, ex qua conjicitur, quæ Orestes dixerit, non ingrata fuisse Tyndareo. Et videtur quoque probabile dicta illa esse ab aliquo, cujus rationes a re ipsa non essent alienæ, quum Tyndarei multum interesset, quid de Oreste statueretur. Oritur nova quæstio de cæde et jure imperii : Orestes postulatur, ut breviter causam suam exponat. Stob. XXXV, 4 : Σ. Ἀλ.·

[234] Βραχεῖ λόγῳ καὶ πολλὰ προσκεῖται σοφά.

Eidem colloquio aliud fragm. tribuendum est Stob. III, 8 : Σ. Ἀλ.·

[235] Ψυχὴ γὰρ εὔνους καὶ φρονοῦσα τοὔνδικον
κρείσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρέτης.

Et postea quod est apud eundem Stobæum XXXVI, 16 :

[236] Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεί,
λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.

Colloquuntur deinde de Ægistho, ut Erotianus docet fragmento corrupto p. 374 : Ὑποκρυφαῖον, ὡς φησιν ὁ Ταραντῖνος. Μαρτυρεῖ γοῦν Σοφοκλῆς ἐν Σμηριγόνῃ, λέγων·

[237] Νῦν δ' εἰρὴ ὕποφρος ἐξ αὐτῶν ἔτι;
ἀπώλεσέν τε καὐτὸς ἐξαπώλετο.

Idem Ægisthus ab Attio quoque memoratur de cæde ab Oreste facta :

Tum autem Ægisthus si me esset eodem lo[co]
comitasset patri.
Sed ubi ad finem ventum, in quo illum fors [ex]
spectabat loco,
atque Orestes gravi' sacerdos ferro prompto ad[or]
tuere.

Refert huc Welckerus incerti loci fragmentum apud Stobæum LXXIII, 54 :

[238] Κατ' ὀρφανὸν γὰρ οἶκον ἀνδρόφρων γυνή·

231.
Quæ vero
suspicor opinione, hæc perspicue videre volo.

232.
At si es nobilis, quemadmodum ipse dicis,
ede cujus es et unde; nam nobilem
progeniem nulla oratio contaminat.

233.
At digne locutus es neque ullo modo acerbe;
genus enim in bonum experimentum adductum
gloriam potius adipiscatur quam reprehensionem.

234.
In oratione brevi etiam multa inest sapientia.

235.
Animus bene constitutus et sentiens quæ justa sunt
multa potest reperire sophistâ sapientius.

236.
Vir enim quisquis semper oratione gaudet,
nescit se gravem esse audientibus.

238.
Per domum orbam virilis animi mulier.

Neque vero Electram cum Welckero intellexerim, sed Clytæmnestram, quæ in intima domo maritum interemit. Sequitur defensio Orestis, quæ cui tribuenda sit incertum est. Stob. CVI, 11 :

[239] Δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν τ' ἄπο
βλαστόντας, εἶτα τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς,
τοὺς δ' ὄντας ἐσθλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα
γεγῶτας εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι.
Οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι
πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα,
τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους τοῖσδε τὴν ἐναντίαν
δίκην κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ τίνειν·
κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτύχει κακὸς γεγώς.

Neque vero hæc judici dicta crediderim. Aletes deinde quum causa ceciderit, hoc insigne fortunæ inter homines instabilis exemplum habetur, deploraturque sors humana, quæ sit tam multis vicissitudinibus subjecta. Stob. CV, 42 :

[240] Τίς δή ποτ' ὄλβον ἢ μέγαν θείη βροτῶν
ἢ σμικρὸν, ἢ τὸν μηδαμοῦ τιμώμενον ;
οὐ γάρ ποτ' αὐτῶν οὐδὲν ἐν ταυτῷ μένει.

Neque enim alienum est, quod exstat sub Tyndarei nomine apud Stobæum CV, 5 :

[241] Οὐχρή ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας
ἀνδρὸς, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη βίος
διεκπεραν θῇ καὶ τελευτήσῃ βίον.
Ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κώλίγῳ χρόνῳ
πάμπλουτον ὄλβον δαίμονος κακοῦ δόσις,
ὅταν μεταστῇ καὶ θεοῖς δοκῇ τάδε.

Apud Euripidem Tyndareus est in parte Aletis; neque vero ex eo consequitur idem esse Sophoclem secutum. Reliqua satius est ignorare.

HERMIONE.

Inter tragœdias Sophoclis ter memoratur Hermione, filia Menelai et Helenæ, quæ Oresti in matrimonium locata est. Hom. Od. Δ, 5 :

Τὴν μὲν Ἀχιλλῆος ῥηξήνορος υἱέϊ πέμπεν.
Ἐν Τροίῃ γὰρ πρῶτον ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
δωσέμεναι· τοῖσιν δὲ θεοὶ γάμον ἐξετέλειον.

Nemo hæc tragicorum videtur secutus esse. Eustathius p. 1479 : [242] Σοφοκλῆς δέ, φασὶν, ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ· εἶτα ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ ἐκδοθῆναι τῷ Νεοπτολέμῳ κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑπόσχεσιν· αὐτοῦ δὲ Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως, ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινύμενος τὸν τοῦ πατρὸς ἐξεδίκει φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ. Ἐξ ὧν γενέσθαι τὸν Τισαμενὸν φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν, ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς φονεῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος. Eadem scholiasta Homeri paucis mutatis memoriæ prodidit. Sunt tamen quædam inter illa, quæ Sophocles non est secutus, ut apparet ex schol. Euripid. Or. 1649 : Φερεκύδης δέ φησι περὶ παίδων χρησμὸν αἰτοῦντα τὸν Νεοπτόλεμον ἀναιρεθῆναι. Ἐπεὶ Νεοπτόλεμος Ἑρμιόνην γαμεῖ τὴν Μενελάου καὶ ἔρχεται εἰς Δελφοὺς περὶ παίδων χρησόμενος (οὐ γὰρ αὐτῷ ἐγένοντο ἐξ Ἑρμιόνης), καὶ ὁρᾷ κατὰ τὸ χρηστήριον κρέα διαρπάζοντας τοὺς Δελφοὺς, ἁρπαιρεῖται τὰ κρέα αὐτοὺς, ἑαυτὸν δὲ κτείνει μαχαίρᾳ· ὁ δὲ τούτων ἱερεὺς κατορύσσει αὐτὸν ὑπὸ τὸν οὐδὸν τοῦ νεώ. Ταῦτα γενεαλογεῖ καὶ Σοφοκλῆς. Corrigendum αὐτὸν δὲ κτείνει Μαχαιρεύς. Sophocles igitur Neoptolemum non fecit cum deo de cæde patris expostulantem, quum Delphos profectus esset, id quod Euripides narravit. Mirum deinde est, quod Eustathius a Machæreo Neoptolemum interfectum esse narrat, quem plerique ab Oreste ipso occisum esse referunt. Cf. Hyg. Fab. 123, Tzetz. ad Lycophr. 1374 et 1032, Virg. Æn. III, 330, Vell. I, 1, Heliod. II, 34, Just. XVII, 3,

239.

Non sane ferendum scelestos a malisque genitoribus
prognatos, tum hos quidem bona uti fortuna,
alteros vero bonos ex bonisque
ortos postea cum adversis rebus conflictari.
Non debebant dii hæc de mortalibus
constituere. Oportuit enim pios homines
consequi emolumentum aliquod conspicuum a diis,
scelestos autem his contrariam
pœnam malorum conspicuam vindictam luere.
Neque quisquam malus hac ratione bona fortuna uteretur.

240.

Quis unquam felicitatem mortalium aut summo aut infimo aut nullo plane loco? [loco ponat neque enim quidquam diu in sua sede manet.

241.

Celebranda laude nullius felicitas
hominis, priusquam sorte defunctus sua
mortalis ævi terminos impleverit.
Namque una sæpe quamlibet celsas opes
in plana traxit hora, quum se lubrica
fortuna vertit atque sic visum deis.

Eurip. Andr. 977—1129, Or. 1651. Qua in re peropportunum est quod Asclepiadæ debetur apud schol. Pind. Nem. VII, 58 : Περὶ μὲν οὖν τοῦ θανάτου σχεδὸν ἅπαντες οἱ ποιηταὶ συμφωνοῦσι τελευτῆσαι μὲν αὐτὸν ὑπὸ Μαχαιρέως. Idemque indicari ait Welckerus Pindari verbis Nem. VII, 42, et Eurip. Andromach. 1127. Alii sacrilegii causa Neoptolemum interemtum esse tradunt.

Constat igitur ex iis quæ attulimus, Sophoclem potissimum hanc esse famam secutum : Quum Neoptolemus Delphos profectus esset, ut deum de liberis quærendis consuleret, interemtus est a Machæreo, uxor autem Hermione reddita est Oresti. Cujus quamquam nulla mentio facta est, tamen alienum vel etiam contrarium instituto poetæ fuisset, si nullæ ejus partes fuissent in tragœdia. Quocirca quum plerumque ab Oreste Neoptolemus occisus referatur, id hoc modo accipiendum esse videatur, ut Orestes cædem perfici voluerit, Machæreus illius hortatu ac suasu transegerit. Neque improbabile est etiam Apollinis intercessisse consilium, qui Neoptolemo ob patris cædem, quam hic deo exprobravit, irascebatur, Orestemque, qui in illius fidem sese dederat, adjuvit auxilioque fuit in judicio Areopagitarum. Neque sine causa poeta Orestem a cæde perficienda removisse videtur, primum, quod erat memoriæ antiquissimæ contrarium, tum filius illius, quem Achilles, quum esset vehementissima ira commotus, Minervæ suasu incolumem reliquisset, eum necare non potuit. Satis graves autem causæ fuerunt, cur Orestes irasceretur Neoptolemo, a quo conjuge privatus erat, quam amabant ardentissime (Ovid. Her. VIII, 9 et 10), tum patres quoque semper fere ad Trojam inter se inimicitias exercuerant acerbissimas.

De compositione nihil notum est. Hermionæ tamen nomen, quo tragœdia inscripta fuit, docet primarias illius partes fuisse. Videtur igitur illam Orestes in suam partem pellexisse, ut insidias prioris mariti, cui vi erepta fuit, adversus Neoptolemum, cui invita nupserat, adjuvaret. Quocirca illam non multum diversam fuisse ab Electræ persona credideris, quæ adjuvit fratrem, quum patrem ulciscens supplicium de Clytæmnestra et Ægistho sumsit. Ita quidem intelligitur, cur tragœdia Hermione dicta sit. Deinde si ex tragœdia sumtum est, quod ab Hygino perhibetur, ab Oreste Neoptolemum Delphis sacrificantem occisum esse, non improbabile esse videatur sacris præparandis iium occupatum fuisse, dum insidiæ ipsi ab Oreste et Hermiona struerentur. Videtur tamen antea repoposcisse pristinam uxorem. Letali vulnere accepto Neoptolemus a suis, fortasse ab Anchialo, defensus ab injuriis inimicorum huic præcepisse videtur, quid post obitum suum fieri vellet. Ita fere Servius (Æn. III, 297) : Verum moriens præcipit, ut Andromacha quæ apud eum conjugis locum tenuerat, Heleno daretur. Quibus verbis convenit Livii versus ex Andromacha : « Obsecro te, Anchiale, matri ne quid tuæ adversus fuas. » Occiso Neoptolemo Orestes statim Hermionam recuperat, de cujus posteris fortasse pauca per oraculum dicta sunt. Cf. schol. ad Hom. Od. Δ, 4.

Perpauca servata sunt ex Græcis, quæ huic tragœdiæ tribuantur. Stephanus Byz. : Ἀγυιὰ τύπος δηλῶν τὴν ἐν πόλει πορευτὴν ὁδὸν... τὸ τοπικὸν ἀγυιαῖος· Σοφ. Ἑρμιόνῃ·

[243] Ἀλλ' ὦ πατρῴας γῆς ἀγυιαίου πέδον.

Welckerus versum Hermionæ gaudenti, quod sit patriam revisura, attribuit. Potest ille etiam aptius Neoptolemo vindicari, qui morieus patriam amissam lamentatur. Hermiona enim erat Mycenas, non Spartam cum marito profectura. Comparat Welckerus ex incertis fragmentis locum, quo lacrimæ gaudio obortæ memorantur apud schol. Pindari Pyth. IV, 213 :

[244] Χῶρος γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνθρώπων φρενῶν
ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει·
δακρυρροεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων.

Alterum fragmentum est apud Antiatt. p. 87, 25 : [245] « Γνωστὸς » ἀντὶ τοῦ γνώριμος, fortasse de Oreste dictum est, qui Hermionæ notus sit.

Plura servata sunt ex Pacuvii Hermiona, inter quæ pauca sunt, quibus Sophoclis tragœdia suppleatur. Orestis est hic versus, quo ait Hermionam sibi prius datam esse quam desponsam Neoptolemo :

Prius data est quam tibi dari dicta aut quam reditum est Pergamo.

Cur sibi data sit Hermione, Neoptolemus hoc versu ait :

243.
At o paternæ terræ viis celebratæ arva.

244.
Locus enim hic est in animo mortalium, ubi et quo gaudeas et quod doleas oritur. Lacrimæ enim effunduntur sive hæc vel illa consequaris.

Quod ego in acie crebro objectans vitam bellando aptus sum.

Deinde adversus Orestem reprobrans:

Et obnoxium esse aut brutum aut elinguem putes.

Hermionæ Welckerus tribuit:

Quantamque ex discorditate cladem importem familiæ.

Et,

Quum neque me adspicere æquales dignarent meæ.

Eo scilicet tempore Oresti sese nuptam esse ait, quo quum mater Trojæ fuerit, a suis æqualibus contemta sit. Reliqua perobscura sunt.

Chorus fortasse sacerdotum fuit; neque enim credibile est, si Neoptolemi comitibus fuerit compositus, ab his illius cædem non esse vindicatam.

ODYSSEA.

NAUSICAA SIVE LOTRICES.

Valde diversa sunt virorum doctorum judicia de fabula, quæ Nausicaa inscripta fuit: quam sunt qui fabulam satyricam fuisse censeant, alii tragœdiam. Neque vero aut in fragmentis aut in memoria antiquitatis quidquam reperitur, quo evincatur fabulam satyricam fuisse, nisi quod in agro transacta currusque a mulis tractus in scena monstratus est. Cujus sententiæ tamen auctores sunt Casaubonus, Valckenarius, Lessingius. Alii procul dubio rectius judicarunt, qui tragœdiam fuisse censuerunt. Neque enim ut satyrica fabula memoratur; immo diserte tragica dicitur a schol. ad Iliad. Γ, 54, neque quidquam reperitur, quod alienum sit a gravitate tragica, multa vero, quæ abhorreant a choro satyrorum cum Nausicaa conjuncto. Denique permultæ tragœdiæ in agro transactæ sunt.

Fabula etiam Πλύντριαι vocata est, quia Nausicaa, ut elueret vestes instante matrimonio, ad mare cum sodalibus exierat. Hoc nomine tragœdia citatur ab Hesychio et Eustathio. Ex quibus satis certo concluditur Sophoclem in componenda tragœdia non recessisse ab Homero neque dubitari posse, quin Nausicaæ comites in choro introductæ sint, id quod nomine Πλυντριῶν confirmatur. Nausicaa tamen non fuit inter choreutas, ut apparet loco Eustathii p. 1553, 63: [246] Μάλιστα δὲ, φασὶν, ἐπεμελήθησαν ὕστερον στρατικῆς πολέων μὲν κοινῇ Λακεδαιμόνιοι, βασιλέων δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, ἰδιωτῶν δὲ Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς, ὃς καὶ ὅτε, φασὶ, τὰς Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος, ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. Athen. I, p. 20, E: Σοφοκλῆς ἄκρως ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε. Eadem fere habet Eustath. p. 381, 10.

De compositione fabulæ nihil notum est. Quum vero nihil sit in tragœdia, quod prorsus casu accidisse censeas, Minervæ, cujus opera apud Homerum memoratur, nullas partes in tragœdia fuisse non existimo. Quocirca poeta in hunc fere modum fortasse adornavit fabulam: Minerva initio introducta spectatoribus exponit Ulixem naufragum in insulam Phæacum ejectum lassitudine oppressum somno sese dedisse absconditumque esse arbustis, deinde ostendit quid fecisset, ut Nausicaa eodem veniret, quidque pro Ulixe esset factura. Quo facto Nausicaa cum sodalibus intervenit inter omnes illa una conspicua cum curru, quo vestes, quas loturæ erant aut laverant, vehebantur. Ludere incipiunt pila, atque ita accidit, ut Ulixes pila percussus ex somno excitetur misericordiamque Nausicaæ imploret. Reliquæ dum fugiunt, a virgine recipitur, lavacro, veste, cibo recreatur, auxiliumque ei promittitur, quo salvus in patriam reducatur. Summa tragœdiæ sine dubio in eo versabatur, quod Nausicaa viro improviso apparente intrepida remanebat, preces audiebat auxilium implorantis, tutelam pollicebatur suam Ulixique reditum in patriam post longum errorem.

Tragœdia quamquam fuit omnium simplicissima, tamen multa continebat, quibus auditores cum voluptate retinerentur. Ingenua Nausicaæ simplicitas, animus vere regius in puella, ludus chori, pilæ lusio, qua excellebat Nausicaa, Ulixis interventus, hujus conditio miseranda, virginis commotio animi, deinde vir per mulierem servatus post tot bella totque pericula terra marique superata.

Fragmenta, quorum numerus est perexiguus, facile explicari possunt. Quod ait Pollux X, 52, [247] «λαμπήνη» ἐν τῇ Ναυσικάᾳ currus est, quo advehebantur vestes vel ipsa Nausicaa cum comitibus. Hoc fortasse indicatur Hesychii loco, Λαμπήνη, εἶδος ἁμάξης ἐφ' ἧς ὀχοῦνται. Concludas intelligi puellas, quæ curru advehebantur. Deinde quum explicuissent, quam ab causam venissent, una ex iis, fortasse Nausicaa, ait, id quod est apud eundem Pollucem VII, 45: Ἐπενδύτης... λῃστέον ἐκ τῶν Σοφοκλέους Πλυντριῶν·

[248] Πέπλους τε νῆσαι νεοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Jubet enim vestes colligi, ut pila ludere possint. Dum Nausicaa pila ludebat, chorus carmine illius artem descripsisse videtur. Hesych. : [249] « ἀναρροιβδεῖ » . . . Σοφοκλῆς ἐν Ναυσικάᾳ ἀντὶ τοῦ ἀναρρίπτει. Quia verbum ἀναρροιβδεῖ insolentius est, choro potius tribuerim quam Ulixi, quando ludentes primum conspexit. Pilam alio fragmento intelligi interpretes jam viderunt, neque dubium videtur quin Nausicaa in Ulixem pilam jecerit. Etym. M. p. 313, 1 : Ἔγχος τὸ δόρυ· ἱστέον ὅτι ἔγχος καὶ ξίφος καὶ δόρυ τὸ αὐτὸ οἶδεν Ὅμηρος. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς τὴν σφαῖραν « ἔγχος » κέκληκεν, οἷον

[250] Τὸ δ' ἔγχος ἐν ποσὶν κυλίνδεται.

Ulixes pila percussus e somno excitatur, ex arbustis procedit tamquam leo, ut ait Homerus, virginesque præter Nausicaam omnes in fugam compellit. Harum carmini dum fugiunt Welckerus adscripsit quod est apud Athenæum p. 688, A : Καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ τὰς ἀπολελυμένας τοῦ φόβου πεποίηκε λεγούσας·

[251] Θυμῷ δ' οὔτις φαιδρὰ χορεύει
τάρβους θυγάτηρ.

Quod supra de interventu Minervæ diximus, amphora Volscenti, quæ in ceramotheca Monacensi asservatur, comprobatur.

PHÆACES.

Sequitur fabula, quæ inscripta fuit Phæacum nomine, simplicitate et rerum dispositione et eventu sine dubio Nausicææ simillima. Periculum, quod Ulixi imminebat, fere idem fuit, nisi quod præter Minervam a regis filia protegebatur; deinde exitus utriusque fabulæ hilaritatem animi attulit. Satis vero apparet res transactas majoris momenti fuisse in Phæacibus quam in Nausicaa. Nam quæ antea inter virgines in agro inter muliebria opera et lusus transigebantur, eadem jam inter viros coram rege in urbe agebantur; tum Nausicaa auxilium pollicebatur : jam vero dubitari non potest quin apparatus in Phæacibus facti sint ad reducendum Ulixem in patriam. Opera Minervæ fortasse nulla fuit. Homerus (Od. Z, 262 et 273 seqq.) exemplum exhibuit, quod Sophocles neque deserere neque innovare potuit. Itaque solum illum in scenam venisse crediderim. Chorus sine dubio eorum fuit, qui ex Phæacibus cum rege convivabantur. Id etiam nomen tragœdiæ indicat.

Poeta qui in plerisque Homerum secutus est, in eo fortasse ab illo non recessit, quod Ulixem omnium primum primores Phæacum, qui in choro introducebantur, convenire fecit. Huc referam fragmentum, quod est apud Antiatt. p. 83, 21 : [252] « ἀποσημῆναι » ἀντὶ τοῦ δηλῶσαι. Σοφοκλῆς Φαίαξιν. Vox videtur anapæstis chori vindicanda, qui Ulixis adventu stupefactus illum jubet *exponere*, quis sit et quid velit. Implorat chori auxilium, quod quum chorus ei promittere non possit, Alcinous arcessitur, cui refert, quis sit et unde venerit. Huc referendi sunt versus e Vita Sophoclis : Καὶ τὴν Ὀδύσσειαν ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται, παρετυμολογεῖ δὲ καθ' Ὅμηρον καὶ τὸ ὄνομα Ὀδυσσέως·

[253] Ὀρθῶς δ' Ὀδυσσεύς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς·
πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί.

Conf. Od. I, 19 et T, 407. Eidem narrationi tribuenda sunt verba apud Plut. Moral. p. 747, F : Σοφοκλέους Ὀδυσσεύς φησι Σειρῆνας εἰσαφικέσθαι Φόρκου κόρας αἰθροῦντος τοὺς Ἅιδου νόμους. Metrum Lobeckius ad Soph. Ajac. p. 342 restituit :

[254] Σειρῆνας εἰσαφικόμην
Φόρκου κόρας θροοῦντε τοὺς Ἅιδου νόμους.

Et Circe videtur intelligi incerti loci fragmento apud Eustath. p. 1761, 27 : Λαπίζειν παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ συρίζειν· καὶ βαυβᾶν τὸ κοιμᾶσθαι, οἷον·

[255] Ἡ δὲ προὐκαλεῖτό με
βαυβᾶν μετ' αὐτῆς.

Ad convivia, quæ insecuta sunt, commode referantur reliqua. Antiatt. p. 82, 32 : « ἀστν-

---

248.
Peplosque colligere recensque lota amicula.
250.
Pilaque inter pedes volutatur.
251.
Animo vero nulla læte choros ducit
timoris filia.
253.
Recte vero Ulixes sum vocatus a malis :
nam multi mihi succensuerunt improbi.
254.
Ad Sirenas perveni
Phorci filias, quæ edunt Orci carmina.
255.
Illa vero me provocavit
ut cum illa concumberem.

ματα· » οὐχ ἡδύσματα. Σοφοκλῆς Φαίαξιν. Athenæus II, p. 67, F: Ὅτι ἀρτύματα εὕρηται παρὰ Σοφοκλεῖ·

[256] Καὶ βορᾶς ἀρτύματα.

τὸ δὲ ῥῆμα κεῖται παρὰ Σοφοκλεῖ·

[257] Ἐγὼ μάγειρος ἀρτύσω σοφῶς.

ACHÆORUM CONVIVIUM.

Tragœdiam vario modo citant grammatici. Cicero ad Quintum fratrem II, 16 : « Συνδείπνους Σοφοκλέους quamquam a te actam fabellam video festive, nullo modo probavi. » Athenæus VIII, p. 365, B : Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας... διόπερ τινὲς καὶ τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα κατὰ τὸ οὐδέτερον ἐπιγράφειν ἀξιοῦσι ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ. Neque aliter citatur fabula ab Athen. p. 17, D, schol. ad Soph. Ajac. 190 et OEd. C. 9 et Stob. XXVI, 1, Eustath. p. 1828, 28, Hesych. v. Ἀζειῶται. At Σύνδειπνοι Athen. p. 679, A, p. 686, A. Sunt qui hæc ad Σύλλογον referant citatum ab Hesychio vocibus Ἐπιζενοῦσθαι et Ἐπισειούσης.

De argumento viri docti dissentiunt. Sunt qui congregationem Achæorum in Tenedo insula conviviumque ibi apparatum intelligant Aristotelis loco permoti, qui est Rhet. II, 24 : Εἴ τις φαίη τὸ ἐπὶ δεῖπνον κληθῆναι τιμιώτατον· διὰ γὰρ τὸ μὴ κληθῆναι ὁ Ἀχιλλεὺς ἐμήνισε τοῖς Ἀχαιοῖς ἐν Τενέδῳ· ὁ δ' ὡς ἀτιμαζόμενος ἐμήνισε. Συνέβη δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ μὴ κληθῆναι. Alii rectius, ut quædam affinitas cum Osteologis Æschyli ostendit, Achæos, Penelopæ procos, in domo Ulixis convivantes ibique ab hoc interfectos intellexerunt. Deinde sunt etiam qui fabulam satyricam fuisse censeant. Quos gravitas sententiarum, quæ in fragmentis expromitur, falsos esse satis declarat, id quod optime demonstratum est ab Welckero.

Poeta si illud argumentum tractavit quod diximus, haud dubie eadem illa exposuit, quæ Homerus Ulixem egisse narrat, quum cædem procorum præpararet. Ulixes enim audierat postero die Penelopam certamen procis propositurum, quo qui victor evasisset, ei se nupturam esse. Qua re perturbatus quum noctu somnum diu capere non potuisset, postremo consopitus mane excitatus esset a Minerva, ceteris dormientibus, certamini quod instabat sese præparat. Verum, inquit Welckerus, dies ille non fuit unus aliquis ex multis, sed festum novilunii instabat, quod Apollini Clytotoxo sacrum erat. Gravitas igitur tragœdiæ et loco et die, quo res gerebatur, et victoria et ultione, quam Apollo de procis sumere videbatur, adaucta est. Idemque etiam in Odyssea indicatur, siquidem et Penelopa ob eam causam istum diem certamini constituit neque proci, quam ob rem illud factum sit, ignoraverunt (Φ, 238, 258, 268) et Ulixes illum ipsum diem ad perimendos procos elegit. Chorum Welckerus solemnitate festi occupatum initio fuisse suspicatur, ideoque fragmentum, quod jure choro tribuatur, primo illius carmini esse vindicandum non putat.

Argumentum tragœdiæ et ex fragmentis, quæ servata sunt, et ex Homeri carminibus facile constituitur. Neque vero dubitandum videtur quin magnam partem tragœdiæ injuriæ, quibus Ulixes a procis affectus sit, impleverint. Ad procos accedit, contumeliose ab iis accipitur, scamno jacto bis feritur, deinde a Ctesippo Samensi crure bubulo petitur. Omnia patienter fert, dum ultionem sibi paret; neque Minerva ab illo, quo vehementius in procos incitetur, injurias istas prohibet. Deinde arcu usi videntur, tum proci occisi, postremo Ulixes a Penelopa recognitus esse. Multa tamen ex his narrata non in scena acta esse credibile videtur. Præclarum Welckerus argumentum fuisse judicat, ideoque minus notam fuisse Sophoclis tragœdiam, quia cum immortali Homero comparabatur.

De choro nihil constat, quem tamen pro certo haberi potest ex procis non fuisse compositum. Hi cæsi jure sunt; chorus autem justæ causæ, ut solet, i. e. Ulixi favere debebat. Itaque valde difficilis est quæque conjectura, sive pastores sive Penelopæ ancillas introductas credideris. Ex reliquis personis Penelopa, Telemachus, Eumæus et Philœtius, Euryclea satis certæ sunt.

Fragmentorum omnium splendidissimum a Stobæo (XXVI, 1, Σοφ. ἐκ Συνδείπνου) servatum est idque choro vindicandum :

[258] Λάθα Πιερίδων στυγερὰ καὶ ἀνάρετος,
ἃ δὲ μνᾶστις θνατοῖς εὐποτμότατος
μελέων, ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν.

(Versu altero codd. ὠδυνάσει; θανάτοις.) Welcke-

256.
Et cibi frusta.
257.
Ego lanio sapienter dissecabo.
258.
Oblivio Musarum invisa et ingrata,
memoria vero mortalibus beatissima
carminum, sustentans breve vitæ confinium.

rus a choro procorum versus cantatos esse putat. Quod cur non sit probabile, supra docuimus; sed si licet conjecturis indulgere, ex Phemio uno vate plures esse factos crediderim, qui procis epulantibus canentes pro choro inducti sint. Atque ab his res gestas Græcorum celebrari egregie aptum tragœdiæ videtur; etiam Ulixes in cœlum efferri laudibus potuit, dum ille hæc præsens fortasse audivit. Difficilius aliud fragmentum est apud Athenæum XV, p. 679, A:

[259] Οὔτοι γένειον ὧδε χρὴ διηλιφὲς
φοροῦντα κἀντίπαιδα καὶ γένει μέγαν
γαστρὸς καλεῖσθαι παῖδα τοῦ πατρὸς παρόν.

Ulixes hæc adolescenti cuidam insolenti exprobrasse videtur. Cf. Etym. p. 601, v. postremo. Itaque verba ex ea tragœdiæ parte sumta conjicias, in qua proci convivantes introducebantur eorumque insolentia maxime conspicua erat. Cum his tria alia fragmenta Welckerus contulit, quæ ex qua fabula petita sint, ignoratur. Unum est apud Clement. Alex. Pæd. III, p. 286: Ἁβροδίαιτον ἐπονειδίζων νεανίαν ὁ Σοφοκλῆς λέγει,

[260] Γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν.

Alterum apud Plutarchum Mor. p. 280, F: Διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι καὶ βόες καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι, ὥς που καὶ Σοφοκλῆς πεποίηκε·

[261] Σὺ δὲ σφαδάζεις πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ·
γαστήρ τε γὰρ σοῦ καὶ γνάθος πλήρης [βορᾶς].

Vocem βορᾶς addidimus conjectura. Tertium apud Stobæum XVIII, 1:

[262] Τί ταῦτ' ἐπαινεῖς; πᾶς γὰρ οἰνωθεὶς ἀνὴρ
ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐστι, τοῦ δὲ νοῦ κενός.
Φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν ἐχχέας μάτην
ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἶπεν λόγους.

Neque ineptum est quod exstat apud Etymol. Magn. p. 601 in imo margine: Νεῖκος ἡ φιλονεικία παρὰ τὸ νέοις ἐοικέναι· ἡ γὰρ φιλονεικία τοῖς νεροῖς ἁρμόζει. Σοφοκλῆς·

[263] Ὕβρις δέ τοι
οὐπώποθ' ἥβης εἰς τὸ σῶφρον ἵκετο,
ἀλλ' ἐν νέοις ἀνθεῖ τε καὶ φθίνει πάλιν.

Reliqua facilius explicantur. Athen. XV, p. 686, A: Τοῖς παισὶ παρακελεύομαι κατὰ τὸν Σοφοκλέα, ὃς ἐν Συνδείπνοις φησίν·

[264] Φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν
κρατῆρ'· ὅδ' ἀνὴρ οὐ πρὶν ἂν φάγῃ καλὰς
ὅμοια καὶ βοῦς ἐργάτης ἐργάζεται.

Oratio est cujusdam Ulixem deridentis, qui hunc, ut arcum tentaret, vino inductum ait. Ita Hom. Od. Φ, 293. Aliud fragmentum Ulixem a procis jam esse agnitum indicat. Schol. Soph. Ajac. 190: Τὸν Ὀδυσσέα Σισύφου συνήθως φησὶ Σοφοκλῆς καὶ ἐν Συνδείπνῳ·

[265] Ὦ πάντα πράσσων ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς
ἔνδηλος ἐν σοὶ πανταχοῦ, μητρὸς πατήρ.

Pro πατήρ est qui βατήρ scribat (O. Schneider. in Zimmermanni Diario a. 1840, p. 1276).

Artificio quodam poeta cædem a scena removit in domum, quo ad convivium proci se conventuros speraverant. Ibi quum primum agnitus est Ulixes, pestis procis instabat; neque ignorabant quid ipsis esset eventurum. Etymol. M. p. 265, 23: Δημόκοινος, δημόσιος βασανιστής· ὁ δήμιος, ἤγουν ὁ ἐκ τοῦ δήμου τὸ φονεύειν κληρωθείς. Σοφοκλῆς·

[266] Οἷος γὰρ ἡμῶν δημόκοινος ἔρχεται.

Chori carmen, dum cædes fiebat, insecutam esse videtur. Ad illud referendum est fragmentum in Bekk. Anecd. p. 372, 13: Ἄκουε σίγα.... καὶ Σοφοκλῆς·

259.
Non decet ita perunctum mentum
habere et qui adultus sit et barba magnus,
ventris filium vocari, quum liceat patris.

260.
Muliebris ornatus imitatione insignis es.

261.
Tu vero superbis tanquam pullus pabuli abundantia;
venter enim tuus et maxilla impleti sunt [cibo].

262.
Quid hæc laudas? quisque enim inebriatus
ira inferior est et prudentia destitutus.
Solet vero multis verbis temere effusis
invitus audire, quæ libens dixerit.

263.
Contumelia sane
nunquam ad juventutis frugalitatem pervenit,
sed in adolescentibus efflorescit et occidit.

264.
Afferte, abstergeat aliquis, infundito profundum
poculum; hicce vir non priusquam epulatus sit, ei
pariter ut bos operarius laborat. [bene sit;

265.
O tu qui omnia aggrediaris, ut Sisyphus multis
in te ubique sit conspicuus, matris pater. [rebus

266.
Ut carnifex enim noster incedit.

[267] Ἄκουε σῖγα· τίς ποτ' ἐν δόμοις βοή;

Cæde transacta Penelopa ex somno excitatur adestque aliquis, qui quæ in domo sint gesta exponit, dum Ulixes, ut domum piaculo expurget, incenso sulphure ignem adolet. Postea ipse procedit, dum corpora interemtorum afferuntur, quos recenset. Athen. I, p. 17, D (ex eoque Eustath. p. 1828, 28): Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συνδαίτῃ·

[268] Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον·
ἐδειματούμην δ' οὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο.

Omnibus recensitis ad inferos examen pergere ait. Porph. De antro Nymph. XVIII: Παγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδριάσι Νύμφαις καὶ ἔτι γε μᾶλλον Νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς· ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη·

[269] Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεταί τ' ἄλη.

Vulgo legitur ἄλλη. Quod scripsimus, Bergkii conjecturæ debetur. Conclusit tragœdiam fortasse fragmentum ap. Stob. CV, 57, ex Porphyrii libro de Styge: Ἥ τε γὰρ αἰγειρος, ὥς φασιν ἄλλοι τε καὶ Πλούταρχος, φιλοπενθὴς καὶ ἀτελὴς πρὸς καρποτογονίαν. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἔν τισι φησίν·

[270] Οὐ χρή ποτ' ἀνθρώπων μέγαν ὄλβον ἀποβλέψαι· τανυφλοίου γὰρ ἰσαμέριος
ὅστις αἰγείρου βιοτὰν ἀποβάλλει.

TELEGONEA.

ULIXES ΑΚΑΝΘΟΠΛΗΞ s. NIPTRA.

Tragœdia varie a veteribus citatur; Hesychius, Stephanus, duo scholiastæ Ὀδυσσέα ἀκανθοπλῆγα memorant; Suidas et Photius ἐν τοῖς Νίπτροις; eundem titulum Pacuvius secutus est. Brunckius aliique interpretes utrumque titulum conjunxerunt, quorum Brunckius in hunc modum disputat: « Argumentum fuit mors Ulyssis pastinacæ radio icti a Telegono filio. Rem his verbis narrat Eustathius p. 1676, 44: Τηλέγονος ὁ Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως ἡφαιστότευκτον δόρυ ἔχων, οὗ ἀδαμαντίνη μὲν ἡ ἐπιδορατὶς, αἰχμὴ δὲ κέντρον θαλαττίας τρυγόνος, χρυσοῦς δὲ ὁ στύραξ, καὶ ἐλθὼν ἐκ Τυρσηνίας εἰς ἀναψηλάφησιν τοῦ πατρὸς καὶ λεηλατῶν ἀγροίᾳ τὰ ἠπειρωτικὰ τοῦ Ὀδυσσέως κτήματα, καὶ εὑρὼν ἀντίπαλον τὸν πατέρα, ἀνεῖλεν οὐκ εἰδώς· καὶ οὕτω τῷ κατὰ θάλασσαν ἀεὶ κακῶς πράττοντι ἐκ θαλάττης ἦκεν αὖθις ὁ θάνατος, ὃς ἔπεφνεν αὐτὸν, καθὰ καὶ Ὀππιανὸς ἱστορεῖ, τῷ τῆς τρυγόνος κέντρῳ. Pastinacam describit Oppianus, Ἁλιευτικῶν II, 462. Hanc fabulam Pacuvius latinam fecit, sed libere, Romanorum tragicorum more, qui servata Græcorum dramatum œconomia multa mutabant in moribus et sententiis. Vide Cic. Tusc. II, 20. Dubitare non debebat Casaubonus, quin Sophocles Νίπτρα ediderit. Verum autem non est Pacuvium novo titulo Niptra inscripsisse fabulam, cui Sophocles indicem fecerit Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ. Sophoclei enim dramatis index fuit Νίπτρα ἢ Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ, ut aliæ multæ fuerunt fabulæ duplici titulo insignitæ.... Apollodorus Tarsensis eodem titulo Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλὴξ tragœdiam scripserat, teste Suida... Vide Hemsterhusii notam ad Thomam M. in Ἀκανθοπλήξ. » Addunt pauca grammatici, ut schol. ad Odyss. A, 134 et Photius: Μετὰ δὲ τὴν Καλλιδίκης τελευτὴν τὴν μὲν βασιλείαν διαδέχεται Φιλοποίτης ὁ Ὀδυσσέως υἱὸς, αὐτὸς δὲ εἰς Ἰθάκην ἀφικνεῖται. Κἀν τούτῳ Τηλέγονος εἰς ζήτησιν τοῦ πατρὸς πλέων ἀποβὰς εἰς τὴν Ἰθάκην, τέμνει τὴν νῆσον, ἐκβοηθήσας δ' Ὀδυσσεὺς ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀναιρεῖται κατ' ἄγνοιαν. Τηλέγονος δὲ ἐπιγνοὺς τὴν ἁμαρτίαν, το τε τοῦ πατρὸς σῶμα καὶ τὸν Τηλέμαχον καὶ τὴν Πηνελόπην πρὸς τὴν μητέρα καθίστησι. Eadem fere refert Hyginus Fab. 127, oraculo addito, quo Ulixes monebatur, ut a filio caveret mortem. Quæ tamen si comparamus cum iis, quæ Homerus ex Tiresiæ oraculis refert, non omnia bene convenire neque in unum coalescere fatendum est. Narrat enim Homerus Ulixi Tiresiam patriam relinquendam respondisse quærendamque terram, cujus incolæ remum pro ventilabro habeant; tum Neptuno sacra facienda

267.
Audi silentio; quis enim clamor est in domo?

268.
At irâ fremens male olentem matulam
jecit nec aberravit; sed in capite meo
vas rumpitur non unguento spirans:
mihorrui fœdo odore.

269.
Susurrat mortuorum examen, abitque huc et illuc.

270.
Hominum nimias ne tu nimium
mirator opes: nam populeo
similis trunco, cui vita perit. HGn.

redeundumque Ithacam, quo facto mollem obitum illi in patria ætate confecto eventurum. Mors autem illa dicitur ἕξαλος, ut apud Homerum est. Itaque Eustathius p. 1676, 42 : Θάνατος δὲ ἕξαλος ὁ ἠπειρωτικὸς καὶ ἔξω θαλάσσης... τινὲς δὲ γράφουσι κατὰ παράθεσιν ἐν ὑσὶ μέρεσιν λόγου.... Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι εἴτε ἕξαλος γράφει τις εἴτε ἐξ ἁλὸς, λοξότητα χρησμοῦ ὁ τοιοῦτος λόγος Τειρεσίου διὰ τὸ ἀσαφὲς καὶ δυσεξήγητον. Videtur posterior sententia poetis, qui Telegoneam post Homerum scripserunt, magis placuisse ideoque ἐξ ἁλὸς scripsisse; neque improbabile est eandem famam Sophoclem secutum esse.

Multa ex fragmentis peti possunt quæ, quamquam tragœdiæ compositio, personæ pleræque, chorus qui fuerit, prorsus ignoratur, Welckerus egregie in ordinem redegit ingenioseque explicavit. Ulixes in patriam rediit viva adhuc Euryclea, sed idem dies, quo rediit, ipsi mortem quoque attulit. Cf. Phot. Cod. 230. Retulit ad hunc locum Welckerus versus, quos Gellius II, 26 servavit :

Cedo tamen pedem [mihi], lymphis flavis flavum ut pulverem
manibus isdem quibus Ulixi sæpe permulsi abluam, lassitudinemque minuam manuum mollitudine.

Quæ si Welckerus recte divinavit, egregium poetæ in hac re artificium deprehendas. Communem antiquitatis famam secutus Ulixem poeta tanquam ignotum in patriam redire fecit, primum ut videret, num tuto sibi liceret patriam intrare, an pericula, ut post longum illum errorem bello Trojano finito, sibi instarent. Tum proci, quos vi subegit, obstabant; nunc hostis adest quo subigendo non minus, quantum viribus valeret, quam procis occidendis ostendere potuit. Ultionem ut exigeret, illos occidit, nunc in patria defendenda a filio occisus est. Reliquæ ad bellum referenda sunt. Nunciantur hostes ad insulam appulisse. Ulixes num in terram escendant, inquirit. Schol. MS. Hom. Iliad. A, 135, ap. Koen. ad Greg. Cor. p. 49 : Καὶ Σοφ. ἐν Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλήγι ·

[271] Εἰ μέν τις οὖν ἔξειστν, εἰ δὲ μὴ, λέγε.

(Conf. Eustath. p. 66, 31.) Dux hostium describitur versu Pacuviano apud Gell. XIII, 29 :

Ætate integra,
feroci ingenio, facie procera virum.

Ulixes non is est, qui intelligitur, cui ætas integra et juvenilis sit. V. Donat. ad Terent. Andr. I, 1, 45. Juventus, quæ in prœlium mittatur, ab Ulixe convocatur :

Vos hinc defensum patriam in pugnam petite.

Ulixes firmo est animo adversus minas adversarii.

Spartam [inquit] deponere instat, id si perpetrat,

scilicet dux adversariorum. Ulixes in pugnam cum suis proficiscitur; sed non ita diu post saucius reportatur. Quem locum verba Ciceronis in Tusc. II, 21 egregie illustrant : « Non nimis in Niptris ille sapientissimus Græciæ saucius lamentatur vel modice potius :

Pedetentim (inquit), et sedato nisu!
ne succussu arripiat major
dolor.

Pacuvius hoc melius quam Sophocles; apud illum enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in vulnere; tamen huic leviter gementi illi ipsi, qui ferunt saucium, personæ gravitatem intuentes non dubitant dicere :

Tu quoque, Ulixes, quamquam graviter
cernimus ictum, nimi' pæne animo es
molli, qui consuetus in armis
ævum agere.

Intelligit poeta prudens ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram. Atque ille non immoderate magno in dolore :

Retinete, tenete, opprimit ulcus.
Nudate, heu me miserum! excrucior.

Incipit labi : deinde illico desinit :

Operite; abscedite, jam jam
mittite : nam attrectatu et quassu
sævum amplificati' dolorem.

Videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? » Hæc Cicero. Ex Græcis fragmentum apud Photium p. 400, 5 et Suidam Welckerus ad hunc locum retulit : Παρουσία... καὶ ἐπὶ τοῦ παρεῖναι τάσσεται, ὡς ἐν τοῖς Νίπτροις Σοφοκλέους ·

[272] Τὴν παρουσίαν
τῶν ἐγγὺς ὄντων.

Majorem deinde dolorem apud Sophoclem fabuloso cruciatu pastinacæ excitatum affirmant,

---

271.

Num quis escendat, an non, dic.

272.

Præsentiam
eorum qui prope sunt [*ut videtur*, propinquorum].

ut apud Oppianum et Lycophronem legitur, τρυγὼν ἀλγινόεσσα, στόνυξ δυσαλγής.

In describenda morte Ulixis fragmenta quædam versari videntur. Steph. in Δωδώνη : Λέγεται καὶ Δωδών, ἧς τὴν γενικὴν Σοφ. Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι·

[273] Νῦν δ' οὔτε μ' εἰς Δωδῶνος οὔτε Πυθικὰς
γύ[ας] τις ἂν πείσειεν.

Καὶ δοτικήν,

[274] Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.

Τῆς μέντοι Δωδώνης, Δωδωναῖος· καὶ τὸ θῆλυ Δωδωνίς. Σοφ. Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι·

[275] Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερίας Δωδωνίδας.

Adiisse enim ait fatidicas sacerdotes, quæ sint Dodonæ, easque respondisse, fore ut a filio ἐξάλὸς intereat : nunc occisum esse ab hoste : quocirca nemo sibi persuadeat, ut oracula rursus consulat. Joann. Alex. Τονικῶν παραγγελμ. p. 12, 2 : Δωδῶνι Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι·

[276] Καὶ τὸν ἐν Δωδῶνι παῦσον δαίμον' εὐλογούμενον.

Inter hæc narrat, quod sibi oraculum evenerit de obitu molli, quem speraverit. Schol. Dion. Thrac. in Bekk. Anecd. II, p. 872, 19 et Cram. Anecd. vol. IV, p. 330, 5 : Σοφοκλῆς ἐν Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι τῷ ποδαπός ἀντὶ τοῦ ποῖος χρησάμενος ἀκυρολογεῖ·

[277] Ποδαπὸν τὸ δῶρον ἀμφὶ φαιδίμοις ἔχων
ὤμοις.

Respondet quæ sunt apud Eustathium p. 1675, 52 et schol. Odyss. A, 128 :

Ὤμοις ἀθηρόβρωτον ὄργανον φέρων.

Hesych. : « Ἀθηρόβρωτον ὄργανον », τὴν τορύνην ἢ τὴν ἀθήραν ἀνακινοῦσι. Σ. Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι. Memorasse res gestas suas Ulixes videtur, inter quas Cyclopes nominat. Hesych. [278] « ἐλαιάεσσα νηδύς » Σοφ. Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι. Ἤτοι « λαιάεσσα » ἀντὶ τοῦ σκαιὰ, ἀγρία· ἢ ἀπὸ τοῦ ληίζεσθαι, πάντα ληιζομένη καὶ κατεσθίουσα· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου λιπαρά. Phot. p. 298, 1 : « Νηδὺς ἐλαιάεσσα », ἐπὶ Κύκλωπος. Σικελὴ, ἀπὸ Ὕβλης τῆς ἐλαιηρᾶς. Huc fortasse pertinet quod ex eodem Photio p. 240, 10, jam alibi posuimus : « Μάγνον » Σοφ. Ὀδυσσεῖ, τὸν μέγαν, τὸν ἀπομάσσοντα καὶ καθαίροντα. Quæ procul dubio corrupta sunt. Apud Pacuvium iter Ulixis his verbis describitur :

Inde advenio montem OEtam in scruposam specum.

De Cyclopibus :

Barbaricam pestem nostris navibus obtulit,
nova figura factam, commissam infabre.

Et,

Nec ulla subscus cohibet compagem alvei,
sed suta lino et sparteis serilibus.

Errorem suum recensens alios præter Telemachum filios recordatur. Ita agnoscitur Telegonus. Aristot. Poetic. 14 : Ἔστι δὲ πρᾶξαι μὲν, ἀγνοοῦντας δὲ πρᾶξαι τὸ δεινὸν, εἶθ' ὕστερον ἀναγνωρίσαι τὴν φιλίαν, ὥσπερ ὁ Σοφοκλέους Οἰδίπους. Τοῦτο μὲν οὖν ἔξω τοῦ δράματος. Ἐν δ' αὐτῇ τῇ τραγωδίᾳ, οἷον ὁ Ἀλκμαίων ὁ Ἀστυδάμαντος, καὶ ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ. Astydamas vulneratum Ulixem non videtur scripsisse, at Aristoteles notam tragœdiam noti poetæ significasse, non Chæremonis, cujus Ὀδυσσεὺς τραυματίας commemoratur. Hujus enim tragœdiam non tam nude citasset, quum alia exstaret Sophoclis eodem argumento scripta. Fratrum animus qualis esse debeat, a Pacuvio hoc versu indicatur :

Pariter te esse erga illum video ut illum ted erga scio.

In exitu Welckerus Minervam apparuisse censet, ut Ulixem cum fato suo reconciliet, id quod indicetur apud Hyginum Fab. 127. Minervam enim semper fuisse Ulixis comitem nec commode eum morientem deserere potuisse putat. Cic. Tusc. II, 21 : « Itaque in extremis Niptris alios quoque objurgat idque moriens :

Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet,
id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus.

Si Minerva, ut Welckerus conjecit, apud Sophoclem apparuit, nihil potuit addi ad tragœ-

---

273.
Nunc vero nemo mihi ut Dodonam neque ad Pythica
rura adeam persuadeat.

274.
Dodonæ habitans Juppiter domesticus mortalibus.

275.
Fatidicas sacerdotes Dodonæas.

276.
Fac ne amplius deus Dodonæus laudibus celebretur.

277.
Quale donum in splendidis habens
humeris.

Humeris ventilabrum ferens.

diam, postquam illa abiit Itaque hunc quoque locum a Pacuvio immutatum crediderim.

EURYALUS.

Commemoratur Euryalus Sophoclis ab uno Parthenio cap. III, cujus inscriptio est : Περὶ Εὐίππης. Ἱστορεῖ Σοφοκλῆς Εὐρυάλῳ. Victoria de procis reportata Ulixes, ut oraculis satisfaceret, in Epirum abiit ad Tyrimnam hospitem, ex cujus filia Euippa Euryalum procreavit. Hunc adultum Euippa mater cum quibusdam signis, quibus patrem agnosceret, in Ithacam misit ; quum autem casu abesset Ulixes, Penelope amore Euippæ cognito maritum reversum permovit, ut Euryalum interficeret. Eustath. p. 1796, 50 : Κατὰ δὲ Λυσίμαχον υἱὸς αὐτῷ ἐξ Εὐίππης Θεσπρωτίδος Λεοντόφρων, ὃν ἄλλοι Δόρυκλόν φασι. Σοφοκλῆς δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς Εὐρύαλον ἱστορεῖ. ὃν ἀπέκτεινε Τηλέμαχος. Difficile est utrumque conciliare, præsertim quum Parthenius Euryalum ab ipso Ulixe interfectum referat in eoque differat ab Eustathio.

RES THEBANÆ.

OEdipus Rex, OEdipus Coloneus, Antigona omnes in rebus Thebanis versantur, quæ tragœdiæ quum exstent, hoc loco prætermittendæ sunt.

EPIGONI sive ERIPHYLA.

Diximus Æschyli Epigonos enarrantes in fragmentis nihil reperiri, quo tragœdiæ argumentum illustraretur. Atque variæ virorum doctorum sententiæ, quas in medium protulerunt, satis testantur non multo certiora dici posse de tragœdia Sophoclis, quæ eodem nomine inscripta fuit. Sunt quædam tamen, quæ etiamsi ambigua et incerta sunt, exiguam tamen quibusdam rebus lucem affundant, qua plura conjectura fortasse illustrari possunt. Ita apud Stobæum fragmentum est (LXXIII, 51), quo vix ulla alia mulier intelligitur nisi Eriphyla; deinde locus est Eriphylæ, quæ ut tragœdia citatur, ubi Argivos memorat. Ex his duobus locis concludas Eriphylam introductam in Epigonis, Argivorumque expeditionem Eriphylæ magnam partem obtinuisse. Id vero fieri non potuit, nisi utraque tragœdia eodem argumento scripta erat. Quod quum sit non probabile, credibilius est illa nomina unius tragœdiæ titulos fuisse. Accedit fabula Attii, quem putant Sophoclis, non Æschyli, tragœdiam latinam fecisse. Cic. Tusc. II, 24 : « Tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse :

Audisne hæc, Amphiarae sub terram abdite? »

Ad quæ Brunckius : « Sophoclis Epigonorum ab Attio conversorum meminit Cicero in libro De oratorum optimo genere cap. VI : *Nec Andromacham igitur aut Antiopam aut Epigonos latinos recipiant. Sed tamen Ennium et Pacuvium et Attium potius quam Euripidem et Sophoclem legant.* Euripidis Andromacham apud Romanos docuit Ennius; Antiopam Pacuvius; Sophoclis Epigonos Attius. »

Varia tamen veterum memoria est de reliquis rebus. Hyginus : « Amphiaraus Alcmæoni filio suo præcepit, ut post suam mortem pœnas a matre exsequeretur. Qui postquam apud Thebas terra est devoratus, Alcmæon memor patris præcepti Eriphylen manu sua occidit, quem postea Furiæ excitaverunt. » Alia Apollodorus (III, 7, 2) refert : Epigonis deum consulentibus de eventu expeditionis adversus Thebas susceptæ responsum esse, victores fore duce Alcmæone; hunc vero, antequam de matre Eriphyla vindictam sumsisset, Græcis præesse primo noluisse, postea nihilo secius ad id bellum concessisse. Accepto enim monili a Thersandro Polynicis filio Eriphylam etiam filiis persuasisse, ut expeditioni sese adjungerent. Ita duce Alcmæone bellum Thebanis illatum. Multis egregiis factis in utraque parte editis Tiresiam postremo Thebanos ad fugam cum uxoribus et liberis impulisse; quo facto urbem captam direptamque esse. Alcmæonem vero etiam adversus se dona a matre accepta esse sensisse, ideoque majore indignatione correptum hortatu Apollinis Eriphylam aut solum aut cum fratre occidisse. Tum a Furiis agitatum primum in Arcadiam ad Oiclem pervenisse, deinde Psophidem ad Phegeum, ab hoc piaculo exsolutum Arsinoam hujus filiam in matrimonium duxisse; eique monile peplumque dedisse. Postea vero quum inde frugum inopia et fame laboraretur, Apollinem respondisse, Alcmæoni ad Acheloum esse commigrandum juxtaque fluvium urbi locum capiendum. Quo facto ab illo expiatum Callirrhoam filiam in matrimonium accepisse. Hanc vero monilis peplique habendi cupidine exagitatam, a marito ut sibi utrumque afferret postulasse. Quocirca ad Phegeum venisse eique facile mendacio se illa ornamenta Delphis dedicaturum et inde furore liberatum iri persuasisse, ut redderet. Phegeus

vero quum postea ex servo de vera poscendi causa certior factus esset, Alcmæonem ab hujus filiis esse circumventum insidiis; Arsinoam autem a Jove precatam, ut sui ex Alcmæone filii, quum adolevissent, patrem ulciscerentur. Hæc Apollodorus (cf. Pausan. VIII, 24, 9); alia habet Diodorus Sic. IV, 66. Verum schol. ad Odyss. Λ, 326: Ἀμφιάραος ὁ Ἰοκλέους γήμας Ἐριφύλην τὴν Ταλαοῦ καὶ διενεχθεὶς ὑπέρ τινων πρὸς Ἄδραστον καὶ πάλιν διαλυθείς, ὁρκούμενος ὡμολόγησεν ὑπὲρ ὧν ἂν διαφέρωνται πρὸς ἀλλήλους αὐτός τε καὶ Ἄδραστος ἐπιτρέψειν Ἐριφύλην κρίνειν καὶ πείθεσθαι αὐτῇ. Μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ἐπὶ Θήβας στρατείας ὁ μὲν Ἀμφιάραος ἀπέτρεπε τοὺς Ἀργείους καὶ τὸν ἐσόμενον ὄλεθρον προεμαντεύετο. Λαβοῦσα δὲ ἡ Ἐριφύλη τὸν ὅρμον παρὰ τοῦ Πολυνείκους τὸν τῆς Ἁρμονίας, προέθετο τοῖς περὶ τὸν Ἄδραστον βιαζομένοις τὸν Ἀμφιάραον ἰδόντα τὴν τῶν δώρων ὑποδοχὴν καὶ πολλὰ τὴν Ἐριφύλην αἰτιασάμενον καὶ ἐξορμῆσαι πρὸς τὴν στρατείαν, Ἀλκμαίωνι δὲ προστάξαι μὴ πρότερον μετὰ τῶν ἐπὶ Θήβας πορεύεσθαι πρὶν ἀποκτεῖναι τὴν μητέρα· ταῦτα δὲ πάντα δρᾶσαι λέγεται τὸν Ἀλκμαίωνα καὶ διὰ τὴν μητροκτονίαν μανῆναι, τοὺς δὲ θεοὺς ἀπολῦσαι τῆς νόσου αὐτὸν διὰ τὸ ὁσίως ἀπαμύνοντα τῷ πατρὶ τὴν μητέρα ἀποκτεῖναι. Fere eadem narrat Eustathius ad eund. l., p. 1689, 3. Schol. ad Odyss. O, 248: Οὐκ οἶδεν Ὅμηρος τὸν Ἀλκμαίωνα μητροκτόνον. Strabo p. 709, B: Ἔφορος μέν φησι τὸν Ἀλκμαίωνα μετὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν παραληθέντα ὑπὸ Διομήδους συνελθεῖν εἰς Αἰτωλίαν αὐτῷ.

Hæc sunt quæ ad explicandam tragœdiam aliquem usum habere possint. Sunt autem pleraque obscurissima. Non constat utrum Alcmæon matrem apud Sophoclem ante susceptam expeditionem an post bellum transactum occiderit. Welckerus quidem putat bello finito Eriphylam esse morte affectam. Facile vero intelligitur nomen Epigonorum non convenire illi sententiæ, qui bello transacto in suam quisque patriam delapsi sunt, neque sane ulla causa fuit cur una manerent. Unum tamen est quod nostram sententiam infringere, Welckeri sustentare possit. Facile enim quis dicat Alcmæonem matris sanguine inquinatum neque ducem neque militem in bello esse potuisse, cujus eventus deorum auxilio secundus fuerit. Est hoc quidem aliquid, sed eo sententia nostra non refellitur. Apollo enim Alcmæonem ad matrem occidendam instigavit, qui ideo fortasse belli secundum eventum dedit, quod antea a matre ultionem patris repetiverat, nunc eandem etiam a Thebanis exegit. Ac potuit expiari, quamquam illi in patriam redire non licuit, ut Oresti non licuit ante judicium Areopagitarum. Denique quod fecerat, diis gratum factum fuit, quod pietate erga patrem perpetratum fuit. Docent autem fragmenta fabulam agi antequam bellum susciperetur et Eriphyla occideretur, utrumque tamen impendisse. Reliqua in medio relinquenda sunt. Neque vero supervacaneum esse videatur cum his comparari quæ supra ex Homeri scholiasta descripsimus.

Quæ si recte disputata sunt, Argos locum fuisse puta, ubi poeta fabulam agi fecerit. Eriphyla soror Adrasti fuit regis Argivorum. Epigoni illuc convenerunt, ut bellum Thebanis inferrent. Hi ipsi chorum constituerunt tragœdiæ, non septem quidem illi, qui bellum susceperunt, sed numerus eorum ita auctus ut chorus expleretur.

Videtur initio tragœdiæ Alcmæon introductus esse incertus quid sibi sit faciendum, utrum Argivos adversus Thebas ducat an matrem prius interficiat. Inter hæc memorat Apollinis oraculum apud Attium:

Qui, nisi genitorem ullo, nullam dat finem meis miseriis.

Et apud Stob. XCIX, 20: Σ. Ἐριφύλῃ·

[279] Πῶς οὖν μάχωμαι θνητὸς ὢν θείᾳ τύχῃ, ὅπου τὸ δεινὸν ἔλπὶς οὐδὲν ὠφελεῖ;

Neque incredibile est oraculi mentionem pluribus factum, ut etiam illud responderit, Alcmæonem non esse in posterum Argis habitaturum. Schol. ad Soph. OEd. C. 378: Πολλαχοῦ τὸ Ἄργος κοῖλόν φασι, καθάπερ καὶ ἐν Ἐπιγόνοις·

[280] Τὸ κοῖλον Ἄργος οὐ κατοικήσαντ' ἔτι.

Et Attii:

Apud abundantem antiquam amnem et rapidas undas Inachi.

Quum ita incertus sit, Amphilochum fratrem advenientem videt:

Sed jam Amphilochum huc vadere cerno et loquendi pausa bona nobis datur.

279.
Quomodo igitur pugnem mortalis cum fato divino, ubi in re gravi spes nihil me adjuvat?

280.
Cavum Argos non amplius incolentem

Dubitat an cum eo consilium communicet. Attius :

Eaque hoc causa, ut ne quis nostra verba cleperet auribus.

Amphilochus omnia vult sibi dici :

Eloquere propere ac meum hunc pavorem expectora.

Tum multa procul dubio etiam de Amphiarao, ut apud Strab. IX, p. 399 : Τὸ Ἀμφιάρειον.... [281] ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς,

ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις
αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.

Stob. Flor. II, 18, sine nomine fabulæ :

[282] Σκαιοῖσι πολλοῖς εἷς σοφὸς διόλλυται.

Neque vero Amphilochus ei assentiri videtur, sed argutiis quibusdam se ille subtrahere velle et horrere facinus. Joann. Damasc. in Gaisf. append. ad Stob. vol. IV, p. 13 : Σοφοκλέους Ἐριφύλη·

[283] Ὦ γλῶσσ', ἐν οἷοις ἀνδράσιν τιμὴν ἔχεις,
ὅπου λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον;

(« Addidi Ὦ et οἷσιν mutavi in οἷοις. » *Dindorf.*) Quibus Amphilochus (Stob. XLIII, 7) :

[284] Ὅπου δὲ μὴ τἄριστ' ἐλευθέρως λέγειν
ἔξεστι, νικᾷ δ' ἐν πόλει τὰ χείρονα,
ἁμαρτίαι σφάλλουσι τὴν σωτηρίαν.

Alcmæon (Cic. Tusc. II, 24) :

Audisne hæc, Amphiarae sub terram abdite?

Eidem colloquio adscripserim Attii versus :

Quibus oculis quisquam nostrûm poterit illorum obtui
vultus, quos jam ab armis anni porcent.

Et fortasse hic quoque versus :

Et nonne Argivos fremere bellum et velle vi vulgum vides?

Vulgo legitur *videt.* Intervenit Eriphyla, quam quum Alcmæon vidit :

Quid cesso ire ad eam? Hem præsto est! cano collum gravem.

Deinde illam alloquens ait (Stob. LXXIII, 5) :

[285] Ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι,
κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτὲ
γυναικὸς, εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς.

Defendit se Eriphyla, quæ calumnia se affectam apud filium queritur. Stob. XXXVIII, 27 :

[286] Φιλεῖ γὰρ ἡ δύσκλεια τοῖς φθονουμένοις
νικᾶν ἐπ' αἰσχροῖς, ἢ 'πὶ τοῖς καλοῖς πλέον.

Plut. in Artox. p. 1025 : Καθόλου μὲν ἴσως τὸ Σοφόκλειον·

[287] Ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ.

Respondetur Plut. in libro De aud. poet. p. 1[illegible] A (item sine nomine fabulæ) :

[288] Ἔργου δὲ παντὸς ἥν τις ἄρχηται καλῶς
καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἔσθ' οὕτως ἔχειν.

Et Stob. V, 5, et Plut. Mor. p. 27, F sine nomine fabulæ) :

[289] Οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά.

Et Stob. I, 1 : Σ. Ἐριφύλῃ·

[290] Ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι.

Quum amplius sese defendat Eriphyla, Alcmæo ei fortasse objecit quod est inter incerta fra-

---

281.
Quo fugientem Amphiaraum
recepit rupta terra Thebana
cum ipsis armis et quadrigis.
282.
Cum stultis multis unus sapiens perit.
283.
O lingua, in quibus viris honorem habes
ubi verba plus valent quam facta?
284.
Ubi profutura liberum non est loqui,
sed victa cedit civitas pejoribus,
periclitatur sæpe peccando salus. HGR.
285.
O omne facinus ausa plus quam femina,
nec est nec olim, si lues surget nova,
ullum erit hominibus femina gravius malum. HGR
286.
Pressum solent livore rumores mali
in prava potius trahere quam in recti viam. HGR
287.
Celeris persuasio malorum procedit.
288.
In quovis opere si initium bene factum est,
etiam exitum bene se habiturum credibile est
289.
Non sunt bona verba a malis factis repetenda.
290.
Virtutis solæ firmæ sunt possessiones.

gmenta relatum (schol. Pind. Pyth. II, 125) : Οἱ γὰρ Φοίνικες παλιγκάπηλοι· καὶ Σοφοκλῆς·

[291] Ὠνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν ὡς Φοῖνιξ ἀνὴρ
Σιδώνιος κάπηλος.

Intercedit alia persona pro Eriphyla, fortasse illius nutrix, ut putat Welckerus :

Viden' ut te impietas stimulat, nec moderat metus?

Respondet :

Fateor : sed cur propter te pigrem aut hujus dubitem parcere capiti?

Rogat deinde Eriphyla ut sibi parcat, ap. Stob. CXVII, 3 : Σ. Ἐριφύλη·

[292] Γήρᾳ προσήκων σῶζε τὴν εὐφημίαν.

(Cod. Par. προσηκόντως. Gaisfordius προσῆκον.) Neque alienum incerti loci fragmentum est, si quidem Eriphyla obsecrationibus salutem servare velit. Stob. XXVIII, 1 :

[293] Ὅρκοισι γάρ τοι καὶ γυνὴ φεύγει πικρὰν
ὠδῖνα παίδων, ἀλλ' ἐπὰν λήζῃ κακοῦ,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται,
πρὸς τοῦ παρόντος ἡμέρου νικωμένη.

Quum perstet in precibus, Alcmæon ait (Stob. VII, 7) vanum esse quod dicat :

[294] Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται.

(Bekk. Anecd. p. 362, 21 : Αἱματορρόφον Σοφοκλῆς·)

[295] Τίσις δ' ἄνωθεν εἶσιν αἱματορρύφος.

Respondet (Athen. XIII, p. 584, D) :

[296] Ὀλόμενε παίδων, ποῖον εἶρηκας λόγον;

Iam eam Alcmæon adoritur :

Age age amolire vestem, cave attigas.

Huic loco vindicandum est, quod in App. Vatic. Prov. II, 49, Cod. Bodl. 585, p. 69 Gaisf., legitur : Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς. Αὕτη (ἡ παροιμία) Σοφόκλειος· πεποίηται γὰρ Ἐριφύλη πρὸς Ἀλκμαίωνα λέγουσα·

[297] Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ.

Εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἐκτενῶς πρὸς ὁτιοῦν βλεπόντων καὶ καταπληκτικόν τι δοκούντων ὁρᾶν. Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν εἰς κλοπὴν ὑπονοουμένων. Κωμῳδοῦνται γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσατο. Quæ nisi corrupta sunt, ut videntur, Argivos puta subito ab Eriphyla conspectos quasi ex insidiis, qui ad illam interficiendam paratiores quam filius ipse intervenerunt. Fuga salutem quærentem Alcmæon insequitur, dum chorus carminibus immane facinus horret, excusat, defendit. Cæde perpetrata, quam a nuncio relatam crediderim, Alcmæon redit jam Furiis agitatus e domo erumpens :

Ita imperitus stupiditate erumpit se impos consili.

Videtur altercatio inter eum et Adrastum fratrem Eriphylæ orta esse, si versus, quos Valckenarius (Diatrib. p. 150) Alcmæoni attribuit, huic tragœdiæ vindicandi sunt apud Plut. Mor. p. 35, F; p. 88, F; Alcmæon :

[298] Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς.

Adrastus :

[299] Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μητρὸς ἢ σε γείνατο.

Adrastus postremo abit; tum quo tranquillior fiat Alcmæon, aliquis ei suadet, ut domum introeat (Clem. Strom. VI, p. 741) :

[300] Ἄπελθ'· ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου.

(Correxit Valckenarius. Codd. ὕπνον ἰατρὸν v.) Neque vero audit, sed potius ad reliqua sese vult præparare :

Nunc pergam ut suppliciis placans cœlitum aras expleam.

291.
Emtionem fecisti et venditionem ut Phœnix Sidonius caupo.
292.
Ad senectutem perveniens serva bonam famam.
293.
Jurejurando enim etiam mulier fugit acerbum partum liberûm, at quum liberata est malo, in eodem reti iterum capitur præsenti voluptate devicta.
294.
Virorum enim strenuorum pectus non mollitur.
295.
Sed ultio superne veniet sanguinolenta.
296.
Perniciose puer, quodnam verbum protulisti?
297.
Etenim Argivos video.
298.
Tu mulieris quæ maritum occidit consanguineus.
299.
Tu vero matris interemptor, quæ te peperit.
300.
Abi : illius somnus medicus ægritudinis.

ALCMÆON.

Fuit etiam alia fabula Alcmæonis nomine inscripta, quam commemorant Hesychius et Porphyrius. Felici conjectura Welckerus versum a Prisciano commemoratum (II, p. 415) eidem tragœdiæ adscribendum esse vidit. Deinde duæ Attii tragœdiæ Alcmæon et Alphesibœa memorantur, quæ ut erant unius tragœdiæ duo nomina, id quod jam pridem a viris doctis observatum est; ab Alcmæone Sophoclis diversæ fuisse non videntur. Testatur præterea Aristoteles (Poet. c. 13) Alcmæonem fuisse inter eos, qui, quod atrocia aut fecerint aut tulerint, ideo potissimum a poetis electi sint, in quibus elaborarent.

Præter illa, quæ in Epigonis exposuimus, Pausanias rem explicat (VIII, 24, 4): Ὁ Ἀλκμαίων ἡνίκα τὴν μητέρα ἀποκτείνας ἔφυγεν ἐξ Ἄργους, τότε εἰς τὴν Ψωφῖδα ἐλθὼν Φηγίαν ἀπὸ τοῦ Φηγέως ὀνομαζομένην συνῴκησεν Ἀλφεσιβοίᾳ τῇ Φηγέως θυγατρὶ, καὶ αὐτῇ δῶρα καὶ ἄλλα καὶ τὸν ὅρμον δίδωσιν. Ὡς δὲ οἰκοῦντι αὐτῷ παρὰ τοῖς Ἀρκάσιν οὐδὲν ἐγίνετο ἡ νόσος ῥᾴων, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δελφοῖς. Καὶ αὐτὸν ἡ Πυθία διδάσκει τὸν Ἐριφύλης ἀλάστορα ἐς ταύτην οἱ χώραν οὐ συνακολουθήσειν, ἥτις ἐστὶ νεωτάτη, καὶ ἡ θάλασσα τοῦ μητρῴου μιάσματος ἀνέφηνεν ὕστερον αὐτήν. Καὶ ὁ μὲν ἐξευρὼν τοῦ Ἀχελώου τὴν πρόσχωσιν, ἐνταῦθα ᾤκησεν καὶ γυναῖκα ἔσχε Καλλιρρόην τοῦ Ἀχελώου θυγατέρα λόγῳ τῷ Ἀκαρνάνων· καὶ οἱ παῖδες Ἀκαρνάν τε καὶ Ἀμφότερος ἐγίνοντο... Ἐπεθύμησεν ἡ Καλλιρρόη τῆς Ἐριφύλης οἱ γενέσθαι τὸν ὅρμον καὶ δι' αὐτὸ ἐς Φηγίαν τὸν Ἀλκμαίωνα ἔστειλεν ἄκοντα· καὶ αὐτὸν ὑπὸ Φηγέως τῶν παίδων Τημένου καὶ Ἀξίονος δολοφονηθέντα ἐπέλαβεν ἡ τελευτή. Τοῦ Φηγέως δὲ οἱ παῖδες τῷ Ἀπόλλωνι ἀναθεῖναι τῷ ἐν Δελφοῖς λέγονται τὸν ὅρμον. Supplet quædam Apollodorus III, 7, 5; sed nominum diversitas hæc a Sophocle non esse repetita docet. Hyginus Fab. 125 a Phegeo Alphei filio Alcmæonem interfectum narrat. Propertius I, 15, 15:

> Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres,
> sanguinis et cari vincula rupit amor.

Quibus versibus nihil aliud puto intelligi quam Alphesibœam fratres a filiis suis occidendos curasse.

Fabula quamquam tragicorum operibus celebrata est, tamen valde difficile est invenire, quod argumentum tragœdiæ fuerit, quam Sophocles composuit. Welckerus a poeta Alcmæonis reditum in Arcadiam Psophidem putat expositum esse, ut monile ab uxore deserta peteret, tum occisum et Alphesibœam altercatam esse cum fratribus ultamque eos. Ita tragœdiam concinnavit ex fragmentis Attii, neque dubitandum est quin multa et subtilissime invenerit et ingeniose composuerit.

Videndum est quid conveniat tragœdiæ. Facile intelligitur nihil æque esse idoneum ac reditum Alcmæonis, quum repeteret monile, quod aut erat Apollini dedicaturus aut daturus Callirrhoæ. Multo vero credibilius est Sophoclem rem ita adornasse, ut Alcmæon monile peteret quod Apollini se dedicaturum diceret, quo insania liberaretur. Id probatur oraculo, quod exstat apud Athenæum (p. 232, F) et prolixius apud Eustathium. Quæ si recte vereque divinavimus, reliqua facile concinnantur. Alphesibœa una est ex illis generosis mulieribus, quæ non ideo marito succensuit, quod aliam pro se uxorem in matrimonium duxisset. Id enim factum erat in alia terra, in quam illa Alcmæonem sequi aut nequivit aut noluit. Jam reverso illo, ut monile, quo insania ab Apolline liberaretur, repeteret deoque dedicaret, in spem adducitur, fore ut cum marito continuo vivat sublato morbo. Quod vero illa sperat optatque, fratribus est omnium ingratissimum, qui verentur ne reddito monili magnam jacturam faciant receptove Alcmæone magnam opum partem perdant. Itaque immittunt servum pretio corruptum, quem ideo subornant, ut pellici datum iri monile ab Alcmæone indicet. Quo facto Phegeum, qui monile volens redditurus erat, ad cædem Alcmæonis permovent. Insidiæ struuntur, occiditur Alcmæon, qui ut atrocia fecerat, ita atrocia quoque passurus erat: hac in re diversus ab Oreste, quod expers judicii matris ultori succubuit; sed multo facilius fuit poetæ hac in re vindictæ divinæ ultionem expromere. Alphesibœa autem audita mariti cæde fratribus exprobrat crudele facinus sibique factam injuriam; ab his vero saxo includitur. Neque multo diversa sunt quæ Aristoteles exscripsit ex Theodectis Alcmæone (Rhet. II, 23, 3): Alcmæon fato suo queribundus dubitat an matrem recte interfecerit. Tum Alphesibœa:

> Μητέρα τὴν σὴν οὔτις ἔστυγεν βροτῶν;

φησὶ δὲ ἀποκρινόμενος·

> Ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν.

Ἐρομένης δὲ τῆς Ἀλφεσιβοίας πῶς; ὑπολαβὼν φησι·

> Τὴν μὲν θανεῖν ἔκριναν, ἐμὲ δὲ μὴ κτανεῖν.

Quæ quamquam exigua sunt, nonnihil subsidii tamen huic loco ad intelligendam tragœdiæ summam afferunt. Apparet Alphesibœam non zelotypia actam neque Alcmæonis adversariam

introductam esse, sed ut decebat probam uxorem, mariti amantem eumque consolantem. Cujus mores si in contrariam i. e. malam partem ab antiquioribus poetis descripti essent, procul dubio poetæ, qui illos subsecuti sunt, meliores eos non fecissent. Itaque is falli non videtur, qui a Sophocle eandem rationem quam a Theodecte initam putaverit.

Personæ tragœdiæ si historia ipsa prope extra omnem dubitationem positæ sunt, tamen ne minimum quidem chori indicium relictum est. Mulieres tamen, ut videtur Alphesibœæ ancillas, introductas esse in choro credibile est.

Prologo adscribendus est versus qui vulgo inter incerta fragmenta relatus est apud Priscianum II, p. 415 ed. Krehl.:

[301] Ἀλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατὴρ.....

Versus prologo vindicandus esse videtur, quum quæ Alcmæoni accidissent, exponerentur. Post chori carmen Alphesibœa fortasse in scenam prodiit et collocuta est cum Alcmæone, quem a morbo optat liberari. Huc referendum est fragmentum, quod servavit Porphyrius Quæst. Hom. I (et Eustath. p. 1448, 6): Σοφ. Ἀλκμαίωνι·

[302] Εἶθ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν
ἐπήβολόν σε.

(« Eust. omittit πως. Fortasse præstat καί. » *Dind.*) Fortasse eidem loco adscribendum est fragmentum apud Hesychium: [303] « αἰνῶ, » παρίημι, παραιτοῦμαι, καὶ ἐπαινῶ. Σ. Ἀλκμαίωνι. Gramm. Bekkeri p. 358, 28: « αἰνῶ. » Σοφοκλῆς. Καὶ ἐπαινῶ (καὶ αἰνῶ σε Suid.). Videtur vox Alcmæonis monile repetentis. Quod ut persuaderet, multa fortasse de morbo oratione commutiore addidit:

Ita territa membra animo ægroto
cunctant sufferre laborem.

Neque abhorret aliud Attii fragmentum:

Postremo amplexa fructum quem di dant cape.

Welckerus sagacissime incerti loci fragmentum contulit. ap. script. Vitæ Homeri in Opusc. myth. Thom. Gal. p. 361: Πάλιν δὲ τὸ Ὁμήρου (Il. Γ, 65)·

. Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐριαυδέα δῶρα,

Σοφοκλῆς παρέφρασεν εἰπών,

[304] Θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο· χρὴ δ' ὅσ' ἂν θεοὶ
διδῶσι, φεύγειν μηδέν, ὦ τέκνον, ποτέ.

Deinde etiam cum Phegeo videtur Alcmæon locutus esse de oraculo, quod non satis intellexerit. Lætatur reditu:

Ut me depositum et mœrentem nuncio repentino alacrem
reddidisti ac me excitasti ex luctu in lætitudinem.

Deinde de oraculo, quod exponit Alcmæon:

Etsi in malis depositus animus meus; quæ scibo exinde audies.

Respondet Phegeus:

Quid ita? tamne obscure dictum est, tamve inenodabile?

Welckerus ingeniose ut solet contulit ap. Clement. Strom. V, p. 639 versus, quos Alcmæoni attribuerim:

[305] Καὶ τὸν θεὸν τοιοῦτον ἐξεπίσταμαι
σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεί,
σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἀν βραχεῖ διδάσκαλον.

(Cf. Plut. Mor. p. 406, F, qui versus 2 et 3 profert.) Satis perspicuum vero oraculum est apud Athenæum VI, p. 232, F:

Τιμῆέν μ' αἰτεῖς δῶρον, μανίαν ἀποπαῦσαι.
Καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆς αὐτοῖσι σὺν ἵπποις.

Quod oraculum quamquam Sophocles obscurius reddidit, tamen fama satis increbruit in antiquitate, ut non conveniret poetæ acumini in talibus obscura quærere. Quocirca fortasse rectius aliud oraculum intelligitur, quo Alcmæon in terram matricidio posteriorem concedere jubebatur. Tum Phegeum obsecrat, ut monile reddat, quo morbo liberetur

Si tui veretur te progenitoris, cedo.

Obsecrat eum per genitorem, quod amore patris impulsus ad illius injurias ulciscendas matrem interfecerit. Monili reddito Alphesibœæ fratres intervenisse videntur, qui amisso illo indignan-

301.
Alphesibœam, quam pater qui eam genuit....
302.
Utinam recte sapientem te viderem bonæque mentis compotem.
304.
Dei hoc donum est, oportet vero quod dii dant, nihil unquam detrectare, filia.
305.
Et deum talem esse cognovi
sapientibus quidem obscurum semper oraculis
stolidis vero simplicem magistrum ejus quod ante pedes est.

tur. Magnam vim in hac parte tragœdiæ a poeta expromtam esse credibile est ad commovendos animos spectatorum, quia Alcmæon quum in eo esset, ut malis liberaretur, in novas insidias incidit. Patrem adeunt, apud quem Alcmæoni calumniam faciunt. Narrant quod ex servo volunt audiisse :

Suos deseruit liberos superstites,

ut aliam uxorem in matrimonium duceret; deinde etiam addunt, quo modo multa promiserit, quibus postea non steterit :

Tanta ut frustrando lactans vanans protrahit.

Indignationem patris excitare student :

Qui ducat esse, te quum socerum viderit, generibus tantam esse impietatem?

generibus pro genero, i. e. Alcmæoni. Patris ira excitata quo hunc magis exstimulent, recusant exsequi quod pater ab illis postulaverit. Quocirca Phegeus a filiis non minus quam a socero se putat derideri :

Quia nec vos nec ille impune irrideret meam grandævitatem.

Postremo filius obediturum se pollicetur patri, qui ei præcipit, quomodo Alcmæonem circumveniat :

Sed tibi cautim est adeundum ad virum.

Interemto deinde Alcmæone Alphesibœa miserias suas lamentatur :

Odiosum hostificumque diem ob vim, turbam adspecti horribilem.

Cum fratre expostulans hunc ait factis similem Alcmæoni :

At vereor, quum te esse Alcmæonis fratrem factis dedicas.

Puniunt Alphesibœam ob hunc animum hostilem in suos amoremque mariti saxoque, ne vindictam sumat de fratre ob commissam cædem, includunt, id quod indicatur versu Attii, qui vario modo scriptus exstat in antiquis editionibus Nonii :

Angustitatem inclusam saxis squalidam.

alii legunt : angustitate inclusa saxi squalida. Utrumque facile concinnari potest. Incertum est fragmentum apud Hesychium, [306] « ἀραίας, » βλαβεράς. Σ. Ἀλκμ.

Fabula diverso modo exposita est a tragicis epicisque poetis, id quod scholiasta, cujus verba supra descripsimus, indicat. Negat enim Homero furorem Alcmæonis matricidiumque notum fuisse. Apud inferos ab eo inter illos relatus est, qui ob pietatem summa laude fruantur.

OICLES.

« Iphicles Amphitryonis et Alcmenæ filius eodem partu, quo Hercules, editus. Ad hoc nomen diversos fabularum titulos refero, quos in libris corruptos esse opinor. Nam quæ citatur a scholiasta nostro ad OEd. Col. 791 Ἰφίκλεια nulla fuit, nec quæ a Polluce laudatur Ἰοκλῆς. Sophocles his in locis citari debuit ἐν Ἰφικλεῖ vel forte ἐν Οἰκλεῖ. Fuit autem Oicles pater Amphiarai ad quem confugit nepos Alcmæon a Furiis maternæ cædis ultricibus agitatus. » *Brunck*. Welckerus Iphiclem nomen tragœdiæ fuisse censuit, corrigenda ex hoc nomine citata grammaticorum ratus, neque difficile esse ait ex iis, quæ ab Homero Od. Λ, 286—296 referantur, tragœdiam componi, præsertim si quæ scholiasta ex Pherecyde referat conferantur, idque fieri probabilius scholiasta Apollonii I, 54 τοῦτον (τὸν Ἴφικλον) Ἡσίοδος ἐπὶ πυρίνων ἀθέρων τρέχειν φησὶ, Δημάρατος δὲ ἐπὶ θαλάσσης. Demaratum autem docet Tragodumena scripsisse, ex quibus in scholia Apollonii res quasdam ex Colchis petitas transisse videri. Hæc ita Welckerus; at multo credibilius est ex grammaticorum citatis Oiclem restituendum esse hancque tragœdiam Sophoclis fuisse.

De Oicle hæc scribit Apollodorus I, 8, 2 Ἀμφιάραος Οἰκλέους. Et III, 7, 5 : Ἀλκμαίων ... χρήσαντος Ἀπόλλωνος αὐτῷ τὴν μητέρα ἀπέκτεινεν .... Ἀλκμαίωνα δὲ μετῆλθεν Ἐρινὺς τοῦ μητρῴου φόνου, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Ἀρκαδίαν πρὸς Οἰκλέα παραγίνεται, ἐκεῖθεν κτλ. Itaque crediderim describi adventum Alcmæonis a Furiis agitati apud Oiclem, ut a materna cæde ab avo expiaretur, sed ab hoc repudiari, qui oraculum adiri jubet, ut ex eo Alcmæon suscitetur, a quo fas sit illum cæde purgari. Supplex igitur rejicitur, quia quum esset Oicles genere propinquior Alcmæoni, hunc expiare non potuit. Quid præterea ad tragicam dignitatem augendam accesserit, a nobis prorsus ignoratur. Argumentum autem tragœdiæ sufficit, id quod OEdipus Coloneus docet.

Fragmenta facile explicari possunt. Polluc. X, 39 : Καὶ τύλη δὲ παρ' Εὐπολιδί ἐστιν ἰάζοντι ἐν

τοῖς Κόλαξι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Οἰκλεῖ [cod. Ἰοκλεῖ] λέγοντι·

[307] Ἀλλὰ καὶ λινορραφῆ
τυλεῖα.

Idem Pollux VII, 192 : Σοφοκλῆς δ' ἔφη « λινορραφὶς τυλία. » Verba ad expiationem referam. Oraculum est, ut metrum docet, apud Etymol. M. p. 207, 17 : Βουθοίη, πολις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Οἰκλεῖ [cod. Ὀνομακλεῖ]·

[308] Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη.

Est tamen incertum utrum oraculum sit, quod evenerit Oicli ea de re consulenti an Alcmæoni. Via describitur, qua ex oraculo in eum locum perveniat, ubi a cæde, quam commiserit, piari possit. Ad oraculum pertinet fragmentum apud Schol. Soph. OEd. Col. 793 : [309] Δοκεῖ γὰρ ὁ Ἀπόλλων παρὰ Διὸς λαμβάνειν τοὺς χρησμοὺς ὡς καὶ ἐν Οἰκλεῖ (codd. Ἰφικλείᾳ) φησί. Denique fragmentum est quo Oicles Alcmæonem dimittit apud Aristoph. Equit. 496 :

[310] Ἀλλ' ἴθι χαίρων καὶ πράξειας.
κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν.

« Schol. Παρὰ τὸ Σοφόκλειον ἐξ Οἰκλέους. Cod. Venetus Ἰοκλέους vitio solemni. Ἰολάου Ald. » *Dind.*

OENEUS.

« Hanc fabulam in duobus Hesychii locis a Musuro depravatis agnoscere videmur. » *G. Dindorf.* Videtur fabula, quæ de OEneo narrabatur, progressu temporis valde immutata esse a poetis. Hom. Iliad. Ξ, 115—117 :

Πορθεῖ γὰρ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
ὦκεον δ' ἐν Πλευρῶνι καὶ αἰπεινῇ Καλυδῶνι
Ἄγριος ἠδὲ Μέλας, τρίτατος δ' ἦν ἵππότα Οἰνεύς.

Copiosius scholiasta hæc explicat ex Pherecyde v. 120 : Τυδεὺς ὁ Οἰνέως Αἰτωλὸς μὲν ἦν τὸ γένος, ἀνδρειότατος δὲ τῶν καθ' αὑτὸν γενόμενος ἔτι νέος ὢν ἐθεάσατο τὸν πατέρα διὰ γῆρας ὑπὸ τῶν Ἀγρίου παίδων τῆς βασιλείας ἐκβαλλόμενον· διόπερ ἀναιρεῖ τούς τε ἀνεψιοὺς καὶ σὺν αὐτοῖς ἀκουσίως τὸν ἀνεψιόν (ἀδελφόν D.). Φυγὼν δὲ εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον βασιλέα τῆς χώρας καθαρσίων τε τυγχάνει πρὸς αὐτοῦ καὶ λαμβάνει αὐτοῦ θυγατέρα Διπύλην. Ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδει. Diodor. IV, 65 : Καθ' ὃν δὴ χρόνον φασὶ Τυδέα τὸν Οἰνέως ἐν Καλυδῶνι τοὺς ἀνεψιοὺς ἀνελόντα Ἀλκάθουν καὶ Λυκωπέα φυγεῖν ἐκ τῆς Αἰτωλίας εἰς Ἄργος. Posteriores Diomedem OEnei ultorem faciunt, Pausan. II, 25, 2, Apollod. I, 8, 6, Anton. Lib. Fab. XXXVII, schol. ad Aristoph. Acharn. 417. Ephor. apud Strab. p. 709, A, B : Ἔφορος δ' οὔ φησι συστρατεῦσαι. Ἀλκμαίωνα γὰρ τὸν Ἀμφιάρεω συστρατεύσαντα μετὰ Διομήδους καὶ τῶν ἄλλων Ἐπιγόνων καὶ κατορθώσαντα τὸν πρὸς Θηβαίους πόλεμον συνελθεῖν Διομήδει καὶ τιμωρήσασθαι τοὺς Οἰνέως ἐχθρούς. Brevius idem Strab. p. 501, C. Hyginus Fab. 175 : Agrius Porthaonis filius ut vidit OEneum fratrem orbum liberis factum egentem regno expulit atque ipse regnum possedit. Interim Diomedes Tydei filius et Deiphiles Ilio devicto ut audivit avum suum regno pulsum, pervenit in Ætoliam cum Sthenelo Capanei filio et armis contendit cum Opopa Agrii filio. Quo interfecto Agrium egentem e regno expulit atque OEneo avo suo regnum restituit, postque Agrius regno expulsus ipse se interfecit. Cf. Fab. 242.

Tragœdiæ Sophocleæ paucæ voces servatæ sunt valde obscuræ eæque petitæ ex duobus locis Hesychii non minus obscuris, ut nihil certi de Sophoclis fabula dici possit. Videtur tamen ille eadem fere exposuisse quæ Euripides tragœdia, quæ OEneus inscripta fuit. Est autem OEneus, qui apud Homerum armis excellit, non idem apud tragicos, qui eum lamentandum, debilem, desertum, regno expulsum, auxiliumque a filiis suis exspectantem fecerunt. Argumentum tragœdiæ restitutionem in regno cædemque filiorum Agrii continuisse videtur. Ex fragmentis intelligi non potest, utrum Tydeus, ut antiquiores poetæ referunt, an Diomedes, ut apud posteriores est, OEneum restituerit. Sunt illa hæc : Hesych. [311] « ἄλυτον. » ἀκατάλυτον, ἀκατάπαυστον, Σοφοκλῆς Ἰνεῖ. Corr. Οἰνεῖ. Idem : οι ει
Χερσεύει. Σοφοκλῆς Ἰονι· « Κείμενος μὲν βουστάδας ἐπὶ χέρσου », ἢ ἀπὸ χειρῶν ἔχει, ἢ οὕτως ἐμβατεύει. Correctum est :

[312] Βουστάδος αὐλῆς ἔπι χερσεύει.

Probabilius lacunam statuit Dindorfius post βουστάδας et ἐπὶ χέρσου tribuit Hesychio.

307.
At etiam lintea consuta
culcitra.

308.
Buthœa ad Drilonis ostium inhabitabatur.

310.
At abi salvus et utaris fortuna
ex animi mei sententia

312.
In aula boum in desertum convertitur.

EXTRA CYCLUM EPICUM.

RES DEORUM HEROUMQUE.

ΥΔΡΟΦΟΡΟΙ.

Tragœdiæ argumentum si minus ex nomine, tamen ex fragmentis, quæ perpauca sunt, quodam pacto divinari potest. Sophocles enim non aliam rem tractasse videtur quam Æschylus fabula quæ eodem nomine inscripta erat. Ostendunt enim fragmenta Bacchi ortum a poeta esse expositum originemque festi, quæ Amphidromia vocata sunt, solemnitas una ex iis, quæ summa religione ab Atheniensibus celebratæ sunt.

Argumentum inter fragmenta Æschyli explicavimus. A quo incertum est quibus in rebus Sophocles discrepuerit. Ὑδροφόροι chorus fuisse videntur. Quod si vere diximus, non dubitandum est quin mulieres et fortasse Bacchæ fuerint, id quod ex grammaticorum verbis colligas. Apud Æschylum hoc idem incertum fuit.

Huic choro duo fragmenta attribuerim. Schol. Sophocl. Antig. v. 1 : Τὸ δὲ κοινὸν ὁ Σοφοκλῆς συνεχῶς ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ τίθησιν, οἷον καὶ ἐν ταῖς Ὑδροφόροις τέταχεν· [313] « πολύκοινον Ἀμφιτρίταν », ἀντὶ τοῦ πολυάδελφον. Conf. Hesych. v. Κοινός. Verba versui iambico non conveniunt. Alterum quoque fragmentum audaciorem formam vocis continet quam trimetro conveniat. Schol. Phil. v. 1199 : Ἐν Ὑδροφόροις τὸν Διόνυσον εἶπε [314] « Βαχχᾶν » ἀντὶ τοῦ βαχχευτάν. Postremum fragmentum est apud Phot. p. 366, 13 : Ὄχος Ἀκεσσαῖος. Ἐδόκουν αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι εἶναι σπουδαῖαι· ἡ γὰρ Ἄκεσσα Σικελικὴ πόλις. Σοφοκλῆς Ὑδροφόροις·

[315] Ὄχοις Ἀκεσσαίοισιν ἐμβεβὼς πόδα.

« Qui versus in codice transjectus est p. 365, 1, ad glossam Ὄχανον, unde eodem loco habet Suidas. Conf. Hesych. in Ὄχος. » *Dind.*

NIOBA.

De Nioba sententiæ virorum doctorum non consentiunt. Sunt qui fabulam satyricam fuisse censeant, quia, credo, amoris puerilis in ea mentio facta est. Verum hæc sententia hodie fere explosa esse videtur, improbata etiam ab iis, qui antea defenderant.

Multa de Nioba Tragicorum disputavimus, ubi fragmenta Niobæ, quam Æschylus scripsit, explicavimus. Sophocles tamen in quibusdam ab Æschylo, quem plerumque sequitur, discessisse alioque modo fabulam instituisse videtur. Si enim Æschylus Niobam diu tacentem introduxit, id peculiare fuit illique soli a grammatico vindicatur; deinde alia fuit discrepantia in numero liberorum Niobæ, quia diserte perhibitum est a grammaticis Sophoclem septem filios totidemque filias commemorasse. Itaque Lutatius ad Stat. Theb. VI, in hunc modum scripsit : « Niobe secundum Homerum duodecim filios habuit. Sophocles autem dicit eam quatuordecim habuisse. » Mirandum est quod Gellius (XX, 7) Sophoclem non commemorat. Exstat deinde ut videtur alia inter utrumque poetam discrepantia. Culpatur enim Sophocles hac in tragœdia amorem puerilem introduxisse, id quod Æschylus fecerat in Myrmidonibus (Athen. XIII, p. 601, A, et Plut. Mor. p. 760, E). Ex quibus concludas fabulam Æschyli potissimum luctum Niobæ ejusque discessum continuisse, Sophoclem autem plura ex illius historia complexum esse. Neque vero credibile est quidquam hujus amoris ostensum esse in scena, quia Plutarchus loco quem citavimus ad comprobandum non pauca illa verba, quibus auxilii invocatio continetur, in medium attulisset, sed totam fabulam documento esse dixisset. Est vero videndum quid sit quem amorem puerilem vocant. Vix dubitandum est quin aliud sit a posterioribus Græcis intellectum, aliud a poetis descriptum. Quod his honestum fuit et laudabile, ab illis in malam partem acceptum est et quos amore honestissimo suavissimoque conjunctos superior ætas fecit, turpissimis cupidinibus copulatos postea cogitarunt. Poeta autem opportunitate, quæ ex loco, quo res actæ sunt, ad amorem laudandum egregie usus videtur, quia tragœdiam Thebis agi fecit, qua in urbe turpe fuit puero, si amatorem non invenisset. Thebis fabulam agi docet Eustath. p. 1367, 21.

Valde difficile est autem assequi quæ tragœdiæ compositio conformatioque fuerit. Nam etiamsi, quæ est Welckeri sententia, Ovidius in re summa Sophoclem expressit eumque imitatus est, tamen ejusmodi est Ovidii relatio, ut nihil habeat quod simile sit tragœdiæ. Manto, inquit, Tiresiæ filia instinctu Latonæ quum mulieres Thebanas ad adorandum Apollinem

---

315.
Curribus Acessæis quum imposuisset pedem.

Dianamque perpulisset, Nioba obstat nimis superbiens atque elata, quod communione deorum dignata erat. Sed ab hoc initio progressa nimis intemperanti oratione Latonam offendit. Speravit se aras accepturam, quod ipsa ab Jove descenderit colique cupiens cum Jove supra Latonam numero liberûm sese extulit. Ovidius :

Sum felix : quis enim negat hoc? felixque manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.
Major sum quam cui possit fortuna nocere.
Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.
Excessere metum mea jam bona. Fingite demi
Huic aliquid populo natorum posse meorum :
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum
Latonæ. Turba quo quantum distat ab orba?

Huc retulit Welckerus fragmentum quod inter Æschyli fragmenta reposuimus, quod ita scripsit (Plut. Cons. ad Apoll. 28) : Εἰ γοῦν ἡ Νιόβη κατὰ τοὺς μύθους πρόχειρον εἶχε τὴν ὑπολῆψιν ταύτην, ὅτι οὐκ (ut opinata erat)

Ἀεὶ θαλέθοντι βίῳ βλάσταις τέκνων
βριθομένα γλυκερὸν φάος ὁρῶσα

τελευτήσει, οὐκ ἂν οὕτως ἐδυσχέραινεν, ὡς καὶ τὸ ζῆν ἐθέλειν ἐκλιπεῖν διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς καὶ τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖσθαι ἀνάρπαστον αὐτὴν γενέσθαι πρὸς ἀπώλειαν τὴν χαλεπωτάτην. Negat Welck. illud οὐκ ad versus illos referendum esse.

Utrum poeta Niobæ liberos in scenam induxerit, valde incertum est, ac videtur ex Eustathio et Lutatio, quem supra descripsimus, colligi posse id non esse factum. Eustathius autem in hunc fere modum scripsit p. 1367, 21 : Τῆς Νιόβης ἡ συμφορὰ κατὰ μέν τινας ἐν Αυδίᾳ, κατὰ δέ τινας ἐν Θήβαις γενέσθαι λέγεται. [316] Σοφοκλῆς δὲ τοὺς μὲν παῖδας αὐτῇ ἐν Θήβαις ἀπολέσθαι φησίν· αὐτὴν δὲ εἰς Αυδίαν ἐλθεῖν. Ex Lutatii autem verbis apparet filios memoratos, non monstratos esse. Neque facile intelligitur quomodo tantus numerus commode in scenam introduci potuerit. Verum non improbabile est occisorum corpora vestibus cooperta in scenam allata esse, quamquam ex loco Plutarchi Mor. p. 760, E, certo colligas cædem illorum a nuncio esse relatam.

Amphionem Welckerus inter personas introductum esse censet; verum nullum exstat inter fragmenta indicium, quo illud factum esse comprobetur. Si autem versus aliquot ex Valckenarii sententia ad hanc tragœdiam recte referrantur, nutricem a poeta introductam videmus.

De choro nihil constat. Apud Æschylum Græcos in choro fuisse putavimus, non Lydos. Non dubitamus quin Sophocles Æschylum sit secutus. Itaque Welckerus mulieres Thebanas fuisse divinavit non ancillas neque quæ sub Niobæ imperio essent. Multa sunt quæ hanc defendant sententiam; at si quis chorum ex senibus compositum censuerit, non refragabimur. Hi enim impiis Niobæ consiliis firmius resistebant constantiusque ea defendebant, quæ violare religio prohibebat. Ita Niobæ elatio non minus quam impietas evidentius in iis apparuit, qui ætate firmati deos sanctissime colebant.

De compositione tragœdiæ hæc dici possunt: fragmentis apparet a poeta relatam esse cædem filiorum Niobæ. Hæc tragœdiæ concinnitati non bene convenit, si statim initio tragœdiæ facta esset, quoniam animi graviore re commoveri non potuerunt. Rectius Niobæ felicitas prius a poeta descripta esse videtur, ut insequens calamitas insignior fieret collata pristina secunda fortuna. Credibile est igitur chorum initio pietate erga deos permotum Niobæ suasisse, ne nimis sese efferret. Inter alia eam fortasse vituperavit, quod crediderit

Ἀεὶ θαλέθοντι βίῳ βλάσταις τέκνων
βριθομένα γλυκερὸν φάος ὁρῶσα

se morituram esse in tanta felicitate, si versus sunt Sophoclis. Postquam Niobæ superbiam poeta satis descripsit, nuncius intervenit, qui omnes filios ab Apolline interemtos esse refert audiente Nioba, ut est apud Ovidium. Peropportune hujus narrationis fragmentum servatum est a Plutarcho Mor. p. 760, E : [317] Τῶν τοῦ Σοφοκλέους Νιοβιδῶν βαλλομένων καὶ θνησκόντων ἀναβοᾷ τις οὐδένα βοηθὸν ἄλλον οὐδὲ σύμμαχον ἢ τὸν ἐραστήν,

Ὦ ἀμφ' ἐμοῦ στεῖλαι.

Cf. Athen. XIII, p. 601, A : Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς καὶ Σοφοκλῆς ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς τῶν παίδων ἔρωτας, ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν Νιόβῃ τὸν τῶν Νιόβης παίδων. Narratione finita corpora interemta afferuntur. Lamentantur qui adsunt, mulieres et inter has fortasse sorores, ut Welckerus existimat. Schol. Hom. ad Il. E, 533 et

317.

Nioba filiorum, dum feriuntur et moriuntur, unus exclamat, neminem esse servatorem alium neque socium atque amatorem :

O me protege.

Odyss. Θ, 186 : Ἴλ ... ἀντὶ τοῦ ἦν ... Σ. ἐν Νιόβῃ

[318] Ἡ γὰρ φίλη 'γὼ τῶνδε τοῦ προφερτέρου.

Locus præterea documento est corpora esse in scenam prolata. Potuit autem ille versus nutricis quoque esse, quæ apud Plut. Moral. p. 691, D, memoratur : Αὐτοὺς παραλογιζόμεθα, θερμὸν εὐθὺς εἶναι τὸ θερμαῖνον ὑπολαμβάνοντες. Καὶ ταῦθ' ὁρῶντες ὅτι ταὐτὸ ἱμάτιον ἐν χειμῶνι θερμαίνει, ἐν δὲ ἡλίῳ ψύχειν λέγομεν, ὥσπερ ἡ τραγικὴ τροφὸς ἐκείνη τὰ τῆς Νιόβης τέκνα τιθηνεῖται

[319] Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐρειπίοις
θάλπουσα καὶ ψύχουσα, καὶ πόνῳ πόνον
ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν.

Cf. Valckenar. ad Phalar. p. X. Postrema καὶ πόνῳ..... ἡμέραν addita sunt ex p. 496, E, ubi σπαργάνων scriptum pro χλανιδίων. Pædagogo Welckerus versum attribuit apud Plut. Mor. p. 77, B, et p. 619, A :

[320] Ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικοῦ προσῇ.

Reliqua præter exitum ignorantur. Nioba quamquam filiorum cæde valde affecta erat, tamen filiarum numero exsultavit, donec harum quoque clade prorsus prosternebatur. Welckerus filias putat statim post verba matris earum numero gaudentis supra fratrum corpora moribundas concidisse, id quod eodem modo a Scopa et Praxitele expressum sculptura esse ait. Tum vero Niobam immenso dolore stupefactam inter corpora sedentem, dum terra commovebatur, illa dixisse, quæ apud Diogenem Laert. VII, 128 leguntur :

[321] Ἔρχομαι· τί μ' αὔεις;

si verba sunt Sophoclis, non Æschyli. Diogenes enim τὸ ἐκ τῆς Νιόβης ait. (Eadem citat Suidas in v. Αὔεις.) Et hic terræ motus apud Photium est v. Νοβακίζειν : τὸ ὀρχούμενον τοῖς δακτύλοις ἐπεψοφεῖν. Σεισμὸς Νιόβῃ. Sophocles deinde in Lydiam eam venisse ait (Eustath. p. 1367, 22), quamquam non refragabor, si quis optasse illam censeat, ut abriperetur ad perniciem. Plut. Consol. ad Apoll. 28. Itaque Sophocli suffecisse putandum est ostendisse, quomodo Nioba summo dolore afflicta patriam in lapidem obduratura repeteret, neque vero hoc ipsum, quo auditores vehementius commoverentur, versibus expositum esse. Quid tamen futurum esset, poeta satis indicavit, si Nioba optaret, ut per aerem in Lydiam abriperetur.

Sunt præterea tria fragmenta, quæ non ita facile dixeris, quo pertineant. Harpocr. : [322] « δερμιστής· » Δίδυμος μὲν ἀποδίδωσι τὴν σκώληκα οὕτω λέγεσθαι τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ. Ἀρίσταρχος δὲ τὸ Σοφόκλειον ἐξηγούμενος τὸν ὄφιν ἀπέδωκε. Μήποτε δὲ μᾶλλον ἂν ὅστις τὰ δέρματα ἐσθίει δερμιστής. Cf. Phot. p. 393, 3, Bekk. Anecd. p. 240, 14. Schol. ad OEd. Col. 684 : [323] Καὶ τῇ Νιόβῃ ὁ Σοφοκλῆς τὸν κρόκον ἀντικρυς τῇ Δήμητρι ἀνατίθεται. Facilior est conjectura de loco apud Athen. IV, p. 176, F : [324] Τοὺς « ἐλύμους αὐλοὺς· » ὧν μνημονεύει Σοφοκλῆς ἐν Νιόβῃ τε καὶ Τυμπανισταῖς, οὐκ ἄλλους τινὰς εἶναι ἀκούομεν ἢ τοὺς Φρυγίους. Facile inde concludas fuisse mulieres Lydas, quæ chorum composuerint. Verum tibias Phrygias potius commemoratas suspicor, ut solemnitas pietasque eorum, qui Latonæ supplicabant, magis appareret; satisque constat tibias Phrygias in sacris esse adhibitas.

Si Amphion a poeta inter personas tragœdiæ receptus est, ut omnes casus domus Niobæ ostenderentur atque in hoc quoque describeretur, quam subito summa felicitas fortunæ conversione in extremam calamitatem converteretur, tamen illius partes exiguas fuisse necesse est. At si ille ante Niobæ abitum vitæ finem gladio imposuit, satis intelligitur cur Nioba Thebis remanere non potuerit

ORITHYIA.

Æschyli fragmenta, quæ ex Orithyia tragœdia servata sunt, quum explicaremus, omnia ea exposuimus, quæ ad perspiciendum tragœdiæ argumentum necessaria nobis visa sunt. Itaque illa repetere supervacaneum est, nisi quod Joannes Siceliota de utroque poeta affert : Φαίνεται ἡ ἀτοπία τοῦ ποιητοῦ ἐν τῷ Ὠρειθυίας δράματι, ὅπου ταῖς δυσὶ σταγόσι φυσῶν ὁ Βορέας καὶ τὴν θάλασσαν· οὐ γὰρ φέρει ἐπὶ μνήμης τὰ ἱστορεῖν ἐπιλαθόμενος. Διὸ καὶ μιμεῖται. Λέγει δὲ περὶ τούτου

318.
Eram enim amica ejus qui inter hos erat natu maximus.

319. [*liberos*
Tenuiter textarum lænarum lacinias *nutrix Niobæ* fovens et refrigerans, et labore laborem nocturno diurnum permutans.

320.
Cui amoris puerilis morsus adsit.

321.
Venio ; quid me vocas?

Λογγῖνος ἀκριβέστερον ἐν τῷ και τῶν Φιλολόγων. Ruhkenius οὐ addidit scribens οὐ μιμεῖται, quod convenientius esse videretur, nisi Longinus De subl. c. 3 hæc haberet : Φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ φυσῶν κατὰ Σοφοκλέα σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι φορβειᾶς ἄτερ. Cicero versus servasse videtur ad Att. II, 16 : « Cnæus quidem noster jam plane quid cogitet nescio :

[325] Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.

Apparet igitur Sophoclem eadem versibus expressisse quæ Æschylus præiverit. Totus locus ad Orithyiæ raptum pertinere videtur, ut aliud fragmentum apud Strab. VII, p. 295 : Σοφοκλῆς περὶ τῆς Ὠρειθυίας λέγων ὡς ἁναρπαγεῖσα ὑπὸ Βορέου κομισθείη

[326] Ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς
νυκτός τε πηγὰς οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχὰς,
Φοίβου παλαιὸν κῆπον. . . . .

Orithyia rapta est. Nuncii verba esse crediderim.

TRIPTOLEMUS.

Valde difficile est post tot virorum doctorum sententias dicere aliquid de Triptolemo. Welckerus hujus reditum ex itinere per omnem orbem terrarum suscepto describi a poeta putavit, rejecta eorum sententia, qui futilibus sane causis inducti fabulam satyricam fuisse censebant. Qua in re si verum vidit, dubitandum est an in alia parte tragœdiæ, quæ argumentum explicat, idem illi non contigerit. At operæ pretium est videre, quid veteres scriptores de Triptolemo memoriæ prodiderint : v. Ovid. Metam. V, 642-661. Hygin. Fab. 147 : « Quum Ceres Proserpinam filiam suam quæreret, venit ad Eleusinum regem, cui uxor Cothonea puerum peperrerat seque nutricem lactantem simulavit. Ceres quum vellet alumnum suum immortalem reddere, interdiu lacte divino alebat, clam in igne obruebat. Itaque præterquam solebant mortales, crescebat. Et sic fieri quum mirarentur, parentes eam observaverunt : quum Ceres eum vellet in ignem mittere, pater expavit. Illa irata Eleusinum exanimavit, at Triptolemo alumno suo æternum beneficium tribuit. Nam fruges propagatum currum draconibus junctum tradidit, quibus vehens orbem terrarum frugibus obsevit. Postquam domum rediit, Celeus eum pro benefacto interfici jussit : sed re cognita jussu Cereris Triptolemo regnum dedit, quod ex patris nomine Eleusinum nominavit, fierique sacrum instituit, quæ θεσμοφόρια Græce dicuntur. » Eadem fere narrat Mythographus Vat. II, 99, Serv. ad Virg. Georg. I, 19. Lutat. ad Stat. Theb. II, 382. Paulo diversa sunt quæ narrantur ab Hygin. Astron. II, 14. Egregie ad hæc Welckerus disputavit : Regem, qui adversatur Triptolemo, Statii scholiasta Cepheum, Servius Cephalum appellat atque ex eo *Celeus* apud Hyginum emendandum est. Celeus amicus Cereris et, ut quidam referunt, pater Triptolemi, adversari ei non potuit. Cepheus non minus quam Cephalus ad pagum Cephalen referendi sunt, cujus heros Cephalus per Procridem ad poesin tragicam pertinet. At alius etiam intelligi potest; notus enim est alius Cephalus, Mercurii inferi et Hersæ filius, agrestis deus, qui Triptolemi adversarius facile esse potuit. Itaque Welckerus Triptolemi in regno institutionem superatis magnis periculis devictoque adversario, qui et illius imperio et gloriæ restiterit, satis idoneum tragœdiæ argumentum esse putat, præsertim si accedat ut sacro instituto in omne tempus propagando oppositio cujusdam potentissimi hominis, qui imperio sit potitus, et quoddam Cereris judicium, quo imperium summo viro et adoratio insequenti tempore constituatur, antecedat. Qua re effici putat ut et tragœdia in se omnibus partibus sit bene conclusa dignitatemque tragicam habeat, et auditorum animi suspensi teneantur. Præterea Welckerus indicat demissionem reditumque Triptolemi et imperii adeptionem una tragœdia conjungi non potuisse. Postremo summam tragœdiæ Eleusiniorum mysteriorum institutionem fuisse ait necessariumque indicat ostendi, quomodo aratri usum et spicarum notitiam inter agrestes propagaverit. Quocirca nihil aliud excogitari posse affirmat nisi Cererem non præsentem dimisisse Triptolemum, sed narratum id esse post illius reditum, quum contra Cepheum jus suum defenderet.

Sunt tamen quæ argumentationi Welckeri repugnent, ut nesciam an multo graviora sint quam illius rationes. Dionys. Halic. I, 12 : [327]

325.

Spirat enim non amplius parvis tibiis,
sed sævis flatibus sine capistro.

326

Super mare omne ad extremos terræ terminos
Noctisque fontes cœlique ortum,
Phœbi antiquum hortum, *a Borea arrecta*.

Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν Τριπτολέμῳ δράματι· πεποίηται γὰρ αὐτῷ Δημήτηρ διδάσκουσα Τριπτόλεμον ὅσην χώραν ἀναγκασθήσεται σπείρων τοῖς δοθεῖσιν ὑπ' αὐτῆς καρποῖς διεξελθεῖν. Μνησθεῖσα δὲ τῆς ἑῴου πρῶτον Ἰταλίας, ἥ ἐστιν ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας μέχρι πορθμοῦ Σικελικοῦ, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς ἀντικρὺ ἁψαμένη Σικελίας, ἐπὶ τὴν ἑσπέριον Ἰταλίαν αὖθις ἀναστρέφει καὶ τὰ μέγιστα τῶν οἰκούντων τὴν παράλιον ταύτην ἐθνῶν διεξέρχεται, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Οἰνώτρων οἰκήσεως ποιησαμένη κτλ. Apparet hæc dicta esse, antequam Triptolemus peregrinationem adiit; deinde ineptum videtur longam afferri Cereris orationem, qua olim Triptolemum docuerit, quum jam huic omnia experto liceret exponere, quas in terras devenerit; neque ipsius merita ita recte laudibus efferri putem, si verba Cereris afferantur; postea quid evenerit peregrinanti exspectatur; postremo non intelligitur, quomodo post illa Cereris verba Triptolemi res gestæ exponi potuerint. Ac nescio an Dionysii verba sint ejusmodi, ut Cererem introductam fuisse existimandum sit. Certe versus quos subjicit Cereris ipsius sunt nec bene ab alio ita citari poterant. Præterea Ceres ipsa mysteria Eleusinia instituisse perhibetur, neque talis doctrina qualis initiatis contingere putabatur ab ullo alio nisi a deo proficisci potuit (Isocr. Eleus. § 28, Aristid. Eleus. or. tom. I, p. 450). Quocirca dea non minus necessaria fuit mysteriis instituendis quam Minerva Areopago constituendo. Quocirca facile credideris Eleusinia prius esse instituta quam Triptolemum dimissum, ut hic sacris initiatus et frumentum et cultum Cereris in alias terras propagaret. Atque tragœdiam in hunc modum compositam crederem, nisi quædam fragmenta tragœdiæ reperirentur, quæ huic sententiæ repugnarent. Vix enim dubitari potest quin Triptolemum poeta fecerit in patriam reversum ibique exponentem, quæ ipsi contigerint.

Quæ quum ita sint, non dubito quin poeta exemplum Æschyli, qui in Eumenidibus longum tragœdiæ intervallum interposuit, in hac quoque tragœdia, quæ erat argumento quodam pacto non aliena ab illa, secutus sit. Magnum quidem erat intervallum; at Triptolemus draconibus per aerem vectus non tam docuit agriculturam quam sevit frumentum, quod auxilio Cereris celeriter provenit. Quocirca œconomia tragœdiæ hæc esse potuit: Prologo Ceres introducta est, quæ de beneficio, quo homines afficere voluit, Triptolemum edocuit. Ita abit, ut quæ a Cerere mandata acceperit, ea apud exteras gentes exsequatur. Quo facto chorus intervenit carmina canens in honorem Cereris, quæ frumentum incolis Atticæ diviserit. At Cepheus quoque adest, qui deus agrestis et frumenti usum et novam religionem studet evertere. Inde magna contentio insequitur inter utramque religionem, veterem dei agrestis recentemque Cereris. Quum in eo esset ut nova everteretur, Triptolemus redit, ut defendat religionem Cereris. Quod ut faciat efficacius, fuse exponit quæ beneficia terris intulerit. Quibus rebus vehementius iratus Cepheus clam illum de medio studet tollere. Tum Ceres rursum interveniens (Apollo ab Æschylo et Delphis et Athenis introducitur) Cepheum compellit cedere regno, quod traditur Triptolemo. Qua victoria parta in memoriam beneficii terris divisi Eleusinia instituuntur.

Prologo adscribendus est versus apud schol. Pind. Olymp. X, 1: Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·

[328] Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λο-
[γους

Verba sunt Cereris quæ Triptolemum vult diligenter ad suam orationem attendere. Huic orationi vindicandi versus apud Dionysium l. c., qui post illa verba quæ exscripsimus ita pergit· Ἀπόχρη δὲ ταῦτα μόνα λεχθέντα τῶν ἰαμβείων ἐν οἷς φησι (Ceres)

[329] Τὰ δ' ἐξόπισθε χειρὸς εἰς τὰ δεξιὰ
Οἰνωτρία τε πᾶσα καὶ Τυρσηνικὸς
κόλπος Λιγυστική τε γῆ σε δέξεται.

Ex Dionysii verbis etiam aliis versibus eadem hæc expressa esse concludas. Huic adjunxerim quæ sunt apud schol. OEdip. Col. 504: Χρῆσται, χρείη ἔσται, κατὰ συναλοιφὴν, χρῆσται ἀντὶ τοῦ χρείη ἔσται. Δηλοῦται δὲ ταὐτὸν τὸ δεήσει· καὶ ἐν Τριπτολέμῳ·

[330] Χρῆσται δέ σ' ἐνθένδ' αὖτις.....

(« Veram scripturam esse χρὴ 'σται, ostendi in annotatione ad locum OEdipi. » *Dindorf.*)

328
Repone in animi tabulis verba mea.
329.
Quæ postea sunt ad dextram manum,
OEnotria omnis et Tyrrhenus
sinus solumque Ligusticum te accipiet.
330.
Oportet vero te inde rursus.....

Chori nihil servatum est ut videtur, nisi ei singula quædam verba tribuas, ut illud apud Hesychium : [331] « ἀφράδμων, » ἀσυνετος, ἀμαθής. Σ. Τριπτολέμῳ. Grammaticus Bekkeri p. 472, 13 : « ἀφράσμων, » ἀσύνετος. Σοφοκλῆς. Deinde Hesychius : [332] « Ἰλλυρὶς γονή » ἀντὶ τοῦ Ἰλλυρὶς γενεά· γράφεται δὲ καὶ « γυνή. » Ὁ δὲ Καλλίστρατος « γύη » ἀντὶ τοῦ γῆ. Χρῶνται γὰρ οὕτως. Σ. Τριπτολέμῳ. Hæc vero cuivis tribueris. Inter incerta fragmenta quædam sunt, quæ Welckerus choro attribuit. Phot. p. 485, 10 : Ῥειτά· ἐν Ἐλευσῖνι δύο ναμάτια φερόμενα ἐκ μιᾶς πηγῆς καλούμενα [333] « Ῥειτά· » οὕτως Σοφοκλῆς. Schol. Aristoph. Ran. 1065 : Μουσαῖος.... ὁ δὲ Σοφοκλῆς [334] « χρησμολόγον » αὐτόν φησι.

Plura ipsius Triptolemi in patriam reversi e peregrinatione esse videntur. Narrat se curru omnem orbem terrarum a draconibus vectum peragrasse. Etym. M. p. 395, 11 : Πλίσσεσθαι τὸ βάδην διαβαίνειν, καὶ πλίγμα τὸ διάστημα τῶν ποδῶν. Σ. Τριπτολέμῳ·

[335] Δράκοντε θαιρὸν ἀμφιπλὶξ εἰληφότε.

Περιβάδην. (Vulgo δράκοντα δ' αἶρον... εἰληφότες, sed δράκοντε... εἰληφότε est ap. Rufum Eph. De partib. hom. p. 32, εἰληφότε ap. Etym. ms. ap. Koen. ad Greg. Corinth. p. 548, εἰληφότα ap. Poll. II, 172. Ἀμφιπλίξ ex hac fabula memorant schol. Aristoph. Ach. 217, Suidas vv. Περιβάδην et Πλίξ, Greg. Cor. l. c.) Hesychius : [335] « θαιρός », ὁ διήκων ἀπὸ τοῦ ἄνω μέρους ἕως κάτω στροφεὺς τῆς θύρας ἢ ἄξων. Σ. Τριπτολέμῳ. Eustath. p. 914, 33 : Ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται καὶ ὅτι θαιρὸς ὁ ἄξων παρὰ Σοφοκλεῖ. Italiam narrat plenam esse frumenti. Plinius XVIII, 12, 1 : [336] « Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudavit ad verbum translata sententia:

Et fortunatam Italiam frumento canere candido.

Carthaginem pervenit. » Schol. Eurip. Troad. 218 : Σοφοκλῆς δὲ ἐπὶ τῶν καιρῶν Τριπτολέμου οἰκισθῆναί φησι τὴν Καρχηδόνα, ἐν οἷς φησι·

[337] Καρχηδόνος δὲ προστάτην ἀσπάζομαι.

Ita correxit Hermannus scripturam codicis κράσπα τιν. Bergkius κράσπεδ' ἥν. Nescio an non recte. Κράσπεδα quid sit, non constat. Facilius κρηπῖδ' scripseris. — Ioniam attigit. Hesych. : [338] « Ἴαννα » . . . ἐν Τριπτολέμῳ ἐπὶ γυναικός. Est igitur mulier Ionica, quam viderit. Postea Thraciam appulit. Herodian. II. μονήρους λέξεως p. 9, 29 : Χαρναβῶν Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ·

[339] Καὶ Χαρναβῶντος, ὃς Γετῶν ἄρχει τανῦν.

(V. Lobeckium Aglaoph. p. 215, 1351.) Hygin. Astron. II, 14 : « Hunc complures Carnubutam dixerunt nomine Getarum regem, qui sunt in Mysia regione, fuisse, qui eodem tempore regno est potitus, quo primum semina frugum mortalibus tradita existimantur. Ceres enim quum sua beneficia largiretur hominibus, Triptolemus, cujus ipsa fuerat nutrix, in curru draconum collocatum ... jussit omnium nationum agros circumeuntem semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum a fero victu segregarentur. Qui quum pervenisset ad eum, quem supra diximus, Getarum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus, deinde non ut beneficus advena et innocens, sed ut crudelissimus hostis insidiis captus, aliorum dum paratus est producere, suam pene perdidit vitam. Carnubutæ enim jussu quum draco unus eorum esset interfectus, ne quum Triptolemus sensisset insidias sibi parari, currus præsidium sibi constituere speraret, Ceres eo venisse et erepto adolescenti currum dracone altero subjecto reddidisse, regem autem ... pœna affecisse. » — Deinde de frumenti messe Harpocrat. : Μελίνη : ὀσπρίου ἐστὶ σπέρμα, καὶ ἀρσενικῶς λέγουσι· θηλυκῶς δὲ Σοφ. Τριπτολέμῳ·

[340] Κνήμη μελίνης.

Hesych. : [341] « ἅμαλλα », δράγματα, δέσμη τῶν ἀσταχύων. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ. Antiatt. Bekk. p. 97, 33 : [342] « Ζευγηλάτης ». Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ. Melior vita introducta est inter homines frumento reperto. Athen. II, p. 67, C : Μνημονεύει Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ τοῦ [342] « ταριχηροῦ γάρου. » Pollux VI, 65 :

Οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάρου.

Meinekius :

Οὐδὲν ἡ τάλαινα δοῦσα τοῦ ταριχηροῦ γάρου.

Bergkius :

Σὺ δ' ἡ τάλαινα δὸς ταριχηροῦ γάρου.

Düntzerus :

Οὐδ' ἡ τάλαινα δεῖσα ταριχηροῦ γάρου.

335.
Dracones duo qui axem inter se habuerunt.
337.
Carthaginis vero præsidem saluto.

339.
Et Charnabontis, qui Getis nunc imperat.
340.
Internodium panici meliacei.

Nam, Δεῖσα, ἡ ὑγρασία καὶ κόπρος, Suidas. Cf. Eustath. p. 413, 13. Herodianus p. 437 Piers. : Ὁ « γάρος » ἀρσενικῶς... Σοφοκλῆς. — Pane uti homines incipiebant. Athen. III, p. 110, E : [343] « Ὁρίνδου δ' ἄρτου » μέμνηται Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ, ἤτοι τοῦ ἐξ ὀρύζης γινομένου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν Αἰθιοπίᾳ γινομένου σπέρματος ὅ ἐστιν ὅμοιον σησάμῳ. Cum messe gaudia sunt conjuncta. Hesych. : Δαίς· Σοφοκλῆς·

[344] Ἦλθεν δὲ δαὶς θαλεια πρεσβίστη θεῶν.

Ἡ δι' ἐράνων εὐωχία· ἔνιοι δὲ τὰς Μούσας. Τριπτολέμῳ. Deinde Pollux X, 79 : Τὴν δὲ ἀπύθμενον κύλικα ἐν Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς ἀπυνδάκωτον ὠνόμασεν·

[345] Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ.

Cf. Demetr. Π. ἑρμηνείας § 114, Hesych. in Ἀπυνδάκωτος et Suid. in Πύνδαξ. Optima quæque ad illa convivia afferuntur. Welckerus quidem hæc omnia ad convivia retulit, quæ apud inferos beatis contingant. Verum nescio an mystæ convivia sperarint. Ad eundem locum fortasse pertinet versus apud Athenæum X, p. 447, B : Τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·

[346] Βρῦτον δὲ τὸν γερσαῖον οὐ δυεῖν.

Hæc vero tribuerim Cepheo, qui negat ejusmodi vinum sibi placere; melius alibi a se inventum, ubi et ipse terram peragrarit. Strabo XV, p. 687 (p. 1008, A Almel.) : Παρὰ Σοφοκλεῖ δέ τις ἐστὶ τὴν Νῦσαν καθυμνῶν ὡς τὸ Διονύσῳ καθιερωμένον ὄρος·

[347] Ὅθεν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὐτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει,
ὅπου τις ὄρνις οὐχὶ κλαγγάνει.

Welckerus Triptolemo versus attribuit. Id vero sine dubio recordatus esset Strabo, neque illo incerto τις usus esset.

Non constat utrum descriptio commodorum, quæ ex agricultura provenirent, a Triptolemo an a Cerere facta sit. Præstat tamen illud, quia Cepheus homini adversari potuit, deæ non potuit. Itaque quum argumentis Triptolemi victus ad hujus cædem confugere vellet, Ceres intervenit, Cepheum expellit, sacraque instituit, quæ θεσμοφόρια Græce dicuntur. Quæ ab homine doceri potuerunt, Triptolemo exponenda a poeta data sunt : quæ autem miracula cum seminis proventu, maturatione, perceptione frumenti conjuncta sint, quæque mortalibus, qui pio deos cultu venerentur, quique Cereris mysteriis initiarentur, beneficia contingant, hæc a dea ipsa in sacris instituendis explicanda erant. Ex incertis fragmentis Welckerus huc retulit quæ Plutarchus habet Moral. p. 21, F :

[348] Ὡς τρισόλβιοι
κεῖνοι βροτῶν, οἱ ταῦτα δερχθέντες τέλη
μόλωσ' ἐς Ἅιδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Fortasse ex hoc loco sumtum est illud apud Hesych. : [349] « ἕλκη, » λῦπαι. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ. Abstergentur enim omnia quæ tristitiam afferant. Affertur etiam ex hac fabula [350] « εἰς ὀρθὸν φρονεῖν » ἀντὶ τοῦ καλῶς φρονεῖν, Antiatticista p. 94, 1.

Satis apparet ex iis quæ diximus eorum sententiæ, qui Triptolemum fabulam satyricam fuisse censeant, accedere nos non potuisse. Ceterum non negligendum est, quod quidam opinati sunt, hanc tragœdiam omnium quas Sophocles docuerit primam esse. Plinius enim (Hist. Nat. XVIII, 12, 1) hæc scripsit : « Hæ fuere sententiæ Alexandro Magno regnante, quum clarissima fuit Græcia atque in toto orbe potentissima; ita tamen ut ante mortem ejus annis fere CXLV Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudaverit. » Ex numero annorum, quem Plinius memorat, tempus illud definierunt, quo Sophocles tragœdias scripsit. Qua in re si minus falsi sunt, tamen non consequitur a Plinio primam etiam tragœdiam commemorari. Sententia enim hæc esse potest : Sophocles, qui tragœdias Athenis ab illo inde tempore scripsit, frumentum Italicum novit, idque laudavit in fabula quæ Triptolemi nomine inscripta erat.

344.
Venit autem convivatio suavis, gratissima dearum.

345.
Collo carens calix in mensa non ponitur.

347.
Unde vidi Bacchi nomine celebratam
ab hominibus claram Nysam, quam corniger
Bacchus sibi suavissimam nutricem habet,
ubi ales quidem non clangit.

348.
Nam ter felices
illi sunt mortalium, qui his initiis conspectis
ad inferos descendunt; his enim solis ibi
vivere licet; ceteris omnia ibi mala contingunt.

ATHAMAS ET ARGONAUTÆ.

TYRO.

Perdifficile est in tanta omnium rerum, quæ de Tyronis fortuna memoriæ sunt proditæ, dicere aliquid certi de tragœdia, quæ illius nomine inscripta fuit. Attamen quamquam non constat, quid sit potissimum versibus a poetis expositum, dubitari non potest quin persona celeberrima fuerit, quod conformatio ejus peculiaris fuit et insignis, ut docet Pollux IV, 141. Quocirca satis apparet tragicos in primis operam dedisse ut res illas, quæ ad Tyronem pertinerent, præcipua arte excolerent.

Homerus Tyronem commemorat inter mulieres quæ olim insignes fuerint. Qui postea de ea memoriæ aliquid prodiderunt, multum ab eo discesserunt, quum aut prorsus nova comminiscerentur aut veteribus varia affingerent. Homerus quum simpliciter Tyronem a Neptuno, qui sub Enipei fluminis forma latuerit, compressam Peliam et Neleum peperisse narrasset, posteriores addiderunt pueros recens natos a Salmoneo avo olla expositos a Neptuno servatos esse adultosque in patriam rediisse, ut matrem exsolverent custodia, qua eam tanquam servam Salmoneus pater et Sidero noverca tenerent. Sunt qui pueros a matre expositos ab equa et cane nutritos perhibeant (schol. Iliad. K, 334, Eustath. Od. A, 253, Apoll. I, 9, 8, Diod. IV, 68, Strab. VIII, p. 545, Hygin. Fab. LX, et quæ Heynius collegit ad Apollodorum). At ne constat quidem quo in loco res gestæ sint, Elide an in Thessalia, veteresque hac in re tantum variant, ut neutra sententia porsus rejici possit.

Ut vero propius accedamus ad tragœdiam Sophoclis, omnium ad constituendum tragœdiæ argumentum gravissimus locus est, qui apud Euripidis schol. ad Orest. legitur sub fin.: Καὶ ἐν Ἀλκήστιδι ἐκ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην, καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνώρισμα κατὰ τὸ τέλος γίγνεται. In constituendo loco virorum doctorum sententiæ variant. Tyrwhittus γέλως prætulit voci τέλος, legens κατὰ τὸ ἀναγνώρισμα γέλως γ. Ad rem nihil interest. Primum enim significat filios in exitu tragœdiæ a matre vel ab avo esse agnitos, alterum fabulam lætum habuisse exitum. Lætus autem exitus esse non potuit, nisi Pelias et Neleus agnoscerentur qui essent. Illud autem commode fieri non potuit nisi in exitu tragœdiæ. Quomodo autem pueri sint agniti, apparet loco, qui est in Aristotelis Poet. c. XVI: Εἴδη δὲ ἀναγνωρίσεως ... ἐν τῇ Τυροῖ διὰ σκάφης. Et accuratius Aristoph. Lysistr. 138:

> Οὐκ ἐτὸς ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι·
> οὐδὲν γὰρ ἐσμεν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη.

ubi scholiasta: Εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει ἐκθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφην. Alius: Εἰς τὴν Τυρὼ δὲ Σοφοκλέους αἰνίττεται καθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφος.... Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐμίγη Τυροῖ καὶ ἐγέννησε Νηλέα καὶ Πελίαν. Hæc copiosius explicantur in Epigrammatibus Cyzic. IX: Ἐν τῷ ἐννάτῳ Πελίας καὶ Νηλεὺς ἐνελελάξευνται οἱ Ποσειδῶνος παῖδες ἐκ δεσμῶν τὴν ἑαυτῶν μητέρα ῥυόμενοι, ἣν πρώην ὁ πατὴρ μὲν Σαλμωνεὺς διὰ τὴν φθορὰν ἔδησεν· ἡ δὲ μητρυιὰ αὐτῆς Σιδηρὼ τὰς βασάνους αὐτῇ ἐπέτεινεν·

> Μητέρα τρηχείοισιν ἐπὶ σπειρήμασι Τυρὼ
> Σαλμωνεῖ γενέτᾳ τῷδ' ὑποτασσομένην
> .....
> οὐκέτι γὰρ δουλώσει ἐν ἕρκεσιν, ἐγγύθι λεύσσων
> Νηλέα καὶ Πελίαν τούσδε καθεζομένους.

Idemque fere Apollod. l. c. A quo Hyginus prorsus discedit Fab. LX, qui a matre filios necatos perhibet pietatis in patrem Salmoneum causa.

Compositio tragœdiæ valde obscura est. Primum nescimus, cur filii Tyronis sint expositi, quamquam credibile videtur factum id esse a matre, ut indicat scholiasta Aristophanis. Deinde non constat cur Tyro tam crudeliter sit a noverca tractata, ut auxilium a filiis exspectaret, nisi ad conjecturam confugiamus. Hæc sane in promptu est. Scilicet Salmoneus Alcidicæ spretæ Sidero pellicem superinduxit Tyronemque ad fratrem Cretheum, ut ibi esset, misit; a quo quum esset ad patrem remissa, noverca eam crudelissime habebat instigata odio Alcidicæ matris illius.

De compositione tragœdiæ nihil amplius notum est. Personæ Salmoneus, Sidero, Tyro, Neleus et Pelias fuere. De Tyronis persona Pollux IV, 141: [351] Τυρὼ πελιδνὴ τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ. Chorus nullum exstat indicium quo appareat ex quibusnam fuerit compositus. Welckeri sententia est cives fuisse urbis, cui Salmoneus præfuerit.

Fragmenta, quæ supersunt, non sine difficultate quadam in ordinem rediguntur, quamquam quæ duæ fabulæ memorantur a grammaticis ad duplicem recensionem referimus.

Domo mane aliquis prodiit, qui sinistro augurio commotus, quale id esset, interrogavit. Hoc apparet versu, quem Aristophanis schol.

ad Av. 276 servavit, Ἕξεδρον χώραν ἔχων : Ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς ἀρχή·

[352] Τίς ὄρνις οὗτος ἕξεδρον χώραν ἔχων;

Sed perspicuum est aliud fuisse initium prioris recensionis. Ad eundem locum respicit Herodian. p. 435 ed. Piers. Versu autem illo spectatores statim ab initio ad res atrocissimas præparabantur. Choro deinde attribuerim versus, quos Stobæus LXXXVII, 3 servavit :

[353] Πολλῶν ἐν πολυπληθίᾳ πέλεται
οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς οὔτ' ἀχρείων
τὸ λίαν κακός· βροτῷ δὲ πιστὸν οὐδέν.

Sunt versus, ut videtur, chori Tyronem communi sorte mortalium consolantis. Finito carmine consolationem chorus continuasse videtur. Stob. XCIX, 99:

[354] Τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυσθυμίαι.

Conf. Antiatt. p. 89, 19. Idem Stob. XX, 29 :

[354*] Πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ.

Pelias et Neleus filii deinde intervenisse videntur, quibus Tyro mala sua exposuit. De novercæ crudelitate Aristot. Rhet. II, 25 : Ἄλλος τόπος, τὸ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος κατηγορεῖν, οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς·

[355] Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φρονοῦσα τοὔνομα.

Ælianus De N. A. II, 10 : Μάλιστα δὲ κομῶσα ἵππος ἀβροτάτη τέ ἐστι καὶ θρυπτικωτάτη· ἀτιμάζει γὰρ ἀναβῆναι τοὺς ὄνους αὐτήν, ἵππῳ δὲ γαμουμένη ἥδεται καὶ ἑαυτὴν ἀξιοῖ τῶν μεγίστων. Ὅπερ οὖν συνειδότες οἱ βουλόμενοι ἡμιόνους σφίσι γενέσθαι, ἀποθρίσαντες τῆς ἵππου τὴν χαίτην εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, εἶτα μέντοι τοὺς ὄνους ἐπάγουσιν· ἡ δὲ ὑπομένει τὸν ἄδοξον ἤδη γαμέτην, πρῶτον αἰδουμένη· καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἔοικε μεμνῆσθαι τοῦ πάθους. (Conf. Plutarch. Mor. p. 754, A.) Eundem morem tangit rursus XII, 16, sed XI, 18, versus ipsos Sophoclis profert : Τοῦτό τοι καὶ Σοφοκλῆς αἰνίττεται ἐν τῇ Τυροῖ τῷ δράματι· πεποίηται δέ οἱ αὐτὴ λέγουσα, καὶ ἃ λέγει, ταῦτά ἐστι·

[356] Κόμης δὲ πένθος λαγχάνω πώλου δίκην,
ἥτις συναρπασθεῖσα βουκόλων ὕπο
μάνδραις ἐν ἱππείαισιν ἀγρίᾳ χερὶ
θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχένων ἄπο,
σπασθεῖσα δ' ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν
ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον αὐγασθεῖσ' ὑπὸ
κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης.
Φεῦ, κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειέ νιν
πτήσσουσαν αἰσχύναισιν οἷα μαίνεται
πενθοῦσα καὶ κλαίουσα τὴν πάρος φόβην.

Neque alienum est quod apud Stobæum legitur CXV, 8 :

[357] Γῆρας διδάσκει πάντα καὶ χρόνου τριβή.

Ita Tyro aut se ipsa consolatur aut alius illam. Respondet Tyro se omnia tulisse. Antiatt. p. 98, 11 : [358] « ἤνεγκον » ἐπὶ πρώτου προσώπου. Σοφοκλῆς Τυροῖ. Fortasse glossa Hesychii calamitatem Tyronis indicat : [359] « θεανὴ νῆσος, » ἡ ἐκ θεοῦ θεία. Σοφ. Τυροῖ α'. Corrigendum est ex sententia Dindorfii : « Θεία νόσος, » ἡ ἐκ θεοῦ.

Salmoneus fortasse interveniens Neleum Peliamque comiter in domum introduxit, fortasse tanquam pastores, qui nova quædam de nepotibus se allaturos promiserunt. Photius p. 17, 7 : [360] « ἐρρηνοβοσκός », ὁ προβατοβοσκὸς ἐν Τυροῖ β Σοφοκλέους. Cf. Hesych. in Ἀρηνοβοσκός et Etym. M. p. 377, 22. Quod dum fiebat, quid dubitamus quin Sidero hæc omnia ægerrime tulerit dolumque subesse suspicata Salmoneo persuadere studuerit, ut hospites occideret. Jam illi omnis copia erat facta gravissima quæque in Tyronem profundendi, ut spectatores etiam haberent, unde illius crudelitatem cognoscerent. Ac Salmoneus quidem precibus illius restitisse non videtur, et fortasse etiam ipsa Tyro patris con

---

352.
Quænam hæc avis est, quæ infaustum locum habet?

353.
Tanto in grege mortalium nascitur
neque ex nobilibus bonus neque humili loco
valde malus; mortali vero certum nihil.

354.
Affert enim etiam ægritudines animi afflictio.

354*.
Sopitus animus in malis multum videt. HGR.

355.
Certe Sidero et nomen ex animi sævitia adepta.

356.
At capillum lugeo more equæ,
quæ rapta a pastoribus
in stabulis equinis sæva manu
flava messe e cervicibus spoliatur;
at potu attracta in prato fluvialium potionum
videt simulacrum sui se ipsam conspicata
per tonsuram fœde coma deprivatam.
Heu et immisericors aliquis ingemat vicem
turpidine eam affectam cernens, ut præ pudore
insanit
gemens et lamentans pristinam jubam.

silium adjuvit, donec hæc filios ex illo vase recognovit, quo olim erant expositi. Multa sine dubio de eo dicta sunt, ut ex Aristophanis versibus, quos supra posuimus, cognoscitur. Ita fratres, quod ipsis periculum instaret, certiores facti Sidero occidunt.

Odium novercæ fortasse glossa Hesychii indicat [361] « ἔχθιμα, » μισήματα. Σ. Τυροῖ. Cod. τυράννοις. (Iterum hujus fabulæ titulus corruptus videtur in hac ejusdem gl. : « Καρπομανής, » εἰς χόρον ἐξυβρίζουσα. Σοφ. τυριλάω (sic).) Tyrone autem excusante quod pueros olim occidere voluerit, respondetur (Stob. XLVI, 6):

[362] Ἄκων δ' ἁμαρτὼν οὔτις ἀνθρώπων κακός.

Videtur nuncius Siderûs cædem exposuisse; deinde Salmoneus indignans intervenisse, ut vindictam sumeret de peregrinis, qui comiter recepti tantum facinus commiserint. Athen. III, p. 99, F : Σοφοκλῆς τε ἐν Τυροῖ·

[363] Σίτοισι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν.

Idemque Athenæus XI, p. 475, A : Μνημονεύει δὲ τῶν καρχησίων καὶ Σοφοκλῆς Τυροῖ·

[364] Προστῆναι μέσην
τράπεζαν ἀμφὶ σῖτα καὶ καρχήσια·

πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων προσεληλυθέναι τοὺς ὁράκοντας καὶ γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια. (Eadem proferuntur ap. Macrobium Sat. V, 21.) Welckerus dracones intellexit, qui carcerem, quo Tyro fuerit retenta visitarint. Nescio an non recte. Hoc veteres auxilium a diis missum habuissent. Videntur dracones poculorum vel ipsa pocula intelligi. Etymol. M. p. 747, 49 : [364*] « Ταυροφάγον, » τὸν Διόνυσον. Σοφ. ἐν Τυροῖ· ὅτι τοῖς τὸν διθύραμβον νικήσασι βοῦς ἐδίδοτο· ἢ τὸν ὠμηστήν. (Conf. schol. Aristoph. Ran. 360, Phot. p. 571, 13, et Suid. ead. v.) Sed priusquam cædem, quam meditatus est, exsequitur, fratres interveniunt, quorum unus Salmoneo multum querenti respondet quod est apud Stobæum CIX, 2 : Σοφοκλέους Τυροῖ β'.

[365] Μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα·
σιγῶμενος γάρ ἐστι θρηνεῖσθαι πρέπων.

Deinde a Salmoneo adolescentes hoc ipso colloquio agniti esse videntur domoque recepti non amplius obstante Sidero noverca, quæ omnium una in causa fuit, quod Tyro tam crudeliter a patre haberetur. Schol. Eur. ad Orest. in fine : Καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνώρισμα κατὰ τὸ τέλος γίγνεται.

PHRIXUS.

Valde obscura sunt quæ de Phrixo perhibentur, neque facile intelligitur quænam res illa fuerit, quæ poetam induxerit ad scribendam tragœdiam. Ne id quidem constat, utrum Sophocles res agi Colchis an in Græcia fecerit. Ulrichius quidem rem totam Colchos transtulit, quia periculum Phrixi servatioque descripta sit in Athamante, neque poetam eandem rem alia quoque tragœdia exposuisse putat, eandemque ab causam versum, qui inter perpauca fragmenta servatus sit, ad narrationem, qua illi quæ in itinere acciderint exponantur referendum ait. Recte autem Welckerus affirmat nullum factum Phrixi tragœdia dignum exstare; quocirca intelligi non posse, quæ causa fuerit, cur poeta talem fabulam composuerit versibusque exornarit. Apollodorus I, 9, 1, memoriæ prodidit fame exorta in Bœotia Athamantem ex oraculi responso coactum Phrixum filium sacrificasse, sed ereptum a Nephele matre aureo ariete per mare cum Helle sorore, quæ Hellesponto, quo perierit, nomen imposuerit, Colchos abiisse, ibique ab Æeta receptum Chalciopam in matrimonium duxisse quatuorque liberos suscepisse. Eadem fere Apollonius II, 1149–1156 hujusque schol. II, 1123. Phrixi uxor a quibusdam Iophossa, ab aliis Euenia vocata est. Bœoti retulerunt Phrixum vel Presbontem filium in patriam rediisse Paus. IX, 34, 5. Paulo diversa sunt quæ leguntur apud Hyginum Fab. III : « Veritus est Æeta, ne se regno ejicerent (liberi Phrixi), quod ei responsum erat ex prodigiis, ab advena Æoli filio mortem caveret. Itaque Phrixum interfecit. At filii ejus Argus, Phrontis, Melas, Cylindrus in ratem conscenderunt, ut ad avum Athamantem transirent. Hos Iason, quum pellem peteret, naufragos ex

---

357.
Senectus docet omnia et temporis longitudo.
362.
Invitus lapsus nemo mortalium malus est.
363.
Cibis cujusvis generis excepimus.

364.
Stetisse ad mediam
mensam circa cibos et pocula.
365.
Ne sparge ad multos fortunam, quæ tibi supervenit.
Tacitum enim te decet lugere.

insula Dia sustulit et ad Calliopen matrem reportavit. Cujus beneficio ad sororem Medeam est commendatus.» Pindari schol. Pyth. IV, 288: Ἐκακώθη γὰρ (Φρίξος) διὰ τὴν μητρυιὰν ἐρασθεῖσαν αὐτοῦ καὶ ἐπεβουλεύθη, ὥστε φυγεῖν. Ταύτην δὲ ὁ Πίνδαρος ἐν ὕμνοις Δημοδίκην φησὶ, ... Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι Νεφέλην. Hygin. P. A. II, 20: «Alii dicunt Crethea et Athamantem cum aliis pluribus Æoli filios fuisse, nonnulli etiam Athamantis filium Salonum esse, Æoli nepotem dixerunt. Crethea autem habuisse Demodicen uxorem, quam alii Biadicen dixerunt. Hanc autem Phrixi Athamantis filii corpore inductam in amorem incidisse neque ab eo ut sibi copiam faceret, impetrare potuisse. Itaque necessario coactam criminari eum ad Cretheum cœpisse, quod diceret vim sibi pene allatam, et horum similia mulierum consuetudine dixisse. Quo facto Crethea, ut uxoris amantem et regem decebat, permotum Athamanti, ut de eo supplicium sumeret, persuasisse. Nubem autem intervenisse et ereptum Phrixum et Hellen ejus sororem in arietem imposuisse et per Hellespontum, quam longissime posset, profugere jussisse; Hellen decidisse et ibi debitum naturæ reddidisse et ex ejus nomine Hellespontum appellatum. Phrixum Colchos pervenisse et, ut ante diximus, arietis interfecti pellem in templo fixisse: ipsum autem a Mercurio ad Athamantem esse reductum, qui patri ejus satisfecerit, eum innocentia confisum profugisse.» Hæc Hyginus. Non omnia descripsissemus, nisi Welckerus hoc ipsum tragœdiæ argumentum fuisse censeret, cujus si quædam sint in exitu, quæ minus conveniant, hæc oraculo facile prædici potuisse putat. Deinde memorabile esse ait, quomodo poeta bis eandem rem ex diversa memoria planeque alio instituto consilioque tractarit. In illa enim tragœdia, quæ Phrixus inscripta sit, innocenti adolescenti salutem afferri eumque altius evehi, fraudemque novercæ detegi, in Athamante tragœdia per Ino novercam Phrixum et Hellen et illis servatis a Nephele Athamantem ad perniciem protrudi ait.

Quæ quamquam et subtiliter et speciose disputata sunt, tamen omnia sunt valde ambigua et incerta. Et illud ipsum, quod oraculi prædictum esse vult, gravius est quam ut adeo obiter addi potuerit. Deinde mireris, quæ reliqui scriptores negligant, ea ipsa addi ab Hygino; Sophocles autem singularia aucupari non solet. Fuga deinde quid habet, quod tragœdia sit dignum, quum nullum factum reperiatur, quo Phrixus animi virtutem ostendat? Denique mirum est, quod Pindari scholiasta novercam Nephelen ex Athamante citat. Qua ex re concludas aut Phrixum tragœdiam fuisse ignotam scholiastæ aut novercæ nullas partes in illa fuisse. Neque enim credibile est alio nomine eam esse appellatam. Quocirca omnia meliora fore credo, si Sophoclem postremam partem fabulæ in tragœdia expressisse judicamus. Ac res ipsa est dignissima tragœdia Teucroque simillima, fatumque intervenire videmus et Mercurium, qui nisi res flagitavisset, a veteribus non esset adhibitus. Phrixus igitur in patriam ex fato reversus argumentum fuerit tragœdiæ Mercuriique partes fere tales, quales in Phrygibus Æschyli.

Fragmenta valde incerta sunt et tenuia; facile tamen explicantur; videntur enim ad iter Phrixi pertinere. Stephanus in Ἄστυ: ... πρόαστιος· οὕτω γὰρ τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους·

[366] Ὅρια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.

Versum aut in fine ponam narrationis, qua Phrixus iter suum exposuerit aut initio. Etymol. Gud. p. 330, 43. Κνυζῶ ... Σοφοκλῆς Φρίξῳ [367] «Κυνηδὸν ἐξέπραξαν κνυζούμενον.» Dobraeus ἐσπάραξαν. Blomfieldus «Κυνηδὸν ἐξέκραξαν κνυζούμενοι.» Ad Scyllam referam vel simile monstrum, ad quod Phrixus pervenerit. Atticista p. 83, 23: [368] «ἀφελής.» Σοφοκλῆς Φρίξῳ. Hoc prorsus incertum est quid significet.

ATHAMAS.

Duas fabulas edidit Athamantis nomine inscriptas. Non solum enim Hesychius eas citat adjectis litteris α′ et β′, sed etiam scholiasta Aristophanis ad Nub. 257 τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα commemorat, quo satis evidenter ostenditur alteram exstitisse tragœdiam neque ejusdem tragœdiæ secundam recensionem fuisse. Omnes igitur interpretes quamquam de argumento in diversas partes abierunt, duas tamen tragœdias a Sophocle scriptas uno consensu censuerunt. Atque fragmenta etiam sunt, quibus diversitas utriusque tragœdiæ evinci potest.

Videndum est igitur quid utriusque tragœdiæ argumentum fuerit. Quo ducit scholiasta Ari-

366.
Termini viæ hujus terræ suburbanæ.

stophanis ad Nub. 257 : [369] Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν διὰ τοὺς παῖδας πεποίηκε. Προσαχθεὶς οὖν στεφανηφορῶν ἐν τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγησόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους σέσωσται. Οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς ἐν δράματι πεποίηκε (Vid. quod in Phrixo ex Pindaricis scholiis exscripsimus). Ἄλλως. Ἐν Ἀθάμαντι Σοφοκλέους ὑπόκειται Ἀθάμας στεφανηφορῶν, ὥσπερ ἱερεῖον δίκας εἰσπραττόμενος παρὰ Φρίξου. Ἄλλως. Τοῦτο πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους ἀποτεινόμενος λέγει. Ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηκε Ἀθάμαντα ἐστεφανωμένον καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιασθησόμενον· μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα καὶ τοῦ θανάτου ῥυόμενον, λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρίξος ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι. Apostol. XIII, 46 : Μὴ θεᾶς ἄνθρωπον ὡς Ἀθάμας· λείπει, ἕλοῦ. Ἐπὶ τῶν αἱρουμένων τῶν χρειττόνων τὰ ἥττω. Ἀθάμας ἐκ Νεφέλης δύο παῖδας ἔσχεν Φρύξον καὶ Ἕλλην. Ἀφεὶς οὖν τὴν Νεφέλην θεὰν οὖσαν, θνητῇ γυναικὶ ἐμίγη. Ζηλοτυπήσασα οὖν ἡ Νεφέλη ἀπέπτη εἰς οὐρανὸν καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς χώραν αὐχμῷ ἐκόλαζε. Πέπομφεν οὖν θεωροὺς εἰς Ἀπόλλωνα Ἀθάμας ἐρέσθαι περὶ τοῦ αὐχμοῦ. Ἡ οὖν τούτου γυνὴ θέλουσα Φρύξον καὶ Ἕλλην ἀπολωλέναι, πέπεικε διὰ δώρων τοὺς θεωροὺς εἰπεῖν Ἀθάμαντι ὡς οὐκ ἂν ἄλλως παύσασθαι τὸν αὐχμὸν ἔχρησεν ἡ Πυθία εἰ μὴ τοὺς τῆς Νεφέλης θύσειεν παῖδας. Ἀκούσας οὖν ὁ Ἀθάμας μεταπέμπεται τοὺς παῖδας ἐκ τῶν ποιμνίων· εἷς οὖν κριὸς ἀνθρωπίνῃ χρησάμενος φωνῇ λέγει Φρύξῳ καὶ Ἕλλῃ τὰ περὶ τῆς σφαγῆς. Φευγόντων οὖν τούτων μετὰ τοῦ κριοῦ ἡ μὲν Ἕλλη ἐν τῷ περαιοῦσθαι τὸν ἐν Ἀβύδῳ πορθμὸν ἀπεπνίγη ἀποπεσοῦσα ἀπὸ τοῦ κριοῦ. Ὅθεν καὶ ἀπ' ἐκείνης Ἑλλήσποντος κέκληται. Φρύξος δὲ ἐποχούμενος τῷ κριῷ εἰς τὴν τῶν Κόλχων γῆν περισώζεται, ἔνθα καὶ τὸν κριὸν, ὃς ὑπὸ τῶν θεῶν χρυσόμαλλος γέγονε, θύει τῷ Ἄρει ἢ τῷ Ἑρμῇ καὶ κατοικήσας αὐτόθι τοὔνομα καταλέλοιπε τῷ τόπῳ· ἐκ τούτου γὰρ ἡ Φρυγία οὕτω ἐκλήθη. Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν διὰ τοὺς παῖδας πεποίηκε. Προσαχθεὶς οὖν στεφανηφορῶν ἐν τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιασόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους σέσωσται. Οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς ἐν δράματι πεποίηκε. Rem ab aliis quoque scriptoribus referri Welckerus docet. Altera conjux, inquit, Athamantis fuit Ino Cadmi filia, quam Philostephanus, Callimachi æqualis, apud schol. ad Iliad. (H, 86) ante Nephelam ab Athamante in matrimonium ductam duosque liberos Learchum et Melicertam peperisse, postea vero ex voluntate Junonis repudiatam esse perhibet. Quo facto Nephelam duxit, quæ tamen, quum Athamas continuo rem haberet cum priore uxore, maritum deseruit. Tum Ino in domum rediit. Memorabile est diversus utriusque exitus. Nephela enim maritum pœna non afficit, sed Inonem, quam Athamas cum duobus liberis fugientem interficere avet, interfectoque Learcho Ino sese in mare præcipitat. Neque soli sterilitas insequitur ariditate, quam Nephela terris immiserit, sed quod Ino semen ad excitandas segetes terræ demandatum antea torruit. Arietem loquentem Apollonius (I, 257) memorat et si hujus scholiastæ fides est, Hecatæus; itemque grammaticus ad Pers. 70 et ad Apollonium ante librum primum; non igitur, ut videtur, Sophocles. Nephelæ, quæ arietem aureo pede instructum liberis dono dederit, mentionem facit Eratosthenes (Catast. 19) ex Hesiodo et Pherecyde. Apollodorus Inonem narrat totius generis matronis, ut ait Hyginus, ut semen tritici torrerent, nunciisque ad oraculum missis persuasisse, ut Phrixi (quod nomen a φρύγειν sive torrendo derivatum est) immolationem poscerent. Hunc abstulisse Nephelam ante aram stantem cum sorore, arietique imposuisse a Mercurio accepto. Neque illa neque Athamas ultionem exigit. Zenobius (IV, 38) Inonis adversam fortunam cum delicto conjungit a diisque submissum auxilium narrat. Apud Pausaniam Juppiter misit arietem; apud schol. Statii vel Mythogr. Vat. I, 23; II, 134, Juno Phrixum ad fugam hortatur.

Facile apparet quodnam tragœdiæ argumentum fuerit. Athamas pœnas est daturus, quod liberos, quos occidere non potuerit, in exilium ire compulerit. Efficitur illud per Nephelam, cujus impulsu populus iratus est Athamanti ob ariditatem, quam illius culpa effectam putat. Facile hic oraculum intervenire potuit. Ad aram adducitur, ut immoletur pro hostia, sed Herculis adventu servatur, fortasse eodem modo, quo Phrixum ope Mercurii cum patre reconciliatum vidimus.

Ut ad compositionem tragœdiæ perveniamus, non improbabile putarim initium tragœdiæ a præparatione sacrificii esse captum. Cui rei fortasse interfuit Nephela, ut et populum incitaret et Athamanti crudelitatem in liberos exprobraret. Populus autem in eum ob impietatem, ex qua sterilitas agrorum secuta est, iratus fuit. Quocirca chorum ex Thebanis credas compositum fuisse circum aram stantibus, ut sacri faciendi participes essent. Sacerdos fueritne admissus an inter personas mutas fuerit dubitari potest. In exitu Hercules intervenit, qui Athamantem ab interitu servavit.

Fragmenta perexigua sunt neque quidquam subsidii afferunt, quo tragœdia subtilius perspiciatur. Hesych. : [370] « ἀγχήρης, » ὁ ἔγγυς. Σοφο-

κλῆς Ἀθαμαντι. Athamas est qui propinquos suos tam crudeliter habuerit. Idem : [371] « ἐπιστίγματα, » ἐπικελεύματα. Σοφ. Ἀθάμαντι. Ἐπισίγματα a Palmerio et Ruhnkenio repositum est. Cod. ἐπιστήγματα. Incitamenta eorum, qui ad sacra aderant, intelligi videntur. Deinde idem Hesychius [372] « ἐχρωματίσθη, » συνεχρώσθη. Σοφ. Ἀθάμαντι. Crediderim victimam variis coloribus distinctam significari. Antiatticista Bekkeri p. 106, 33 : [373] « λευκὴν ἡμέραν, » τὴν ἀγαθήν. Σοφ. Ἀθάμαντι. Athamas ab Hercule servatus hunc felici die venisse prædicat. Hesych. : [374] « καταγνῶναι, » ἐπιγνῶναι, μέμψασθαι. Σοφ. Ἀθάμαντι α'. Welckerus Herculem multa de sacrificiis humanis, quæ in Phrixi gente remanserint, dixisse suspicatur, quo ista improbaret Sophocles. Cf. Plat. Min. p. 315 et Herodot. VII, 197. Deinde Attii fragmenta contulit. Athamantem injuriam ipsum suam sentire versibus in hunc modum scriptis :

Atque ita de illis merui, ut jure hæc nunquam miserarent mala.
Quojus sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit.

Eidem fortasse adscribendum putat versum, postquam Hercules eum liberarit :

Veritus sum arbitros
atque utinam possim memet obliviscier.

Cui Hercules :

Beneficiis hostimentum peperisti grave.

Scripta est fabula ante Olymp. LXXXIX, 2.

ATHAMAS SECUNDUS ET INO.

Interpretes consentiunt secunda tragœdia, quam Athamanta Sophocles inscripserit, idem esse argumentum explicatum, quod inter fragmenta Æschyli exposuimus et Apollodorus refert I, 9, 2, elegantissimeque Ovidius in Metamorphoseon libro quarto. Et est unus inter fragmenta versus ex hac diserte citatus tragœdia, quo Athamas procul dubio memoratur uxore liberisque privatus. Id vero esse non potuit nisi repudiata priore uxore Nephela et expulsa altera Inone.

Incertum est quomodo Sophocles tragœdiam disposuerit et instituerit. Fortasse huc referendum est quod ait Horatius, qui Inonis flebilem personam fuisse memorat, ferocem invictamque Medeam (A. P. 123). Refert ad eandem Inonem Welckerus, id quod est apud Nonnum IX, 254, ubi vestis Inonis lugubris memoratur, et Aristidis verba (Orat. III, p. 42 Dind.) : Ἰνοῦς ἄχη καὶ φυγαί τινες. Quæ si a vero non recedunt, Sophoclis artem in eo versatam esse credibile est, ut quam Æschylus ferocem et tanquam leænam introduxisset, hujus mores mitiores ostenderet neque alienos muliere ærumnis oppressa.

De persona Athamantis nihil compertum habemus nisi quod illa quæ sunt apud personatum Ciceronem De harusp. responsis (18), huc pertinere putant. « Non sunt, inquit, illi ejulatus et gemitus Philoctetæ tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exsultatio Athamantis et quam somnium matricidarum. » At valde incertum est sintne hæc a Sophocle petita an ab Æschylo an ullo alio, præsertim quum Ovidii imitatio Æschyli sit documento Æschyli tragœdiam ignotam non fuisse.

Difficile vero est invenire argumentum, quod quum dignum sit tragica sublimitate, tum iis rebus non careat, quæ tragœdiæ sint necessariæ. Tragœdia autem valde diversa fuisse videtur ab Æschyli Athamante. In hac res celebrata est quæ gravissima fuit apud Athenienses; Sophocles autem majorem artem moribus et Athamantis et Inonis describendis impendisse videtur. Ac si versus ille, quo Athamas orbum se esse queritur, ex exitu tragœdiæ repetitus est, vix dubitari potest quin Inonis inter deos relatæ mentio nulla sit facta; neque enim, si illud factum esset, Athamas in hunc modum quereretur. Accedit nomen fabulæ, quod majorem partem tragœdiæ in fatis Athamantis versatam esse docet. Itaque poetæ consilium fuisse crediderim ostendere, quid futurum sit homini, qui rejecto deorum auxilio (Nephele enim dea repudiata est) res humanas prætulerit (quippe Ino Cadmi filia mortalis fuit), idque fieri non posse nisi ab insania illud perpetretur.

Fragmenta et pauca sunt et obscura. Hesychius [375] « ἕρκεσι, » δικτύοις Σοφ. Ἀθάμαντι β'. Fragmentum referam ad retia, quæ Athamas uxori venans tetenderit. Idem Hesychius : [376] « ἑψία, » ὁμιλία. Σοφ. Ἀθάμαντι β'. Socii significantur, qui illum sint concomitati. Harpocratio : [377] « ἔπιπλον, » ... τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη ἐπικλᾶ λέγουσι. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι, si huc referendum est, instrumentum domesticum intelligitur, quo Athamas fortasse pro venabulo vel alio telo uti voluerit. Chœroboscus Bekkeri p. 1304 : Ἀγύναιξ ... οἷον

[378] Ὡς ὢν ἄπαις τε κἀγύναιξ κἀνέστιος.

Παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀθάμαντι. Welckerus hæc verba ipsius Athamantis resipiscentis esse putat; neque vero absurdum est ea nuncio, qui Athamantis obitum retulerit, adscribere. Valckenarius Diatrib. p. 180 versus apud Athenagoram (Leg. 26) ex Athamante vel Ino tragœdiis petitos esse observat: Καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν (Ἀθάμαντος) θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι

[379] Πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον,
καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς·

[380] Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

Qui versus si est hujus tragœdiæ, dei interventum indicet, qui quid futurum esset, prædixit. Ex Ino fabula sumtus esse potest locus Hesychii « ἅλυτον, » ἀκατάλυτον, ἀκατάπαυστον. Σοφ. Ἰνεῖ, quem in Οἰκλεῖ posuimus. Sed quod est apud Athenæum p. 344, vereor ne Brunckius falsus sit, quum tragœdiæ huic senarium illum adscriberet.

LEMNIÆ.

Argumentum explicavimus in fragmentis Æschyli. Brunckius autem hæc adscripsit: « Notum, inquit, dramatis argumentum, Argonautarum in Lemnum appulsus, cum Lemniis mulieribus congressus, quem narrat Argonauticorum poeta lib. I, v. 609. Correctum fuisse videtur post primam emissionem iterumque in scenam inductum. Nam a Stephano in Δώτιον laudantur Λήμνιαι πρότεραι etc. » Welckerus negat apud Apollonium quidquam tragici reperiri. Ab Argo nave, inquit, Æthalide præcone misso Lemniæ consultant. Hypsipyla ut dona hospitalia dentur, suadet; ejus nutrix, ut conjugia incantur. Deinde a nuncia aliqua invitati hospitioque excepti commercium amoris cum mulieribus habent discessu in dies prolato, donec Hercules eos admonet, ne susceptum bellum omittant. Iason valere comiter jubet Hypsipylam eaque ordinat, quæ filio, quem illa esset paritura, fieri velit. Hyginus (XV) eadem fere habet, quæ Apollonius: « Interim Argonautæ prænavigantes Lemno accesserunt. Quod ut vidit Iphinoe, custos portæ, nunciavit Hypsipylæ reginæ. Cui Polyxo ætate constituta dedit consilium, ut eos laribus hospitalibus obligaret hospitioque invitaret. » Schol. Pind. Pyth. IV, 303: [380] Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον εἰσελθόντας σκάφος. Schol. Apollon. I, 773: Αἰσχύλος δὲ ἐν Ὑψιπύλῃ ἐν ὅπλοις φησὶν αὐτὰς ἐπελθούσας χειμαζομένους Ἀργοναύτας, μέχρις οὗ ὄρκον ἔλαβον παρ' αὐτῶν ἀποβάντας μίσγεσθαι αὐταῖς. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Λημνίαις καὶ μάχην ἰσχυρὰν αὐτὰς συνάψαι φησίν. Itaque Lemniæ eodem argumento scriptæ erant, quo Hypsipyla Æschyli, nisi quod Sophocles pugnam gravem commissam esse addidit. Schol. ad Iliad. H, 368. Hæc sufficiunt, ex quibus constituatur argumentum tragœdiæ. Satis enim constat poetam Argonautarum adventum in Lemno insula descripsisse bellumque susceptum et pacem factam. Quum vero pugna ex more Græcorum in scena fieri non potuerit, perspicuum est omnia inter Lemnias ipsas, fortasse ante domum Hypsipylæ, non ad mare, transacta esse. Itaque Welckerus tragœdiam his terminis comprehensam putat, ut a belli terrore ad pacis compositionem et tranquillitatem Argonautarum, tum ad liberos Lemniis quærendos procederet. Chorum, qui omnibus rebus transigendis interfuerit, varia animi commotione carminibus manifestata insignem fuisse judicat.

Difficile est vero dicere aliquid de consilio, quod poeta in componenda tragœdia secutus sit quodque præcipuum fuerit momentum, quo animi spectatorum fortius caperentur. Facilius fragmenta explicantur. Videtur enim Hypsipyla, ut Eteocles in Æschyli tragœdia, quæ Septem adversus Thebas inscribitur, nunciam misisse, quæ de appulsu Argonautarum certiora afferret. Hæc fortasse Iphinoe fuit, quæ reversa exposuit, quos viderit. Scholia Pindari supra citata. Nomina sunt apud Stephan. v. Δώτιον:

[381] Φερητίδης τ' Ἄδμητος ἠδ' ὁ Δωτιεὺς
Λαπίθης Κόρωνος.

Vulgo Κορωνός, sed vide Arcad. De acc. p. 66, 9. A nuncio quædam de hostium robore referuntur, in quos unus omnium maxime insignis Lemnias se subacturum profiteatur. Itaque Hypsipyla respondet, quod est apud Scholia-

378.
Ut qui sim *vel* sit sine liberis, uxore, domo.
379.
Maris navigatores Leucotheam cognominem (vocant).
380.
Venerandus Palæmon dicetur a navigantibus.
381.
Phereus Admetus et Dotiensis
Lapitha Coronus.

stam Piatonis p. 393 : Αὐτὸ δείξει· μέμνηται δὲ τῆς παροιμίας Σοφοκλῆς ἐν Ληνίαις οὕτως·

[382] Ταχὺ δ' αὐτὸ δείξει τοὔργον ὡς ἐγὼ σαφῶς.

Non male cum his convenit, quod est apud Hesychium : « ἀξύμβλητον, » ὃ μηδενὶ ἀπαντᾶν δυνατὸν ἢ ἀσυνάντητον. Σοφοκλῆς Λημνίαις, et apud Eustathium p. 1405, 58 :

[383] Ἅπλατον ἀξύμβλητον ἐξεθρεψάμην.

(Sic Bergkius. Legebatur Ἅπλαστον.) Mittitur enim una in pugnam, quæ inter omnes emineat. Fortasse etiam, id quod fragmentum quod ante positum est, ipsa Hypsipyla, quacum nutrix in hunc modum loquatur, his verbis compellatur. Antequam pugna ipsa initur, loca ut ferant auxilium invocantur. Stephan. Byz. : Χρύση, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σοφοκλῆς Λημνίαις·

[384] Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι.

Pugna committitur per majorem partem diei, eque finita est cœlo jam vesperascente. Etymol. M. p. 26, 16 : Ἄθως, ἀκρωτήριον Θράκης. Σοφοκλῆς·

[385] Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός·

Ἐν γὰρ Λήμνῳ βοῦς χαλκῆ ἵδρυται, ἐφ' ἧν τοῦ Ἄθω σκιὰ φθάνει. (Alii scriptores, ut Plutarchus, citati a Piersono ad Mœrid. p. 267, et Ruhnk. Ep. crit. p. 197, pro σκιάζει habent καλύψει vel καλύπτει, et ἁλός pro βοός.) Chorus noctem supervenire optat, ut omnia componantur. Hesych. : [386] « ἀσάλπικτον ὥραν, » τὸ μεσονύκτιον· ἑσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον. Σοφ. Λημνίαις. Choro hoc tribuendum videtur, quia vocem quarto casu positam a Sophocle integram repetitam esse probabile est, atque hac ratione trimetro non bene convenit. Reliqua desiderantur.

PHINEUS ET TYMPANISTÆ.

Inter tragœdias Sophoclis Phineus primus et secundus a grammaticis commemoratur, ut incertum sit duæne hujus nominis fabulæ fuerint an Phineus secundus nihil nisi Phinei primi nova recensio. Accedit quod Welckerus aliique affirmarunt Tympanistas, quæ memoratur tragœdia Sophoclis, cum Phineo conjungendos esse; atque inde concluserunt unam tragœdiam tribus nominibus citari. Grammatici hæc memoriæ prodiderunt. Schol. Hom. Od. M, 69 : Ἔχων γὰρ (Φινεὺς) παῖδας ἐκ Κλεοπάτρας τῆς Βορέου καὶ ἐπιγήμας Εὐρυτίαν δίδωσιν αὐτοὺς τῇ μητρυιᾷ διαβληθέντας πρὸς ἀναίρεσιν. Ζεὺς δὲ χαλεπήνας λέγει αὐτῷ πότερον βούλεται ἀποθανεῖν ἢ τυφλὸς γενέσθαι. Ὁ δὲ ἀναιρεῖται μὴ ὁρᾶν τὸν ἥλιον. Ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἥλιος Ἅρπυίας ἐπιπέμπει αὐτῷ, αἵτινες εἴποτε μέλλοι ἐσθίειν τὰ βρώματα αὐτοῦ διέπρασσον ἐμβάλλουσαι φθοράν τινα. Καὶ οὕτω Φινεὺς ἐτιμωρεῖτο. Schol. Apoll. II, 178 : [387] Ἐπηρώθη δὲ τὰς ὄψεις ὁ Φινεὺς κατὰ μὲν ἐνίους ὑπὸ τοῦ Ἡλίου διὰ τὸ πολὺν χρόνον αἰτῆσαι μᾶλλον ζῆν ἢ βλέπειν· κατὰ δὲ ἐνίους ὅτι ἐπεβούλευσε Περσεῖ. Σοφοκλῆς δέ, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν Ὄαρθον καὶ Κρᾶμβιν, πεισθεὶς διαβολαῖς Ἰδαίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς. Nomina vario modo scribuntur apud grammaticos et correcta sunt a viris doctis. Sophocles in Antigona v. 966—987 Phineidas a noverca occæcatos custodiaque inclusos narrat. Noverca Idæa fuit filia Dardani. Schol. Soph. l. cit. : [388] Μετὰ δὲ τὸν Κλεοπάτρας θάνατον ἐπέγημεν Ἰδαίαν τὴν Δαρδάνου, κατὰ δέ τινας Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφήν, ἧς καὶ ὁ Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς· ἥτις ἐξ ἐπιβουλῆς τυφλώσασα τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας ἐν τάφῳ καθεῖρξεν, ὡς δέ τινές φασιν, ὅτι κατεψεύσατο αὐτῶν ἅτε δὴ πειρασάντων αὐτήν. Ἐφ' οἷς ἀπατηθεὶς ὁ Φινεὺς ἀμφοτέρους τυφλοῖ. Ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ. Servius ad Æn. III, 209 : « Phineus rex fuit Thraciæ. Hic suis liberis superinduxit novercam, cujus instinctu eos occæcavit. Ob quam rem irati dii et oculos sustulerunt et adhibuerunt Harpyias, quæ quum ei diu cibos abriperent, hic Iasonem cum Argonautis propter vellus aureum Colchos petentem suscepit hospitio, cui etiam ductorem dedit. » Alii alia narrant. Valerius Flaccus a Phineo Orithyiam Boreæ filiam uxorem duxisse refert, ex qua duos liberos suscepit. Hac conjuge spreta Idæam Dardani Scytharum regis filiam duxit, quæ novercali odio inducta impulit maritum, ut filios perderet. Ille vivos suffodit umbilico tenus et cibum dedit, ut in ea pœna viverent.

Comparatis fragmentis grammaticorumque commentis vix dubitari potest quin fabulæ, quæ inscribuntur Phineus et Tympanistæ, eadem argumento scriptæ sint. At ex eo non consequi-

382.
Celeriter vero facta ipsa ut ego perspicue ostendent.
383.
Quam nemo adire neque superare possit te educavi.
384.
O Lemne Chrysæque vicini colles.
385.
Athos inumbrat terga Lemniæ bovis.

tur illas inter ipsas diversas non fuisse, sed easdem esse nisi hac intercedente discrepantia, ut in priore Phineo quædam sint mutata, quibus nova fieret recensio. Immo sunt quædam indicia satis perspicua, quæ discrimen magnum inter has tragœdias interfuisse demonstrant. Nisi grammaticorum error est, Idæa, Dardani filia, in Phineo primo altera Phinei conjux fuit, in Tympanistis Idothea, Cadmi soror. Illa in scenam producta esse, hæc tantummodo commemorata esse videtur, utraque tamen a Sophocle, ut ait grammaticus, ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει. Deinde locus est apud Etymol. M. 287, 14, qui docet Cadmi mentionem factam in Tympanistis: [389] « Δράκαυλος, » Σ. Τυμπανισταῖς· ἐπεὶ ἡ Ἀθηνᾶ δοκεῖ παρ' αὐταῖς αὐλίσαι τὸν δράκοντα ταῖς Κέκροπος θυγατράσιν. Ἢ ὅτι συναυλίζονται κατὰ τὸ εἰκὸς Κέκροπι ὄντι διφυεῖ. Ἢ ὅτι συναυλίζεται μία τῷ ἐν τῇ ἀκροπόλει δράκοντι, προσημερεύουσα τῇ θεῷ. Cf. Suid. et Hesych. Tum mireris quod nomina Phineidarum diversa afferantur, qui tamen ea a Sophocle volunt accepisse (cf. schol. Soph. ad Antig. 980), postremo Tympanistæ ita citantur, ut Phineo opponi videantur. Vid. schol. Sophocl. ibid.

Difficile tamen est invenire argumentum, in quo quid utriusque tragœdiæ proprium fuerit ostendi possit. Grammaticorum narrationes valde variant. Quæ tamen si accuratius expenduntur, id ipsum quod quærendum est, continere videntur. Quod Phineo fuerit expositum, Asclepiades, cujus verba ex Tragodumenis citata scholiasta Homeri, quem supra memoravimus, servavit, videtur docere: Idææ dolus et pœna Phinei. Qua re satis apparet, quomodo acciderit ut Idæa necessaria tragœdiæ persona fuerit. Non adeo in promptu est argumentum Tympanistarum. Id tamen apparet, in ea tragœdia novercam Phineidarum pœnas dedisse. Quocirca Boreadæ et fortasse aliquot Argonautæ introducti sunt et pleraque illa tractata, quæ de adventu Argonautarum narrantur. Welckerus quidem omnia una tragœdia transacta censet neque Phineum solum punitum, sed etiam Idææ fraudes detectas. Quod dubitandum est an fieri non potuerit, quia ex eo duplicitas quædam argumenti oriretur, quæ Sophoclis arti minus convenit quam invicto Æschyli ingenio. Ac temporis spatium majus fuisse videtur, quam ut omnia una tragœdia absolvi potuerint. At quinam sunt illi Tympanistæ? Welckerus ex illis chorum compositum esse ratus, id quod procul dubio verum est, cum Edonis Æschyli eos contulit chorumque Bacchicum introductum esse putavit. Qua in re, nullo Bacchi indicio, non intelligitur, quid sibi velit hic chorus Bacchicus in Phineo, qui nihil cum Baccho commune habuit; verum tympana etiam aliis diis attribuuntur, ut Cybelæ. At, dicat quispiam, quid loci Cybelæ in hac tragœdia? Ego quidem nihil puto; at Phineo, ut Asiæ regi, fere ejusdem regionis, qua Cybele culta est, facile tympana adscribi potuerunt. Itaque credibile est Tympanistas in regio comitatu fuisse. Quod si verum est, fere eodem hac argumentatione pervenimus, quod in fragmentis Æschyli conclusimus, apparetque, quomodo factum sit, ut poeta Tympanistas in choro introduceret. Voluit enim ostendere quodnam discrimen esset, quod inter Græcos barbarosque intercederet.

Fragmenta, quæ ex duobus Phineis commemorantur, fere omnia cæcitatem Phinei aut Harpyias attingunt. Itaque ex media tragœdia aut de fine sumta esse suspiceris. Quod apud Athenæum est III, p. 117, C: Σοφοκλῆς ἐν Φινεῖ ἔφη·

[390] Νεκρὸς τάριχος εἰσορᾶν Αἰγύπτιος,

id pro prædictione quadam habendum est: Phineum, quum moriturus esset, ab Ægyptiis arte medicatis mortuis non diversum fore. Nuncius postea refert occæcatum esse. Aristoph. Plut. v. 635:

[391] Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

Schol. eodem loco: ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος. Cum his glossa Hesychii conjungenda est, quam Dobræus ad hanc tragœdiam retulit: [392] « κηρίωμα, » ὁμίλημα (scrib. ἡ λήμη)· ἔστι γὰρ τὸ κηρίον ᾧ προσεικάζει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν Φινειδῶν. Fortasse eidem nuncio tribuendum est fragmentum apud Polluc. VII, 193: Τὸ τῶν καπήλων ἐργαστήριον καπηλεῖον εἰρήκασιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι καὶ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ·

[393] Βλέφαρον κέκληταί γ' ὡς καπηλείου θύραι·

nisi ipsius Phinei de infortunio suo conquerentis est, ut fragmentum apud Stephanum v. Βόσπορος: Σοφοκλῆς δ' ἐν Φινεῖ πρώτῳ διὰ διφθόγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον·

[394] Οὐδ' ἂν τὸ Βοσπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

390.
Mortuus arefactus aspectu Ægyptius.
391.
Occæcatus est et albæ sunt pupillæ.
393.
Oculus occlusus est ut cauponæ janua.
394.
Neque unda Bospori apud Scythas.

Ne undam quidem vicini Bospori se videre posse ait. Glossa Hesychii [395] « ἀπενώτισαν », ἀπέστρεψαν τὰ νῶτα. Σοφ. Φινεῖ. Procul dubio Harpyiæ intelliguntur, quæ a Phineo satiatæ, ut est apud Hesychium : [396] « ἀρτύμασι, » τοῖς πρὸς τὴν θυσίαν εὐτρεπιζομένοις. Σοφ. Φινεῖ (addito numeri vestigio), discesserunt. Voluit autem dapes offerre diis. Hesych. [397] « ἀχάλκευτα τρύπανα, » τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σ. Φινεῖ δευτέρῳ. Alia glossa Hesychii adventus Harpyiarum indicatur vel impetus potius quo se in Phineum demittant: [398] « καταρράκτης ... καὶ τὰς Ἁρπυίας (codex καὶ ταρπυίας) ἐν Φινεῖ. Incertum est quod apud Eustathium legitur p. 1496, 53 : Ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηνται καὶ [399] « μάστακες » αἱ ἀκρίδες. Καὶ λέγεται κεῖσθαι τοῦτο παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φινεῖ. Photius p. 248, 18 : « μάστακας » τὰς ἀκρίδας. Σοφοκλῆς.

Ut ad Tympanistas perveniamus, fragmentum apud Stobæum LIX, 12, initio tragœdiæ adscribam :

[400] Φεῦ φεῦ, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἀνλάβοις
τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα κᾆθ' ὑπὸ στέγῃ
πυκνῆς ἀκοῦσαι ψάκαδος εὐδούσῃ φρενί;

Partem fragmenti refert Cicero Ad Att. II, 7 : « Cupio istorum naufragia ex terra intueri : cupio, ut ait tuus amicus Sophocles, κἂν ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. » Primus versus est etiam ap. Plutarch. Vitar. p. 255, C. Videtur dictum cujusdam esse qui sævis rebus transactis tranquillitatem animi laudat. Fortasse eidem personæ adscribendum est fragmentum apud Steph. Byz. v. Χαλδαῖοι : Εἰσὶ δὲ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον Κολχίδος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς·

[401] Κόλχος τε Χαλδαῖός τε καὶ Σύρων ἔθνος.

Sunt enim gentes, quæ illi magnis rebus gestis tributa pendunt. Cui rerum statui nihil æquiparandum est : Hesych [402] « ἀντιστρέφω, » ἀνταξιῶ. Σοφ. Τυμπανισταῖς. Choro tribuerim, quod est apud Etymol. M. p. 287, 14, voce Δράκαυλος, quæ supra posita sunt, ubi conf. etiam ex schol. Sophocl. Antig. 980 citata. Eidem choro tibias Phrygias vindicarim apud Athen. IV, p. 176, F : [403] τοὺς « ἑλύμους αὐλούς, » ὧν μνημονεύει Σοφοκλῆς ἐν Νιόβῃ καὶ Τυμπανισταῖς, οὐκ ἄλλους τινὰς εἶναι ἀκούομεν ἢ τοὺς Φρυγίους. Sunt tibiæ, quæ tympana comitantur. At adveniunt qui peregrini nescio quid habeant. Hesych. : [404] « ἄδημον, » οὐκ ἐνδημον ὄντα. Σοφ. Τυμπανισταῖς. Sunt Boreadæ qui advolant magna celeritate. Hesychius : [405] « ἀνετῶς, » ἀνατεταμένως. Σοφ. Τυμπανισταῖς. Auxilium afferunt adversus Harpyias, quarum fœditates viderint quum venerint, appulisse ad Sarpedonis promontorium. Herodianus II. μονήρους λέξεως p. 9, 9 : Σαρπηδὼν πέτρα παρὰ Σοφοκλεῖ... ἐν Τυμπανισταῖς

[406] Ἡμεῖς δ' ἐν ἄντροις, ἔνθα Σαρπηδὼν πέτρα.

COLCHIDES.

Satis nota est fabula, quæ de Medea et Iasone narratur sufficiuntque argumenta, quibus quæ Colchides tragœdia Sophoclis continuerint et quo in loco actæ sint, doceatur. Omnium primum est schol. Apoll. Rh. III, 1040 : [407] Σοφοκλῆς δὲ ἐν ταῖς Κολχίσιν εἰσάγει τὴν Μηδείαν ὑποτιθεμένην τῷ Ἰάσονι (cod. P. νουθετοῦσα Ἰάσονα) περὶ ἄθλου δι' ἀμοιβαίων. Idem schol. IV, 223 : Σοφοκλῆς ἐν μὲν Κολχίσιν ἐν τῷ Αἰήτου οἶκῳ σφαγῆναί φησι τὸν Ἄψυρτον, ἐν δὲ ταῖς Σκύθαις οὐχ ὁμομήτριόν φησι τὸν Ἄψυρτον τῇ Μηδείᾳ. Videtur igitur hanc rem in Colchidibus non attigisse. Deinde fragmentum est, quo Æetam introductum esse perspicuum est. Veneris partes fuisse Welckerus suspicatur. Ne vero dignitas tragica desit fabulæ, oraculo fit, quo Apollo Æetæ respondit tam diu illum salvum regnaturum quam vellus aureum in templo asservaretur. Apparet igitur Iasonis labores, Medeæ amores, Absyrti cædem in tragœdia esse exposita, cui Colchides nomen fuit.

Quemadmodum poeta tragœdiam composuerit, quodam pacto ex fragmentis cognosci potest. Iasoni, qui aureum vellus repetitum venit, Æetes se illud ei daturum pollicetur peractis laboribus, quos illi esset impositurus. Paratus est certamini; convenit autem antea cum Medea, quam auxilium implorat. Hæc jurejurando accepto, ut se in Græciam velit abducere, auxilium promittit unguentoque Promethei ex flore quodam in duplice caule crescente, cujus radix carni humanæ non sit absimilis, parato tutum adversus tauros ignivomos præstat. Ita Iason tauris superatis vellus poscit accipitque unaque

400.
Heu heu, quid hoc gaudium majus capias
quam in terra jacentem et sub tecto
crebram pluviam tranquilla mente audire delabi?

401.
Colchusque Chaldæusque et Syrorum gens.

406.
Nos in antris ubi est Sarpedon rupes.

clam abducit Medeam, quæ antea Absyrtum interfecit, ut pater luctu retineretur, ne filiam persequeretur. Colchides, ancillæ Medeæ, in choro fuerunt.

Fragmenta ad ea, quæ exposui facile ordinari possunt. Quum poeta procul dubio Medeam, antequam Iasonem conveniret, introduxerit amore stimulatam et se defendentem, huc referam, quod est apud Athenæum XIII p. 602, E: Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι περὶ Γανυμήδους τινὰ λόγον ποιούμενος,

[408] Μηροῖς ὑπαίθων τὴν Διὸς τυραννίδα.

Versum Medeæ ipsi non tribuam, quia verisimile est, nomen ejus ab Athenæo allatum fuisse. Medeam enim amore exagitatam aliquis, fortasse nutrix, Jovis exemplo, qui Ganymedis desiderio resistere non potuerit, consolari videtur. Chorum appellans Medea fortasse amore abrepta, si huc pertinent versus apud Stobæum LXIII, 6, ait:

[409] Ὦ παῖδες, ἤ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόναν,
ἀλλ' ἐστὶ πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος.
Ἔστιν μὲν Ἅδης, ἔστι δ' ἄφθιτος βία,
ἔστιν δὲ λύσσα μαινὰς, ἔστι δ' ἵμερος
ἄκρατος, ἔστ' οἰμωγμός. Ἐν κείνῃ τὸ πᾶν,
σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, ἐς βίαν ἄγον·
ἐντήκεται γὰρ πνευμόνων ὅσοις ἔνι
ψυχή. Τίς οὐχὶ τῆσδε τῆς θεοῦ βορά;
εἰσέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῷ γένει,
ἔνεστι δ' ἐν χέρσου τετρασκελεῖ γονῇ·
νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερὸν,
ἐν θηρσὶν, ἐν βροτοῖσιν, ἐν θεοῖς ἄνω.
Τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν;
εἴ μοι θέμις, θέμις δὲ ταληθῆ λέγειν,
Διὸς τυραννεῖ πνευμόνων· ἄνευ δορὸς,
ἄνευ σιδήρου πάντα τοι συντέμνετα.
Κύπρις τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα.

(Versus 1-4 usque ad μαινάς affert Plutarchus Mor. p. 757, A, ex quo v. 2 correcta est Stobæi scriptura πάντων pro πολλῶν.) Postea colloquium insecutum est cum Iasone, qui ad eam primo accessit, ut auxilium imploraret. Huc pertinet versus apud Stob. XXII, 23:

[410] Καλὸν φρονεῖν τὸν θνητὸν ἀνθρώποις ἴσα.

Medeæ vindicarim quæ Iasonis inceptum improbet. Auxilium tamen pollicetur, si jurejurando promittat quæ ipsa sit rogatura se facturum. Bekk. Anecd. p. 404, 19 et Suid.: Ἀνθυπουργῆσαι χάριν, τὸ ἀνταποδοῦναι. Σοφ. Κολχίσιν·

[411] Ἦ φῆς ὑπομνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν;

Cui quum annuisset, cautione ait opus esse ne pœnitentia postea insequatur. Huc referendus est locus apud scholiastam Pind. Pyth. V, 35, qui ita legendus est: [412] Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ Προμηθεῖ τοῦ Προμηθέως θέλων λέγειν τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι καὶ μὴ τῆς Μεταμελείας. Parantur illa, quibus salvus fiat. Athen. II, p. 70, A: Κινάρα· ταύτην Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι [413] «κυνάραν» καλεῖ. Cf. Eustath. p. 1822, 17. Quum abiisset Iason, non ita multo post nuncius adest, qui quæ facta sint, exponit Æetæ, qui mirabundus quærit, quomodo factum sit ut Iason non interierit. Schol. Apoll. Rhod. III, 1371: Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι πεποίηκε τοῦ ἀγγέλου τὸν Αἰήτην πυθόμενον περὶ τῶν προειρημένων οὕτως·

[414] Αἰητ. Ἦ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὐπι-
[χώριος;
Ἀγγ. Καὶ κάρτα φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι
χαλκηλάτοις ὅπλοισι μητρὸς ἐξέδυ.

407.
Femore ardens Jovis imperium.

409.
O puellæ, Venus saltem non Venus solum est,
sed multorum nominum vim amplectitur.
Est enim Dis, est vis insuperata,
est furor rabidus, est desiderium
invictum, est luctus. In illa omne situm est,
studium, tranquillitas, et quod ad vim ducit;
insinuat enim se in pectora in quibuscunque inest animus. Quis enim tanti numinis præda non est?
occupat piscium natans genus,
inest in quadrupede terræ progenie;
quatit inter alites alam suam,
inter animalia, homines, deos in alto.
Quem deorum luctans non prorsus evertit?
si mihi fas est, fas est autem vera dicere,
Jovis pectori imperat; sine hasta,
sine ferro omnia percellit
Venus mortalium et immortalium consilia.

410.
Mortale supra sapere nil hominem decet. HGR.

411.
An profiteris te curaturum ut gratias mihi quoque repensurus sis?

414.
ÆET. An seges non provenit terrestris (Spartorum)?
NUNC. Et sane horrens cristatis galeis
æneis armis e matre provenit.

Deinde tota narratio. Galen. vol. IX, p. 385 Chart. (V, p. 454 Basil.) : Δοκεῖ μὲν γὰρ αὐτὴν (τὴν πέμφιγα) ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς ἐν Κόλχοις λέγειν

[415] Ἀπῆξε πέμφιξ ὡς ἱπνοῦ σελασφόρου.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ ὀνόματι Σοφοκλῆς ἐν Κόλχοις κατὰ τάδε τὰ ἔπη·

Κἂν ἐθαύμασας
τηλέσκοπον πέμφιγα χρυσέαν ἰδών.

Priorem versum Hermannus correxit. (Opusc. vol. IV, p. 277.) Legebatur ἀπῆξε πέμφιξιν οὐ πέλας φόρου; et altero versu ἐθαύμασα. Eidem loco adscribendum est fragmentum apud Pindari scholiastam Pyth. IV, 398 : Τοὺς πυρίπνους ταύρους Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους λέγει. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ χαλκοῦς βοῦς ἀδερμάτους φησίν·

[416] Χαλκοσκελεῖς γὰρ.....
..... ἐκπνέουσι πνευμόνων ἄπο·
φλέγει δὲ μυκτὴρ ὡς.....

(Πνευμόνων scripsit Bergkius. Legebatur πνευμάτων.) Iason deinde servatus et in scenam reductus quum medicaminum vim et efficaciam miretur, Medea ait, quod est apud Etymol. M. p. 439, 1 : Σοφοκλῆς Κόλχοις·

[417] Ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ἦστε τὸν Προμηθέα·

ἀντὶ τοῦ ἤδειτε. Deinde plura de Prometheo exposita esse videntur, quæ auctor argumenti Promethei Æschylei indicat : Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κόλχοις. Videtur deinde profectio Medeæ clam parata et abiisse illa interfecto Absyrto fratre, ut est apud schol. Apollonii, cujus verba supra descripsimus. Restat ap. Hesych. : [* 417] « ἐπαλλαχθεῖσα, » ἐπαλλάξασα. Σοφ. Κολχίσιν.

SCYTHÆ.

Diu quum ignoraretur, quodnam fuisset argumentum tragœdiæ, quam Scytharum nomine Sophocles inscripsit, Welckerus illud dispexisse visus est loco, qui est in Commento artis Donati, quod Lindemannus edidit, p. 487 : « Aliam, inquit, scripsit Medeam Sophocles idem in alio furoris actu, aliam Euripides, aliam alii scriptores. Ergo non de illis Medeis sentimus, quæ occiderunt filios suos, quasi multæ sint, sed de illis quæ scriptæ sunt per varios auctores. » Hæc Donatus, quibus explicandis Welckerus in hunc modum scripsit : Furor Medeæ proditionem et imbecillitatem Iasonis indicat. Medea enim semper a poetis describitur plena amoris, nulla sui habita ratione, ad omne facinus patrandum parata, amoris causa non timens aliorum contemtum et quidquid valuit artibus magicis semper in amorem suum mariti conferens. Itaque nulla alia re perinde excitatur quam fide violata quam ab Iasone accepit. Deinde Scytharum nomine locum, quo res transigi poeta fecerit, indicari putat; tum argumentum in hunc modum composuit : Colchi Argonautas insecuti loco cuidam Scytharum ad terram appulsos adepti sunt pugnamque minitantur ac verendum est, ne incolæ illius regionis Colchos armis adjuvent; Æetes filiam raptam, ut ob cædem Absyrti eam puniat, repetit; Iasoni ex duobus alterum eligendum est, utrum reddere Medeam an anceps certamen subire velit. Tum inter utrumque exercitum de compositione actum. Medea autem furore corripitur, quod Iason irato patri eam vult reddere, et deinde placatur, quamquam id alio modo factum esse videatur quam legatur apud Apollonium. Welckerus nullum alium nisi Æetam Iasoni oppositum ideoque argumentum et gravius et difficilius factum esse putat.

Nescio an dignitati tragicæ sufficiant quæ exposui ex Welckeri sententia. Illud sane non intelligitur, quomodo factum sit ut persecutio Æetæ et furor Medeæ conjungerentur, ubi potius timorem Medeæ exspectes. Neque hæc ipsa conveniunt Medeæ moribus quos Welckerus tales fuisse ait, ut illa amoris causa ad omnia perpetienda parata esset. Denique fragmentum est apud schol. Apollon. IV, 284, quod non convenit. Verba hæc sunt : [418] Ἑκαταῖος δὲ ἱστορεῖ μὴ ἐκδιδόναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν, ὡὸ' ὡς διὰ Ταναΐδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν καθ' ὃν καὶ πρότερον, ὡ: Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ. Sophocles igitur in tragœdia Argonautarum reditum descripsit, id quod nisi in patriam reversis illis fieri non potuit, etiamsi Tomos appulerunt. Quocirca Welckeri sententia improbanda est. Accedit quod ille locus etiam, quem citat Pompeii, ad sententiam illius stabiliendam

415.
Provenit ardor, ut fornacis igniti.
Et miratus esses
late splendentes flammas aureas conspicatus.

416.
Æneis artubus enim instructi ...
... efflant ex pulmonibus;
ardent vero nares ut....

aptus non est. Nam quum Medeam Sophoclis cum aliis Medeis aliorum poetarum comparat, illam potius furere ob violatam ab Iasone fidem existimes; omnes enim poetæ furentem amore Medeam scripserunt, sed diversitas ex eo orta est, quod quidam eam liberos occidisse scripserunt. Nisi magno opere fallor, aliud argumentum addi potest. Sophocles Absyrtum a sorore cæsum in domo Æetæ in Colchidibus tragœdia perhibuisse dicitur, in Scythis autem scripsisse eam illius sororem germanam non fuisse. Itaque credas cædis in terra Scytharum perpetrandæ, ut vult Welckerus, mentionem nullam factam esse, quod fieri non potuit, si illud fabulæ argumentum fuit, quod ait Welckerus. Denique non credibile est Sophoclem diverso modo narrasse eandem fabulam.

Quocirca necessarium esse videtur, ut totam rem alio in loco prope Græciam transactam statuamus, Medeamque furere deceptam ab Iasone, neque Æetæ partes ullas fuisse in tragœdia. Argumentum autem quomodo tractatum sit a Sophocle, prorsus ignoratur, neque ullum superest vestigium, quo illud fiat evidentius.

Omnium maxime insigne fragmentum est, quod exstat apud schol. Apoll. Rhod. IV, 223: Σοφοκλῆς ἐν μὲν Κολχίσιν ἐν τῷ Αἰήτου δόμῳ σφαγῆναί φησι τὸν Ἄψυρτον, ἐν δὲ τοῖς Σκύθαις οὐχ ὁμομήτριόν φησι τὸν Ἄψυρτον τῇ Μηδείᾳ·

[419] Οὐ μιᾶς κοίτης ἔβλαστον, ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηίδος
τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ' Ἰδυῖα πρίν ποτε
Ὠκεανοῦ κόρη γ' ἔτικτεν.

Ex Welckeri sententia verba Medeæ sunt; itaque correxit ἔβλαστεν. (In ceteris codd. v. 1 Οὐ γὰρ ἀπὸ μιᾶς et v. 3 κόρη τίκτεν.) Sunt potius cujusdam qui defendebat Medeam, quam Iason incuria crudelem esse dixerit ob fratrem interemtum. Et verbi forma ἄρτι βλαστάνεσκε docet illum jam esse cæsum. Iter quo redierunt Argonautæ descriptum est loco, quem supra ex scholiasta Apollonii excitavimus, præterea alio, qui est apud Athenæum V, p. 189, D: Καλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας, ὥσπερ Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ πάντες οἱ καταλογάδην συγγραφεῖς· οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς· Σοφ. Σκύθαις·

[420] Κρημνούς τε καὶ σήραγγας ἠδ' ἐπακτίας
αὐλῶνας.

Incerta sunt duo postrema fragmenta apud Erotianum p. 96: [421] « Ἀχιλληίδες, » κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς. Hesych. « Ἀχιλλείων, » Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνης (v. 819) καὶ Σοφοκλῆς Σκύθαις. Alterum est apud eundem Hesychium: [422] « ἀψάλακτος, » ἀκίνητος, ἀψηλάφητος, ἀκράτητος. Σοφ. Σκύθαις.

PELIAS SIVE RHIZOTOMOE.

Memoria nullius tragœdiæ incertior est quam illius, quæ Pelias inscripta est. Varie igitur de ea disputari potest. Nos in plerisque Welckerum ut in re incerta secuti sumus.

Nomen tragœdiæ semel commemoratur apud Erotianum p. 304, idque loco valde corrupto, quo Hermannus in suspicionem adductus nullam omnino talem tragœdiam exstitisse Πηλεῖ pro Πελίᾳ scribendum censuit. Sed jam Bœttigerus Rhizotomos et Peliam conjunxit et commode ea succurrunt, quæ a Macrobio servata sunt.

Pelias rex Iolci quum ab oraculo responsum accepisset, fore ut ab eo, quem uno calceo indutum ab agro revertentem vidisset, regno privaretur, Iasonem, in quo oraculi priorem partem evenisse vidit, ut et metu se liberaret et illum de medio tolleret, Colchos misit ad vellus aureum repetendum. Neque enim unquam illum inde rediturum putavit. Iason autem Veneris et Medeæ auxilio servatus rediit, neque multum abfuit tempus, quo oraculum omnino eventurum esse exspectandum fuit. Varie res gestæ perhibentur. Sunt qui tradant Medeam ab Iasone rogatam esse, ut Peliam medicamentis occideret (Apoll. I, 9, 27, Hyg. 24); sunt qui instinctu filiarum Peliæ facinus susceptum perhibeant (Ovid. VII, 300); alii Medeam sua sponte id transegisse referunt. Atque Iason quoque ad iram vehementius stimulatus esse videtur, quod Pelias illum nunquam in patriam rediturum esse sperans, illius parentes de medio sustulerat. Omnes tamen in eo consentiunt, ultionem dolis exactam esse, neque dubitari potest quin hæc

417.
Vos igitur nesciebatis Prometheum.
419.
Non enim ex uno utero nati sunt, sed ille Nereidis filius modo adolescebat, hanc vero Idyia multo ante Oceani filia peperit.
420.
Præcipitia et specus et maritimas cavernas.

omnium sit antiquissima narratio, qua Medeæ facinore Pelias interemtus memoratur. Attigit illam Pindarus IV, 249. Ovidius autem et Pausanias (VIII, 11, 12) dolum in eo positum narrant, ut Medea odium cum marito falsum simulaverit supplexque ad Peliam confugerit ideoque Peliadas induxerit, ut fidem sibi haberent; Diodorus Medeam tanquam Dianæ sacerdotem in domum Peliæ missam narrat, dum Iason prope Iolcum sese occuluerit. Apollodorus autem tradit Iasonem in Isthmum profectum, ut Neptuno Argo navem consecraret, dum Medea in Peliæ domum mitteretur, id quod alienum est a tragœdia. Quidquid autem veteres scriptores discrepant, omnes tamen in eo consentiunt, Medeam initio arietem occidisse, quo vim medicaminum juvenes reddentem ostenderet, et testis est Agatharchides fabulam in hunc modum compositam a tragicis poetis receptam esse. Finem tragœdiæ Welckerus Hygini verbis contineri censet. « At Iason, inquit, signo a Medea accepto regia est potitus Acastoque Peliæ filio, fratri Peliadum, quod secum Colchos ierat, regnum paternum tradidit; ipse cum Medea Corinthum profectus est. » Ac faces Diodori egregie docet tragœdiæ convenire, quando cæde peracta Medea in tectum se cum Peliæ filiabus contulerit, ut precibus Dianæ supplicarent. Pelia funere magnifico elato Peliadas emigrasse.

Quæ exposui, præclarum ad componendam tragœdiam argumentum exhibent. Pelias exitio jam oraculo destinatus rex non est innocens, at validus imperio quod obtinuit; Iason rebus magnis gestis præclarus, multis injuriis acceptis adhuc innocens, oraculo is est destinatus, qui Peliæ regnum sit adempturus. Vi nihil effici potest; ad dolos veniendum est. Hi autem minus conveniunt viro. Itaque mulier in partes illius substituitur. Est vero summæ calliditatis, si atrocia velis fieri, ea per alios transigere, dum ipse tu nihil facias. Medea autem, Peliadibus deceptis, quæ patrem ipsæ suum interficiunt, ultionem timens curru alato abit; at Pelias majore injuria accepta quam ipse fecerat, ludis funebribus in illius honorem institutis in omne tempus honoratur.

Chorus Rhizotomœ sunt, Medeæ comites, præsentes rebus magicis transigendis. Neque enim credibile est a choro herbas sectas esse, id quod apparet fragmento apud Macrobium Saturn. V, 19 : « Sophoclis autem tragœdia id, de quo quærimus, etiam titulo præfert. Inscribitur enim Ῥιζοτόμοι, in qua Medeam describit maleficas herbas secantem, sed aversam, ne vi noxii odoris ipsa interficeretur, et succos quidem herbarum in cados æneos refundentem, ipsas autem herbas æneis falcibus exsecantem. Sophoclis versus hi sunt :

[423] Ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπους'
ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
χαλκέοισι κάδοις δέχεται.

Et paulo post

Αἱ δὲ καλυπταὶ
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσ' ἀλαλαζομένη
γυμνὴ χαλκέοις ἅμα δρεπάνοις. »

(« Versu 2, inquit Lobeckius (Paralip. I, p. 50), verbis ὀπὸν ἀργινεφῆ significari videtur fæculenti quiddam, quod Hippocratici ὁμίχλας dicere solent, Latini nubeculas. ») Choro verba tribuenda sunt, cujus sunt versus apud schol. Apoll. Rhod. III, 1213 relati : Ὅτι δὲ ἡ Ἑκάτη δρυίνῳ κλάδῳ στέφεται καὶ δράκουσι καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ῥιζοτόμοις παρεισάγει τὸν χορὸν λέγοντα·

[424] Ἥλιε δέσποτα
καὶ πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας
Ἑκάτης ἔγχος, τῷ δι' Ὀλύμπου
πολλὴ φέρεται καὶ γῆς, καίους'
ἱερὰς τριόδους, στεφανωσαμένη
δρυῒ καὶ πλεκτοῖς
ὠμῶν σπείραισι δρακόντων.

(V. 3 Dobræus conjicit ἔγχος, τὸ δι' Οὐλύμπου

423.

Illa vero retro a manu oculum avertens succum candidum exsectura distillantem æneis vasis accipit.

Tectæ autem
cistæ radicum secturas occulunt,
quas hæc clamans, ejulans
nuda æneis demetebat falcibus.

424.

Sol domine
et lumen sacrum, subterrestris
Hecatæ telum, quo per Olympum
multa incedit et terram, urens
sacra trivia, coronata
quercu et connexis
sævorum draconum spiris.

πάλλουσα φέρει. V. 5 cod. Vatic. ναίουσ'.) Difficilior est versus apud Erotianum p. 304 : Παιδικὸν πάθος : παιδίαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησί·

[425] Λευκὸν αὐτὴν ὅδ' (scrib. ὧδ') ἐπαίδευσεν
[γάλα.

Welckerus οὐ initio addendum ratus Medeam aut fraude detecta aut miraculo transacto intellexit. Potest etiam medicamentum intelligi quod facti simile illud effecerit. Ita non absurdum esset, si aries juventuti restitutus intelligeretur. Aliud fragmentum apud Hesychium vix explicari potest. « Ἀϊστώσας », διαχέας καὶ τήξας. Σοφοκλῆς Ῥιζοτόμοις·

[426] Κόρον ἀϊστώσας πῦρ.

Cod. ἱστώσας. Fortasse recte scribitur :

Κόρον δ' ἀϊστώσας πυρί.

Procul dubio aliquid magicarum artium intelligitur, ideoque referendum ad nuncii relationem, qui fortasse ea ipsa, quæ Pelias a Medea facere jubebatur, exposuit. Puer autem cereus est ut apud Horat. Satir. I, 8, 43 et 44. Cf. Ovid. Her. VI, 91 et Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 80.

ALCESTIS.

Nomen Alcestidis tragœdiæ nusquam apud veteres scriptores memoratur, neque esset ulla illius memoria nisi Plutarchus hæc literis prodidisset in libro De orac. defectu cap. 15, p. 417, F : Καὶ μὴν ὅσας ἔν τε μύθοις καὶ ὕμνοις λέγουσι καὶ ᾄδουσι τοῦτο μὲν ἁρπαγάς, τοῦτο δὲ πλάνας θεῶν κρύψεις τε καὶ φυγὰς καὶ λατρείας, οὐ θεῶν εἰσιν ἀλλὰ δαιμόνων παθήματα καὶ τύχαι μνημονευόμεναι δι' ἀρετὴν καὶ δύναμιν αὐτῶν· καὶ οὔτ' Αἰσχύλος εἶπεν,

Ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν,

οὔτε ὁ Σοφοκλέους Ἄδμητος,

Οὑμὸς δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην.

Welckerus ἀγνῶς excidisse post οὔτ' Αἰσχύλος conjicit. Deest certe aliquid. Neque vero consentiunt de nomine tragœdiæ interpretes. Reiskius et plerique post eum Admetum nomen tragœdiæ censebant, Welckerus Alcestidem. Hoc nomen nos quoque verius existimavimus.

Præterea viri docti non consentiunt, utrum tragœdia fuerit an fabula satyrica. Hermannus ex una illa voce ἀλέκτωρ, tragicam ei dignitatem inesse negans, conclusit fabulam satyricam fuisse. Quod nos nimis ambiguum rati sumus, præsertim quum ne de significatione quidem vocis satis constet, quam alii aliter explicaverunt. At valde dubitandum est, an Euripides tragœdiæ non fecerit argumentum, quod Sophocles antea fabula ludicra tractarit, neque res ipsa est ejusmodi, in qua pius poeta tam contumaciter et frivole elaborare potuerit, quum ad antiquissimam religionem pertineat.

Magnum tamen discrimen inter Sophoclis et Euripidis Alcestides intercessisse videtur, id quod indicat grammaticus, qui argumentum Alcestidis Euripideæ scripsit : παρ' οὐδετέρῳ κεῖται ἡ μυθοποιία. Welckerus quidem scholiastam falsum esse affirmat, quia perspicuum sit idem argumentum esse a Sophocle tractatum. At quid scholiasta dicere voluerit et quæ tragœdiæ Sophocleæ conditio fuerit, adeo incertum est, ut in re tam obscura illum erroris non liceat arguere. Ac tragœdiæ Euripideæ prologus prorsus supervacaneus fuisse videatur, si eodem modo Sophocles idem argumentum tractaverat, spectatoresque eadem illa ex Sophoclis tragœdia didicerant. Difficile est autem explicare quid Sophocles proprii habuerit, qui fortasse Æschylum pressius secutus est, qui ait in Eum. 723 :

Τοιαῦτ' ἔδρασας καὶ Φέρητος ἐν δόμοις
Μοίρας ἔπεισας ἀφθίτους θεῖναι βροτούς.

Idem quidem est in Euripidis prologo Alcestidis; at crediderim majores Apollinis partes fuisse apud Sophoclem quam Herculis apud Euripidem, explicatumque esse Admetum servatum a morte Alcestidis amore interventu Apollinis. Huc nos plures veterum loci perducunt. Plut. Amat. c. 17 : Εἰ δέ πού τι καὶ μύθων πρὸς πίστιν ὄφελός ἐστι, δηλοῖ τὰ περὶ τὴν Ἄλκηστιν καὶ Πρωτεσίλεων καὶ Εὐρυδίκην τὴν Ὀρφέως, ὅτι μόνῳ θεῶν ὁ Ἅδης Ἔρωτι ποιεῖ τὸ προσταττόμενον· καίτοι πρὸς τοὺς ἄλλους (ὥς φησι Σοφοκλῆς) ἅπαντας

Οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
οἶδεν, μόνην δὲ στέρξαι τὴν ἁπλῶς δίκην.

Sed integriores habet versus Clemens Alex Strom. II, 21, 124 : εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία περὶ τοῦ Ἅδου γράφει·

425.
Album illam hunc in modum lac educavit.

426.
Puerum vero postquam igne liquefecit.

[427] Πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμον' ὡς ἐρῴμενον,
ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
ἥδη, μόνην δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην.

Non dubitandum quin hæc verba cujusdam sint Alcestidi persuadentis ne morti se devoveat.

Perstitit in consilio, ut est apud Stobæum CXXII, 11, quem versum jam alio loco commemoravimus:

[428] A. Θανόντι κείνῳ συνθανεῖν ἔρως μ' ἔχει.
B. Ἥξεις, ἐπείγου μηδέν, εἰς τὸ μόρσιμον.

Alcestis ad mortem abitura ait (schol. Pind. Pyth. IV, 221):

[429] Ὦ γῆ Φεραία χαῖρε σύγγονόν θ' ὕδωρ,
Ὑπέρεια κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον.

Sed Apollinis auxilio restituitur, qui prius apud Pheretem servitutem toleravit, ut est apud Plutarchum, quem supra citavimus:

[430] Οὐμὸς δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην,

i. e. matutino galli cantu ad laborem vocabatur. Denique versus est Attii, qui ad reditum ab inferis pertinet:

Quum striderit retracta rursum ab inferis.

ACRISIUS [SIVE DANAE].

« Duplici titulo insignita fabula [Ἀκρίσιος ἢ Λαρισσαῖοι] cujus argumentum fuisse videtur mors Acrisii juxta oraculum a Perseo nepote interemti. » *Brunck.* Alii secuti sunt, sed falsi sunt. Rectius alii antea judicarunt, qui Acrisium a Larissæis separandum censuerunt. Si enim in Acrisio Sophocles Danaæ exilium exposuit, in Larissæis obitum Acrisii, utrumque argumentum duplex et compositum nullo pacto una tragœdia explicari potuit. De fabula ipsa diximus in fragmentis Æschyli et planum etiam fecimus, quomodo argumentum dispesci dividique posset. Alia tamen nascitur quæstio de Danae tragœdia, cujus grammatici mentionem faciunt. Welckerus sese dubium profitetur. « Ab Hesychio, inquit, bis citatur, ter ab aliis grammaticis. Quamquam tragœdiæ inscriptio Ἀκρίσιος ἢ Δανάη fortasse non fuerit, tamen Danae tamquam titulus et nomen tragœdiæ frequenti usu in consuetudinem vertere potuit, quo accuratius designaretur fabula ab Larissæisque distingueretur. Pro certo autem haberi potest Acrisii argumentum nullum aliud fuisse, nisi quod in Danae expositum sit. Utrum tamen argumentum tam insigne et eximium fabulæ satyricæ aptum judicaverit, non constat. Nihil inter fragmenta reperitur, quo res cognoscatur; et quamquam Danae cum Perseo puero Satyrisque nihil continet quod in se constet probandumque sit, sententia tamen illa in tanta omnium rerum obscuritate, quæ ad fabulas satyricas pertinent, rejici non potest. »

Perpauca fragmenta Acrisii quæ servata sunt, ab Jacobsio olim recte jam sunt explicata. Danae enim cum Acrisio patre colloquens introducta esse videtur suppliciter ab eo petens ne ipsa in exilium pellatur. Pater autem in consilio oraculi responso permotus persistit, quia verendum erat, ne a nepote occideretur. Stob. CXIX, 11. Σοφ. Ἀκρισίῳ·

[431] Τὸ ζῆν γὰρ, ὦ παῖ, παντὸς ἥδιστον γέρας.
Θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεστι τοῖς αὐτοῖσι δίς.

Et idem Stob. CXIX, 7: Σ. Ἀκρισίῳ·

[432] Τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ.

Miratur deinde Acrisius, quomodo factum sit, ut Danae tam multa verba posset facere. Stob. LXXIV, 28: Σ. Ἀκρισίῳ·

[433] Ἄλλως τε καὶ κόρη τε καὶ ἀργεία γένος,
αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῦρ' ἔπη.

Et Stob. LXXIX, 24: Σ. Ἀκρισίῳ·

[434] Ῥῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα
πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει.

427.
Ad quemnam deum ut amatorem venies,
qui neque quod æquum est neque quod gratiosum novit, sed qui solam simpliciter sequitur justitiam.

428.
A. Mortuo illi commori amor me fert.
B. Pervenies, nihil accelera, ad illud quod tibi [fatale est.

429.
O terra Pheræa vale cognataque aqua,
Hyperia fons, liquor deis gratissimus.

430.
Gallus meus eum ad molam coegit.

431.
Vita enim, o filia, omnium suavissimum munus est.
Mori enim iisdem non bis licet.

432.
Vitam enim nemo ut senex amat.

433.
Præsertim virgo et Argiva genere,
quibus ornamentum est silentium et brevia verba.

434.
Brevis oratio eos qui recte sapiunt
ad parentes et genitores decet.

Reliqua fragmenta sunt explicatu difficiliora. Stob. VIII, 2 : Σ. Ἀκρισίῳ·

[435] Βοᾷ τις· ὦ ἀκούετ'· ἢ μάτην ὑλῶ;
ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.

(V. 1 cod. ὑλακτῶ. Correxit Hermannus Elem. metr., p. 50.) Verba sunt Acrisii, cujus metum poeta maximum descripsit, quo magis ad pellendam patria filiam induceretur. Aliud fragmentum apud Stobæum XII, 2 : Σ. Ἀκρισίῳ. Danaæ adscripserim, quæ patrem diu posse decipi negat :

[436] Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου.

Videtur pro Danae aliquis intercessisse, a quo consilia ille se negat accepturum esse (Stob. LXII, 30) :

[437] Δοῦλον γὰρ ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνὴρ
κῶλον ποδισθεὶς πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγει.

Danaen, antequam expellitur, fortasse idem qui intercessit, consŏlatur (Stob. CVIII, 56) : Σ. Ἀκρισίῳ·

[438] Θάρσει, γύναι· τὰ πολλὰ τῶν δεινῶν ὄναρ
πνεύσαντα νυκτὸς ἡμέρας μαλάσσεται.

Ad carcerem, quo Danae inclusa fuerit, Welckerus retulit fragmentum apud Hesych. : [439] « ἄλοιμα, » χρῖσμα τοίχων. Σ. Ἀκρ. et, [440] « Ἰλλάδας γονάς, » ἀγελείας καὶ τὰς συστροφάς. Εὐριπίδης Φρίξῳ καὶ Σοφ. Ἀκρισίῳ. Συστροφὰς Welckerus vincula explicat, at L. Dindorf. ex glossa illata delet in Steph. Thes. II, p. 711, B : « Ἰλλάδες γοναί boves intelligendi sunt aratores, ut est de aratris Antig. 341, ἰλλομένων ἀρότρων. » Sunt præterea apud Hesychium hæ glossæ : [441] « ἄδοξα », παράδοξα, καὶ ἃ οὐκ ἄν τις ἐδόξασεν. Σ. Ἀκρισίῳ (codex ἄκρισιν). [442] « Ἀκτίτης λίθος », ἀπὸ τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ἀκτῆς. Σ. Ἀκρ. [443] « Ἀντταίαν », ἔκτοπον, χαλεπὴν. Σ. Ἀκρισίῳ (codex τισίῳ). [444] « Ἀπόδρομον », ἐλαττούμενον τοῖς δρόμοις, ἢ παλίνδρομον, ἢ μετ' ἐπάνοδον. Σ. Ἀκρησίῳ (sic). [445] « Ἀποφανθείς », ἐν τῷ φανερῷ καταστάς. Σ Ἀκρ. [446] « Ἀρώματα », ἀροτριώματα· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀροῦν τὰ ἄλφιτα οὕτω λέγεται. Σ. Ἀκρισίῳ (codex ἄκρισι). [447] « Ἄστομος », ὁ μὴ δυνάμενος λέγειν. Σ. Ἀκρ. Idem : Βίδην, εἶδος κρούματος. Σ. Ἀκρισίῳ·

(448) Ὡς ἐπιψάλλειν βίδην τε καὶ ξυναυλίαν.

Ἄλλοι « βίθυν. » Apud eundem Hesych. : « Βυδοί », οἱ μουσικοί· ἢ κροῦμά τι. Σ. Κρησίν. Ubi dubitatur utrum Ἀκρισίῳ an Κρίσει corrigendum sit.

Conqueritur Acrisius se nato puero interiturum obscuro fragmento apud schol. Ajac. 1 et Suid. v. Πεῖρα : πεῖρα γὰρ ἡ βλάβη, ὡς καὶ ἐν Δανάῃ Σοφοκλῆς·

[449] Οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν· ἐν δ' ἐπίσταμαι,
τοῦ παιδὸς ὄντος τοῦδ' ἐγὼ διόλλυμαι.

Obscuriora reliqua sunt. Hesych. [450] « ἀνθήμερον », σήμερον ἡμέρα. Σοφ. Δανάῃ. Brunckius conjecit « αὐθημερόν. » Idem Hesychius : Ἀφροδισία ἄγρα, Σοφ. Δανάῃ·

[451] Γόνον τε μήλων καφροδισίαν ἄγραν.

Codex γόνοιον μήλων. Bekk. Anecd. p. 472, 22 : « Ἀφροδισία ἄγρα, » οἱ πέρδικες, διὰ τὸ τοὺς θηρῶντας τῇ θηλείᾳ ἐπιβουλεύοντας αἱρεῖν αὐτούς. Deinde Antiatt. p. 85, 18, [452] « βράχιστον, » βραχύτατον. Σ. Δανάῃ. Idem p. 90, 31 : δαιμονίζεσθαι· Σοφοκλῆς Δανάῃ [453] « δεδαιμονισμένον » ἀντὶ τοῦ τεθεωμένον. Denique idem p. 97, 31 : Ζῇ, ἀντὶ τοῦ ζῇθι. Σ. Δανάῃ.

[454] Ζῇ, πῖνε, φέρβου.

Aut indignantis est aut amantis, fortasse Danaæ, quæ recens natum puerum alloquatur.

ANDROMEDA.

Brunckius Andromedam fabulam satyricam fuisse putavit, in quo alii illum sunt secuti. Procul dubio, ut censet Welckerus, in istam opinionem incidit scholiasta Theocriti ad Idyll. IV, 62 : [455] Τοὺς Σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύ-

435.
Vociferatur aliquis : o attendite, an frustra clamo ?
Omnia etenim meticuloso strepunt.
436.
At nullum mendacium ad longum tempus permanet.
437.
Servilibus enim in vinculis fugitivus
artubus coercitus quidquid gratum sit loquitur.
438.
Ne metue, mulier : multa quæ in somnis mala
apparuerunt noctu, interdiu leniuntur.
448.
Ut accinere *biden*que et tibiarum concentum
449.
Nescio quæ tua sit calamitas ; unum vero scio,
hoc vivente puero ego intereo.
451.
Progeniem ovium et venereum venatum.
454.
Vive, bibe, nutrire.

κῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ. Sed quum non constet, qualis ille Glaucus Æschyli fuerit, tragœdia an fabula satyrica, etiam de Andromeda nihil cert: pronunciari potest, nisi cui forte magni momenti sit locus apud Eratosthen. Catast. 36 : Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Σοφοκλῆς ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ. At quia Sophocles tragicus fuit poeta, hoc nomine etiam in fabulis satyricis appellari potuit. Argumentum autem a tragœdia non abhorret et verbis nonnulla continentur, quæ tragœdiæ potius quam fabulæ satyricæ conveniant. Et si Panes et Sileni introducti sunt, non ĭdem sunt Satyri, quos fabulæ satyricæ vindicaris. Ac ne constat quidem, utrum introducti sint, quum memoratos illos tantum esse scholiasta Theocriti dicat. Rectius secundum Catast. 16, quem locum illico allaturi sumus, argumentum sit tragœdiæ : nam ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἐν Ἀνδρομέδᾳ legitur.

Argumentum Eratosthenes bene exposuit Catast. 16 : [456] Τὴν Κασσιέπειαν ἱστορεῖ Σοφοκλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἐν Ἀνδρομέδᾳ ἐρίσασαν περὶ κάλλους ταῖς Νηρηίσιν εἰσελθεῖν εἰς τὸ σύμπτωμα καὶ Ποσειδῶνα διαφθεῖραι τὴν χώραν κῆτος ἐπιπέμψαντα. Deinde Catast. 36 : Τοῦτο τὸ κῆτός ἐστι ὃ Ποσειδῶν ἔπεμψε Κηφεῖ διὰ τὸ Κασσιέπειαν ἐρίσαι περὶ κάλλους ταῖς Νηρηίσι. Περσεὺς δ' αὐτὸ ἀνεῖλε καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὰ ἄστρα ἐτέθη, ὑπόμνημα τῆς πράξεως αὐτοῦ. Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Σοφοκλῆς ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ. Hyginus Poet. Astron. II, 10 : « De hac (Cassiopeia) Euripides et Sophocles et alii complures dixerunt ut gloriata sit se forma Nereidas præstare; pro quo facto inter sidera sedens in siliquastro constituta est: quæ propter impietatem vertente se mundo resupinato capite ferri videtur. « Cf. idem Hygin. Ibid. II, 9 et 12. Copiosius in Fab. 64 : « Cassiope filiæ suæ Andromedæ formam Nereidibus anteposuit; ob id Neptunus expostulavit, ut Andromeda Cephei filia ceto objiceretur. Quæ quum esset objecta, Perseus Mercurii talaribus volans eo dicitur venisse et eam liberasse a periculo. Quam quum abducere vellet, Cepheus pater cum Agenore, cujus sponsa fuit, Perseum clam interficere voluerunt. Ille cognita re caput Gorgonis eis ostendit omnesque ab humana specie sunt informati in saxum. Perseus cum Andromeda in patriam rediit. » Hæc serioris temporis commenta esse videntur. Rectius Apollodorus II, 4, 3 : Παραγενόμενος εἰς Αἰθιοπίαν, ἧς ἐβασίλευε Κηφεύς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν παρακειμένην βορᾶν θαλασσίῳ κήτει. Κασσιέπεια γὰρ ἡ Κηφέως γυνὴ Νηρηίσιν ἤρισε περὶ κάλλους καὶ πασῶν εἶναι κρείσσων ηὔχησεν. Ὅθεν αἱ Νηρηίδες ἐμηνισαν. Καὶ Ποσειδῶν αὐταῖς συνοργισθεὶς πλημμύρα τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε καὶ κῆτος. Ἄμμωνος δὲ χρήσαντος τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, ἐὰν ἡ Κασσιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτεθῇ τῷ κήτει βορά, τοῦτο ἀναγκασθεὶς ὁ Κηφεὺς ὑπὸ τῶν Αἰθιόπων ἔπραξε καὶ προσέδησε τὴν θυγατέρα πέτρᾳ. Ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς καὶ ἐρασθεὶς ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. Ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν. Ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν, μαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν, τὴν Γοργόνα δείξας μετὰ τῶν συνεπιβουλευόντων αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρῆμα.

Difficile est ex his, quæ ex veteribus scriptoribus descripsimus, ea quæ tragœdiæ conveniant seligere. Videtur tamen illa in hunc modum composita esse. Initio Cepheus pater ab incolis ex more, qui apud barbaros obtinuit, oraculoque, quod calamitati a terra amovendæ consultum fuit, compellitur, ut filiam sacrificaret, quæ ad saxum deligata belluæ marinæ exponitur. Quo facto Perseus supervenit omnibusque quæ gesta essent auditis ad liberandam Andromedam paratum se profitetur. Certamine finito victor reversus insidias, quæ ipsi tenduntur, superat, adversariis, qui Andromedam ei ereptum eunt, punitis, conjuge potitus in patriam abit. Ita fere fabula in se constat. Reliqua incerta sunt omnia. Et quis in tanta rerum ambiguitate de personis quærat? aut de choro? Licet tamen conjicere ex Panibus et Silenis non fuisse compositum, quia scholiasta Theocriti memoratos eos esse, non introductos profitetur.

Fragmentorum unum est ex Andromeda Livii, quo inundatio memoratur :

Confluges ubi conventu campum totum inhumigant.

Reliqua ex narratione petita videntur, qua Perseo, quid ageretur, fortasse a Cepheo exponebatur. Huc referendum videtur fragmentum apud Hesychium : Κουρίον· Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ· « ἡμιτοὺν κόριον ἠρέθη πόλει· νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γέρας τῷ Κρόνῳ. » Quod fortasse ita scribendum est :

[457] Αἱμορρόεν τὸ κόριον ἠρέθη πόλει·
νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κρόνῳ
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γέρας.

457.
Ad sacrificandum virgo reipublicæ electa est; | est enim mos his barbaris Saturno sacrum offerre antiquitus humanum munus

Ad sacrificium retulerim quod est apud Polluc. X, 120 : Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ [458] « αὐτοχειλέσι (αὐτολίθοισι Hemst.) ληκύθοις » ἔφη, δηλῶν ἐλαβάστους μονολίθους. Cepheus is est qui rex sacrificio interest, (Hesych.) [459] « ζευξίλεως, » ζευκτὸς λαὸς, ἢ ᾧ ὑπεζευγμένοι εἰσὶ λαοί. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ. Cf. Suid. et Phot. p. 53, 8. Eustath. p. 401, 11 : Ζευξίλεως εὕρηται παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον ὁ βασιλεὺς ᾧ ὑπέζευκται ὁ λεώς. Quomodo venerit Perseus, quæritur apud Athenæum XI, p. 482, D : Ὅτι δὲ καὶ πλοῖον ἡ κύμβη Σοφοκλῆς ἐν Ἀνδρομέδᾳ φησὶν,

[460] Ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα;

(Photius p. 187, 3 : Κύνδη (sic), εἶδος πλοίου. Σοφ. Affert etiam Eustath. p. 1205, 56.) Missus est ut nihil timeret nova et inaudita mandata. Hesych. : [461] « ἀμφίπρυμνον », πλοῖον ἑκατέρωθεν πρύμνας ἔχον. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ. Phrynichus p. 374 Lob. : Πολλὴν διατριβὴν ἐποιησάμην ἐπισκοπούμενος εἰ μόνον λέγεται πρόσφατος νεκρὸς καὶ μὴ πρόσφατον πρᾶγμα. Εὑρίσκετο δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ τιθεὶς οὕτω ·

[462] Μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπιστολάς·

Ad cædem belluæ referam apud Hesychium : [463] « ἀμβλύσκει, » ἁπλοῖ· κυρίως δὲ ἐπὶ ἀμπέλου· καὶ ἐκτιτρώσκει. Σοφ. Ἀνδρομέδᾳ. Et ad eandem cædem quod est apud Etymol. M. p. 272, 3 : Δίγονος μάσθλης, διπλοῦς ἱμάς· ἢ ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὴν βαφὴν ἦν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκέχρωστο. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ·

[464] Ἰδοὺ δὲ φοίνιον
μάσθλητα δίγονον.

Vincula enim Andromedæ tincta sunt cruore belluæ occisæ. Cf. Hesych. : « μάσθλη »... Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ καὶ Συνδείπνοις. Idem : « δίγονος μάσθλης, » ὁ διπλοῦς ἢ δυσὶ χρώμασι κεχρωσμένος. Incolæ terræ videntur intelligi apud Photium p. 317, 7 : [465] « οἰήτας », τοὺς κωμήτας. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ. Incertum est quod apud Hesychium est [466] « Σαλητόν », Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ, ἀντὶ πατρός (legendum σαραπίδος)· ἢ βαρβαρικὸν χιτῶνα· οἱ δὲ καὶ μεσόλευκον αὐτὸν εἶναί φασι. Idem, « Σάρητον, » ὁ σάραπις· καὶ εἶδος χιτῶνος. Vestem aut Andromedæ aut Cephei intelligi facile conjeceris.

Summa tragœdiæ fortasse fuit Græcorum victoria de barbaris.

LARISSÆI.

In fragmentis Æschyli argumentum exposuimus, quod fuerit tragœdiæ quam Sophocles Æschyli exemplum secutus Larissæos inscripsit. Est enim mors Acrisii, qui, ut erat oraculo editum, disco a Perseo jacto periit. Apollod. II, 4, 4, schol. Apoll. IV, 1091, Pausan. II, 16, 2.

Audito enim reditu Persei Seriphum insulam dereliquit in aliam terram migraturus, ut a nepote tutus esset. Hic tamen illum secutus cum uxore avum reconciliat persuadetque ei, ut Argos secum proficiscatur. Antequam abit, ludi instituuntur, præmia victoribus ab ipso Acrisio definiuntur. Perseus discum jacit vulneratque leviter avum spectantem. Hic ætate provectior vulneri succumbit impletque oraculum, ex quo a nepote illum interiturum responsum erat.

Tria exstant fragmenta, quorum unum quod est apud Athenæum X, p. 466, B, nuncii cujusdam esse videtur, qui quomodo Acrisius præmia certaminum proposuerit, exposuit. Est ita scriptum : Ὁ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τοῖς Λαρισσαίοις Ἀκρίσιος καὶ αὐτὸς ἐκπώματα ὅσα πλεῖστα εἶχεν, ὥς φησιν ὁ τραγικός·

[467] Πολὺν δ' ἀγῶνα πάγξεν' ἀγκηρύσσεται,
χαλκηλάτους λέβητας ἐκτιθεὶς φέρειν
καὶ κοῖλα χρυσόκολλα καὶ παναργυρα
ἐκπώματ' εἰς ἀριθμὸν ἑξήκοντα δίς.

Altero Perseus ipse indicat, quo Acrisius modo interierit. Stephanus in Δώτιον... ὁ πολίτης Δωτιεύς. Σοφοκλῆς Λαρισσαίοις·

[468] Κἀμοὶ τρίτον ῥίπτοντι Δωτιεὺς ἀνὴρ
ἀγχοῦ προσῆψεν ἐλαφρὸς ἐν δισκήματι.

Idem Stephanus v. Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν τὸ ἐθνικὸν [469] « Κρανειάτης », ὡς φησι Σοφοκλῆς

460.
Equisne an cymbis per terram veheris

462.
Nihil timere nova mandata.

464.
Vide cruentum
vinculum bis tinctum

467.
Magnum ludum omnibus hospitibus proclamat,
æneos lebetes proponens præmia ferenda
et cava auro et argento facta
pocula ad numerum bis sexaginta.

468.
Et mecum tertio jactante Dotiensis quidam
prope offendit agilis in disci jactu.

Λαρισσαίοις. Videtur referendum esse ad hominem, qui ut ille Dotienses inter hospites certamini interfuit. Ex eadem scena petita videntur hæc Stobæi CXXV, 11 : Σοφ. Λαρισσαίων·

[470] Μηδὲ τῷ τεθνηκότι
τὸν ζῶντ' ἐπαρκεῖν αὐτὸν ὡς θανούμενον.

(Tyrwhittus ἐπαυχεῖν, quod argumento convenire non videtur.) Incertum est Hesych.: ὡς, Σοφ. Λαρισσαίοις ἀντὶ τοῦ λίαν· «ὡς καὶ τύραννι πᾶς ἐγγίζεται φυγεῖν. Brunckius conjecit:

[471] Ὡς καὶ τύραννον πᾶς ἐφίεται φυγεῖν.

ŒNOMAUS.

De OEnomao ita scholiasta Pindari ad Olymp. I, 114 : Οἰνόμαος ὁ πατὴρ Ἱπποδαμείας ἐρῶν αὐτῆς διὰ τὴν τοῦ κάλλους ὑπερβολὴν καὶ οὐ θέλων ἐκδοῦναι αὐτὴν εἰς γυναῖκά τινι, προὐκαλεῖτο πάντας εἰς ἅμιλλαν δρόμου τοὺς θέλοντας αὐτὴν ἐγγυήσασθαι, θάρρων τῷ αὐτοῦ ἅρματι ταχυτάτῳ ὄντι καὶ μηδένα οἰόμενος ὑπερβαλέσθαι ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι. Οὕτω δὲ ἐποίει τὴν ἅμιλλαν· τῷ μὲν μνηστῆρι ἐδίδου τὴν Ἱπποδάμειαν ἐν τῷ αὐτοῦ ἅρματι φέρειν καὶ προηγεῖσθαι τοῦ ὁρόμου, αὐτὸς δὲ ὄπισθεν ἰὼν καὶ τῇ χειρὶ φέρων ἔγχος, ὁπότε ἔμελλε τὸν μνηστῆρα παρελθεῖν, ἐβαλλέ τε τῷ ἔγχει καὶ ἀνῄρει. Τρεῖς οὖν πρὸς τοῖς δέκα ὀλωλεκὼς ἡττήθη ὑπὸ Πέλοπος. Ὁ γὰρ ἡνίοχος αὐτοῦ τοῦ Οἰνομάου Μυρτίλος ἐφθάρη χρήμασιν ὑπὸ τοῦ Πέλοπος, ἵνα περὶ τὰς χοινικίδας τοῦ ἅρματος πανουργεύσῃ τι καὶ τὸν Οἰνόμαον ἐντεῦθεν ἡττηθῆναι παρασκευάσῃ. Οὗ γενομένου, Πέλοψ τὴν Ἱπποδάμειαν ἔσχε. Idemque fuit expressum in cista Cypseli apud Pausan. V, 17, 14 : Οἰνόμαος διώκων Πέλοπά ἐστιν ἔχοντα Ἱπποδάμειαν. Schol. Apoll. I, 752 et Diodorus Siculus oraculum memorant, quo editum erat fore ut OEnomaus per generum interiret. Plura de Myrtilo apud schol. Eurip. Orest. 981 et schol. ad Iliad. B, 104 : Ἱπποδάμεια ἡ Οἰνομάου θυγάτηρ ἐρασθεῖσα Πέλοπος Μυρτίλον τὸν τοῦ Ἑρμοῦ μὲν υἱὸν, ἡνίοχον δὲ τοῦ ἑαυτῆς πατρὸς ἔπεισε τῇ κατὰ τοῦ πατρὸς νίκῃ συνεργῆσαι καὶ τοὺς ἵππους τῆς εἰς τὸ τρέχειν ὁρμῆς κατασχεῖν, βουλομένη τὸν Πέλοπα καὶ τοὺς ἵππους λαβεῖν καὶ τὸν ἑαυτῆς γάμον. Ἔκειτο γὰρ τῷ νικήσαντι ἆθλον ὁ ταύτης γάμος, νικηθέντι δὲ θάνατος. Ἀγωνιζομένων δὲ αὐτῶν ὁ Οἰνόμαος ἐκπίπτει τοῦ ἅρματος· καὶ γὰρ αἱ χοινικίδες κηρίνους τοὺς ἐμβόλους κατέσχον, τοῦτο πανουργήσαντος Μυρτίλου. Γνοὺς δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Οἰνόμαος ἀρὰς ἔθετο κατὰ Μυρτίλου, ὅπως ἀπόληται ὑπὸ Πέλοπος. Ὃ καὶ ἐγένετο. Διαβαινόντων γὰρ αὐτῶν διὰ τοῦ Αἰγαίου πόντου καὶ διψησάσης τῆς Ἱπποδαμείας, κατιβὰς ἐκ τοῦ ἅρματος ὁ Πέλοψ ἐζήτει ὕδωρ κατὰ τὴς ἐρήμου. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἡ Ἱπποδάμεια ἐρασθεῖσα τοῦ Μυρτίλου ἐδεῖτο μὴ ὑπεριδεῖν. Ἀντειπόντος δὲ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πέλοπος παραγενομένου φθάνει ἡ Ἱπποδάμεια κατηγορήσασα τοῦ Μυρτίλου ὡς βιασαμένου αὐτήν· καὶ Μυρτίλον Πέλοψ ἀπὸ τοῦ ἅρματος ὠθεῖ εἰς τὸ πέλαγος, αὐτὸς δὲ αὐτῇ ἡνιοχεῖ· ὅθεν τὸ μὲν πέλαγος Μυρτῷον ἀπὸ Μυρτίλου, ὁ Πέλοψ δὲ πλήξιππος διὰ τὴν τῶν ἵππων αὐτουργίαν.

Stobæus quum Hippodamiam Sophoclis citat, facile intelligitur ab OEnomao illam diversam esse non potuisse. Etiam Attii OEnomaus dubitari non potest quin ex Sophoclis tragœdia factus sit, ad quam fragmenta saltem Welckerus sine molestia concinnavit.

In tam exiguo numero fragmentorum valde obscurum est, quid Sophocles in componenda tragœdia potissimum secutus sit, præsertim quum ne constet quidem, quibus rationibus Myrtilum permoveri fecerit, ut fraudem adversus OEnomaum committeret. Qua in re non exiguum totius rei momentum positum esse arbitror. In plerisque igitur Sophocles putandus est illa, quæ grammatici narrant, in tragœdia exhibuisse. Sunt tamen quædam, quæ nullo modo in scena agi potuerint. Huc referam largitionem qua Myrtilus corruptus est, quia res chorum, qui procul dubio ab OEnomao stabat, celanda fuit et celatam illam esse fragmentum docet carminis, quo chorus magnum et insigne certamen exspectat. Deinde Hippodamiæ nihil culpæ in occidendo Myrtilo vel etiam OEnomao patre adscribendum puto, quia piaculum in unum Pelopem recidit. Cf. Soph. Elect. 504. Si fraudem Myrtili non ignoravit, ideo illa reprehendenda non est, quia illius consilium fuit, ut OEnomaus in curru tantummodo retineretur, non interiret. In scena potissimum Hippodamiæ amor, OEnomai dehortatio Pelopis, ut a certamine desisteret, equorum celeritas, præparatio cursus, OEnomai et Pelopis certaminis narratio, illius et Myrtili interitus exposita videntur.

Etiamsi in eis, quæ exposuimus, nonnihil a Welckero discessimus, tamen fatendum est egregia esse omnia, quæ de fragmentis ipsis explicandis in medium proposuit. OEnomai gravitatem augeri ait oraculo exposito numeroque

470.
Neque mortuo
vivum auxilium ferre ut ipsum moriturum.

471.
Ut tyrannum unusquisque studet effugere.

occisorum procorum, quos scholiasta Pindari ad Olymp. I, 114, memorat. Oraculi expositioni convenire censet versum apud Attium, quem Pelopi tribuit:

Ego ut essem affinis tibi, non ut te exstinguerem, tuam petii gnatam.

Crudelitas Œnomai describitur versu, qui est apud Athenæum IX, p. 410, C: Σοφ. Οἰνομάῳ·

[472] Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος.

Versus explicatur glossa Hesychii: « Σκυθιστὶ χειρόμακτρον· » οἱ Σκύθαι τῶν λαμβανομένων ἐν πολέμοις ἀνθρώπων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο. Tum nomina interemtorum memorata videntur, ut Pelops ab incepto retineatur. Frustra. Indignabundus Œnomaus:

Atque hanc postremo solis usuram cape.

Et deinde præcones ad cives mittit, ut omnes pro sua salute bona vota faciant:

Vos ite actutum atque opere magno edicite per urbem, ut omnes, qui arcem astuque accolunt cives, ominibus faustis augustam adhibeant faventiam, ore obscœna dicta segregent.

Hippodamiæ verba sunt apud Atheuæum XIII, p. 564, B: Σοφοκλῆς δέ που περὶ τοῦ κάλλους τοῦ Πέλοπος διαλεγομένην ποιήσας τὴν Ἱπποδάμειάν φησι·

[473] Τοιάνδ' ἐν ὄψει λύγγα θηρατηρίαν
ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει·
ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δ' ἐμὲ,
ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών.

(V. 1 Erfurdtius λίγγα.) Videtur Hippodamia his verbis Pelopem, antequam in scenam processit vel cum illa colloquebatur, nutrici vel ancillæ descripsisse. Differre deinde ait illius formam a rudi forma principum Græciæ, ut est apud Attium:

Horrida honestitudo principum primo ex loco.

Recte Hippodamiæ adscribuntur versus apud Stobæum XXVII, 6: Σοφ. Ἱπποδαμείᾳ·

[474] Ὅρκου δὲ προστεθέντος, ἐπιμελεστέρα
ψυχὴ κατέστη· δισσὰ γὰρ φυλάσσεται,
φίλων τε μέμψιν κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν.

Jus jurandum a Pelope petitum crediderim, quem Hippodamia se adjuturam esse profitetur, si de illius amore certa sit. Incertum est cui sint attribuenda verba apud Pollucem X, 55: Τὴν ψήκτραν... εἴρηκε Σοφοκλῆς ἐν Οἰνομάῳ·

[475] Διὰ ψήκτρας σ' ὁρῶ
ξανθὴν καθαίρονθ' ἵππου αὐχμηρᾶς τριχός.

Welckerus Hippodamiæ tribuit, antequam certamen inibatur; at possunt etiam Pelopis esse, quibus primum Myrtilum alloquitur, ut hunc ad fraudem inducat. Huic loco adscribendus videtur versus apud Apoll. De pronomine p. 330, B: Ἀξιοπιστότερος ὁ Σοφοκλῆς μάρτυς (pronominis ἴ) χρησάμενος ἐν Οἰνομάῳ· « ει μεν ωσει θασσονα ειδως ειτεκοι παιδα. » Schol. Homer. ad Iliad. X, 410: Τινὲς τὸ ὡσεὶ διὰ τοῦ ῑ γράφουσι καὶ δασύνουσιν ἀντωνυμίαν ἐκδεχόμενοι τρίτου προσώπου ἀντὶ τοῦ ὡς αὐτή. Ἀλλ' οὐ χρῆται αὐτῇ ὁ ποιητής. Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ· « ἡ μὲν ὡσεὶ θάσσο. ἡ δὲ ὡσιτέξου παῖδα. » Itaque scribendum:

[476] Ἡ μὲν ὡς ῑ θάσσον', ἡ δ' ὡς ῑ τέκοι παῖδα.

Nisi forte sic scribendum: παῖδ' ἡ μὲν ὡς ῑ θάσσον', ἡ δ' ὡς ῑ τέκοι. Quæ matres sunt, quæ de celeritate filiorum suorum disputant. In promptu est intelligere matres procorum, nisi potius ad equos Œnomai referas, quibus ut nomina Psillæ et Harpinnæ alæque fuerunt, probabile est illos a vulgaribus equabus non esse prognatos. Neque absurdum ejusmodi commentum esset ad admirationem excitandam. Nec alieni essent versus apud Attium:

Fer te ante Auroram radiorum ardentem indicem, quum somno in segetem agrestes cornutos cient, ut rorulentas terras ferro rufulas, proscindant glebas arvoque ex molli excitent.

Ab Hippodamia hæc Welckerus dicta censet, ut Pelopem excitet, quo Aurora celerius vehatur.

473.

Tales illecebras in vultu, vim venaticam amoris, quoddam fulgur oculorum gerit; incalescit quidem ipse, sed me dispicit, æquo oculo metiens, ut fabri ad rectam lineam præcedentis amussis dirigitur.

474.

Jure jurando dato attentior mens fit; duo enim cavet, amicorum reprehensionem et deorum offensionem.

475.

Pectine te video flavam jubam purgantem ab sordidis equi crinibus.

476. [risse (ait).

Altera suum filium celeriorem, altera suum pepe-

At illud vix probabile est, quia Hippolyta una cum Pelope curru vehebatur. Quocirca credibilius est verba cujusdam esse ad equum, ut illum in cursum excitet. Itaque nuncio tribuerim. Eidem adscribendi sunt duo alii versus Attii :

Saxum id facit angustitatem et sub eo saxo exuberans scatebra fluvia eradit rupem.

Varie explicati sunt versus apud Diogenem Laertium in Vita Arcesilai, IV, 35 : Πρὸς δὲ τὸν δανειστικὸν καὶ φιλόλογον εἰπόντα τι ἀγνοεῖν ἔφη·

[477] Λήθουσι γάρ τοι κἀνέμων διέξοδοι
θῆλειαν ὄρνιν πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.

Ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Οἰνομάου Σοφοκλέους. Conf. Suid. v. Διέξοδοι et Λήθουσι, Plut. Mor. p. 718, A (qui πλήθουσι habet, alia prorsus sententia). Welckerus spem Pelopis indicari putat; ego potius summam curam cujusdam in summo discrimine versantis, qui alias negligentior fuerit. Ad instans igitur certamen referendum est. Choro tribuendi sunt versus apud Aristophanem Av. 1337 :

[478] Γενοίμαν ἀετὸς ὑψιπέτας
ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ'
οἶδμα λίμνας.

Chorus optat ut alis instructus certamini adesse possit. Hesychius: [479] ἀρουραῖος Οἰνόμαος. Δημοσθένης Αἰσχίνην οὕτως ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν χώραν περινοστῶν ὑπεκρίνετο Σοφοκλέους τὸν Οἰνόμαον. Fragmentum, quod a Sophoclis Œnomao plane alienum est, docet etiam in agro Atheniensi fabulam doctam esse.

ATREUS.

Duo tantummodo fragmenta servata sunt Atrei tragœdiæ, ex quibus de compositione illius non multa colligi possunt. Attius vero quum latinis versibus imitatus esse videatur, ea quæ desunt inde quodam pacto expleri possunt.

De inscriptione tragœdiæ non satis constat. Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναῖαι apud Brunckium est : « Sic erat, inquit, titulus dramatis, non Μυκῆναι, ut vulgo legitur. Posterius nomen a personis quibus constat chorus. » Welckerus nomen Μυκηναῖαι in se vituperari posse negat, verum argumento minus convenire docet, quia chorus virorum requiratur. Recte id fortasse vir doctissimus disputavit, sed quis certi quid in re tam incerta tamque ambigua pronunciaverit?

Mirabile est quantum veteres scriptores in enarrandis fatis Atrei hujusque fratris Thyestis differant. Antiquiores, Homerus, Hesiodus, alii nihil memoriæ de discordia fratrum prodiderunt, quam in horrendum modum excoluerunt tragici. Ante Alcmæonidem Welckerus docet nihil reperiri quo dissensisse fratres colligatur.

Atreus, Pelopis et Hippodamiæ filius, post patris obitum regnum solus obtinuit, Thyeste fratre excluso, qui minor erat natu. Senecæ si credimus, fratres inter se pacti sunt, ut alternis regnarent. Atreo autem quum agnus aureus, qui regno fatalis fuit, Mercurii interventu, ut hic filium suum Myrtilum in progenie Pelopis ulciscerétur, contigisset, discordia inter fratres orta est, quorum uterque regnum affectavit. Thyestes vero Aeropæ, Atrei uxoris, quam ad adulterium pellexit, auxilio agno potitus est; at criminis conscius in exilium abiit. Atreus vero illatas sibi a fratre injurias ulcisci cupiens cum illo specie in gratiam rediit; cui quum Thyestes fidem habens in regnum revertisset, Atreus liberos vescendos ei apposuit mixtumque cruore eorum vinum bibendum dedit. Epulato fratri brachia et ora puerorum ostendit. Ob tale scelus etiam sol cursum suum avertit, ne tanta videret flagitia. Cognito scelere Thyestes patria fugit. Cf. schol. Eurip. ad Orest. 800 et 989, Pausan. II, 18, 2.

Quum plane incertum sit quænam ex his quæ descripsi Sophocles in suam rem converterit, tamen credibile est ab illo eadem esse exposita, quæ Æschylus in Agamemnone 1583 et seqq. attigit. In quo tamen non constat num Sophocles agnum fatalem aureo vellere præditum commemorarit, cujus mentio facta est ab Euripide Orest. 800 et ab Attio, qui id *stabilimen regni* appellat. At non est improbabile Euripidem id ipsum ex ignotioribus assumsisse fabulis, quia Sophocles non attigerat, præsertim quum hic in Electra 496—508 omnia Pelopidarum mala referat ad necem Myrtili et in Ajace ad convivium Atrei. Itaque credendum est Attium illa, quia ex Euripide valde nota erant, in suam fabulam addidisse. Cf. Eurip. Iphig. Taur. 795—

477.

Fugiunt enim etiam ventorum exitus
femellam avem nisi si partus instat.

478.

Utinam converterer in aquilam altivolantem,
ut volarem super immensum mare cæruleum
ad undas lacus.

799, Orest. 979—1001, Electr. 723—749.

Ex fragmentis pauca de compositione tragœdiæ conjectura colligi possunt. Attribuerim initio dramatis, ubi Atreus injurias suas a fratre acceptas conquerebatur, versus Attii:

En impero Argis; sceptra mihi liquit Pelops,
qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari
urgetur Isthmus.

Memorabat inter hæc, quomodo Pelops in possessionem regni pervenisset:

Simul et Pisæa præmia erepta arrepta a socru possedit suo.

Exponit, quomodo in regnum venerit:

Addo huc, quod mihi portento cœlestum pater
prodigium misit, regni stabilimen mei,
agnum inter pecudes aurea clarum coma,
quem clam Thyestem clepere esse ausum e regia,
qua in re adjutricem conjugem cepit sibi.

Schol. Euripidis Hippol. 309: Σοφοκλῆς Μυκηναίοις·

[480] Μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν ἡ βόσκεται,
θῆλυς μὲν αὐτὸς, ἄρσενας δ' ἐχθροὺς ἔχων.

Conqueritur de impudentia Thyestis, qui redierit:

Ecquis hoc animadvertit? vincite.

Et:

Iterum Thyestes Atreum attractum advenit,
iterum jam aggreditur me et quietum suscitat.
Major mihi moles, majus miscendum malum,
qui illius acerbum cor contundam et conteram.

Cf. Cic. De orat. III, 58, ubi plura sunt. Deinde Cic. De nat. deor. III, 27:

Qui non sat habuit conjugem illexe in stuprum.

Tum:

Ego incipio, conata exsequar.

Neque illum timet etiamsi offenderit:

Oderint dum metuant.

Et:

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni.

At eveniunt, dum Thyestes epulatur, inaudita miracula. Sol cursum avertit; homines religione impleti solem adorant. Achilles Tat. Isag. in Arati Phæn. I, 8: Σοφοκλῆς δὲ εἰς Ἀτρέα τὴν εὕρεσιν (astronomiæ) ἀναφέρει λέγων,

[481] Πᾶς προσκυνεῖ [δὲ τὸν] στρέφοντα κύκλον ἡλίου.

Tonitrua audiuntur apud Attium:

Sed quid tonitru turbida torvo
concussa repente æquora cœli
sensimu' sonere?

Atreus re confecta prodit lætus, quod sui sibi conatus feliciter processerint. Schol. Eurip. Med. v. 33: Ἀτιμάσας ἔχει Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε. καὶ Σοφοκλῆς·

[482] Παῖδας γὰρ οὓς ἔφυσ' ἀναλώσας ἔχει.

Attius:

Gnatis sepulcrum ipse est parens.

Tum Thyestes postremo pæne non dubitans, quidnam factum esset, quæsivit num Atreus sibi liberos vescendos apposuerit. Cui Atreus:

Nunquam istam imminuam curam infligendo tibi.

Deinde describitur, quomodo cocti sint:

Concoquit partem vapor
flammæ, lacertæ stridunt verubus in foco.

Thyestes postea conqueritur fidem sibi datam a fratre violatam esse:

Fregistin' fidem?

Cui Atreus:

Neque dederam neque do infideli cuiquam;

additque quod passus sit jure illi factum:

Quod in re summa summum arbitror
periclum, matres coinquinari regias,
contaminari stirpem, admisceri genus.

Tum lamentatur Thyestes, quid fratri sibi fecerit:

Impius hortatur me frater, ut meos mâlis miseros mandarem natis.

Irridentis Atrei verba recitat:

Ne cum tyranno quisquam epulandi gratia
adcumbat mensam aut eandem vescatur dapem.

Patriam iterum relicturus est:

Egone Argivum imperium attingam aut Pelopia digner domo?
Cui me ostendam? quod templum adeam? quem ore funesto alloquar?

Abiens de fratre:

Proin ita parent se in vita, ut vinci nesciant.

480.

Per illius ignaviam, qua fruitur,
muliebris ipse, at viriles hostes habens.

481.

Unusquisque adorat vertentem orbem solis.

482

Pueros enim, quos genuit, epulatus est

Reliqua fragmenta sunt incerta omnia, neque quisquam facile divinaverit, quid sit illud apud Hesychium, [483] « ἐπισπάσει, » ἐπιτεύξεται. Σοφοκλῆς Ἀτρεῖ ἢ Μυκήναις [Μυκηναίαις Br.], ἐπὶ τῶν τοῖς λίνοις λαμβανόντων.

THYESTES SICYONIUS.

De Thyeste Hyginus Fab. 88: « Thyestes scelere nefario cognito profugit ad regem Thesprotum. — Inde Sicyonem pervenit, ubi erat Pelopia filia Thyestis deposita. Ibi casu nocte quum Minervæ sacrificaret, intervenit; qui timens ne sacra contaminaret, in luco delituit. Pelopia autem quum choreas ducit, lapsa vestem ex cruore pecudis inquinavit. Quæ dum ad flumen exit sanguinem abluere, tunicam maculatam deponit, capite obducto Thyestes e luco prosilivit. At ea compressione gladium de vagina ei extraxit Pelopia et rediens in templum sub acropodio Minervæ abscondit. Postero die rogat regem Thyestes, ut se in patriam Lydiam remitteret. Interim sterilitas Mycenis frugum ac penuria oritur ob Atrei scelus. Ibi responsum est, ut Thyestem in regnum reduceret. Qui quum ad Thesprotum regem isset, æstimans Thyestem ibi morari, Pelopiam aspexit et rogat Thesprotum ut sibi Pelopiam in conjugium daret, quod putaret eam Thesproti esse filiam. Thesprotus, ne qua suspicio esset, dat ei Pelopiam, quæ jam conceptum ex patre Thyeste habebat Ægisthum. Quæ quum ad Atreum venisset, parit Ægisthum, quem exposuit. At pastores capræ supposuerunt, quem Atreus jussit perquiri et pro suo educari. Interim Atreus mittit Agamemnonem et Menelaum filios ad quærendum Thyestem, qui Delphos petierunt sciscitatum. Casu Thyestes eo venerat ad sortes tollendas de ultione fratris. Comprehensus ab eis ad Atreum perducitur, quem Atreus in custodiam conjici jussit Ægisthumque vocat æstimans suum filium esse et mittit eum ad Thyestem interficiendum. Thyestes quum vidisset Ægisthum et gladium, quem Ægisthus gerebat, cognovisset, quem in compressione perdiderat, interrogat Ægisthum, unde illum haberet. Ille respondit matrem sibi Pelopiam dedisse, quam jubet accersi. Cui respondit se in compressione nocturna nescio cui eduxisse et ex ea compressione Ægisthum concepisse. Tunc Pelopia gladium arripuit simulans se agnoscere et in pectus sibi detrusit. Quem Ægisthus e pectore matris cruentum tenens ad Atreum attulit. Ille æstimans Thyestem interfectum lætabatur quem Ægisthus in litore sacrificantem occidit et cum patre Thyeste in regnum avitum redit. » Schol. Stat. Theb. IV, 407: « Hoc motus dolore Thyestes quum consulta de oraculis posceret, responsum est, per eum illi certam posse venire vindictam, qui ex ipso et Pelopia filia sua natus fuisset. Unde illico filiæ amplexum invasit, ex qua natus est puer, quem illa in silvas propter conscientiam abjecit. » Dio Chrysost. p. 349: Καὶ κατεκόπη μὲν τὰ Θυέστου, τῇ Πελοπίᾳ δὲ ὁ πατὴρ ἐμίχθη καὶ τὸν Αἴγισθον ἔσπειρεν· οὗτος δὲ ἀπέκτεινε μὲν μετὰ τῆς Κλυταιμνήστρας τὸν Ἀγαμέμνονα τὸν ποιμένα τῶν Ἀχαιῶν.

Hygini verbis Lessingius, Brunckius, alii duarum tragœdiarum fragmenta contineri arbitrabantur, neque dubitandum est quin tota narratio ex duabus partibus male consarcinata esse videatur. Itaque quum Thyestes Sicyonius vel ἐν Σικυῶνι citetur, pro certo habuerunt alium quoque Thyestem fuisse, qui si non inscriptus fuerit Mycenæus, tamen ita a poeta fuerit compositus, ut quæ Mycenis gesta essent, contineret. Qua de re Welckerus valde se dubitare ait. Vocem enim Σικυώνιος addi potuisse censet, quia etiam Ἀτρεὺς ἐν Μυκήναις ex Thyeste Sicyonio vocari potuerit, ut alia tragœdia ex Tereo, id quod etiam a grammaticis factum sit. Negat autem quæ sint in Thyeste Sicyonio exposita, Sicyone agi, quia quæ gesta Sicyone narrentur, tragica gravitate destituta sint. Omnia igitur Mycenis acta ratus nullum alteri Thyesti argumentum relinqui ait, ideoque credibile videri Θυέστην δεύτερον secundam esse recensionem tragœdiæ. Ceterum oraculum maxime memorabile esse censet, quia necessitas ultionis cum sacerdotali oraculorum potentia conjungatur, qua in re tanquam fundamento jus Græcorum nitatur. Filiis Thyestis interfectis potius videri ait, ut filia ex patre ultorem pariat, quam ut subdolus occisor pœnam cognati sanguinis profusi divinamve vindictam effugiat. Reliqua an minus recte disputaverit, dubitandum est. Nam etiamsi una tragœdia tantummodo fuerit eaque bis edita, tamen quod additur Σικυώνιος vel ἐν Σικυῶνι, adeo memorabile est, ut alius locus quam Sicyon cogitari non possit. Sane memorabile est, quod Ἀτρεῖ ἢ (f. ἐν) Μυκήναις citatur apud Hesychium. Quod si antiquum est recteque citatum, commode fieri non potuit, nisi etiam alibi memorabilia Atrei facta exstarent. Quocirca credibile videtur in altera tragœdia Thyeste Sicyonio introductum esse, in altera ab Ægistho interfectum. Thyestes igitur Sicyonem venisse videtur, ut a rege in Lydiam patriam reduceretur evitaretque piaculum, quod oraculo portenderetur.

At eodem tempore Atreus quoque eo venit, qui sterilitatis causa oraculum consultum Mycenis profectus responsum acceperat, ut fratrem in regnum reduceret. Itaque satis magna causa fuit, cur Thyestem adiret. Cui quum fortasse persuasisset, ut rediret, ipse Pelopiam in matrimonium accepit atque ita ipse sibi perniciem in patriam adduxit.

Quomodo poeta tragœdiam composuerit, quem chorum, quas personas introduxerit, ex fragmentis nullo modo elici potest. Videntur tamen initio quidam introducti esse, qui Thyesti, ut fratris precibus obtemperaret, persuaderent. Huc referam quod est Orion. Anthol. V, 10, p. 47, ἐκ τοῦ Θυέστου α΄·

[484] Σοφὸς γὰρ οὐδεὶς πλὴν ὃν ἂν τιμᾷ θεός·
ἀλλ' εἰς θεοὺς ὁρῶντα, κἂν ἔξω δίκης
χωρεῖν κελεύῃ, κεῖσ' ὁδοιπορεῖν χρεών·
αἰσχρὸν γὰρ οὐδὲν ὧν ὑφηγοῦνται θεοί.

Thyestes perspicue his versibus admonetur, ut oraculo, quod Atreus acceperit, obtemperet. Non alienum est apud Stobæum Ecl. phys. I, 5, p. 156:

[485] Πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται.

Huc etiam referas apud Stob. CVIII, 21:

[486] Ἔχει μὲν ἀλγεῖν', οἶδα, πειρᾶσθαι δὲ χρὴ
ὡς ῥᾷστα τἀναγκαῖα τοῦ βίου φέρειν·
ἐκ τῶν τοιούτων χρή τιν' ἴασιν λαβεῖν.

Et quod est apud Brunckium ex Stob. CVIII, 23 (sine nomine poetæ) citatum:

[487] Πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς,
στέργειν δὲ μοῖραν· τῶν ἀμηχάνων δ' ἔρως
πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν.

Senem fuisse qui Thyesti hæc suaserit, alio loco apud Stobæum CXV, 16, indicatur:

[488] Καίπερ γέρων ὢν ἀλλὰ τῷ γήρᾳ φιλεῖ
χὠ νοῦς ὁμαρτεῖν καὶ τὸ βουλεύειν ἃ δεῖ.

Thyestes fortasse respondit errores sibi potiores esse vel iter in Lydiam quam reditum Argos. Ita rogatur ut exponat quas terras adierit. Stob. CXIII, 12.

[489] Ἔνεστι γάρ τις καὶ λόγοισιν ἡδονὴ,
λήθην ὅταν ποιῶσι τῶν ὄντων κακῶν.

Sequitur narratio, cujus partem scholiasta Euripidis ad Phœn. 227 servavit: Σοφοκλῆς δὲ ἐν Θυέστῃ ἱστορεῖ καὶ παρ' Εὐβοεῦσιν ὁμοίαν ἄμπελον εἶναι τῇ ἐν Παρνασσῷ, λέγων οὕτως·

[490] Ἔστι γάρ τις ἐναλία
γῆς Εὐβοείας· τῇδε Βάκχειος βότρυς
ἐπ' ἦμαρ ἕρπει· πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω
κεκλημάτωται χῶρος εὐανθὲς δέμας·
εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ὄμφακος τύπον
καὶ κλίνεταί γε καποπερκοῦται βότρυς·
δείλῃ δὲ πᾶσα τέμνεται βλαστουμένη
καλῶς ὀπώρα κἀνακίρναται ποτόν.

« V. 4 corrigo, partim post Barnesium: λαμπρᾶς ἕω κεκλημάτωται χλωρὸν οἰνάνθης δέμας. Emendationem confirmare videtur ipse Sophocles, Antig. 1131, ubi ad verba χλωράτ' ἀκτά scholiastes: Ἢ τὸ ἐν Εὐβοίᾳ φησὶν ἄλσος ἢ τὸ ἐν Παρνασσῷ· ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τόποις ἡ ἄμπελος, ἣ καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν. » *Bergk.* Deinde ad impia fratris facinora pertinent fragmenta apud Hesychium:

484.
Sapiens enim nemo est nisi cui deus honorem tribuit.
At deos reverentem, etiam si quis præter jus
ire jubeat, eo ire oportet.
Turpe enim nihil est, quo dii ducant.

485.
Necessitati ne Mars quidem resistit.

486.
Est quidem grave, scio, sed tentandum est,
ut quam facillime vitæ ærumnas feramus;
ex iis enim medelam capere debemus.

487.
In cœlites vim non parare est optimum,
sed contentum sorte sua esse; qui quæ fieri nequeant amat,
sæpe etiam paratis rebus excidit.

488.
Quamquam ætate provectus sum, tamen senectutem solet
recta mens sequi et ea consilia, quibus opus est.

489.
Inest enim aliqua voluptas vel in sermonibus,
quando oblivionem præsentium malorum afferunt.

490.
Est enim maritima
terræ Euboicæ; ibi uva Bacchica
quotidie accrescit; primum splendido mane
racemis obtegitur locus florido pampino;
tum dies auget mediam grossi curvaturam
et inclinatur uva planeque nigrescit;
vespere vero tota desecatur bene adulta
messis potusque permiscetur.

[491] « ἀπόθεα, » ἄθεα, ἐκτὸς θεῶν. Σ. Θ., et [492] « ἄλογα, » ἄρρητα. Σ. Θ., et [493] « ἀλωπός, » ἀλωπεκώδης, πανοῦργος. Σ. Θ. καὶ Ἰνάχῳ. Οἱ δὲ ἀφανὴς κατὰ τὴν πρόσῳψιν, et [494] « ἀνταίρουσιν, » ἀντιλέγουσιν. Σ. Θ. Reliqua prorsus incerta sunt : Hesych., [495] « ἀμόρφωτον, » ἀδιατύπωτον. Σ. Θυέστῃ τῷ ἐν Σικυῶνι, et idem, [496] « ἀπείρονας, » ἀπειράτους. Σ. Θ., et [497] « ἀποπλήκτῳ ποδί, » μανιώδει. Σ. Θ. Σικυωνίῳ, et [498] « αὐτόμοιρος, » μονόμοιρος. Σ. Θ. Σικυωνίῳ· et [499] « αὐτόφορτοι, » αὐτοδιάκονοι· κυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σ. Θ. Σικυωνίῳ. Antiattic. p. 94, 8 : [500] « ἐντέλλω » ἀντὶ τοῦ ἐντέλλομαι. Σοφ. Θ. Hesych., [501] « ἐπαίνους, » τὰς κρίσεις καὶ τὰς συμβουλίας, καὶ τὰς ἀρχαιρεσίας. Σ. Θ. Σικυωνίῳ. Quibus in codice hæc adduntur : καὶ ἀλκέοι ταῖς ἐπαινήταισιν (inter lin. ε super alt. αι). Idem, [502], « ἀκήρυκτον », ἄγνωστον· ἀφανὲς δὲ Σοφ. Θ.

THYESTES ALTER.

Alter Thyestes tantummodo bis citatur ab Hesychio, qui tamen nihil affert quo tragœdiæ argumentum intelligi possit. Welckerus Attii Pelopidas ab hoc Thyeste diversos non fuisse olim putavit, quod confirmetur fabula Hygini 86. Quem si sequimur, interitum Atrei argumentum tragœdiæ fuisse credibile est. Ægisthus adultus est et a patre agnoscitur, id quod apparet his versibus:

Nam me ut credam ex tuo conceptum satu
sat argumenta redigunt animum et commovent.

Alterum fragmentum Attii facilius cum altera tragœdia conciliatur. Welckerus absenti Thesproto dictum putat :

Thesprote, si quis sanguine exortam tuo
prolem inter aras sacram sacras immolet,
quid meritus hic sit dubium an id cuiquam fuat?

Inter fragmenta Sophoclis fortasse custodia intelligitur apud Hesychium, [503] « ἀτελῆ, » ἀδάπανα, οὐκ ἔχοντα τελέσματα. Σ. Θ., et [504] « ἡγόμην, » διῆγον. Σ. Θ. δευτέρῳ. Incertum est Hesych. [505] « ἀφωσιωμέναι, » ἀνόσιαι, ἄπωθεν τοῦ ὁσίου γεγενημέναι. Σ. Θ. δευτέρῳ.

Aristoteles Thyestem inter ea argumenta retulit, quæ tragœdiæ quam maxime conveniant.

HISTORIA HERCULIS.

AMPHITRYO.

Viri docti de Amphitryone tragœdia varie judicarunt, præsertim quum sit argumentum ejusmodi, ut et ad delectationem facetiasque referri possit et ad tragicam dignitatem accedat. Itaque fuerunt qui Jovis et Alcmenæ commercium amoris expositum rati fabulam satyricam fuisse crederent. Alii a scholiasta Apollonii I, 747, argumentum servatum putarunt. « In promptu est, ait Welckerus, tragœdiam ex illa fabula esse repetitam, qua Alcmena se ipsam exponit præmium illi, qui ob fratrum cædem de Pterelai filiis, aut Taphiis, vel, ut a poetis dicuntur, Telebois, qui Electryoni, Persei filio, Mycenarum regi ademerunt, vindictam sumserit. Amphitryo, Alcæi filius, ultione perpetrata Alcmenam accipit. » Res ut gestæ sint scholiasta ab Hesiodo referri ait. At apud hunc non eadem leguntur. Hesiodus enim narrat Electryonem Alcmenæ patrem ab Amphitryone interfectum certamine de armentis orto, deinde fugisse Amphitryonem cum Alcmena Thebas, ut a Creonte, rege Thebarum, expiaretur. A quibus nonnihil illa differunt, quæ ab Apollodoro referuntur II, 4, 6.

Quæ exposui, sunt illa certe ejusmodi, ut a tragœdia non abhorreant, præsertim si a nuptiis Alcmenæ Herculis ortus non disjungatur. Itaque non est necesse illorum sequi sententiam, qui facetias et ludicra in fabula a poeta exposita esse conjecerunt. Quæ magis elevari videtur sententia imitatione Attii, quem credibile est nullum alium nisi Sophoclem ante oculos habuisse.

Inter fragmenta illud eminet, quod est apud schol. Soph. ad OEd. Col. 390 : Εὔσοιάν φασι τὴν εὐθένειαν καθάπερ καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι,

[506] Ἐπεὶ δὲ βλάστοι, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν
εὔσοιαν ἀρκεῖ.

Quid versus significent, non constat. Welckerus ea de Hercule orituro modo divinatorio dicta esse censet fortasse a Tiresia. Non prorsus recte, ut videtur. Haud excludam oraculum Tiresiæ; at verba ipsa Alcmenæ potius vindicarim, quæ nihil amplius optat filio, quem sit paritura, quam ut illi ex tribus una salus contingat.

Duo alia fragmenta prorsus incerta sunt. Hesych. : [507] « ἄτμητον, » ἀμέριστον, ἀτραυμάτιστον. Σοφ. Ἀμφιτρύωνι, fortasse referendum ad expeditionem, ex qua Amphitryon salvus nullis vulneribus acceptis redierit. Idem Hesych. : [508] « ἀμφιτέρμως, » ἀποτετερματισμένως. Σοφ. Ἀμφ.

506
Si vero accreverit, ex tribus unam accipere
salutem sufficit.

IOLAUS.

Semel tantummodo citatur tragœdia Iolaus, idque loco qui varie corruptus legitur in codicibus, schol. Aristoph. Equit. 496, ideoque Ἰοβάτης correctum est. Recte autem hodie Οἰχλίους scribitur.

TEREUS.

Satis notum est argumentum tragœdiæ a multisque tractatum poetis, quorum nemo notior est quam Ovidius, qui totam fabulam egregiis versibus in Metam. VI exposuit.

Tereus, quem regem Thraciæ faciunt, Pandionem quum adversus Thebanos adjuvisset, re prospere gesta loco mercedis Procnen Pandionis filiam in matrimonium accepit. Cui quum in Thraciam reverso Procne Ityn peperisset, quinquennio elapso cupida Philomelæ sororis revisendæ a barbaro petiit, ut aut a patre sororem arcesseret aut in patriam se dimitteret. Tereus precibus uxoris permotus Athenasque profectus quum Philomelam vidisset, amore exardescens abductam a patre in itinere stupravit, custodia inclusit, linguamque exsecuit, ne vim sibi illatam sorori proderet. At illa post longum tempus finita tela omnia ut gesta erant acu pinxit vestemque sorori perferendam curavit. Qua cognita Procne gravissimo dolore correpta non solum ultionem sumendam de marito barbaro constituit, sed etiam sororem liberare voluit. Ad utrumque consilium exsequendum orgiis Bacchi usa carcerem aperuit communicatoque consilio cum sorore Ityn interfecerunt patrique epulandum apposuerunt. Qui quum sæpius quæsivisset Ityn, tandem interemti caput sanguinolentum allatum est. Quo conspecto Tereus stupens stricto gladio sorores fugientes persecutus est, donec dei commiserati illarum fortunam Procnen in lusciniam, Philomelam in hirundinem, Tereum in upupam lusciniam et hirundinem etiam nunc persequentem converterunt. Hirundo vocem desectæ aut scissæ linguæ refert, dum lusciniæ cantus plenus est et sonorus. Quocirca seriores scriptores non recte Philomelam lusciniam, Procnen hirundinem fecerunt.

Quæ quamquam ita, ut dixi, plerumque narrantur, sunt tamen in quibus scriptores differant. Apud Homerum luscinia Pandarei filia est, quæ suum ex Zetho filium per imprudentiam aut, ut ait Pausanias (IX, 5, 5), per delictum occidit. Id autem alienum fuit a mythis Atticis, ut idem Pausanias docet, qui eandem fabulam I, 5 et X, 4, 6 aliter narrat. At Hesiodus (Op. 570) Pandionis filiam memorat, quæ acuta et sonora voce fuerit prædita. Varia etiam de Tereo narrantur, quem alii Thracem, alii Odrysam faciunt, alii Daulide habitasse aiunt, unde aves Daulidenses dictæ sunt, ideoque in upupam filium quærentem conversum volunt, quia hæc avis sonum edat voci ποῦ ποῦ similem. Thuc. II, 29; Catull. LXV, 13 et 14; auct. Cons. ad Liv. 106.

Fragmenta tragœdiæ non ita pauca servata sunt, sed sunt ejusmodi, ut non appareat, quomodo composita fuerit. Aristoteles (Poetic. XVI) agnitionem in Tereo factam διὰ κερκῖδος φωνὴν memorat. Si sonum radii intellexit (locus enim obscurus est), Sophocles vulgarem antiquitatis memoriam secutus esse non videtur, sed aliud quid commentus, quo Philomela a Procna nosceretur, i. e. voce radii. Neque enim texturam ipsam intellexerim, quæ Philomelam prodiderit, id quod nonnulli interpretes opinati sunt, quia Aristoteles alio modo id expresserit. Idque eo magis credibile est, quoniam melius in scena ipsa repræsentabatur agnitio, neque vestis texta Tereo prohibente ad Procnen facile mitti potuit. Sono radii, quem forte audiit Procne, recordatio patriæ excitatur et quum inquirat diligentius, Philomela custodia inclusa detegitur. Simplicior est hæc ratio, quam ut literæ vesti intextæ intelligantur. Putant in ipsa scena sorores et Tereum in aves abiisse, id quod colligunt ex Aristoph. Avib. 100:

> Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
> ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

ad quæ scholiasta: [509] Ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπωρνιθωμένον καὶ τὴν Πρόκνην· ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα. Locus aut mancus est aut imperite a scholiasta explicatus; at ex eo colligi non potest in ipsa scena Procnen et Tereum in aves esse conversos. Præterea quod ait Horatius (A. P. 187): « Ne coram populo in avem Procne vertatur, » satis docet illud non esse adscribendum Sophocli quod Horatius fieri posse negat in tragœdia: qui non tam simpliciter id reprehendisset, si exstare exemplum Sophoclis scivisset.

Chorum tragœdiæ Welckerus ex Thracibus, qui Daulide habitarint, compositum fuisse putat. Procul dubio multa agebantur in tragœdia quæ celanda erant Tereum, ut facile quis Procnæ comites magis convenisse choro existimet; at fragmenta sunt ejusmodi ut ea mulieribus

tribuere verear et nomen tragœdiæ Welckeri sententiam magis comprobat.

Auctores sunt qui Philomelam a sorore in ipsis nocturnis Bacchi orgiis repertam liberatamque referant. Credibile est igitur Sophoclem esse eandem memoriam secutum, neque tamen Procnam ipsam inter Bacchas fuisse crediderim. Fragmenta enim id non attestantur. At si noctu Philomela a sorore reperiebatur, egregium poetæ commentum dixerim, quia hac ratione miseriæ Philomelæ nocturno labore se consolantis Procnen et facilius excitare et gravius commovere debuerunt. Initio tragœdiæ adscribendum est fragmentum, quo Procne sortem suam miseratur. Stob. LXVIII, 19:

[510] Νῦν δ' οὐδέν εἰμι χωρὶς, ἀλλὰ πολλάκις
ἔξλεψα ταύτῃ τὴν γυναικείαν φύσιν,
ὡς οὐδέν ἐσμεν· αἱ νέαι μὲν ἐν πατρὸς
ἥδιστον, οἶμαι, ζῶμεν ἀνθρώπων βίον·
τερπνῶς γὰρ ἀεὶ πάντας ἀνοία τρέφει·
ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολώμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο,
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
αἱ δ' εἰς ἀήθη δώματ', αἱ δ' ἐπίρροθα.
Καὶ ταῦτ', ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία,
χρεὼν ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν.

(Versu 6 ἔμφρονες Dobræus. Legebatur εὔφρονες.)

Ita Procne queritur desiderio sororis quam diu exspectaverat, ut Tereus eam adduceret. Atque illam etiam alloquitur tanquam præsentem. Stob. XXXIX, 12:

[511] Πολλὰ σὲ ζηλῶ βίου,
μάλιστα δ' εἰ γῆς μὴ πεπείρασαι ξένης.

Procnam serva consolatur. Stob. CVIII, 58:

[512] Ἀλγεινὰ, Πρόκνη, δῆλον· ἀλλ' ὅμως χρεὼν
τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν.

Quibus curis quum excitaretur, audit sonum radii. Penetrat in locum, unde sonus provenit reperitque Philomelam quæ ibi asservabatur (Herodian. Περὶ μονήρους λέξ. p. 36, 23: Φάρος κατὰ συστολὴν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τηρεῖ):

[513] Σπεύδουσαν αὐτὴν, ἐν δὲ ποικίλῳ φάρει...

Quæ quum servæ fortasse nutrici narret, hæc suadet ut ad comperienda omnia quæ soror explicare non possit, regis ministros corrumpat. Stob. X, 25:

[514] Φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.

Ita servus arcessitur idem, quem omnia scire suspicabantur. Quem, quum inventum esset quod Procne cupiebat, omnia edicere jubet. Stob. XIII, 5:

[515] Θάρσει· λέγων τἀληθὲς οὐ σφαλεῖ ποτε.

Non alienus versus est apud Joann. Dam. in Gaisf. App. ad Stob. IV, p. 76: Σοφοκλέους·

[516] Τἀληθὲς ἀεὶ πλεῖστον ἰσχύει λόγου.

Qui quum omnia indicasset quæ sciret, Terei potentiam quoque extulisse laudibus videtur. Tum Procne respondet (Stob. CV, 21, Cic. Ad Att. IV, 8, schol. Hom. Iliad. Θ, 5)

[517] Μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἰδῇς.

Recedit deinde Procne, ut ultionem suam præparet. In scena ipsa coram choro id fieri non potuit, quia si Thraces erant, regi magis favebant quam Procnæ. Quæ quum abiisset, Tereus provenisse videtur, cui tribuerim quæ sunt apud Schol. Homer. Iliad. O, 705: Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τετάρτῳ Ἀττικῶν ὀνομάτων οὕτως

510.
Nunc vero nihil sum deserta, at sæpe
huc mulierum conditionem recidere vidi, [domo
quam nihil simus: quæ ætatis primordio in patris
suavissimam, opinor, omnium vitam aginus;
suaviter enim omnes inscitia nutrit. [pervenimus,
Quando vero scientiores ad maturiorem ætatem
foras protrudimur et divendimur
procul a diis patriis et parentibus,
aliæ viris exteris, aliæ barbaris,
aliæ in domos ignotas, aliæ reprehendendas.
Et hæc, postquam una nox nos junxit,
omnia laudanda sunt et bene se habere putanda.

511.
Beatam vitam tuam prædico,
maxime vero si terram peregrinam non experta es.

512.
Hæc dura, Procne, fateor; attamen necesse est,
mortales quum simus, deorum decreta placide ferre.

513.
Studiose laborantem ipsam, in variegata vero veste...

514.
Pecuniæ cupida omnis est barbara natio.

515.
Bene spera; vera si dixeris, non unquam falleris.

516.
Verum semper plurimum valet in oratione.

517.
Nondum laudibus eum valde efferas priusquam
mortuum videris.

ἔρη· φιλίππος μὲν τῆς μέσης ὀασυνομένης τὸ προστηγορικόν· οὕτως γὰρ καὶ ἐν Τηρεῖ Σοφοκλέους ἀναγινώσκομεν·

[518] Ἥλιε φιλίπποις Θρηξὶ πρέσβιστον σέλας.

Ultionem deinde transactam nuncius retulit, ut est apud Stobæum XX, 32 :

[519] Ἄνους ἐκεῖνος, αἱ δ' ἀνούστεραι ἔτι
ἐκεῖνον ἠμύναντο . . . καρτερόν.
Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν
μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον,
ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

(In cod. Paris. primis versibus duobus nihil nisi Σοφ. adscriptum.) Carmina chori omnia easdem res continent plenaque sunt curarum, quæ homines persequantur. Fuerant qui ex initio tragœdiæ sumta indicarunt. Id vero minus est probabile, quia si omnia inter festa Bacchi celebrabantur, a nulla alia re nisi a Baccho chori carmina incipere potuerunt. Insigne fragmentum est apud Stobæum LXXXVI, 12 :

[520] Ἓν φῦλον ἀνθρώπων μί' ἔδειξε πατρὸς
καὶ ματρὸς ἡμᾶς
ἀμέρα τοὺς πάντας· οὐδεὶς ἔζοχος ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου.
Βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας, τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν,
τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔσχεν ἀνάγκας.

(V. 1 edebatur ἐν φύλῳ. Correxit Bergkius.) Neque multum discrepat apud eundem Stobæum XCVIII, 45 :

[521] Τὰν γὰρ ἀνθρώπου ζόαν
ποικιλομήτιδες ἄται
πημάτων, πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.

(V. 1 γὰρ posuit Bergkius. Edebatur δ'.) Proxime ad hæc accedit fragmentum apud Plut. Mor. p. 21, B :

[522] Ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
τίς χάρις, εἰ κακόβουλος
φροντὶς ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

Quæ ex stropha vel antistropha petita sunt superioris carminis. V. 3 epitritum restituit Bergkius transposito ἐκτρέφει φροντίς. De chori carminibus in hac fabula ait schol. ad Æschyli Prometh. 128 : [523] Ἐχρῶντο δὲ καὶ τοῖς (versibus Anacreonteis) οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς θρηνητικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τηρεῖ. Fortasse ab exitu tragœdiæ repetiti sunt versus apud Stobæum XXII, 22 :

[524] Θνητὴν δὲ φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν,
τοῦτο κατειδότας, ὡς οὐκ ἔστιν
πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων
ταμίας ὅ τι χρὴ τετελέσθαι.

(Primum versum sic constituit Grotius. Vulgo θνητὰ φρονεῖν χρὴ θνητὴν φύσιν.) Incertum est quid significet apud Hesychium : [525] « αἴγλη, » χλίδων. Σοφοκλῆς Τηρεῖ.

Ceterum non negligendum est quod ait Welckerus : huic tragœdiæ vindicandum fragmentum quod Aristoteles Æschylo adscripserit. Vide fragm. Æschyli p. 257.

Poeta hac tragœdia ostendit quomodo libidine res secundæ everterentur. Tereus autem fuit persona primaria, cujus intemperantia domus regalis eversa est.

PROCRIS.

Perexigua fama est tragœdiæ quæ Procris inscripta erat. At peropportunum accidit, quod fabulam Ovidius in septimo libro Metamorphosium exposuit, quamquam non est dubitandum

518.
Sol, equestribus Thracibus maxime venerandus [splendor.

519.
Amens ille, amentiores vero etiam mulieres illum ultæ sunt... vehementer.
Quisquis enim in malis mortalium iratus gravius morbo medicamen adhibet,
medicus est non gnarus malorum sanandorum.

520.
Unum genus mortalium una ex patre et matre nos omnes dies ostendit; nemo alius alio præstantior est.
Alios sors sævæ fortunæ tractat, alios nostrum alios servitutis jugum tenet. [beatitas,

521.
Vitam enim mortalis
versutæ malorum noxæ
omnibus horis per vices immutant.

522.
At multorum bonorum
quæ gratia, si mali consultrix,
cura beatas opes educat?

524.
Mortalem conditionem decet ad mortalia aspirare, quum hæc sciamus, non esse
præter Jovem ullum futuri
dispensatorem quidcunque instat moderantem.

quin multa de uo addiderit. Aliter alii. Hyginus Fab. 289 aliena admiscuit; alia sunt Poet. Astron. II, 35, Apollod. III, 15, 1, ap. Servium ad Æn. VI, 445. Melius schol. Odyss. Λ, 321 : Κέφαλος ὁ Δηιονέως γήμας Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἐν τῇ Θορικῷ κατῴκει. Θέλων δὲ τῆς γυναικὸς ἀποπειρᾶσθαι, ἔρχεται εἰς ἀποδημίαν ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ καταλιπὼν αὐτὴν ἔτι νύμφην οὖσαν. Ἔπειτα κατακοσμήσας καὶ ἀλλοειδῆ ἑαυτὸν ποιήσας ἔρχεται εἰς τὴν οἰκίαν ἔχων κόσμον, καὶ πείθει τὴν Πρόκριν δέξασθαι τοῦτο καὶ συμμιγῆναι αὐτῷ. Ἡ δὲ Πρόκρις ἐποφθαλμίσασα τῷ κόσμῳ καὶ τὸν Κέφαλον ὁρῶσα κάρτα καλὸν συγκοιμᾶται αὐτῷ. Ἐκφήνας δὲ ἑαυτὸν ὁ Κέφαλος αἰτιᾶται τὴν Πρόκριν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καταλλαγεὶς ἐξέρχεται ἐπὶ θήραν. Πυκνῶς δὲ αὐτοῦ τοῦτο ὁρῶντος, ὑπώπτευσεν ἡ Πρόκρις ὅτι μίσγεται γυναικί τινι ἑτέρᾳ. Προσκαλεσαμένη οὖν τὸν οἰκέτην ἔλεγεν εἰ σύνοιδεν. Ὁ δὲ θεράπων ἔφη τὸν Κέφαλον ἰδεῖν ἐπί τινος ὄρους κορυφὴν καὶ λέγειν συχνῶς, Ὦ Νεφέλη, παραγενοῦ, καὶ τοῦτο μόνον συνειδέναι. Ἡ δὲ Πρόκρις ἀκούσασα ἔρχεται εἰς ταύτην τὴν κορυφὴν καὶ κατακρύπτεται. Καὶ τὸ αὐτὸ λέγοντος αὐτοῦ πυθομένη προστρέχει πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ Κέφαλος ἰδὼν αὐτὴν, αἰφνιδίως ἔξω ἑαυτοῦ γίγνεται καὶ ὥσπερ εἶχε βάλλει τῷ μετὰ χεῖρα ἀκοντίῳ τὴν Πρόκριν καὶ κτείνει. Μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Ἐρεχθέα θάπτει πολυτελῶς αὐτήν. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ ἐν τῇ ἑβδόμῃ. Cf. Eustath. ad eundem locum, Pausan. I, 37, 4, schol. ad Eur. Or. 1681.

Non ita facile est quodnam argumentum tragœdiæ fuerit ex iis, quæ exscripsi, conjectura assequi. Tota res Thorici transacta videtur eo tempore, quo Cephalus ex peregrinatione octo annorum redierat. Welckerus narrationem de raptu Cephali per Auroram interpositam a poeta censet, quo res magis extollatur, comparatque Orithyiam a Borea raptam. At hæc sententia minus approbanda videtur, quia Sophocles et antiquissima et simplicissima quæque sequi solet. Itaque credibile est initio expositum esse, quomodo Cephalus in gratiam redierit cum uxore, deinde hæc zelotypia accensa quidnam faceret maritus quum venatum exisset, investigaturam se constituerit, deinde abierit, sed mortem sibi per hastam Cephali consciverit. Utrum Cephalus cum Erechtheo conjugem sepelierit, an piaculum timens statim in exilium abierit, ut ait Pausanias, dubitari potest. Illud prius tamen veri similius esse videtur.

Unum fragmentum servatum est a Polluce IX, 140 : Ἐπιτιμητής ... Σοφοκλῆς εἰπὼν ἐν τῇ Πρόκριδι [526] « Κολασταὶ κἀπιτιμηταὶ κακῶν. » Quid significent verba ista, obscurum est. Probabile tamen est Procridis ipsius ea esse, quæ zelotypia mota, postquam a servo indicia quædam perfidiæ se accepisse putavit, deos invocat ut maritum puniant. Interitus Procridis non dubitandum est quin a nuncio sit expositus. Chorus, ut videtur, ancillarum Procridis fuit.

CREUSA.

« Creusæ memorantur plurimæ, e quibus quamnam in hoc dramate exhibuerit Sophocles, e superstitibus reliquiis haud facile conjicere est. Probabile est argumentum ex Attica historia petitum fuisse, Creusamque intelligo Erechthei filiam Xutho nuptam, cujus in Euripidis Ione præcipuæ sunt partes. » *Brunck.* Quæ quum Brunckius recte vidisse videatur, non dubitandum est quin quæ ex Ione Sophoclis citentur, ad hanc tragœdiam referenda sint.

Credibile est Sophoclis tragœdiam in multis convenisse cum Euripidis dramate, quamquam non dubitare licet quin hïc, ut solet, multa innovarit. Ac nescio an coitus Xuthi cum puella Delphica Euripidi soli vindicandus sit, quia fraus illa est ejusmodi, ut a Sophocle abhorreat; deinde alio modo Ionem a Xutho agnitum esse censeo quam est apud Euripidem et postremo omnia indicata Xutho de ortu Ionis. Facile etiam quis inducatur ut Euripidem omnia, quæ de ortu Ionis memorat, commentum ex ipsius ingenio esse credat; at tanta fuit in his rebus vanitas Atheniensium, ut Sophocles etiam illa prætulisse videatur, quæ ad divinum Ionis ortum in fabulis narrata sunt. Ac sunt quædam inter fragmenta, quibus illa fiant probabiliora.

Res autem ita se habuit. Xuthus cum Creusa Delphos venit, ut deum de orbitate sua consulerent. Ibi reperiunt Ionem ministrantem Apollini in templo, qui quum ingenuus, non servus esse videretur, a Creusa agnoscitur. Hæc illum, ut Euripides narrat, de medio vult tollere; at priusquam consilium, quod conata est, exsequi potest, a deo aliquid interponitur, quo impeditur facinus. Deinde omnia exponuntur Xutho, qui reconciliatur uxori. Redeunt Athenas. Non dubium est quin multa sint valde obscura. Chorus ex mulieribus compositus fuisse videtur.

Inter fragmenta plura colloquio inter Xuthum et Ionem adscribenda sunt. Quod est apud Stobæum XCI, 28, Ionis est :

[527] Καὶ μή τι θαυμάσῃς με τοῦ κέρδους, ἄναξ,
ὡδ' ἀντέχεσθαι· καὶ γὰρ οἳ μακρὸν βίον
θνητῶν ἔχουσι, τοῦ γε κερδαίνειν ὅμως
ἀπρὶξ ἔχονται· κἄστι πρὸς τὰ χρήματα
θνητοῖσι τἄλλα δεύτερ'· εἰσὶ δ' οἵτινες
αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρ'· ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ
εἶναι πένης ὢν ἄνοσος, ἀλλ' ἀεὶ νοσεῖν.

Respondet Xuthus (Orion. Anthol. VII, 10, p. 51 ed. Schneid. Σοφοκλέους Ἴωνος):

[528] Πρὸς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ πάντα γενναίως φέρειν.

Deinde Ion (Stob. CIII, 15) priorem nonnihil immutans sententiam:

[529] Κάλλιστόν ἐστι τοὔνδικον πεφυκέναι,
λῷστον δὲ τὸ ζῆν ἄνοσον· ἥδιστον δ' ὅτῳ
πάρεστι λῆψις ὧν ἐρᾷ καθ' ἡμέραν.

Non alienum est, quod habet Stobæus illico post CIII, 10: Σοφοκλέους Ἴωνος·

[530] Ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον εὐδαίμονας ὄλβους.

Vox ὄλβους supervacanea et aliena a versu; at λέγω fortasse recte in exitu versus additur. Deinde Creusa Ionem recognovit anxietatemque animi exposuit choro, qui, postquam illa abiit, sibi nimia non placere ait. Stob. XXXVIII, 26:

[531] Οὔτε γὰρ γάμον, ὦ φίλαι,
οὔτ' ἂν ὄλβον ἔκμετρον
ἔνδον εὐξαίμαν ἔχειν·
φθονεραὶ γὰρ ὁδοί.

Fortasse etiam chorus Creusam ἰσοθάνατον dixit, ut est apud Pollucem VI, 174: Τὸ δὲ [532] « ἰσοθάνατον » Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Κρεούσῃ οὐ πάνυ ἀνεκτόν. Sed Xuthus, quid susceperit Creusa, suspicatus esse videtur, quo facile conatus interficiendi Ionis impeditur. Creusa autem reprehenditur, quod tale facinus susceperit. Stob. VII, 8:

[533] Ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται,
ὀρθὴ μὲν ἡ γλῶσσ' ἐστίν, ἀσφαλὴς δὲ νοῦς.

(V. 1 Elmsleius ad Medeam p. 146, τόλμης.) Melius omnia fieri potuisse. Stob. IV, 38:

[534] Ταῦτ' ἐστὶν ἄλγιστ', ἢν παρὸν θέσθαι καλῶς
αὐτός τις αὑτῷ τὴν βλάβην προσθῇ φέρων.

Quum Xuthus omnia sibi vult referri, Creusa animo quam maxime concitata ea profert, quæ sunt apud grammaticum Bekkeri p. 373, 5: Ἀκουστὰ ὡς ἐν τῇ Κρεούσῃ

[535] Ἄπελθ' ἄπελθε, παῖ, τάδ' οὐκ ἀκουστά σοι.

(Postrema vox de conjectura addita. Pergit grammaticus: καὶ Εὐριπίδης δὲ πολλάκις· ὁ μέντοι Σοφοκλῆς « ἀκούσιμα » φησί.) Quid sit fragmentum apud Hesychium, [536] « ἀνέκτημαι » ἀνείληφα. Σοφοκλῆς Κρεούσῃ, non constat.

Welckerus duo præterea incertæ tragœdiæ fragmenta ex hac tragœdia sumta esse suspicatur, quorum unum est apud schol. Hesiod. Theogon. 30: Καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον) Παρόσον ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. Σοφοκλῆς·

[537] Δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα.

Etym. M. p. 803, 3: Φυτάλμιος. Σοφοκλῆς·

[538] Προσῆλθε μητρὶ καὶ φυταλμίῳ πατρί.

527.
Et ne quid mireris me lucri cupidine, rex,
ita teneri; nam qui longam vitam
mortalium peregerunt, tamen lucro
mordicus tenentur, et sunt opibus
alia omnia hominibus secunda. Sunt vero qui
laudant virum valetudine non affecta; mihi vero nemo videtur
qui pauper sit sine morbo esse, sed semper ægrotare.

528.
Est viri boni omnia ingenue ferre.

529.
Pulcherrimum est justi esse tenacem virum,
optimum vero vivere sine morbo; suavissimum autem cui
licet capere quod desiderat quotidie.

530.
In Jovis hortis arare solum beatos divitias (censeo).

531.
Neque enim conjugium, amicæ,
neque divitias immodicas
domi habere optarem;
livore enim infestæ viæ sunt.

533.
Qui plenus animi fertur in periculum,
hujus lingua recte se habet, et firma mens est.

534.
Hæc sunt tristissima, si quum licuerit omnia recte componere,
ipse sibi quis detrimentum attulerit.

535.
Abi, abi, puer: hæc tibi audire non licet.

537.
Laurum quum ederis, dente morde os.

538.
Venit ad matrem et patrem qui genuit.

Versus si fuit tragœdiæ, Xuthum necesse est patrem Ionis cogitari, non Apollinem.

ÆGEUS.

Variæ sunt virorum doctorum sententiæ de hac tragœdia. Casaubonus et post eum Heynius argumentum fuisse putarunt Ægei adventum Trœzena ad Pittheum, ut hunc de oraculo, quod Delphis de liberis quærendis ei contigisset, consuleret; Pittheum deinde ad illum vino antea inebriatum Æthram filiam adduxisse, ex qua Theseum genuerit. Plut. Thes. 3; Apoll. III, 15, 6. Welckerus illud partem argumenti fuisse censet, argumentum autem ipsum ignorari ait. At non sunt adeo obscura fragmenta, ut non aliqua saltem inveniri possint, quæ tragœdiam illustrent. Inter ea unum est, quo Ægeus narrat, quo Pandion modo terram Atticam filiis diviserit. Inter hos Pallas præcipua laude distingui videtur, non qui præsens fuerit narranti, sed qui huic maximum metum facere potuerit. Apollodorus autem addit III, 15, 6: ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. Et paulo post: ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς εἰς Πυθίαν ἦλθε καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. Non igitur dubitandum est quin timor Ægei, ne regnum amitteret, pars tragœdiæ fuerit. At apud Plutarchum Vit. Thes. c. 13 hæc sunt: Οἱ δὲ Παλλαντίδαι πρότερον μὲν ἤλπιζον αὐτοὶ τὴν βασιλείαν καθέξειν, Αἰγέως ἀτέκνου τελευτήσαντος· ἐπεὶ δὲ Θησεὺς ἀπεδείχθη διάδοχος, χαλεπῶς φέροντες εἰ βασιλεύσει μὲν Αἰγεὺς θετὸς γενόμενος Πανδίονι καὶ μηδὲν Ἐρεχθείδαις προσήκων, βασιλεύσει δ' ὁ Θησεὺς πάλιν ἔπηλυς ὢν καὶ ξένος, εἰς πόλεμον καθίσταντο· καὶ διελόντες ἑαυτοὺς... ἐνήδρευον ὡς διχόθεν ἐπιθησόμενοι τοῖς ὑπεναντίοις· ἦν δὲ κῆρυξ μετ' αὐτῶν ἀνὴρ Ἀγνούσιος ὄνομα Λεώς· οὗτος ἐξήγγειλε τῷ Θησεῖ τὰ βεβουλευμένα τοῖς Παλλαντίδαις. Ὁ δὲ ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν τοῖς ἐνεδρεύουσι πάντας διέφθειρεν, οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πάλλαντος πυθόμενοι διεσπάρησαν. Quibus si addatur quod Ægeus Æthræ præcepisse narratur, ne cui ediceret cujus filius esset Theseus, argumentum tragœdiæ obscurum esse non potest. Atque est quoque fragmentum, quo Taurus, fluvius Trœzenius, memoratur; quo efficitur, ut Thesei persona a tragœdia excludi non possit; ac sunt præterea fragmenta, quæ perspicue ad Theseum pertinent. Itaque primariæ partes tragœdiæ tribuendæ sunt Ægeo et Theseo, in quo tamen incertum est, num Pallas vel Medea introducti sint. Cf. Plut. Vit. Thes. 12.

Argumentum igitur fortasse in hunc fere modum compositum fuit. Ægeus multis miseriis oppressus inter homines infestos sibi, Pallantidas, ipsiusque conjugem Medeam non certa possessione imperii sperat fore ut tandem adveniat filius, quem unum habuit, educatus apud sapientem Pittheum oraculoque destinatus, qui sibi auxilium adversus inimicos sit laturus. Quod Ægeus autem exspectabat, id Pallantidis minime gratum fuit, qui regni successionem sibi ereptum iri timebant, neque Medeæ placuit, quæ liberos quum esset Ægeo pollicita, postea nullos ei peperit. Interventu Neptuni accidit ut Theseus magnis periculis superatis eo ipso tempore veniret Athenas, quo Ægeus maxime insidiis erat circumdatus. Medea suspicatur qui sit dolumque adversus illum parat, Ægeoque studet persuadere, ut de medio tollat hospitem. Quum jam in eo esset ut Ægeus consilium exsequeretur, Theseus a patre gladio eburneo agnoscitur Medea fugit, Pallantidæ ipso Thesei adventu removentur, atque huic ipsi regnum confirmatur. Chorus sine dubio ex Atheniensibus compositus fuit.

Ægeus videtur ipse periculosam imperii sui conditionem exposuisse, ut est apud Strabonem IX, p. 392: Τὴν εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν ὑπὸ ἄλλων εἰρηκότων ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν. [539] Φησὶ δ' ὁ Αἰγεὺς ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀπελθεῖν εἰς ἀκτὰς τῆσδε γῆς πρεσβεῖα νείμας, τῷ δὲ Λύκῳ

τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων·
Νίσῳ δὲ τὴν ὄμαυλον ἐξαιρεῖ γθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς· τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
εἵληχε Πάλλας.

(V. 2 Dindorfius ὄμαυλον restituit ex libri Parisini scriptura ὄμαυδον.) Theseus deinde interveniens ab Ægeo interrogatur, quis sit. Quæ respondentur, non plane satisfaciunt Ægeo.

539.

Pater mihi præcepit ut in litora hujus terræ abirem, mihi summam imperii attribuens, Lyco vero
Oppositum hortum Eubœæ assignans,
Niso vero eligit terram porrectam
ad Scironis littus; quod autem hujus terræ meridiem spectat,
crudelis hic qui Gigantas educat
Pallas accepit.

Stephanus : χώρα... ἀπὸ τοῦ χώρα χωρίτης. Σοφοκλῆς Αἰγεῖ·

[540] Ἐκλύομεν· οὐκ ἔγωγε χωρίτην σ' ὁρῶ.

Edicit, unde venerit, Tauri mentionem faciens, ut est apud Athenæum III, p. 122, F : Τὸ δὲ [541] « Ταύρειον ὕδωρ » ὠνόμασε Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ (codices ἐν γαι) ἀπὸ τοῦ περὶ Τροιζῆνα ποταμοῦ Ταύρου, παρ' ᾧ καὶ κρήνη τις Ὑόεσσα καλεῖται. Narrat quid sibi iter facienti evenerit. Pollux X, 160 : Καὶ κέστρα δὲ σφύρας τινὸς εἶδος σιδηρᾶς, ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς·

[542] Κέστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
ἤλαυνε παίων.

Miratur Ægeus quomodo evaserit Theseus. Schol. Pind. Pyth. II, 62 : Πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν· κυρίως δὲ τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας· παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν... Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ·

[543] Πῶς δῆθ' ὁδουρὸν οἷος ἐξέβης λαθών;

Huic colloquio attribuendum est quod legitur in Prolegomenis ad Pindari Isthmia : Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα οἱ μὲν ἐπὶ Σίνιδι τῷ Προκρούστῃ διατεθεῖναί φασι τὸν Θησέα, ἀνελόντα αὐτὸν ὅτε περ καὶ τοὺς ἄλλους, ὥς φησι Σοφοκλῆς, λέγων περὶ αὐτοῦ·

[544] Ὃς παρακτίαν
στείχων ἀνημέρωσα κνωδάλων ὁδόν.

Fortasse alio fragmento adversarii devicti renovati conatus ad redintegrandum certamen indicantur. Schol. Hom. Odyss. H, 106 : Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ (codd. Ἀργεῖ)·

[545] Ὥσπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς,
κἂν ἄλλο μηδὲν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κινήσῃς αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν.

Postremus versus ita legendus est :

αὔραισι κινεῖ κἀνακουφίζει πτερόν.

Reliqua incerta sunt et obscura. Hesychius : θω

[546] « ἀρύθμων, ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς αἰγι. Musurus Αἰγίσθῳ. Alii aut Αἰγεῖ aut Αἰθιοψι scribendum judicarunt. Suid. et Photius p. 342, 11 : [547] « ὄμπνιον νέφος, » μέγα, πολὺ, ηὐξημένον Σ. Θησεῖ. Ap. Phot. legitur ὄπνιον, sed p. 335, 9 : Ὀμπνίου νέφους· μεγίστου.

PHÆDRA.

Satis comperta si haberemus, quæ ab antiquissimis scriptoribus sint de Phædræ amoribus memoriæ prodita, fortasse rectius de Sophoclis tragœdia, quæ Phædra inscripta est, judicare liceret. Quæ hodie enim feruntur, ea maximam partem ab Euripide profecta esse apparet, qui, ut auditorum animos teneret, multa ad sui temporis ingenium accommodasse, aliaque in novam formam immutasse videtur. Cui pleraque tribuenda sunt, quæ de Thesei exilio apud Pittheum Trœzene, de tabellis Phædræ, quibus privignum accusaverit, de nuptiis Hippolytæ referantur. Per incommodum postero tempore accidit ut omnes scriptores Euripidem secuti sint, et si apud Ovidium peculiaria quædam reperiuntur, hodie definiri non potest, utrum illa quæ nova sint ex antiqua memoria an suo ingenio sumserit. Itaque de antiqua fabulæ compositione prorsus nihil nobis notum esset præter ea, quæ strictim attingantur a poetis ante Euripidem, nisi Homeri scholiasta excerpta quædam ex Asclepiadis Tragodumenis servasset. Sunt ejus verba hæc (Od. Λ, 321) : Θησεὺς ὁ Αἰγέως ἔχων παῖδα Ἱππόλυτον ἐξ Ἀμαζόνος Ἀντιόπης, ἔγημε Φαίδραν τὴν Μίνωος τοῦ τῶν Κρητῶν βασιλέως· εὐλαβούμενος δὲ μητρυιᾶς ἐπιβουλὴν πέμπει ἐξ Ἀθηνῶν τὸν υἱὸν Ἱππόλυτον Τροιζηνίων ἄρχειν· ἦν γὰρ αὐτῷ ὑπὸ τὴν Πιτθέως Αἴθραν μητρώα τις ἀρχὴ δεῦρο. Φαίδρα δὲ ἐρωτικῶς διατεθεῖσα τοῦ Ἱππολύτου, σφοδρῶς ἐπ' αὐτῷ τηκομένη τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο τὸ νῦν Ἱππολύτειον καλούμενον· εἰς Τροιζῆνα δὲ ὕστερον παραγενομένη διενοεῖτο πείθειν τὸν νεανίσκον ὅπως αὐτῇ μιγείη· χαλεπῶς δ' ἐκείνου προσδεξαμένου τὸν λόγον λέγεται φοβηθεῖσαν αὐτὴν ἀντιστρέψαι τὴν αἰτίαν καὶ πρὸς Θησέα διαβάλλειν ὡς Ἱππολύτου πειρῶντος αὐτήν. Ὁ δὲ τριῶν, ὥς φασιν, αὐτῷ παρὰ τοῦ Ποσειδῶνος εὐχῶν εἶναι ὁμολογήσαντος (cod. ὡμολόγησεν) ὅ τι ἂν εὔξηται συντελέσειν, πιστεύσας τῇ Φαίδρᾳ μίαν τούτων ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ τὸν τοῦ παιδὸς ὄλεθρον. Ἐκεῖνον

---

540. [video.
Audiebamus; ego quidem popularem te esse non

542.
Malleo ferreo latera et terga
attrivit feriens.

543.
Quomodo igitur viæ insidiatorem solus effugisti?

544.
Qui maritimam
procedens liberavi belluis viam.

545.
Quemadmodum enim in foliis altæ populi,
etiamsi aliud nihil, tamen illius caput
movet flabris venti et levat alam.

μὲν οὖν ὁμολογοῦσι τὸ ἅρμα γυμνάζοντα παραφανέντος ἐξαίφνης ἀπὸ τῆς θαλάσσης ταύρου καὶ ταραχθέντων τῶν ἵππων ἑλκόμενον ἀποθανεῖν· τὴν δὲ Φαίδραν, φανερᾶς γενομένης τῆς διαβολῆς, ἀπάγξασθαι. Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ. Quæ quum in multis differant ab iis, quæ Euripides memoriæ prodidit, satis certo concludendum est, hanc ipsam esse fabulam quam Sophocles in tragœdia tractaverit.

Necessariæ igitur tragœdiæ personæ fuerunt Phædra, Theseus, Hippolytus, fortasse nutrix Phædræ, deinde chorus. Phædra autem procul dubio alia fuit apud Sophoclem quam apud Euripidem. Venit illa Trœzena apud Sophoclem eo consilio, ut amori satisfaceret, filia Pasiphaæ, quæ insolito amore cruciata fuisse fabulis perhibetur, exstructo Athenis templo Veneris, quod Hippolyteum vocatum est. Apud Euripidem Phædra Theseum in exilium secuta est Trœzena, antea non vidit Hippolytum, qui apud Pittheum educabatur; amore corripitur instinctu Veneris, quæ Hippolyto ob ejus frugalitatem irascitur, a nutrice adjuvatur. Theseus vero quam ob rem Trœzena concesserit, non constat. Nam quod est apud Euripidem, illuc concessisse eum exulem, ut a cæde Pallantis patrui expiaretur, alienum esse a Sophocle videtur. Exstat quidem apud Hesychium fragmentum, quo ejusmodi quid contineri possit: [548] « ἅγος, » ἅγνισμα θυσίας, Σ. Φαίδρᾳ, at interpretatio ipsa indicat illud a vulgari verbi significatione recedere. Itaque facilius referas ad Thesei sacrum quod diis cognita Hippolyti innocentia ad ipsum se expiandum obtulit. Quocirca non incredibile est Phædram apud Sophoclem persuasisse Theseo, ut Trœzena ad maternum regnum invisendum concederet. Fragmenta docent Phædram amorem choro patefecisse. Itaque nutricem illi auxilio non fuisse credibile est. Phædra autem ipsa Hippolytum calumniata esse apud Theseum, hic cum filio convenisse eique injuriam sibi factam exprobrasse, deinde Hippolytum devovisse, postremo interitus illius novercæ fallacia patefacta expositus videtur.

Fragmenta comprobant quæ exposui. Phædræ tribuendum est fragmentum apud Stobæum LXIII, 25:

[549] Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς χαράσσει κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
Καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ' ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

(Tres priores versus Euripidi tribuit Clemens Al. Strom. VI, p. 745, v. 3 ταράσσει præbens.) Versus sunt petiti ex colloquio cum Hippolyto, quo Phædra amorem suum immoderatum huic describit et excusat. Fortasse ad hunc locum pertinet versus apud Grammat. in Crameri Anecd. vol. IV, p. 329, 19: Τὸ ἐτήρ παρὰ τὸ ἔτος. Σοφοκλῆς·

[550] Ἐτῆρας ἀμνοὺς θεοῖς ἔρεξ' ἐπακτίοις.

γράφεται δὲ καὶ « εὐείρας. » Ἔρεξ' restituit pro ἔρεξας Dindorfius. Phædra Hippolyto amorem professa ab eoque rejecta, quid sibi acciderit choro exposuisse videtur. Hesych. [551] « ἀπέπτυσε λόγους, » ἀπεμύξατο τοὺς λόγους· ἀντὶ τοῦ ἀπεστράφη. Σοφ. Φαίδρᾳ. Hippolytus nihil audire voluit. Et chorum rogans, ne quid edicat, dicit illa, quæ sunt apud Stobæum (LXXIV, 14):

[552] Σύγγνωτε κἀνάσχεσθε σιγῶσαι· τὸ γὰρ
γυναιξὶν αἰσχρὸν σὺν γυναικὶ δεῖ στέγειν

Et quod idem Stobæus habet CVIII, 53:

[553] Αἴσχη μέν, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ἂν εἷς φύγοι
βροτῶν ποθ' ᾧ γε Ζεὺς ἐφορμήσοι κακά·
νόσους δ' ἀνάγκη τὰς θεηλάτους φέρειν.

Choro tribuendus est versus apud grammaticum Bekkeri p. 338, 15: Ἄγκυραι, ἐκ μεταφορᾶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς·

[554] Ἀλλ' εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου.

Nomen fabulæ Φαίδρᾳ addunt Hesychius in Ἄγκυραι et Suidas in Χαλάσω, sed versum omittunt

549.
Non in virorum sola Amor se pectora
et feminarum insinuat; ipsas quin deûm
sollicitat animas et ferum ponti gregem;
nec ipse contra tendere omnipotens deûm
rex audet; ultro flexus imperium subit. HGR.

550.
Annuos agnos diis obtulit litoris præsidibus.

552.
Ignoscite et tolerate silentes: quod enim
feminis est indecorum cum femina tacere decet.

553.
Dedecora, mulieres, nemo unquam effugerit
mortalium, cui Juppiter mala destinaverit;
ægritudines autem a diis immissas ferre oportet.

554.
At sunt matri liberi vitæ ancoræ.

Versus varie explicatus est. Welkerus matrem liberorum recordatione in vita retineri putavit. At hæc sententia neque Phædræ convenit, neque liberorum conditioni, neque explicationi grammatici. Intelligitur potius tuta matris conditio, quæ liberorum cogitatione a dedecore retineatur. Concluditur colloquium incerto fragmento apud Stobæum XCVIII, 44 :

[555] Ὦ δαῖμον, ὡς οὐκ ἔστ' ἀποστροφὴ βροτοῖς
τῶν ἐμφύτων τε καὶ θεηλάτων κακῶν.

Phædra mortem optat, si ejus sunt versus incertæ tragœdiæ apud Stobæum CXXI, 9 :

[556] Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσιν ἱμείρει βίου,
ἢ δειλός ἐστιν ἢ δυσάλγητος φρένας.

Videtur Phædra discessisse chorique carmen insecutum esse, cui plura de Phædra judicia interposita erant. Hesychius : [557] « αὐτομόλως, » προδοτικῶς Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. Phædra sua sponte maritum prodidit, non curans, quid deceret uxorem, ut est apud Hesychium [558] « ἀψεφές, » ἀφρόντιστον. Σ. Φαίδρᾳ. (Add. grammat. Bekkeri p. 476, 1.) Memorat voces volatiles, quæ Phædram effugerint Etymol. M. p. 19, 53 : Καὶ [559] « ἀελλάδες φωναὶ » παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φαίδρᾳ.

Reliqua fere omnia ad colloquium Thesei cum Hippolyto pertinere videntur. Existimandum est enim interim Phædram privignum apud maritum calumniatam esse. Theseus igitur quum primum Hippolytum videt, huic dicit (Stob. Eclog. phys. I, 6, p. 174) : Σοφ. ἐκ Φαίδρας·

[560] Θ. Ἔζης ἄρ' οὐδὲ γῆς ἔνερθ' ᾤχου θανών;
Ἱ. Οὐ γὰρ πρὸ μοίρας ἡ τύχη βιάζεται.

Deinde defensio Hippolyti insequitur. At non audit pater ; sunt enim vera verba, ut ait, neque composita, quæ ab uxore audierit. Hesychius : [561] « ἄκλεπτοι, » οὐ παραλογιζόμενοι, ἀληθεῖς. Σοφ. Φαίδρᾳ. At si Hippolyto de sua innocentia profitenti verba tribuere malueris, non intercedam. De Phædra, quam fortasse non prorsus absolvit, Hesych. : μῶλυς, ὁ ἀμαθής. Σοφ. Φαίδρᾳ [562] « μεμωλυσμένη, » παρειμένη. Neque dubitandum est, quin hoc conveniat dissolutis Phædræ moribus, quos Sophocles non fuco illo, quo Euripides, superinduxit. Theseus de sua conditione conqueritur. Stob. XVII, 2 :

[563] Οὐ γὰρ δίκαιον ἄνδρα γενναῖον φρένας
τέρπειν, ὅπου μὴ καὶ δίκαια τέρψεται.

(Citat etiam Orion. Anthol. VI, 7, p. 47, ubi v. 2 ὅπου γε δίκαια τέρπεται. Unde Schneidewinus ὅπου γε μὴ δ. τ.) Et apud eundem Stob. XLIII, 5, coll. schol. Lucian. vol. II, p. 336 :

[564] Οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις,
ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα
λάγδην πατεῖται, κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
πανοῦργα χερσὶ κέντρα κηδεύει πόλιν.

Ita filium pater exsecratur. Hic perit. Id refertur a nuncio. Hesych. : Κυλλαίνων κάτω· Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ· τὰ ὦτα καταβαλών, ὅπερ οἱ σαίνοντες [κύνες] ποιοῦσιν·

[565] Ἔσαιν' ἐπ' οὐρὰν ὦτα κυλλαίνων κάτω.

(Codex corrupte ἔσται ἐποὐρανῶτικυθλάννων καὶ τό.) Canem intellexerim, qui ad moribundum Hippolytum accesserit. Fortasse relatio finita est versibus apud Stobæum CV, 39 :

[566] Τὸ δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμῆσαι βροτῶν
οὐκ ἔστιν ὄντως ὄντιν' εὑρήσεις ἕνα.

Quibus relatis aliquo modo Theseus de culpa uxoris fit certior. Quam quum quærit, de ejus morte accipit. Qua quum confirmetur suspicio culpæ, Theseus ait (Stob. LXIX, 14) :

[567] Οὕτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν
κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἄν, οὐδὲ σώφρονος
κρεῖσσον· παθὼν δ' ἕκαστος ὢν τύχῃ λέγει.

555.
O numen divinum, quam nulla est mortalibus fuga innatorum a diisque immissorum malorum.

556.
Quisquis enim in malis vitam optat,
aut ignavus est aut dolorem animo non percipit.

560. [subiisti?
Th. Tu hucusque vivebas neque mortuus terram
H. Non enim ante fatum fortuna cogit.

563.
Non enim jus est virum nobili animo
delectari ubi non jure delectabitur.

564.
Nunquam enim secura fuerit civitas,
in qua quæ justa sint et prudentia
pedibus calcantur, at vir verbosus acceptis
maleficis manu stimulis civitatem administrat.

565.
Adulatus est ad caudam aures demittens.

566.
Quem in omnibus felicem numeres mortalium,
non est revera quem unum invenies.

567.
Ita muliere nullum majus malum
malâ quis habeat, neque probâ, [dicat.
melius; perpessus vero quisque quæ acciderint

Tum consolans aliquis, si quod est apud Stob. CVIII, 51, huc referendum est, ait:

[568] Στέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτήν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην.

(Alterum versum sine nomine poetæ affert Hesych. v. Κυβευτήν.) Fortasse etiam aliud incertæ tragœdiæ fragmentum apud Stob. XCVIII, 46, chori est, qui illa sententia conclusit tragœdiam:

[569] Ζώοι τις ἀνθρώπων τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως
ἥδιστα πορσύνων, τὸ δ' ἐς αὔριον ἀεὶ τυφλὸν
ἕρπει.

VARIA HISTORIA.

IXION.

Schol. Apoll. ad Argon. IV, 14: Παρὰ τὸ ἴψαι Σοφοκλῆς ἐν Ἰξίονι [570] « ὄίψιον » φησὶ τὸ βεβλαμμένον. Καὶ Ὅμηρος, Πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην· πολλάκις βεβλαμμένον. Præterea nihil de Ixione tragœdia apud veteres reperitur. Itaque Welckerus Sophoclis nomen cum Æschyli permutatum esse suspicatus est.

SISYPHUS.

Hesychius: Ζεῦγος τριπάρθενον· Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ· καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ [571] « Χαρίτων τριζύγων. » Nulla alia hujus tragœdiæ memoria exstat. Vide Æschyli Sisyphum.

MELEAGER.

Non satis constat, quodnam fuerit argumentum tragœdiæ, quæ inscripta fuit nomine Meleagri. Neque enim credibile est venationem Calydoniam descriptam esse a poeta, id quod factum est ab Euripide, neque pugnam inter Ætolos et Curetes solam, neque illud argumentum tragœdiæ fuisse, quod memoriæ Hyginus Fab. 174 prodidit aut Apollodorus I, 8, 1—3. Locus insignis est, quo ad certiora perveniamus, apud Plinium XXXVII, 2, 11: « Super omnes est Sophocles, tragicus poeta, quod equidem miror, tanta gravitate cothurni et præterea vitæ fama, alias principe loco genitus Athenis, rebus gestis, exercitu ducto. Hic ultra Indiam (succinum) fieri dixit e lacrimis Meleagridum avium Meleagrum deflentium. Quod et credidisse eum vel sperasse aliis persuaderi posse quis non miretur? quamve pueritiam tam imperitam posse reperiri, quæ avium ploratus annuos credat lacrimasve tam grandes avesque e Græcia, ubi Meleager periit, ploratum isse in Indos? Quid ergo? non multa æque fabulosa produnt poetæ? » etc. Si hic locus ex tragœdia repetitus est, dubitari non potest quin mors Meleagri et sororum fletus et conversio in aves in tragœdia memorata sit. Præterea chorus ex sacerdotibus compositus esse dicitur, ut est apud schol. ad Hom. Iliad. I, 575: [572] ὅτι ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μελεάγρῳ τὸν χορὸν ἀπὸ τῶν ἱερέων παρήγαγεν. Et alius scholiasta chorum, qui est in OEdipo rege, comparat. Ex his concludas chorum introductum Meleagro multis precibus supplicantium et in urbis obsidione auxilium petentium. Quæ autem de titione illo fatali, de quo vita Meleagri pependerit, ab Ovidio aliisque scriptoribus narrantur, prorsus rejicienda sunt. Fabula enim illa constare non potest, nisi statim venatione peracta apri Calydonii cutem Meleager Atalantæ donavit, avunculos, qui illi eam ademerunt, interfecit, mater filium titione in ignem conjecto interemit. Hæc vero non procedunt, si comparas quæ sunt in fragmentis servata. Peropportune accidit quod illa omnia antiquioribus scriptoribus ignota fuisse videntur, ac nescio an totum commentum adscribam Euripidi. Egregiam huic rei lucem affudit Diodorus Siculus IV, 34, qui quamquam utramque fabulam memorat, tamen potiorem esse illam ait, quâ Meleager Furiis a matre invocatis interierit. Accedit quod sacerdotes in choro inducti sunt, a quibus, ut est apud Homerum, non permovetur. Recte; nam qui Furiis devotus fuit, quî mortales audire potuit?

Meleager igitur videtur a poeta talis descriptus esse, qui animo tantum indulgens suo res humanas contemneret. Suo demum periculo commovetur, ut urbe oppugnata hostem profliget; at ipse, quem mortalis nemo superare potuit, pertinacia sua instinctu Furiarum perit. Necesse fuit inter hæc memorari venationem Calydoniam, ut spectatores scirent, quomodo factum esset ut Furiæ Meleagrum persequerentur. Reliqua prorsus ignorantur. Facile autem intelligitur

568.
Contentum esse iis quæ exciderint et recte componere decet
sapientem aleatorem, at non lamentari fortuna.

569.
Vivat aliquis hominum quod dies afferat quam
suavissime eo delectatus; quod cras erit, æcum semper accedit.

virum summo dolore corporis et animi cruciatu perculsum non sine magna commotione auditorum spectari potuisse.

Crediderim initio introductos esse, qui Meleagrum suppliciter auxilium adversus hostes rogarent; at hos rejicit commemorans quid fecerit apro agros devastante quidque inde sibi contigerit. Ita venationem memorat. Lucian. Lapith. c. 25, p. 436, ubi hæc Hetœmocli Stoico affinguntur: Εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. Ὤφει γὰρ καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀγαναχτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστιῶν. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν Σοφοκλῆς·

[573] Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις
ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἐκηβόλος θεά.

Perspicuum est hunc aprum non ita commemorari ut quem omnes recenti memoria habeant. Huic orationi vindicarim, quod est apud Hermogenem De formis orat. p. 412: [574] « Φίλανδρόν » που τὴν Ἀταλάντην εἶπεν ὁ Σοφοκλῆς διὰ τὸ ἀσπάζεσθαι σὺν ἀνδράσιν εἶναι, ἡμῶν πάλιν ἐπὶ ἄλλου πράγματος ταττόντων τοὔνομα τοῦτο. Et contemptim inter anapæstos negat se urbi succursurum, quæ id non mereatur. Hesych., [575] « κυάμῳ πατρίῳ, » Σοφοκλῆς ἐν Μελεάγρῳ· ὡς καὶ τῶν Αἰτωλῶν τὰς ἀρχὰς κυαμευόντων. Aliud fragmentum apud Hesychium fortasse ad Meleagrum pertinet qui ut hostia diis inferis devotus sit: [576] « ἀντίβοιον, » ἰσόβοιον, ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον. Σοφ. Μελεάγρῳ. Denique fragmentum apud Hesychium ad finem tragœdiæ reposuerim, ubi quercus memorari credibile est, ex quibus destillans succus in succinum congelascat: [577] « ἰξοφόρους δρύας », τὸν ἰξὸν φερούσας. Σοφ. Μελεάγρῳ.

ALEADÆ.

Brunckius Ἀλωάδας nomen fabulæ fuisse putavit provocans ad Hemsterhusii annot. ad Lucian. Contempl. p. 494. Satyricam fabulam vocavit. In eadem sententia fuit Valckenarius, qui alia varia confinxit. Alii tamen titulum illum una tantum eaque incerta auctoritate innixum falsum esse perspexerunt rectiusque Ἀλεάδας sive Ἀλευάδας scripserunt, ut in omnibus locis reperitur, quibus fabulæ fit mentio. Quocirca Stivernius docuit argumentum in eo esse versatum, ut filius spurius in regnum restitueretur idque retulit ad conditorem regni Aleuadarum in Thessalia. Verum res illæ Sophoclis tempore Atheniensibus alienæ erant neque intelligitur, qua in re dignitas tragica versata fuerit. At edidit Vaterus Berolinensis de hac fabula dissertationem, qua docuit tragœdiæ argumentum ab Alcidamante rhetore his verbis servatum esse (p. 185 edit. Steph.): Ἄλεῳ γὰρ τῷ Τεγέας βασιλεῖ ἀφικομένῳ εἰς Δελφοὺς ἐχρήσθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὅτι αὐτῷ ἔκγονος ἐκ τῆς θυγατρὸς εἰ γένοιτο, ὑπὸ τούτου δεῖν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἀπολέσθαι. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἄλεως διὰ τάχους ἀφικνεῖται οἴκαδε καὶ καθίστησι τὴν θυγατέρα ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς, εἰπὼν εἴ ποτε ἀνδρὶ συγγενήσεται θανατώτειν αὐτήν. Τύχης δὲ γενομένης ἀφικνεῖται Ἡρακλῆς στρατευόμενος ἐπ' Αὐγέαν εἰς Ἦλιν καὶ αὐτὸν ξενίζει ὁ Ἄλεως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς. Ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν παῖδα ἐν τῷ νεῷ, ὑπὸ μέθης συνεγένετο. Ἐπεὶ δὲ κυοῦσαν αὐτὴν ᾔσθετο ὁ πατὴρ Ἄλεως, μεταπέμπεται τὸν τούτου [Παλαιμήδους] πατέρα, πυθόμενος πορθμέα τε αὐτὸν εἶναι καὶ δεινόν. Ἀφικομένου δὲ τοῦ Ναυπλίου, δίδωσιν αὐτῷ τὴν παῖδα καταποντίσαι. Ὁ δὲ παραλαβὼν ἦγεν αὐτήν· καὶ ὡς γίνονται ἐν τῷ Παρθενίῳ ὄρει, τίκτει Τήλεφον. Ἀμελήσας δὲ ὧν ὁ Ἄλεως αὐτῷ ἐπέστειλεν, ἄγων αὐτὴν ἀπέδοτο καὶ τὸ παιδίον εἰς Μυσίαν Τεύθραντι τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ Τεύθρας ἄπαις ὢν τὴν μὲν Αὔγην γυναῖκα ποιεῖται, τὸν δὲ παῖδα αὐτῆς ἐπονομάσας Τήλεφον τίθεται υἱὸν ἑαυτοῦ, δίδωσί τε αὐτὸν Πριάμῳ εἰς τὸ ὀλίγον παιδεῦσαι.

Facile intelligitur deesse finem historiæ qui sine molestia suppleri potest. Desideratur enim altera pars oraculi, cujus prior pars ad exitum pervenit, quod Telephus non interiit; deest ut avunculos occidat. Hæc exposuimus in fragmentis Æschyli. At credibile est Alcidamantem retulisse quæ apud Sophoclem non reperit. Telephus enim in Græcia relictus et a cerva nutritus esse posteaque avunculos occidisse, et fugisse expiatusque esse videtur (cf. Strab. p. 356).

Fragmenta perobscura sunt. Augam matrem poeta introducere non potuit. Itaque remanent si minus Aleos, at Alcadæ, quos Pausanias numero tres memorat, Lycurgum et Amphidamantem et Cepheum (VIII, 4, 6), Hyginus duo, Hippotheum et Nerea (vid. fragm. Æschyli p. 246). Welckerus numerum duorum magis convenire et simplici antiquitatis indoli et tragœdiæ. Chorus, si ei tribuendum est fragmentum apud

573.
Aprum maximum Œnei agris
immisit Latonæ filia arcitenens dea.

Stobæum XLIII, 6, ex Tegeatibus compositus fuit.

De compositione fabulæ perpauca conjectura assequi possumus. Telephus enim initio introductus esse videtur non solus, sed comitatus a pastore, ut partem aviti imperii peteret. At quum non plane certus sit de origine sua, hanc pastorem vel pædagogum ei exposuisse probabile est. Huc referas fragmentum apud Stobæum XLI, 4: ,

[578] Μὴ πάντ' ἐρεύνα· πολλὰ καὶ λαθεῖν καλόν.

(Sic Blomfieldus. Legebatur λαλεῖν.) Comes enim quædam de illius ortu reticere voluit. At non audit monitionem Telephus, ut Stobæus prodit XII, 3:

[579] Κακὸν τὸ κεύθειν κοὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς.

Deinde omnia exponuntur. Ælian. N. A. VII, 39: Ὅσοι λέγουσι θῆλυν ἔλαφον τὰ κέρατα οὐ φύειν, οὐκ αἰδοῦνται τοὺς τοῦ ἐναντίου μάρτυρας· Σοφοκλέα μὲν εἰπόντα,

[580] Νομὰς δέ τις κεροῦσσ' ἀπ' ὀρθίων πάγων
καθεῖρπεν ἔλαφος.

Καὶ πάλιν·

[581] Ἄρασα μύξας ** καὶ κερασφόρους
στόρθυγγας εἰρῳ' ἔκηλος.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ τοῦ Σοφίλου ἐν τοῖς Ἀλεάδαις. Hæc explicantur a Polluce V, 76: Καὶ Ἀναχρέων μὲν σφάλλεται κερόεσσαν ἔλαφον προσειπὼν καὶ Σοφοκλῆς « κεροῦσσαν τὴν Τηλέφου τροφόν. » Eidem colloquio attribuendum est apud Stobæum LXXVI, 9:

[τρὸς,

[582] Παῦσαι· καταρκεῖ τοῦδε κεκλῆσθαι πατρὸς
εἴπερ πέφυκά γ'· εἰ δὲ μή, μείζων βλάβη·
τό τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ.

Sufficit mihi vocari filium Herculis, si sum; sin minus, deterior illorum conditio, quia fama me Herculis filium esse prævalet. Deinde quum Telephus Aleadas convenisset, regnum ab iis petit justumque esse ait quod postulet. Stob. IX, 4:

[583] Τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον.

Rex negat spurium venire posse in regni possessionem. Stob. LXXVII, 9:

[584] Ὁ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει;

Cui Telephus:

Ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

TEL. Omne quod bonum est ingenuum habet ortum.

(Alterum versum Clemens Al. Strom. VI, p. 741, profert interpolatum, τὴν ἴσην ἔχει φ.) Rex etiam rempublicam illum invitam laturam ratus ex Telepho quærit quemnam putet volentem submissurum se illius imperio; cui respondet (Stob. LIV, 21):

[585] Δοκῶ μέν, οὐδείς· ἀλλ' ὅρα μὴ κρεῖσσον ᾖ
καὶ δυσσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν
ἢ δοῦλον αὐτὸν ὄντα τῶν πέλας κλύειν.

Atque exspectandum esse putat ut ex opibus amicos inveniat. Stob. XCI, 27, et (v. 6—10) Plut. De audiendis poet. p. 21:

[586] Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
τυραννίδος θάκησιν, αἰσχίστην ἕδραν.
Ἔπειτα δ' οὐδεὶς ἐχθρὸς οὔτε φύεται
πρὸς χρήμαθ' οἵ τε φύντες ἀρνοῦνται στυγεῖν.
Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἐς τε τἄβατα

578.
Ne omnia exquire: multa etiam latere decet.
579.
Malum est celare neque viri ingenui.
580.
Pascens aliqua cornuta ab altis montibus
descendit cerva.
581.
Sublato muco ** et cornigeris
cuspidibus tranquilla incessit.
582.
Desine; sufficit hujus patris filium vocari
si quidem ex eo ortus sum: sin minus, majus incommodum;
quod enim putatur, veritatem superat.
583.
Quod justum est, ei repugnare non facile est.
584.
Spurius num ingenuis par est?
585.
Puto neminem: at vide ne melius sit
etiam minus pium adversarios subigere
quam ipsum servire aliisque dicto obedientem esse.
586.
Opes mortalibus amicos comparant,
tum vero honores, deinde supremæ
tyrannidis fastigium, turpissimam sedem.
Deinde nec invenitur qui inimicus sit
divitiis et qui fuerunt odisse se dissimulant.
Insignes sunt divitiæ quæ in invia penetrent

καὶ πρὸς βέβηλα χὠπόθεν πένης ἀνὴρ
μηδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν.
Καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον
γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν.
Μόνῳ δὲ χαίρειν καὶ νοσεῖν ἐξουσία
πάρεστιν αὐτῷ κἀπικρύψασθαι κακά.

(V. 3 codd. τυραννίδος τ' ἄγουσιν, Salmas. θακοῦσιν, alii θάκοισιν. Deinde Gaisfordus ἐκθίστην νόσον. V. 6 βέβηλα Vaterus. Legebatur τὰ βατά. V. 11 Dindorfius conjecit νοσοῦντ' ἐξουσία.) Rex longa oratione exacerbatior ait (Stob. XXXVI, 11):

[587] Τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστί σοι;
τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπήρ' ἔπη.

Hic intercessisse alius iramque regis mitigare voluisse videtur. Stob. XXXIII, 3:

[588] Ὦ παῖ, σιώπα· πόλλ' ἔχει σιγὴ καλά.

(Versum sine nomine poetæ attulit Plutarch. Mor. p. 502, E.) Neque vero refragabor, si quis versum regi ipsi vindicaverit. Telephus respondet (Stobæus XIII, 6):

[589] Καὶ γὰρ δικαία γλῶσσ' ἔχει κράτος μέγα.

Digresso deinde de scena Telepho chori carmen poeta, ut videtur, interposuit, cujus fragmentum est apud Stobæum XLIII, 6:

[590] Κοὐκ οἶδ' ὅ τι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν·
ὅταν οἵ τ' ἀγαθοὶ πρὸς τῶν ἀγενῶν
κατανικῶνται,
ποία πόλις ἂν τάδ' ἐνέγκοι;

Sunt qui censeant Telephum exacerbatum oratione regis, sive Aleos is fuit sive unus ex filiis, furore abreptum postremo occidisse. Quæ sententia minus probabilis videtur, quia a ratione tragicorum veterum abhorret. Potius putaveris ab Aleadis consilium Telephi de medio tollendi initum, quo cognito Telephum illos antevertisse et peremisse. Neque vero improbabo si quis Telephum recordatione malorum, quæ mater perpessa sit, avunculos hostiliter aggressum interfecisse putet. Stob. IV, 37:

[591] Ἐνταῦθα μέντοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ,
κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.

Avunculis interemtis Telephus in patria quum remanere non posset, abiit, ut in alia terra a cæde expiaretur. Fortasse huc referendum est, quod habet Pollux IX, 158: [592] « Διωκτὸς » παρὰ Σοφοκλεῖ ὁ φυγάς, τραγικῶς. Duo alia fragmenta breviora sunt quam ut explicari possint. Hesych. [593] « ἐφυμνεῖς, » ἐπᾴδεις; et Erotianus p. 210: [594] « Φρονεῖν » ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν ... μέμνηται καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιάδι (corr. Ἀλεάδαις) καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ.

MYSI SIVE TELEPHUS.

Omnia quæ ad argumentum tragœdiæ, quæ Mysi sive Telephus fuit, illustrandum pertineant, inter fragmenta Æschyli explicasse videmur p. 246, Hygini fabula allata, quæ planius explicatur Ælian. Nat. Anim. III, 47, et Apollodoro III, 9, 1. Sophocles autem, ut solet, in summa re Æschylum secutus esse videtur, in ceteris nonnihil immutasse. Multis laboribus exantlatis Telephus postremo matrem quærens in Mysiam pervenit, ubi Teuthras rex illam receptam loco filiæ habuit. Quo utrum accesserit a cæde expurgatus an nondum expiatus, non constat; verisimilius est tamen nondum solutum illum piaculo fuisse. Atque hæc fuit vetus fama, quam Sophocles non facile neglexit. Si autem Æschylus mutum introduxit Telephum, Sophocles non idem secutus est consilium, a quo in simili re Sophocles omnino abstinuisse videatur, qui Œdipum quoque in Colono loqui facit, antequam piaculo luitur. Chorus Mysorum fuit, ut nomine tragœdiæ apparet.

Fragmenta perpauca sunt et ea difficillima

---

et profana, et ubi pauper vir,
ne si quidem inciderit, assequi possit quod cupit.
Etenim informe corpus et mali ominis nomen
linguæ vi sapiens facit pulchrumque aspectu.
Soli enim valendi et ægrotandi licentia
illi in promtu est et mala occulere.

587.

Quid hæc tibi adhuc multorum verborum? [sunt.
quæ enim modum excedunt verba, semper molesta

588.

O puer, tace; multa bona habet silentium.

589.

Etenim justa oratio magnam vim habet.

590.

Ac nescio quidnam ad hæc dicam;
quando boni ab degeneribus
superantur,
quæ res publica hæc ferre possit?

591.

Inde profecto omnes res humanæ affliguntur,
quando malis mala sanare velint.

explicatu. Telephus omnium primus introductus esse a poeta videtur gravissimis ærumnis oppressus, in quibus dulce esse ait, si quando malorum urgentium oblivisci sibi liceat. Stobæus XXVI, 4 :

[595] Ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ καὶ βραχὺν
χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστώτων κακῶν.

Ex his verbis colligas nondum expiatum illum fuisse. Deinde chorum intervenisse et cum Telepho collocutum esse crediderim, ex quo quærit, in quamnam terram pervenerit, ut apparet versu apud Strabonem VIII, p. 356 :

[596] Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κλῄζεται, ξένε,
πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

Choro interroganti quis sit, Telephus de ærumnis suis nonnihil dixisse videtur, cui chorus respondet, quod Stobæus servavit XCVIII, 23 :

[597] Ἄμοχθος γὰρ οὐδείς· ὁ δ' ἥκιστ'
ἔχων μακάρτατος.

Et quod apud Hesychium est : [598] « ἀστραφής, » σκληρός. Σοφ. Μυσοῖς. Ac videtur Telephus deinde choro totam suam sortem exposuisse, quo facto chorus plura de eo memorat nave venisse : Hesych. [599] « ἀποβάθρα, » ἀποβατηρία, ἢ κλίμαξ νεώς. Σοφ. Μυσοῖς, cui fas non sit interesse sacris : Hesych. [600] « ἀποσύρει, » ἀποσπᾷ. Σ. M., quia vis divina retineat ; [601] « ἀπύρου », ἀθύτου. Σ. M., qui indigeat expiatione a diis ex æternis sententiis instituta : [602] « ἀφθίτους γνώμας, » ἀμετατρέπτους. Σ. M. Fortasse huc etiam pertinet fragmentum apud eund. [603] « ἀειφόρος, » ἀειθαλής. Σ. Τηλέφῳ quod unum ex Telepho memoratur.

Reliqua ad Telephi receptionem in regiam potestatem referenda sunt. Athen. IV, p. 183, E : Μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς ἐν μὲν Μυσοῖς οὕτως·

[604] Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος ἀντίσπαστά τε
Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

Pollux X, 186 : Φαίης δ' ἂν καὶ σισύρναν, Σοφοκλέους ἐν Μυσοῖς λέγοντος,

[605] Ψαλίδας, τιάρας καὶ σισυρνώδη στολήν.

Bergkius ψέλια correxit. Fragmentum apud Antiatt. p. 83, 22, [606] « ἄβολον ἵππον, » Σοφ. Μυσοῖς (codex μούσαις), videtur chori esse, neque vero dixerim quid significet. In his omnibus incertum est num Teuthranti Mysorum regi barbara illa ornamenta attribuenda sint.

POLYIDUS SIVE VATES.

Vates fuit Polyidus, ut est apud Homerum Iliad. N, 662 ; interpres somniorum apud Pindarum Olymp. XIII, 72. Confundit diversa schol. ad Iliad. E, 148. Rem narrant Hyginus et Apollodorus, quorum prior hæc literis mandavit Fab. 136 : « Glaucus, Minois et Pasiphaæ filius dum ludit pila, cecidit in dolium melle plenum. Quem quum parentes quærerent, Apollinem sciscitati sunt de puero. Quibus Apollo respondit : Monstrum vobis natum est, quod si quis solverit, puerum vobis restituet. Minos sorte audita cœpit monstrum a suis quærere : cui dixerunt natum esse vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, primum album, secundo rubrum, deinde nigrum. Minos autem ad monstrum solvendum augures corvocavit. Qui quum non invenirent, Polyidus Corani filius... monstrum demonstravit, eum arbori mori similem esse ; nam primum album est, deinde rubrum, quum permaturaverit nigrum. Tunc Minos ait ei : Ex Apollinis responso filium mihi oportet restituas. Quod Polyidus dum auguratur, vidit noctuam super cellam vinariam sedentem atque apes fugantem. Augurio accepto puerum exanimem de dolio extraxit. Cui Minos ait : Corpore invento nunc spiritum restitue. Quod Polyidus quum negaret posse fieri, Minos jubet eum cum puero in monumento includi et gladium poni. Qui quum inclusi essent, draco repente ad corpus pueri processit. Quod Polyidus æstimans eum velle consumere, gladio repente percussit et occidit. Altera serpens parem quærens vidit eam interfectam et progressa herbam attulit atque ejus tactu serpenti spiritum restituit. Idemque Polyidus fecit, qui quum intus vo-

595.
Quam dulce miseris est vel ad breve
tempus oblivisci malorum quæ urgent.
596.
Asia enim tota vocatur, hospes,
respublica vero Mysorum Mysia appellatur.
597.
Sine ærumnis nemo est ; qui minimas
habet, felicissimus.
604.
Phrygii trigoni multi et suis tractæ fidibus
Lydiæ pectidis chordarum accidit concinnitas.
605.
Forfices tiaras et sisyrneum vestimentum.

ciferaretur, quidam præteriens Minoi nunciavit, qui monumentum jussit aperiri et filium incolumem recuperavit, Polyidum cum multis muneribus in patriam remisit. » Hæc Hyginus. Eadem narrat Apollodorus, nisi quod addit Polyidum non prius Argos remissum esse quam Glaucum artem divinandi docuisset. Hi tamen scriptores Euripidem secuti sunt; et omnia sane talia esse videntur, ut potius Euripidis ingenium quam antiquæ fabulæ memoriam præ se ferant. Idque pro certo habendum est ex testimonio Æliani Nat. anim. V, 2 : Ἔοικεν ὁ Εὐριπίδης ἀβασανίστως πεποιηκέναι τὸν Πολύϊδον ὁρῶντα (γλαῦκα) καὶ ἐξ αὐτῆς τεκμαιρόμενον ὅτι εὑρήσει καὶ τὸν Γλαῦκον τὸν τεθνεῶτα τοῦ Μίνω τὸν υἱόν. Neque quod de melle narratur, inter poetas prorsus convenire video; pix enim in fragmentis Æschyli memoratur, qua Glaucus interierit.

Quamquam profitendum est, quæ Hyginus memoriæ prodiderit, maximam partem deberi Euripidi, tamen fragmenta Sophoclis docent in plerisque hunc quoque eandem fabulam probasse. Itaque reliquias tragœdiæ secuti in hunc modum fabulam apud Sophoclem componendam censuimus. Amisso Minos filio quum oraculum consuluisset, responsum accepit obscurum, quod explicare sibi non potuit. Augures vel vates convocat, ut hi explicent cujus ipse rationem invenit nullam. At ne hi quidem quum Minoi satis faciant, totam rem explicari posse negant, nisi Polyidus, Cœrani filius, Argis arcessatur, qui omnium unus facere possit quod rex velit. Hic igitur consultus morum intelligi respondet, cujus fructus per tres vices mutetur. Oraculi obscuritate expedita Minos in spem adducitur, fore ut a Polyido filius sibi restituatur. Ita enim a deo responsum est. Hîc vero incertum est quod commentum ad continuandam historiam a poeta adhibitum sit. Puer modo quodam, fortasse auguriis institutis, reperitur, verum exanimatus. Minos autem a Polyido petit, ut vivus ille sibi reddatur includitque vatem sepulcro filii, quod id se posse efficere negat, quod oraculo responsum sit. Tum ostento docetur, quid faciendum sit, neque dubito quin ut mora adversus serpentium morsus adhibebantur, ita ille fructus alio quoque in usu fuerit, cui magnam vim Græci attribuerint. Aliter enim intelligi non potest, cur tam multa de moro dicta sint in tragœdia. Chorus vatum fuit.

Quæ diximus, fragmentis comprobantur. Oraculum explicatur a Polyido apud grammaticum in Bekkeri Anecdotis p. 361, 19 : Αἰγύπτιον γῆρας·

[607] Πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν,
ἔπειτα φοινίξαντα γογγύλον μόρον,
ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον.

(V. 1 et 2 affert Athenæus II, p. 51, D, ex eoque Eust. p. 835, 10, omnes sine nomine fabulæ.) Hæc ipsius Polyidi verba sunt. Puerum repertum esse a nuncio refertur. Etymol. M. Ms. apud Valcken. Diatr. in Eurip. p. 200 : Πολύϊδος· οὕτω καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου. Καὶ ἔστι, φησὶ, πολυΐδμων μάντις ὤν. Οὕτω καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγράφεται παρὰ Ἀριστοφάνει. Μαρτυρεῖ δὲ Φιλόξενος. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ Μάντεσι συνίστειλεν·

[608] Ὁρῶ πρὸ χειρῶν Πολυΐδου τοῦ μάντεως.

Καὶ πάλιν·

[609] Οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Πολυΐδῳ τῷ Κοιράνου.

Hic versus multo post illum insecutus videtur. (Minus integre hæc leguntur in Etymol. M. p. 681, 24, et Gud. p. 474. Κοιράνου restituit Welckerus pro κοιράνου.) Puer enim exanimis est, neque a quoquam in vitam restitui posse censet nisi a Polyido, qui repererit. His intercessit chori carmen, ex quo servatus est versus a schol. Aristoph. ad Ran. 596 (coll. Suid. v. Γλάμων) : Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπί τινων ὄρνεων,

[610] Τοὺς γλαμυροὺς κατὰ φορβάν.

Auspicia sunt quæ aut chorus aut Polyidus instituerit. Deinde alius versus est Minois, qui tergiversantem et declinantem Polyidum impellit, ap. Stob. XXIX, 25 : Σοφοκλῆς Μάντεων·

[611] Οὔτοι ποθ' ἕξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.

(Vulgo ἥξει. Correxit Reisigius Conjectan. p. 295.) Reliqua referam ad sacrificium, quod sit institutum a Polyido, quod eos precaretur ut auxilium sibi mitterent. Quod dum parabatur, chori

---

607.
Primum enim albam videbis efflorescentem spicam,
deinde rubrum rotundum morum,
postremo accipies senectutem Ægyptiam.

608.
Video *puerum* ante manus Polyidi vatis.

609.
Non fieri potest nisi a Polyido Cœrani filio.

610.
Avidas cibi (aves).

611. (rabis.
Non enim unquam magna sine labore tibi compa-

carmen intercessit, ex quo servatus videtur versus apud schol. ad Eurip. Phœn. 1256 : Τῆς κύστεως τὸ στόμα ἐρίῳ δεσμοῦντες ἐπετίθεσαν τῷ πυρὶ καὶ παρετήρουν πῶς ῥαγήσεται καὶ ποῦ τὸ οὖρον ἐκοντίσει. Σοφ. ἐν Μάντεσι·

[612] Τὰς μαλλοδέτους κύστεις.

(Legebatur μαλλοδετεῖς, correctum a Valckenario.) Non enim ignorat chorus vatum quo sacrum modo fiat. Intervenisse deinde nuncius videtur, qui reliqua exposuit. Porphyrius De abstin. II, p. 134 edit. Ultraj. et Clemens Al. Strom. IV, p. 565:

[613] Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δὲ κάμπελου
σπονδή τε καὶ ῥᾴξ εὖ τεθησαυρισμένη·
ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὁλαῖς παγκαρπία,
λῖπός τ' ἐλαίας, καὶ τὸ ποικιλώτατον
ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Inter preces Polyidi referam versum apud grammaticum in Crameri Anecd. vol. I, p. 226, 6: Κλείω, ὅπερ οἱ Ἴωνες κλήω διὰ τοῦ η, καὶ Θουκυδίδης καὶ τραγικοὶ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι·

[614] Ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλημένην πύλην.

(Sic Dindorfius. Codex κεκλισμένην.) Inter has preces draconis mentionem et mortui Glauci fecisse videtur. Hesych. : Ἀραῖον, κατάρατον ὡς τὸ

[615] Ὁ πρόσθεν ἐλθὼν ἦν ἀραῖός μοι νέκυς·

οἷον ἀρὰν προσετρίβετο· καὶ κατ' εὐχῆς. Σοφοκλῆς Πολυείδῳ. Prior qui interiit mihi periculum attulit: ne ipse interirem, alter spem fecit vitæ. Incertum est fragmentum apud Hesychium: [616] « ἀνταίας, » πολεμίας, ἐχθρᾶς. Σ. Πολυείδῳ.

De consilio, quod poeta in componenda tragœdia secutus sit, viri docti non consentiunt. Inprimis autem poeta vim divinationis extollere voluisse videtur. Neque vero cum Welckero id ideo factum putaverim, quia illo tempore Athenienses magnam huic arti auctoritatem attribuerint. Quod si faciebant, non opus erat a poeta in illustri exemplo ostendi, quam magni essent oracula facienda. Itaque aliis contrarium placeat, poetam ideo docuisse fabulam, ut ostenderet, quanta vis esset divinationis, si vir prudens pia mente artem capesseret.

IOBATES.

Iobatem tragœdiam Sophoclis grammatici bis tantummodo memorant. Argumentum Asclepiades, ut videtur, servavit apud schol. ad Iliad. Z, 155: Ἄντεια δὲ ἡ Προίτου γυνὴ ἐρασθεῖσα τοῦ Βελλεροφόντου ἐδεῖτο ὅπως αὐτῇ συνευνασθῇ· ὁ δὲ ὀξιούμενος τὸ ὅσιον ἀντέλεγεν. Ἡ δὲ Ἄντεια δείσασα μὴ τῷ Προίτῳ προλαβὼν ἐξείποι τοὺς αὐτῆς ἔρωτας, ἔφθασε τὸν Βελλεροφόντην κατειποῦσα ὡς ἄρα εἴη βεβιασμένη πρὸς αὐτοῦ. Ὁ δὲ Προῖτος αὐτὸν χειρ μὲν οὐκ ἠβουλήθη τὸν Βελλεροφόντην ἀποκτεῖναι, πέμπει δὲ αὐτὸν εἰς Λυκίαν πρὸς τὸν πενθερὸν Ἰοβάτην, ἀδοκήτως καθ' ἑαυτοῦ κομίζοντα γράμματα. Ὁ δὲ πολλοῖς αὐτὸν ἐγγυμνάσας ἄθλοις ὡς οὐχ ἱκανὰ φθειρόμενον, ὑπετόπησε τὴν κατ' αὐτοῦ στρατηγηθεῖσαν δεινὴν καταβουλήν· τοσοῦτον γὰρ κακῶν ὄχλον τῇ δυνάμει κατηγωνίσατο. Ἔδωκε δὲ αὐτῷ πρὸς γάμον τὴν ἰδίαν θυγατέρα Κασάνδραν καὶ τῆς βασιλείας μοῖράν τινα..... Ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀσκληπιάδῃ ἐν Τραγῳδουμένοις. Quod Sophoclis argumentum fuisse eo est veri similius, quod a fragmentis Sthenobœæ Euripidis et ab Apollodori II, 3, 1 et 2 et Hygini Fab. 57 prorsus recedit.

In compositione quoque tragœdiæ Sophocles a reliquis scriptoribus recessisse videtur, quod partes primarias, ut inscriptio docet, Iobati dedit, idque Asclepiades indicat memorans multa pericula ab Iobate Bellerophonti imposita. Itaque credibile est in primis varias animi impressiones et commotiones a poeta esse descriptas, et certamina Bellerophontis, periculisque transactis receptionem in regni societatem. Versus apud Stobæum CXIX, 6, ipsius Iobatis esse videtur, nisi choro Lyciorum ascripseris:

[617] Τὸν Ἅιδαν γὰρ οὐδὲ γῆρας οἶδε φιλεῖν.

Miseratur sortem Bellerophontis juvenili ætate morituri quum ne senex quidem æquo animo mortem oppetat. Hesych. : [618] « ἀφύλλωτον

612.
Lana circumvolutas vesicas.

613.
Inerat enim ovis vellus, inerat etiam vitis
latex et uva bene coacervata,
inerat commixta molis omnium frugum colle-
[ctio,
pinguis succus oleæ, et varium maxime
flavæ apis cero fictum opus.

614.
(Da) ut animi occlusa porta aperiatur.

615.
Prior mortuus mihi perniciem portendit.

617.
Inferos enim ne senectus quidem amare solet.

πέτραν, » ἄπορον, ἄδενδρον, οἷον λεωπετρίαν. Σοφ. Ἰοβάτῃ. Referendum est fragmentum ad saxum inaccessum, unde detrudi Bellerophon possit.

THAMYRAS.

Nomen varie scribitur apud veteres, aliis formam nominis in ας, aliis in ις exeuntis præferentibus. Athenæus utrumque habet, Plutarchus, Pollux, Eustathius Θάμυριν, scholiasta Sophocl. ad OEdip. Col. 378, Plato Θαμύραν eandemque formam Propertius, Ovidius.

Fundus historiæ Homerus est Iliad. B, 594-600 :

Καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι
ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήικα παῦσαν ἀοιδῆς...
στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν εἴπερ ἂν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.
Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Cf. schol. ad hunc l. et Eustath. p. 298, 42. Hesiodus apud Stephanum in agro Dotiensi occæcatum memorat, quod facile ex Dorio mutari potuit. Apollod. I, 3, 3, Pausan. IV, 33, 4; IX, 5, 4; X, 7, 2. Apud omnes scriptores Thrax est, Philammonis et Argiopæ filius; a quibusdam cum Orpheo comparatur. Plutarchus De mus. c. 3 ait : Θάμυριν δὲ τὸ γένος Θρᾷκα εὐφωνότερον καὶ ἐμμελέστερον πάντων τῶν τότε ᾄσαι ὡς ταῖς Μούσαις κατὰ τοὺς ποιητὰς εἰς ἀγῶνα καταστῆναι· πεπαιηκέναι δὲ τοῦτον ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς θεοὺς πόλεμον. Memorabile est quod a plerisque ei cithara attribuitur, ac sunt etiam qui eum voce usum negent (Plat. Ion. p. 533), quod ad Doricæ harmoniæ inventionem retulerunt.

Sed ut ad Sophoclem redeamus, non dubitandum est quin Thamyras ut citharista introductus sit. Ita scriptor Vitæ Sophoclis : Φασὶ δὲ ὅτι καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδί ποτε ἐκιθάρισεν· ὅθεν καὶ ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ μετὰ κιθάρας αὐτὸν γεγράφθαι. Athen. p. 20 : Τὸν Θάμυριν διδάσκων αὐτὸς ἐκιθάρισεν. Welckerus apud scriptorem Vitæ ἐν μονῳδῷ Θαμύριδι correxit, quod necessarium non videtur. Nam quum ante narraverit Sophoclem propter vocis tenuitatem arti histrionali operam non dedisse, facile apparet, si in solo Thamyride cancre cithara tentavit, id quod unum egregie fecit, recte illud procedere, quod scriptor Vitæ memoriæ prodidit. Si quid corrigendum esset, κιθαρῳδῷ præferendum censerem. Cf. schol. Pind. Isthm. V, 36, schol. ad Iliad. O, 410, Eustath. p. 1023, 13, Athen. XIV, p. 632, C. Præterea Welckerus certamen inter Musas et Thamyram disputat tantummodo a nuncio referri potuisse, quia divinus Musarum cantus imitationem non tulerit nec Thamyræ occæcatio in scena monstrari potuerit; certamen autem ait nisi in sacro Musarum fieri vel in aprico loco non potuisse; haud dubie non in arce Thamyræ. Ita etiam facile judicem divinum adhiberi. Atqui si fragmenta expendisset diligentius, in eam opinionem non incidisset. Illud certamen summa fuit totius tragœdiæ neque removeri potuit nisi frustrari poeta auditores voluit; deinde non quærebatur, uter artem musicam melius factitaret, sed uter meliora caneret. Qui contra deos contendunt, probra deorum in medium proferunt; qui pro diis, egregia illorum facta memorant. Accedit quod quæ Thamyras victoriæ præmia postulavit, vulgaria erant, ne dicam turpia.

Si igitur cantus Musarum necessarius fuit tragœdiæ, non dubitandum est quin illæ in choro fuerint. Certum est quidem illas certaminis judices esse non potuisse : at causa nulla est, cur a tragœdia removerentur. Immo nisi toto cœlo a vero aberro, apud Sophoclis schol. ad OEd. Col. 378 ex ipsorum cantu fragmentum servatum est, quod et re quæ memoratur et versus metro judicatur. Non refragabor quidem si quis judicem introductum censeat, quamquam credibilius nobis esse videtur tantam fuisse carminis Musarum præstantiam, ut judice opus non fuerit. Idemque apud Ovidium usu venire videmus.

Fragmenta maximam partem sunt ejusmodi, ut ex carminibus sumpta esse censeas. Dicta puto multa de præstantia Musarum. Huc referendum est fragmentum apud schol. Pind. Isthm. V, 36 : Σοφιστὰς μὲν καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Σοφοκλῆς·

[619] Μέν' εἰς σοφιστὴν τὸν ἐμόν.

(« Corruptum est μέν' εἰς. Fort. μένεις. » *Dindorf.*) Videtur aliquis introductus esse, qui valde admiratus erat carmen Musarum, cui alius quis suum poetam majorem esse respondet. Eustath. p. 1023 : Οἱ παλαιοὶ σοφοὺς ἐκάλουν ἅπαντας τοὺς τεχνίτας. καὶ Σοφοκλῆς δέ, φησὶ, τὸν κιθαρῳδὸν σοφιστὴν λέγει, quo fit probabile versum ex Thamyra sumptum esse. Ex carmine Musarum quod

619.
Exspecta meum sophistam.

præcessit versus duo fuerunt apud schol. Soph. ad OEdip. Col. 378 : Ἄργος κοῖλον καὶ ἐν Θαμύρᾳ·

[620] Ἐκ μὲν Ἐριχθονίου πατρμάστιον ἔσχεθε κοῦρον
Αὐτόλυκον, πολέων κτεάνων σίνιν Ἄργεϊ κοίλῳ.

Versus ex hymno, quo laudes deorum a Musis celebratæ sunt, servatos esse credibile est. Res ipsa ignota est; nemo enim veterum memoriæ prodidit quis hic Autolycus fuerit. Thamyræ tribuerim laudem suæ patriæ. Eustath. p. 358, 40 : Ὅτι δὲ Θρᾳκικὸς καὶ ὁ Ἄθως, οὗ μνεία παρὰ τῷ ποιητῇ, δηλοῖ, φασὶ, Σοφοκλῆς ἐν Θαμύριδι εἰπών,

[621] Θρῇσσαν σκοπιὰν Ζηνὸς Ἀθῴου.

Addas huic vocem τρίγωνος apud Athen. IV, p. 183, E, tanquam ad Musicam pertinentem, et fortasse apud eundem Athen. XIV, p. 637, A : Σοφοκλῆς δ' ἐν Θαμύρᾳ·

[622] Πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγαδῖδες
τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἡδυμελῆ.

Phot. p 239, 15: Μάγαδις, ψαλτικὸν ὄργανον· οὕτω Σοφοκλῆς. Victus Thamyris lamentatur, ut est apud Pollucem IV, 75 : « Μόναυλος » εὕρημα μέν ἐστιν Αἰγυπτίων, μέμνηται δὲ αὐτοῦ Σοφοκλῆς ἐν Θαμύρι. Athen. IV, p. 175, F. : Τοῦ δὲ μοναύλου μνημονεύει Σοφοκλῆς μὲν ἐν Θαμύρᾳ οὕτως·

[623] Ὤχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη
λύρα μοναύλοις τε χειμώντεως
ναὸς στέρημα κωμασάσης.

Valde corrupta sunt et emendanda antequam latine vertantur. Abiit fregitque instrumenta musica. Plutarchus Moral. p. 455, D: Ἀλλ' ὀργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι καὶ θεοῖς νὴ Δία καὶ θηρίοις καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν, ὡς ὁ Θάμυρις

[624] Ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας,
ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας.

Videtur ita suam cladem ipse deplorasse. Incertum est fragmentum apud Antiatt. p. 105, 27 : [625] « κάνναβις », Σοφοκλῆς Θαμύρᾳ. Cf. Pausan. X, 30 : Θαμύριδι ἐγγύς τε καθεζομένῳ τοῦ Πηλίου διεφθαρμέναι αἱ ὄψεις καὶ ταπεινὸν ἐς ἄπαν σχῆμά ἐστι, καὶ ἡ κόμη πολλὴ μὲν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, πολλὴ δὲ αὐτῷ καὶ ἐν τοῖς γενείοις· λύρα δὲ ἔρριπται πρὸς τοῖς ποσὶ, κατεαγότες αὐτῆς οἱ πήχεις καὶ αἱ χορδαὶ κατερρωγυῖαι. Pollux de persona Thamyræ IV, 141 : Τὸν μὲν ἔχων γλαυκὸν ὀφθαλμόν, τὸν δὲ μέλανα.

Tragœdia hac poeta docuit interire humana omnia etiam præstantissima, si neglecta pietate per insolentiam cum divinis contendere incipiant.

HIPPONOUS.

Apollod. I, 8, 4 : Ἀλθαίας ἀποθανούσης ἔγημεν Οἰνεὺς Περίβοιαν τὴν Ἱππονόου. Ταύτην δὲ ὁ μὲν γράψας τὴν Θηβαΐδα πολεμηθείσης Ὠλένου λέγει λαβεῖν Οἰνέα γέρας· Ἡσίοδος δὲ ἐξ Ὠλένου τῆς Ἀχαΐας ἐφθαρμένην ὑπὸ Ἱπποστράτου τοῦ Ἀμαρύγκεως Ἱππόνουν τὸν πατέρα πέμψαι πρὸς Οἰνέα πόρρω τῆς Ἑλλάδος ὄντα, ἐντειλάμενον ἀπαντεῖναι. Εἰσὶ δέ τινες οἱ λέγοντες Ἱππόνουν ἐπιγνόντα τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἐφθαρμένην ὑπὸ Οἰνέως, ἔγκυον αὐτὴν πρὸς τοῦτον ἀποπέμψαι. Ἐγεννήθη δὲ ἐκ ταύτης Οἰνεῖ Τυδεύς. Apud Hyginum Fabb. 69 et 70 Tydeus filius est Peribœæ captivæ. Schol. ad Iliad. Ξ, 114, Diod. Sic. IV, 35.

In his scriptoribus, quos commemoravi, nihil continetur quod ad tragicam dignitatem accedat. Itaque crediderim oraculum quoddam, cujus nihil nobis servatum est, notum fuisse veteribus, quo magna quædam ex Hipponoi sorte fato destinata fuerint. Ac memorabile est quod Tydei et Capanei pater vel avus a quibusdam memoratur, qui moribus erant simillimis, magnorum malorum auctores, deorum contemptores. Itaque suspicor Hipponoi fortunam non fere aliter ac Laium præbuisse argumentum tragœdiæ, ut magnorum malorum esset principium et exordium, quæ bellis continuata cladem domus attulerint. Hoc nomen etiam Peribœa indicat, quæ magnorum bellatorum mater fuit, ut alia Peribœa, quæ Ajacem peperit.

Hipponoum igitur poeta fecerit præter voluntatem deorum filiam suam elocantem, qui recte uxorem eam ducere non debuit. Ac fortasse etiam Peribœa nubere illi noluit, nec fecisset nisi coacta esset. Itaque auctores sunt qui eam

620.
Ex Erichthonio ad mammam habuit puerum
Autolycum, multorum bonorum perditorem cavis
Argis.

621.
Thraciam speculam Jovis Athoi.

622.
Pulsæ lyræ et instrumenta musica
et quæ inter Græcos sunt opera dulce sonantia.

624.
Frangens auro colligatum cornu,
frangens harmoniam lyræ chordis vinctæ.

captivam fuisse perhibent. Ex nomine tragœdiæ colligendum est primarias partes tragœdiæ fuisse Hipponoi, qui aut pietatem summam aut insolitam animi malitiam prodidit. Ex nepotibus tamen facilius concludas insignem illum malefactorem fuisse (conf. Heyn. ad Apollod. p. 52).

Fragmenta omnia aut ad Hipponoum aut ad Peribœam referri possunt. Audiverat aliquid de Peribœa pater Hipponous et fortasse memor oraculi, ex quo is, qui natus esset ex filia, avunculos suos esset interfecturus, impendenti malo occurrere constituit. Ait igitur (Orion Anthol. IV, 2, p. 46, ἐκ τοῦ Ἱππόνου Σοφοκλέους)·

[626] Σωτηρίας γὰρ φάρμακ' οὐχὶ πανταχοῦ
βλέψαι πάρεστιν, ἐν δὲ τῇ προμηθίᾳ.

Hesych. [627] « ἀπαλέξασθαι, » ἀποφυλάξασθαι. Σοφ. Ἱππόνῳ. Verum inquirit accuratius sitne Peribœa filia [628] « ἀπαρθένευτος », ἀκέραιος, καθαρά. Σοφ. Ἱππόνῳ, ut est apud Hesychium, an vitiata poscitque ab ea, ut confiteatur quod celari non possit. Stob. Eclog. 1, 9, p. 230, Clem. Al. Strom. IV, p. 742, Gellius XII, 11 :

[629] Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδέν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Peribœa ait apud Stephan. Byzant.: Ὤλενος, πόλις Ἀχαΐας, καὶ Αἰτωλίας, θηλυκῶς λεγομένη. Σοφ. ἐν Ἱππόνῳ·

[630] Ἐξ Ὠλένου γῆς φορβάδος κομίζομαι.

Demochoro Pollux hæc memoriæ prodidit IV, 111 : Τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν (ἡ παράβασις), ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν, ἐν μέν γε τῇ Δανάῃ τὸν χορὸν [τὰς γυναῖκας] ὑπὲρ αὐτοῦ τι ποιήσας παρειπεῖν, ἐκλαθόμενος ὡς ἄνδρας λέγειν ἐποίησε τῷ σχήματι τῆς λέξεως τὰς γυναῖκας. [631] Καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ἀμίλλης ποιεῖ σπανιακῶς, ὥσπερ ἐν Ἱππόνῳ. Chorentæ fuerunt, ut credibile est, cives Hipponoi, insignes gravitate et constantia. Quod nisi fuissent, Sophocles iis nullo pacto ad eas parabases uti potuisset, quas Pollux dicit.

CAMICII SIVE MINOS.

« Sincerus hic fabulæ titulus quam alii ΚΑΜΙΚΟΙ, alii ΚΩΜΙΚΟΙ inscribunt. Oppidum Siciliæ est Camicus. Vide Stephanum in Κάμικος. A personis quibus constabat chorus denominata fabula, ut Μυκηναῖαι, Λαρισσαῖοι, Cratini Σερίφιοι, qui passim etiam gemello errore Σίριφοι appellati occurrunt. Vide Hemsterhusium ad Pollucem X, 156. Argumentum erat mors Minois a Cocali filiabus interempti. Videndi præter Diodorum Sic. in Dædali historia scholiastes Pindari ad Nem. IV, 95 et Pausan. p. 531 [VII, 4, 4]. » *Brunck.* Recte Brunckius argumentum tragœdiæ indicavit. Camicus postea fuit arx Agrigenti, fabulis celebrata sedes Cocali, qui Dædalum e Creta profugum recepit ibi expectantem, dum Icarus, qui mari interiit, adveniret. Ovid. Metamorph. VIII, 261 :

Jamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat
Dædalon et sumptis pro supplice Cocalus armis
Mitis habebatur.

Insequebatur cum exercitu Minos, quem filiæ Cocali fervida aqua peremerunt. Silius XIV, 39. Herodot. VII, 170 : Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην ... ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ, id quod refert Aristot. Polit. II, 7, 2. Strabo p. 279 (427 Alm.) simpliciter ait : τελευτὴ ἡ ἐν Καμικοῖς παρὰ Κωκάλῳ συμβᾶσα. Athen. p. 10, E. Accuratius schol. ad Iliad. B, 145 : Μετὰ δὲ τὴν τῆς Πασιφάης πρὸς τὸν ταῦρον μίξιν Δαίδαλος, εὐλαβούμενος τὴν Μίνωος ὀργήν, πτερωτὸς σὺν Ἰκάρῳ τῷ υἱῷ ἐφέρετο· καταπεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς, τὸ ὑποκείμενον πέλαγος Ἰκάριον μετωνομάσθη. Ὁ μέντοι Δαίδαλος διαπτὰς εἰς Κάμικον τῆς Σικελίας καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκδεχόμενος ἔμεινε παρὰ ταῖς Κωκάλου θυγατράσιν, ὑφ' ὧν ὁ Μίνως ἥκων ἐπ' ἀναζήτησιν τοῦ Δαιδάλου ἀποθνήσκει, καταχυθέντος αὐτοῦ ζεστοῦ ὕδατος. Ἱστορεῖ Φιλοστέφανος καὶ Καλλίμαχος ἐν Αἰτίοις. Multa singularia habet Diod. Sic. Cf. Heyn. ad Apoll. p. 348. Schol. Pind. Nem. IV, 95 : Ὁ γὰρ Δαίδαλος ἐκ Κρήτης εἰς Σικελίαν ἀφικόμενος πρὸς Κώκαλον βασιλεύοντα τῆς Καμίκου, πείθει τὰς θυγατέρας Κωκάλου διὰ τῆς ὀροφῆς ποιῆσαι κατάρρυσιν, δι' οὗ ἐχυθὲν θερμὸν ὕδωρ ἐπενεχθήσεται τῷ Μίνῳ λουομένῳ· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπώλεσεν ὁ Μίνως.

Qualis tragœdia Sophoclis fuerit, parum constat. Cocalus, Minos, Dædalus necessariæ personæ fuerunt. Cocalo Pelasgus in Supplicibus Æschyli, Dædalus Danao comparari potest; eodemque modo hostilis exercitus instat, qui vi

626.
Salutis enim remedia non ubique dispicere licet, sed in providentia.

629.
Ad hæc nihil absconde: nam qui omnia videt et omnia audit, omnia explicat tempus.

630.
Ex Oleni terra frugifera auferor.

vinci nequit, sed dolis removendus est. Ægyptii per Danaidas intereunt; Minos a Cocali filiabus vita privatur. Chorus videtur oppidanorum fuisse. Quomodo poeta in reliquis fabulam exornarit, prorsus ignoratur. Dædalus a Cocalo comiter receptus esse videtur, quum Minos illum repetitum in insulam advenit; rex periculo permotus quum initio reddere illum voluerit, postea filiabus instigantibus retinet. Minos, qui exercitu instructo venisset, repelli non potuit; at quum receptus multis laboribus superatis balneo utitur, interimitur. Exercitus amisso duce postea infecta re in patriam redit.

Fragmenta quodam pacto explicari possunt. Hesychius, « κωχεύουσιν, » ὀχοῦσι, μετεωρίζουσι· « πιστοί με Σοφοκλῆς καμίκην κωχεύουσιν ἐμφορταιδέσμας. » Etymol. MS. in Ruhnk. Auctar.: Κωχεύουσιν, ὀχοῦσι, μετεωρίζουσι. Σοφοκλῆς Καμικοῖς·

[632] Πιστοί με κωχεύουσιν ἐν φορᾷ δέμας.

Sunt verba Dædali qui quomodo in insulam venerit, narrat. Quod quum Cocalus miretur talia ausum, Dædalus respondet (Clem. Al. Strom. VI, p. 741):

[633] Οὐκ ἔστι τοῖς μὴ δρῶσι σύμμαχος τύχη.

Potest versus illius quoque esse, qui insidias adversus Minoem suasit. At memorantur etiam Dædali delicta. Athen. IX, p. 388, F: Πέρδιξ· τοῦ ὀνόματος ἔνιοι συστέλλουσι τὴν μέσην συλλαβήν, ὡς Ἀρχίλοχος· πολὺ δέ ἐστι τὸ ἐκτεινόμενον παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Σοφ. Καμικίοις·

[634] Ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος
Πέρδικος ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις.

Phot. p. 413, 15 et Suid. in Πέρδικος ἱερόν... Σοφοκλῆς δὲ ἐν Καμικίοις (libri κωμικοῖς) [635] τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα Πέρδικα εἶναι τοὔνομα. Aliud fragmentum est apud Athenæum III, p. 86, D, quod ad insidias Minoi structas referendum censeo: Τῶν στραβήλων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Καμικίοις οὕτως·

[636] Ἁλίας στραβήλου τῆσδε, τέκνον, εἴ τινα
δυναίμεθ' εὑρεῖν.

Videtur enim strabelum descripsisse regiæ filiæ additque cochleam egregie aptam ad aperturas faciendas instar terebræ. Ratio autem invenienda erat, qua aqua fervida in balneum improviso infunderetur.

Exstat præterea fragmentum quod plane incertum est sitne huic tragœdiæ adscribendum necne. Joannes Damascenus in Gaisf. Append. ad Stob. vol. IV, p. 36: Εὐριπίδου Κωμικοῦ·

[637] Ὅστις νέος ὢν μουσῶν ἀμελεῖ
τόν τε παρελθόντ' ἀπόλωλε χρόνον
καὶ τὸν μέλλοντα τέθνηκε.

Gaisfordius conjecit Σοφοκλέους; Καμικίων scribendum, parum probabiliter. At si pertinet ad hanc tragœdiam, chori est Dædali artem admirantis.

Recensuimus huc usque tragœdiarum titulos, quos a veteribus grammaticis Sophoclis tragœdiis recte adscribi censuimus, atque ubicunque quædam in nomine remansit dubitatio, illa semper fuit ejusmodi, ut diversis argumentis excussis quid tragicum esset, facile perspici posset. Secuti vero auctoritatem eorum interpretum, qui has tragœdiarum reliquias summa cura pervestigarunt, paucos titulos removendos censuimus, in quibus personæ nomen, non tragœdiæ latere probabile fuit, aut qui falso erant et errore grammaticorum in ordinem tragœdiarum relati. Inscriptiones tamen duæ remanserunt, quas dubites quum sint maxime ambiguæ et incertæ cui potissimum argumento vindices, nec constat, utrum revera tragœdiæ fuerint an meri grammaticorum errores. Sunt autem Eumelus et Xoanephoræ, de quibus pauca deinceps dixisse sufficiet.

EUMELUS.

Eumelus bis citatur a veteribus grammaticis, ab Hesychio et Harpocratione. At apud Hesychium locus valde incertus est: Αἵματος ἄσται Ἄρηα· αἵματος κορέσαι τὸ δόρυ. Ἢ αἵματι μολῦναι καὶ χρῶσαι αὐτό. Ἄσηι γὰρ ἡ ῥυπαρία. Ὅθεν καὶ

632.
Certi mihi sustinent in volatu corpus.
633.
Fortuna eos, qui nihil audent, non juvat.
634.
Ab ave cognominatus venit
Perdice in celebratis Atheniensium pagis.
636.
Maritimæ hujus strabeli, filia, si quem possimus reperire.
637.
Qui quum juvenis sit Musas negligit
et præterito tempore periit
et futuro mortuus est.

[638] « ἀσάμινθος (cod. ἀσάμεθα) », ἐν ᾗ τὴν ἅσην μινύθοντες ἐνεορεῖ (ἐλούοντο Suid. in Ἀσάμινθος). Σοφοκλῆς Εὐμήλῳ. Cod. Ἀμήλῳ. Welckerus Blomfieldio assensus est Ἀμύκῳ scribenti, de quo in utramque partem disputari potest; at non satis explicatum esse videtur, quomodo factum sit ut nomen inter tragicos ignotum pro eo asciscerctur, quo fabula satyrica inscripta fuerit. At memorabile est, quod apud Harpocrationem diserte scriptum est ἐν Εὐμήλῳ, neque ullam scripturæ diversitatem e codicibus enotatam invenio. Verba autem hæc sunt: [639] « Καθελών. » Δημοσθένης ... ἀντὶ τοῦ ἀνελὼν ἢ ἀποκτείνας. Ἐχρήσαντο δὲ οὕτω τῷ ὀνόματι καὶ ἄλλοι, ὡς καὶ Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι καὶ Σοφοκλῆς ἐν Εὐμήλῳ. Photius, qui idem repetiit p. 122, 1, nomen fabulæ omisit. Apparet igitur valde incertam esse Blomfieldii conjecturam.

Præterea nihil exstat; at si utramque glossam accuratius consideraveris, facile intelliges verba esse ejusmodi, ut ad tragicam dignitatem accedant abhorreantque a fabularum satyricarum levitate et lascivia. In nomine autem difficultas est, quoniam nullus est Eumelus, quem tragicum jure dixeris.

Plures Eumeli a veteribus scriptoribus commemorantur. Unus fuit Admeti et Alcestidis filius inter procos Helenæ. Octo naves Trojam duxit Iphthimamque in matrimonio habuit. De hoc nihil præterea notum est, neque satis digna persona fuisse videtur, quæ tragicis adscribatur. Hygin. Fab. LXXXI et XCVII, Apollodor. I, 9, 15, et III, 11, 8, Hom. Iliad. B, 713. Alius fuit filius Meropis, qui diras exsecrationes Mercurio imprecatus est. At ne hic quidem tragicus fuit. Itaque facilius tertium intelligas tragicum, qui Triptolemum terrarum orbem peragrantem recepit, Ovid. Metamorph. VII, 390 interpr. De quo quamquam nihil præterea notum est, tamen apparet per Triptolemum quandam affinitatem cum tragœdia esse effectam, ut non minus apta sit persona quam Oicles aliique. At fragmenta quæ supersunt sunt ejusmodi, ut nulla conjectura stabiliri possit.

XOANEPHORŒ.

Eumelo incertior est tragœdia dicta Ξοανηφόροι, quæ semel citatur a scholiasta Æschyli Sept. adv. Theb. 310. Welckerus errore titulum ortum esse censet, neque probabile esse putat, quod Æschylus in eadem tragœdia v. 217 incertum dicat, id Sophocli tam certum visum esse, ut chorum constitueret simulacra auferentium. Itaque a poeta in fabulæ cujusdam exitu deos visos esse suspicatur qui simulacra sua tollerent, adscripsitque fragmentum, quod servatum est, Laocoonti. Neque vero prorsus de medio vult titulum tollere

Non potest dubitari quin ex scholiasta colligendum sit deos ipsos sua abstulisse simulacra. At facile apparet ejusmodi chorum in nulla tragœdia constitui potuisse, quia tantummodo solemnis pompa deorum ostendi potuit, non chorus, qui in orchestra remaneret. Quocirca dii non aliter introduci potuisse videntur, quam Προπομποί in exitu Eumenidum Æschyli. Sunt tamen in his quæ dubitari possint Welckerique sententiam infirment. Si præter nomen nihil hodie superesset ex Choephoris Æschyli, quis dubitaret quin de illa fabula eadem dici possent, quæ Welckerus de Xoanephoris Sophoclis in medium protulit? Deinde non est necessarium Xoanephoros intelligi chorum deorum. Scholiasta ait εἴρηται ὅτι θεοὶ φέρουσι, non δείκνυνται θεοὶ φέροντες. Apparet igitur Xoanephoros a diis diversos esse. Qua re argumentum fabulæ multo fit incertius; at quum Troja urbs sit, unde dii sua auferant simulacra, maxime probabile est ab illa urbe argumentum tragœdiæ alienum non fuisse.

Conjectura si a vero non prorsus abhorret, argumentum tragica gravitate dignissimum non adeo difficile est inventu. Sunt enim sub eversionem urbis duæ partes, quarum altera urbem relinquere, altera bonorum suorum desiderio retenta remanere cupit. Horum litem quum nulla prudentia hominum auferre possit, a diis ipsis admonentur, quid faciendum sit. Alteri obediunt, alteri in sua perstant sententia. Jam autem est inevitabilis interitus; itaque chorus introducitur, qui simulacra aufert admonitus deorum abitu, qui sua ipsi auferre simulacra videantur. Ita Virgilius lib. III, 12: Feror exsul in altum — *cum magnis dis*. At dicat aliquis, quid opus est hominibus qui auferant simulacra, quæ dii ipsi tollant? At est pietas facere ea, quæ diis grata sunt eosque adjuvare velle.

Fragmentum unum, quod exstat apud schol. Æschyli Sept. adv. Thebas v. 310, hoc est: [640] Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται.

FABULÆ SATYRICÆ.

ACHILLIS AMATORES.

Fabula, quæ Ἀχιλλέως ἐρασταὶ inscribitur, non inter satyricas quidem fabulas memoratur, at nulla dubitatio remanet ex versuum conformatione et argumenti compositione, quin ad satyros referenda sit fabula.

Nomen satis prodit amatores in choro fuisse; ex quo concludas Satyros Achillis amatores introductos esse. Quod si pro vero habendum est, probabile est totam rem in Græcia apud Peleum patrem, qui suas partes in fabula habuit, in agro transactam esse Achillemque puerum introductum vel pecora pascentem vel in Pelio venantem, cujus pulchritudine Satyri inducti amatores se faciant. At male accepti vel a Peleo vel Phœnice fugati esse videntur.

De compositione fabulæ constat Peleum esse introductum et Phœnicem qui resistebant Satyris. Etiam canis memoratur, qui fortasse in scena fuit. Achilles autem inter viros idem fere fuisse videtur, quæ Helena inter mulieres, mollis quidem ille, at nullo modo effeminatus, ut Ovidius dixit in Trist. IV, 409:

Nec nocet auctori mollem qui fecit Achillem
infregisse suis fortia facta modis.

Præcepit animo poeta fortia facta, quæ aliquando exsecuturus esset Achilles.

Peleo debetur quod est apud scholiastam Pindari Nem. III, 60: Διωκομένη ἡ Θέτις ὑπὸ τοῦ Πηλέως μετέβαλλε τὰς μορφὰς ὁτὲ μὲν εἰς πῦρ, ὁτὲ δὲ εἰς θηρία· ὁ δὲ καρτερήσας περιγέγονε. Περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς·

[641] Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει; λέων
δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

Schol. Apoll. IV, 816: [642] Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς φησιν ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τὴν Θέτιν καταλιπεῖν αὐτόν. Videtur igitur Peleus a conjuge, quam tanto labore adeptus sit, se desertum conquestus esse; fortasse addidit etiam filium non adesse. Deinde Achillem prodiisse probabile est, cui attribuerim quod est apud Athenæum IX, p. 401, D: Τίς μνημονεύει κατὰ τὸ σύνθετον ὁμοίως ἡμῖν « συάγρου » ἐπὶ τοῦ ἀγρίου συός; Σοφοκλῆς μὲν γὰρ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ἐπὶ κυνὸς ἔταξε τοὔνομα, ἀπὸ τοῦ σῦς ἀγριεύειν, λέγων

[643] Σὺ δ', ὦ σύαγρε, Πηλιωτικὸν τρέφος.

(Epitome et Eustathius p. 1872, 12, βρέφος.) Satyri quum Achillem viderint, amore armati adolescentis abripiuntur. Huc pertinet quod est apud Hesychium: Ὀμμάτειος πόθος· διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. Καὶ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς [644] « ὀμματοπάλογχα » φησίν. Correxit Is. Vossius « ὄμματ' ἀπόλογχα. » Alii aliter. Alio fragmento Satyri amore perculsi usque ad tragicam dignitatem versuum efferuntur. Schol. Pind. Nem. VI, 90: Οὐκ ἐκ παραδρομῆς δὲ ζάκοτον εἶπε τὸ ὄμμα τοῦ Ἀχιλλέως . . . ἀλλ' ὅτι ἰδιώτερον παρὰ τὰ ἄλλα κατεσκεύαστο. Δίκρουν γὰρ ὥστε δύο αἰχμὰς ἔχειν καὶ μιᾷ βολῇ δισσὰ τὰ τραύματα ἀπεργάζεσθαι.... Σοφοκλῆς ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς·

[645] Ἢ δορὸς δικόστομον πλᾶκτρον·
δίπτυχοι γὰρ ὀδύναι μιν ἥρπων
Ἀχιλληίου δόρατος.

Dobræus versus a Sophocle alienos esse judicavit; sin minus, existimandum est Achillem jam ostendisse insignibus viribus se præditum, antequam in bellum profectus sit. Ac veteres raro inter diversas ætates viri eximii distinxerunt, ubi aliquem quicunque is fuit in cœlum laudibus extulerunt. Neque alienum est ab instituto poetæ Achillem, quem omnibus virtutibus præcellentem fecit, puerili ætate insignem venandi studio et successu celebrari. Quæ quum chorus de Achille carminibus prædicasset, alius quidam amplius de amore ait, quod est apud Stobæum LXIV, 13:

[646] Νόσημ' ἔρωτος τοῦτ' ἐφήμερον κακόν·
ἔχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι,
ὅταν πάγου φανέντος αἰθρίου χερῶν
κρύσταλλον ἁρπάσωσι παῖδες ἀσταχῆ·

641.
Nam quis labor mihi non imminebat? leo et draco, ignis, aqua.

643.
Tu vero, suum venator, Pelii alumne.

645.
Aut hastæ bifidum telum; duplices enim illum retinebant dolores Achilleiæ hastæ.

646.
Ægritudo amoris hæc suave malum est; neque enim male illud in hoc simili exemplo ostenderim, pueri congelatum aquæ frustum non stillans rapuerint:

τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποταινίους,
τέλος δ' ὁ χυμὸς οὔθ' ὅπως ἀφῇ θέλει
οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμφορον μένειν.
Οὕτω γε τοὺς ἐρῶντας αὐτὸς ἵμερος
δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐεται.

Plut. Moral. p. 508, C : Ὥσπερ οἱ παῖδες τὸν κρύσταλλον οὔτε κατέχειν οὔτε ἀφεῖναι θέλουσι. Zenobius Cent. V, 58 : « Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. » Ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων μήτε μεθεῖναι βουλομένων ἡ παροιμία εἴρηται. Μέμνηται αὐτῆς Σοφοκλῆς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς. Neque ab his alienum esse fragmentum censeo truncatum et imperfectum apud schol. Soph. ad OEdip. Col. 481 : Ὕδατος μελίσσης] ὕδατος καὶ μέλιτος· ἀπὸ γὰρ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον· καὶ ἐν Ἐρασταῖς

[647] Γλώσσης μελίσσης τῷ κατερρυηκότι.....

Est enim illud amatorum. Postremo Achilles amatoribus subtrahitur, qui deridentur, ut est apud schol. ad Aristoph. Vesp. 1071 : Παιδικὰ ἐπὶ ἀρρένων καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ἐξείληπται. Ἐπιδόντων γάρ τι τῶν σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν φησὶν ὁ Φοῖνιξ,

[648] Παπαῖ τὰ παιδί', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας.

(Eadem ap. Phot. p. 369, 10, Suid. v. Παιδικά, gramm. Coislin. ap. Bachmann. Anecd. vol. I, p. 324, ex quo Montefalc. p. 474 edidit ὡς ὁρῶσ' ἀπώλεσας, Bachm. ὡς ὁρῶ σ' ἀπώλεσαν.) Deinde videntur quædam de futura gloria Achillis prædicta esse, ut indicat Chœroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1267 : Ἀρῶξιν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς·

[649] Ὁ δ' ἔνθ' ὅπλοις ἀρρῶξιν Ἡφαίστου τεχνίτου.

Chœroboscus ἀρῶξιν ait κατὰ μεταπλασμὸν ἀπὸ τοῦ ἀῤῥήκτοις factum. « Τεχνίτου in τέχνῃ mutandum videtur. Initio fort. Ὁ δ' ἦλθ' ὅπλ. » *Dindorf.* Postremum temere.

ΚΡΙΣΙΣ.

Fabulæ argumentum Welckerus indicavit, qui nullum aliud judicium intelligendum esse docuit nisi Paridis, qui dearum disceptationem, quæ ceteras forma superaret, judicio suo diremit. De ratione, quam poeta in componenda fabula secutus est, perpauca dici possunt. Quæ enim ab Athenæo memoriæ prodita sunt, ex iis colligitur Venerem et Minervam vario modo cultuque a poeta inductas esse. Scripsit enim Athenæus hæc XV, p. 687, C : [650] Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς ἐν Κρίσει [codex κρησὶ] τῷ δράματι τὴν μὲν Ἀφροδίτην ἡδονήν τινα οὖσαν δαίμονα μύρῳ τε ἀλειφομένην παράγει καὶ κατοπτριζομένην, τὴν δ' Ἀθηνᾶν φρόνησιν οὖσαν καὶ νοῦν, ἔτι δ' ἀρετήν, ἐλαίῳ χρωμένην καὶ γυμναζομένην. His egregie convenit versus apud Herodianum Περὶ διχρόνων in Cram. Anecd. vol. III, p. 296, 8, Dracon. p. 35, 5 et gramm. Hermanni p. 444, coll. Herodiano Περὶ μον. λέξ. p. 36, 24 : Φάρος συστέλλον τὸ α, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κρίσει σατυρικῇ·

[651] Καὶ δὴ φάρει τῷδ' ὡς ἐμῷ καλύπτομαι.

Deæ est vestis, fortasse Junonis vel Minervæ, quæ hæc dicit quum Venus nuda esse soleat. Choro tribuerim quod est apud Hesychium [652] « βυδοί, » οἱ μουσικοί· ἢ κροῦμά τι. Σοφοκλῆς Κρίσει. Codex σοφῶς κρησίν.

ΕΡΙΣ.

Omnium obscurissimum argumentum est fabulæ quæ Ἔρις ab Sophocle inscripta est. Welckerus quidem intellexit altercationem inter Jovem et Neptunum de Themide, de qua Plato De rep. II, p. 379 : Τὴν δὲ τῶν ὅρκων καὶ σπονδῶν σύγχυσιν ἣν ὁ Πάνδαρος συνέχεεν, ἐάν τις φῇ δι' Ἀθηνᾶς τε καὶ Διὸς γεγονέναι, οὐκ ἐπαινεσόμεθα· οὐδὲ θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν διὰ Θεμιτός τε καὶ Διός. At videtur aliud quid his verbis intelligi quam censet Welckerus.

Memorabile est quod fabula simpliciter Ἔρις dicta est, quæ ad ignotum aliquod argumentum referri non potuit. Deinde non facile perspicitur quomodo Satyri introduci potuerint, si dii disceptabant in Olympo, cujus honore Superi illos nondum dignos habebant, ut ait Ovidius Metamorph. I, 194. Quocirca non dubito quin hoc simile argumentum sit ei, quod in Κρίσει poeta explicavit, quo etiam versuum ducit similitudo, nisi Ἔρις aliud nomen fuit ejusdem fabulæ, quæ Κρίσις dicta est.

---

primum insigni gaudio afficiuntur; [potest,
postremo vero glacies liquescens neque dimitti neque in manibus rem teneri commodum est.
Sic amantes idem desiderium [sistant.
et ad agendum sæpe impellit rursumque ut de-

648.
Heu amatum puerum, ut vides, perdidisti.
649.
Ille vero tum armis juvantibus Vulcani fabri....
651.
Et sane hac veste ut mea propria vestior.

Fragmenta tria eaque valde obscura servata sunt. Primum est apud Athen. XIV, p. 646, D : Σοφοκλῆς Ἐριδι·

[653] Ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἵτρια βλέπω.

Fuerit responsio Veneris, quæ Minervæ contemnit sapientiam. Reliqua etiam incertiora sunt. Hesychius: [654] « εὔωρος γάμος, » Σοφοκλῆς Ἐριδι. Ἤτοι ὥριος ἢ ὀλίγωρος· οὕτω γὰρ λέγουσι κατὰ ἀντίφρασιν, ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ εὐωριάζειν. Antiattic. p. 108, 9 : [655] « Μίαν μίαν, » ἀντὶ τοῦ κατὰ μίαν. Σοφ. Ἐριδι.

ICHNEUTÆ.

Ἰχνευταὶ sive Investigatores fabula est quæ diserte inter satyricos refertur a Polluce X, 34, et quod Photius p. 489 memoriæ prodidit, perspicue docet talem saltationem in fabula exhibitam esse, quæ nemini nisi Satyris conveniebat.

De argumento nihil certi dici potest. Sunt qui Investigatores ad Europæ ab Jove raptæ historiam referentes eosdem Satyros fuisse credant, qui Cares ab Æschylo vocentur, ac simulasse illos se Cares vel potius Phœnices, qui Europæ alicubi conspectæ auxilium simulate cupidine inducti promiserint. At Cares apud Æschylum certe non fuerunt pro Phœnicibus, nec videntur illi diverso modo introducti quam Scythæ apud Sophoclem in historia Medeæ. Neque vero intelligitur, si illud quod dixi fabulæ fuerit argumentum, quomodo Satyri jure Investigatores dicantur. Secutos eos ajunt cupidine abreptos Europam turpemque amorem expressisse saltando. At ab uno facto tam exiguo tamque celeriter transeunte tota fabula vocari non potuit; neque nomen satis recte conveniebat dramati, nisi per totam fabulam illi aliquid investigarent. At deest argumentum, in quo illud expressum sit, nisi te ad Polyidum vatem referas. In qua tragœdia ut vates, quibus quod Minos postulavit explorandum fuit, adhibiti sunt, ita investigatores non minus apte in fabula satyrica exhiberi potuerunt, qui aut filium a Minoe amissum aut fructum ab oraculo editum investigarent. Facetiæ fortasse ex eo, quod inter fragmenta relatum est, captæ sunt, quod quum fructum illum mirabilem mori quærerent, in brassicam inciderunt gaudioque repertæ herbæ excitati saltationem illam incipiebant, quæ a Photio et Suida memoratur.

Ceterum fragmenta valde obscura sunt. Pollux X, 34 : Μέρη δὲ κλίνης καὶ ἐνήλατα. Σοφοκλῆς ἐν Ἰχνευταῖς σατύροις ἔφη

[656] Ἐνήλατα ξύλα τρίγωμφα διατορεῦσαί σε δεῖται.

« Verba corrupta, de quibus post alios conjecturas protulit Lobeckius ad Phrynich. p. 178. » *Dindorf.* Athen. II, p. 62 a, F : Ἀττικοὶ δ' εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅρμενον τὸν ἀπὸ τῆς κοάμβης ἐξηνθηκότα. Σοφοκλῆς Ἰχνευταῖς·

[657] Καὐξορμενίζει κοὐκ ἐπισχολάζεται βλάστη.

Παρὰ τὸ ἐξορούειν καὶ βλαστάνειν. (Conf. Eust. p. 899, 17.) Postremo apud Photium est p. 489, 1 et Suidam : [658] « ῥικνοῦσθαι » τὸ διέλκεσθαι καὶ παντοδαπῶς διαστρέφεσθαι κατ' εἶδος· λέγεται δὲ καὶ « ῥιγνοῦσθαι » τὸ καμπύλον γίγνεσθαι ἀσχημόνως καὶ κατὰ συνουσίαν καὶ ὄρχησιν κάμπτοντα τὴν ὀσφῦν. Σοφ. Ἰχνευταῖς.

AMPHIARAUS.

Perpauca sunt quæ de Amphiarao fabula dici possunt, incertaque omnia quæ divinatione assequaris. Apud scholiastam Aristophanis versus est, ubi *chorus vatis* commemoratur, ex quo concludas Amphiaraum vatem esse a poeta introductum eique Satyros additos tanquam ministros. Satyricam autem fuisse fabulam docet Platonis schol. p. 378 Bk. et Athen. X, p. 454, F, et schol. Aristoph. ad Ran. 484. Præterea aliæ memorantur res quæ perspicue docent omnia ruri transacta esse. Crediderim a poeta Amphiaraum talem esse introductum, qui quum vates futura prævideret, tamen obsequio in uxorem inductus meliora negligeret, deteriora sequeretur, qui bellum præferret, quamquam se in illo pessima conditione futurum non ignoraret. Personæ fuerunt fortasse cum Amphiarao Polynices, Eriphyla, Alcmæon. Neque dubitari potest quin multa dicta sint de bello, de quo Amphiaraus fortasse oraculum in ipsa fabula consuluit.

Fragmenta partim corrupta partim obscura sunt. Ad Amphiarai vim divinandi referam apud Erotianum p. 210 : [659] « Φρονεῖν » ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν.... Μέμνηται καὶ Σοφοκλῆς ... ἐν

653.

Ego vero esuriens ad placentas respicio.

657.

Cauliculos emittit neque in superficie remanet germen.

Ἀμφιαράῳ. Deinde mirabile videtur quod est apud Athenæum, qui X, p. 454 F, « postquam (inquit Brunckius) tragicorum ῥήσεις aliquot protulit, in quibus homines literarum rudes describentes literarum figuras ænigmatice personarum nomina designant, Sophoclis meminit rusticum inducentis, qui literarum formas non verbis sed schematibus et gesta saltando exprimeret : [660] Καὶ Σοφοκλῆς δὲ τούτῳ παραπλήσιον ἐποίησεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ τὰ γράμματα παράγων ὀρχούμενον. » Videtur perversus quidam usus sapientiæ a poeta ostensus esse, ut Amphiaraus quodam pacto derideretur. De bello quædam dicta videntur. Erotianus p. 306 : Πέλον, ὑπόφαιον ... ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι καὶ ἐν Ἀμφιαράῳ φησὶ,

[661] Κυνὸς πέλης τε μηκάδος βοὸς
ῥινόν.

(Codd. ῥινέων vel ῥηνέων.) Galea intelligitur. Neque alienum est in Crameri Anecdot. I, p. 344, 4, Epimerism. ad Iliad. K, 334 : πολιοῖο. Οὐκ ἀγνοοῦμεν τὴν ἀκριβῆ γραφὴν πελιοῖο· οὐ γὰρ ἁρμόζον τῷ ἐπὶ κατασκοπὴν ἐξιόντι λαμβάνειν λευκὸν δέρμα. Πελιοῦ οὖν παρὰ τὸ πέλλω·

[662] Ἔνθ' οὔτε πέλλεις οἷον ἄγραυλος βοτήρ.

Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ. Codex οἳ ἄγραυλος βότος. Cf. Schneidewinum ad Orion. p. 98. Amphiaraus videtur admonitus esse, ut domi remaneat, ubi veste fuscata non vestiatur. Hesych. : [663] « ἀλεξαίθριον, » θερμὸν σκέπασμα. Σοφ. Ἀμφιαράῳ. Tale enim illi vestimentum domi remanenti non est necessarium. Neque a belli discrimine abhorret, quod schol. ad Aristoph. Ran. 484 memoriæ prodidit : [664] « Ὡρακιᾶσαι » λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριᾶσαι, ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίζειν. Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ· θλιβομένης γὰρ καρδίας τοῦτο γίνεται. At non audit qui vult ipse eventu doceri. Quo referas verba schol. Plat. p. 378 : Παροιμία « ὁ ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν φύσει »... Κέχρηται Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ λέγων·

[665] Ἔτ' αὐ[τὸς] ὡσπερ ἁλιεὺς πληγεὶς [φρ]ενῶν
διδάσκαλος.

Versum utcunque correxi. Conf. Zenob. II, 14. Reliqua prorsus obscura sunt. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1501 : Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ·

[666] Ὁ πιννοτήρης τοῦδε μάντεως χοροῦ.

Schol. Ælian. N. A. III, 10 : [667] « Τρασιὰ » λέγεται ὁ τόπος ἔνθα τὰ σῦκα ξηραίνεται, παρὰ τὸ τερσαίνειν. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ ἐπὶ τῆς ἄλω ἐτίθη τὴν λέξιν. (Zonaras p. 1742, eadem exponens, ἐν τῷ ἑτέρῳ Ἀμφ. Scrib. ἐν τῷ σατυρικῷ Ἀμφ.) Videtur hic locus ad illa pertinere, quibus Amphiaraum domi retinere studebant. Hesych. : [668] « ἁγνίσαι, » ἀποθῦσαι... καὶ διαφθεῖραι. Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ. Bekkeri Anecd. p. 339, 8 : « Ἁγνίσαι » τὸ θῦσαι· διαφθεῖραι κατ' ἀντίφρασιν. Οὕτω Σοφοκλῆς.

AMYCUS.

Hygin. Fab. XVII : « Amycus Neptuni et Melies filius, Bebryciæ rex. In hujus regna qui venerat, cæstis cogebat secum contendere et devictos perdebat. Hic quum Argonautas provocasset ad cæstus, Pollux cum eo contendit et eum interfecit. » Theocritus fabulam multis versibus exornavit Idyll. XXII; idemque fecit Apollon. Rhod. II, 1. Argumentum fortasse magnam similitudinem habebat cum Cyclope Euripidis vel Cercyone Æschyli (vid. Æsch. p. 253), nisi quod vi a Polluce effectum est, quod Ulixes dolo transegit.

Fragmentis ne minimum quidem indicium continetur, quo de summa tragœdiæ conjecturam facias. Athen. IX, p. 400, B : Τῇ δὲ τὸν λαγὸν ἑνικῇ αἰτιατικῇ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀμύκῳ σατυρικῷ πληθυντικὴ ὀνομαστική,

[669] Γέρανοι, χελῶναι, γλαῦκες, ἰκτῖνοι, λαγοί.

Ἰκτῖνες Eustath. p. 1534, 15 ; ἰκτῖνοι καὶ gramm. Herm. p. 320 ; ἰκτὶς καὶ gramm. Ms. apud Brunck. Athenæus paulo post : λέγουσι δὲ καὶ Ἀττικοὶ λαγὸς ὡς καὶ ὁ Σοφοκλῆς·

Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, λαγοί.

Idem Athenæus III, p. 94, E : Σιαγόνος ... Σοφοκλῆς Ἀμύκῳ·

661.
Canis nigricantisque mugientis bovis corium.
662.
Ubi non nigricas ut in agro agens pastor.
665.
Adhuc ipse ut piscator ille verberatus prudentiæ magister.
666.
Pinnotera hujus vatis chori.
669.
Grues, testudines, striges, accipitres, lepores.
Grues, cornices, striges, lepores.

[670] Σιαγόνας τε δὴ μαλθακὰς τίθησι.

Versum ad Pollucis certamen cum Amyco referam, cujus genæ pertundantur.

SALMONEUS.

Ab Amyco argumenti compositione Salmoneus non multum recessisse videtur. Attigimus ejus historiam quum Tyro tragœdiam exponeremus. Apud Hom. Od. Λ, 235 ἀμύμων dicitur; apud Hesiod. in schol. ad Pind. Pyth. IV, 253, ἄδικος. Eustath. p. 1681, 63 : Περὶ δὲ Σαλμωνέως φασὶν οἱ νεώτεροι ὡς ἄρα ὁ ἀνὴρ ἀσεβὴς ἦν ἀντιβροντῶν τε καὶ ἀνταστράπτων τῷ Διΐ, δι' ἃ καὶ ἐκεραυνώθη. Ὅμηρος μέντοι οὐκ οἶδε τοιοῦτόν τι .... ἱστορεῖται δὲ καὶ περί που τὴν Ἠλεῖαν βασιλεῦσαι ὁ Σαλμωνεύς. Hygin. Fab. LXI : « Salmoneus, Æoli filius, Sisyphi frater, quum tonitrua et fulmina imitaretur Jovis, sedens quadrigam faces ardentes in populum mitteret et cives, ob id a Jove fulmine est ictus. » Hyginus eadem breviter tradit Fab. 150. Docent fragmenta Sophoclis argumentum hoc fuisse fabulæ. Galen. vol. IX, p. 385 : Πέμφιξ δοκεῖ ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς λέγειν . . . ἐν Σαλμωνεῖ σατύροις·

[671] Καὶ τάχ' ἂν κεραυνία
πέμφιγι βροντῆς καὶ δυσοσμίαν λάβοι.

. . . Ἐπὶ τοῦ νέφους δοκεῖ τετάχθαι κατὰ τόδε τὸ ἔπος ἐν Σαλμωνεῖ σατύροις παρὰ Σοφοκλεῖ·

[672] Πέμφιγι πλήσας ὄψιν ἀγγέλῳ πυρός.

(Ita Hermannus utrumque fragmentum correxit: in priore codd. κεραύνια πέμφιξι (Porson. πέμφιξ σε) βρ. κ. δυσοσμίας λ., in altero π. πᾶσαν ὀφιαγέλων πυρός.) Conf. Æsch. Prometh. solut. p. 192. Quæ attuli, iis patet Salmoneum non in scena fulmina imitatum esse. Fortasse aliquid de ejus tonitru audiebatur, quo Satyri ad ludendum incitabantur, ut est apud Athenæum XI, p. 487, D : Καλεῖται δὲ μάνης καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ κοττάβου ἐφεστηκὸς, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χάλκειον ἔφη κάρα, λέγων οὕτως·

[673] Τάδ' ἐστι κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος·
τῷ καλλικοττα[βοῦντι νικητήρια
τίθημι καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.

Vid. Meurs. De Græc. ludis in Κοτταβισμός. Quæ restant breviora sunt quam ut explicari possint. Hesych. : [674] « θῆμα, » θήκη, τάφος, ἀνάθημα. Σοφ. Σαλμωνεῖ. Et [675] « Καρικοὶ τράγοι », ὡς εὐτελῶν ὄντων. Σοφ. Σαλμωνεῖ. Εἰ μὴ ἄρα συγγενῶν τοὺς Κιλικίους. Fortasse τράγοι ipsi Satyri sunt.

INACHUS.

Fabula de Inacho satis nota est. Ad Inachum Juppiter cum Mercurio Ius causa venit, statimque effecit ut omnia ibi essent plena omnium bonorum. Ionem compressam in vaccam convertit, ut Junonem illa celaretur. At Juno quum rescivisset, Argum custodem puellæ apposuit, quem Mercurius interfecit. Ex fragmentis fabulæ apparet totam fere sortem Ius expositam esse.

De compositione dramatis pauca conjectura definiri possunt. Neque vero dubitandum est quin quæ duo carmina choro attribuenda sint, ad initium fabulæ pertineant. Strabo VI, p. 271 : Εἰ δὲ τοῦτο δυνατὸν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου μύθῳ παραπλήσια

[676] Ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας
Πίνδου (φησὶν ὁ Σοφοκλῆς) Λάκμου τ' ἀπὸ
εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας [Περραιβῶν
μίσγει δ' ὕδασιν τοῖς Ἀχελῴου.

Καὶ ὑποβὰς

Ἔνθεν ἐς Ἄργος διὰ κῦμα τεμὼν
ἥκει δῆμον τὸν Λυρκείου.

Glossa Hesychii Λυρκίου δῆμον huc videtur referri posse. Et aliud carmen est, quo Inachus a choro salutatur, apud Dion. Halic. Antiq. I, 25:

670.
Maxillasque profecto molles reddit.
671.
Et facile fulmineo
radio tonitrus etiam malum odorem habeat.
672.
Radiis implens vultum nunciis ignis.
673.
Risus hic est et osculorum murmur:
recte cottabo ludenti præmia victoriæ
pono et ei quidem qui æneum caput feriat.
676.
Fluit enim a vertice
Pindi et Lacmi, e Perrhæbis
ad Amphilochos et Acarnanes
misceturque aquis Acheloi.
Paullo post :
Inde ad Argos unda peragrata
pervenit in populum Lyrcei.

Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ δράματι ἀνάπαιστον ὑπὸ τοῦ χοροῦ λεγόμενον πεποίηται ὧδε·

[677] Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν
πατρὸς Ὠκεανοῦ, μέγα πρεσβεύων
Ἄργους τε γύαις Ἥρας τε πάγοις
καὶ Τυρσηνοῖσι Πελασγοῖς.

Quo pertinent hæc scholiastæ Apollonii I, 580: Ὅτι δὲ οἱ αὐτοὶ Πελασγοὶ καὶ Ἀργεῖοι καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ μαρτυρεῖ. Καὶ οἱ Τυρρηνοὶ δὲ Πελασγοί. Juppiter intervenit, ex quo quærit Inachus, ut videtur, quam ob rem venerit. Stob. XLVI, 13:

[678] Ἐπήνεσ'· ἴσθι δ', ὥσπερ ἡ παροιμία,
ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ.

Juppiter diversorium quæsisse videtur, in quo cum Mercurio filio pernoctaturus esset. Pollux IX, 50: Μέρη δὲ πόλεως καὶ πανδοκεῖον καὶ ξενὼν καὶ, ὡς ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλέους [679], «πανδόκος ξενόστασις.» Recipitur ab Inacho statimque omnia opplentur copia. Schol. Aristoph. Plut. 727: Τὸν Πλοῦτον Πλούτωνα εἶπε παίζων· ἢ ὅτι καὶ Πλούτωνα αὐτὸν ὑποκοριστικῶς ἐκάλεσεν, ὡς Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ

[680] Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος·

καὶ πάλιν

[681] Τοιόνδ' ἐμὸν Πλούτων' ἀμεμφίας χάριν.

Idem ad v. 807: [682] Σιπύη δὲ ἡ ἀποθήκη. Ταῦτα δὲ ἐξ Ἰνάχου Σοφοκλέους, ὅτι τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο. Athen. XV, p. 668, B: Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ ἀφροδισίαν εἴρηκε τὴν λάταγα· «ξανθὴ δ' ἀφροδισία λάταξ παισὶν ἐπεισκύπτει δόμοις.» Toupius correxit:

[683] Ξένη δὲ καφροδισία
λάταξ ἅπασι νῦν ἐπεισκύπτει δόμοις.

At Io, ne concumbat cum Jove, in locum removetur, qui aranearum telis oppletus est. Ita ipsa videtur conquesta esse. Suid. et gramm. Bekkeri p. 442, 3: Ἀράχνης... θηλυκῶς δὲ Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ·

[684] Πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει.

Erotian. p. 200: Παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κερχνώδη ἀγγεῖα λέγεται τὰ τραχείας ἀνωμαλίας ἔχοντα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς περὶ τῆς ἀποταυρουμένης φησὶν Ἰοῦς·

[685] Τραχὺς χελώνης κέρχνος ἐξανίσταται.

(Sic Elmslejus correxit quod legebatur φησὶν ἰχθὺς τραχὺς ὦ χελώνης.) Io ipsa descripta esse videtur Glossa Hesychii [686] «ἀελλόθριξ,» ποικιλόθριξ· ἢ παρεώρους καὶ συνεχεῖς ἔχουσα τὰς τρίχας· παρὰ τὴν ἀέλλαν. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ. At Juppiter cum Io coire cupit. Hesych. [687] «Ἀναιδείας φάρος,» χιτών. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ· παρὰ τὸ (Homericum) Χλαῖναν τ' ἠδὲ χιτῶνα τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. Quum voto potiri non posset, Io in vaccam convertit. Antiatticista p. 84, 18: [688] «βοῦ» ἀντὶ τοῦ βοός. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ. Conf. Chœrobosc. ap. Bekker. Anecd. p. 1196. Videtur Iris ab Junone missa intervenisse, ut custodem puellæ apponeret. Schol. Aristoph. ad Av. 1203: Κυνῆ δὲ, ὅτ. ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον· ὡς Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ ἐπὶ τῆς Ἰριδος·

[689] Γυνὴ τίς ἥδε κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς;

Hesych.: «Ἀρκὰς κυνῆ,» Ἀρκαδικὸς πῖλος. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ. Custos Argus fuit Panopta. Schol. Aristoph. ad Eccles. 80: [690] Τοῦ Πανόπτου τοῦ τὴν Ἰὼ φυλάττοντος. Αἰνίττεται δὲ ὡς ὄντος αὐτοῦ δεσμοφύλακος. Ἀναφέρει δὲ τοῦτον ἐπὶ τὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ Ἄργον. Et schol. Æschyli Prometh. 576: [691] Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ καὶ ᾄδοντα τὸν Ἄργον εἰσάγει. Deinde consilia ab Jove et Mercurio ineuntur quonam ille modo removeatur loque custodia liberetur. Deridetur inter hæc Inachus, ut est apud Hesychium: Ἀντίπλαστον· Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ·

[692] Πατὴρ δὲ ποταμὸς Ἴναχος
τὸν ἀντίπλαστον νόμον ἔχει κεκμηκότων.

677.
Inache genitor, fili fontium
patris Oceani, potenter imperitans
Argivis agris Junonisque collibus
et Tyrrhenicis Pelasgis.

678.
Laudo; scito vero, ut est in proverbio,
ex valde humili notabilis vir exeat.

680.
Plutonis introitus.

681. [tatem.
Talem meum Plutonem ob reprehensionis immuni-

683.
Peregrinus et venereus
latex in omnes nunc domos incidit.

684.
Omnia textis aranearum sunt oppleta.

685.
Asper testudinis cerchnus surgit.

689.
Quæ hæc mulier Arcadica galea circumdata?

692.
Pater vero fluvius Inachus
eadem conditione est qua mortui.

Ἀντὶ τοῦ ἰσόπλαστον, ὅμοιον. Fortasse huc etiam alia glossa Hesychii referenda est: [693] Κυάμῳ πατρίῳ. Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ, ὡς καὶ τῶν Αἰτωλῶν τὰς ἀρχὰς κυαμευόντων. Διεκλήρουν δὲ αὐτὰς κυάμῳ· καὶ ὁ τὸν λευκὸν λαβὼν ἐλάγχανεν. Ἀνάγει δὲ τοὺς χρόνους, ὡς καὶ ἐν Ἰνάχῳ « κυαμοβόλον δικαστήν. » Schowius p. 471 « κυαμοβόλῳ δικαστῇ », quia codex κυαμοβόλως δικιστήν.

Reliqua nemo facile dixerit, quid significent. Harpocratio : Παλίνσκιον, ζοφερόν· Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ·

[694] Χειμῶνι σὺν παλινσκίῳ.....

(Glossam παλινσκίῳ habent Photius p. 373, 25, et Suidas.) Hesych. : [695] « ἄναντα » ... Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ τὰ μὴ κεκολλημένα. Παρὰ τὸ αἴνειν, ὅ ἐστι κατακόπτοντα πτίσσειν. Hesych. : [696] « ἀλωπός, » ἀλωπεκώδης, πανοῦργος. Σοφ. Θυέστῃ καὶ Ἰνάχῳ. Οἱ δὲ ἀφανὴς κατὰ τὴν πρόσοψιν. Mercurium crediderim intelligi. Schol. ad Aristoph. Eq. 1147: [697] « Κημὸς » ... ἦν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ. Hesych. : Ἐπίκρουμα, ἐπίπληγμα, ἢ ἐπιχάραγμα· διὰ τὸ παρωνομάσθαι τῷ ἔργῳ·

[698] Ἐπίκρουμα χθονὸς Ἀργείας.

Chorus carmina de antiqua vita et felicitate serebat. Schol. Aristoph. Pac. 530 : Ὅτι ἡδέα τὰ μέλη Σοφοκλέους. Περιέργως δέ τινες εἰς τὰ ἐν τῷ Ἰνάχῳ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου καὶ τῆς εὐδαιμονίας,

[699] Εὐδαίμονες οἳ τότε γέννας ἀφθίτου θείας λαχόντες.

(Sic Bergkius. Legebatur γενεᾶς ἀφθ. λαχ. θείου.) Omnium corruptissimus est locus ap. Herodianum Περὶ μον. λέξ. p. 35, 10 : Λαρός, ἔνθεν θηλυκὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ [700] « καὶ σασχυτρίνων λαρὸς εὗτατ' ἐπὶ κῦμα ἐκροὰς ἐπώμοσα λαρὸς ἀνήρ. » Nullum est indicium, quo cognoscatur, qualis exitus fuerit.

PANDORA s. MALLEATORES.

Hesychius utrumque titulum Πανδώρα ἢ Σφυροκόποι conjunctim memorat atque inde facile intelligitur quodnam argumentum fabulæ fuerit. Est enim fabricatio primogenæ mulieris. Hyginus Fab. 142 : « Prometheus, Iapeti filius, primus homines ex luto finxit; postea Vulcanus Jovis jussu ex luto mulieris effigiem fecit, cui Minerva animam dedit » etc. Apollod. I, 7, 1 : Πανδώρας, ἣν ἔπλασαν θεοὶ πρώτην γυναῖκα.

Quod attulimus, argumentum fabulæ fuit. De fabricatione mulieris schol. Hippocr. apud Foes. in OEcon. : Ὀργασμός, μαλαγμός. Μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ λέγων·

[701] Καὶ πρῶτον ἄρχον πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν.

Portus ἄρχου, Huschkius ἀρχόν. Horat. Od. I, 16, 13 : « Fertur Prometheus addere principi limo... » Cf. Etymol. M. p. 629, 34 : ὀργάσαι τὸ πηλοποιῆσαί ἐστι καὶ ὑγρῷ ξηρὸν μῖξαι. Σοφοκλῆς·

Θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι.

(Vitiose Etym. Gud. p. 432, 53, ὀργάσασθαι. At non facile a Vulcano illud transigitur; claudicat enim. Hesychius : [702] Κεχήλωμαι, πόδας δέδεμαι, συνέρραμμαι τοὺς πόδας. Καὶ χήλευμα [χήλωμα Brunckius] τὸ σπαρτίον. Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ ἢ Σφυροκόποις. Quum mulier excuditur, Malleatores lascivi, i. e. Satyri, ea quoque reputant, quæ mulieri sint necessaria. Pollux X, 44 : Ἀμίς, ἣν Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ [703] « ἐνουρήθραν » καλεῖ. Lexicon Ms. Paris. apud Brunckium et in Crameri Anecd. vol. IV, p. 60 extr. : Ἀμίς, σταμνίον ᾧ ἐνουροῦσι. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Πανδώρᾳ « ἐνούρηθρον » καλεῖ, Αἰσχύλος δὲ οὐράνην. Plura ejusmodi apud Athenæum XI, p. 476, C, ubi de voce κέρας, quæ poculum indicat : Καὶ Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ·

[704] Καὶ πλῆρες ἐκπιόντι χρύσεον κέρας
τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης

Mulicre perfecta processio ad Erganam, i. e. Minervam, quæ animam datura est, instituitur. si quidem ad hanc fabulam revera versus pertinent, quos ei Hermannus adscripsit, Welckerus Triptolemo dedit. Plut. Moral. p. 99, A, et Clemens Al. Protr. p. 78 :

[705] Βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρῶναξ λεώς,
οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην στατοῖς
λίκνοισι προστρέπεσθε, τὴν παρ' ἄκμονι

694.
Cum tempestate caliginosa
698.
Impulsus terræ Argivæ.
699.
Felices qui tum ætatem æternam divinam nacti sunt.
701.
Et primum incipientem limum fingere manibus.
Velim limum fingere.
704.
Et plenum quum biberit aureum cornu.
teret impletum sub mollibus ulnis.
705.
Inite viam igitur, omnis operaria multitudo,
qui Jovis filiam torve spectantem Erganen certis
canistris colitis, apud incudem

τυπάδι βαρείᾳ καὶ κόποις ὑπήκοον
ἄψυχον ὕλην δημιουργοῦντες χεροῖν.

(Hinc Hesych. habet glossam Χειρῶναξ λεώς, et Pollux II, 151 : Χειρώνακτες παρὰ Σοφοκλεῖ. V. 3 citat Hesych. in Λείκνοισι. Quæ post προστρέπεσθε sequuntur, Hermannus (dissert. de Æschyli Ætnæis p. 15) adjecit ex Plut. Mor. p. 802, B : Τὴν γὰρ Ἐργάνην οὗτοι μόνον θεραπεύουσιν ὡς φησι Σοφοκλῆς, οἱ παρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἄψυχον δημιουργοῦντες :

Mira sane pompa Satyrorum ad Minervam neque sane facetiis destituta, si quis hircipedes aspexerit.

CEDALION.

Eustath. p. 987, 8 : Τεκοῦσα δὲ (Ἥρα) τὸν Ἥφαιστον προσεποιήσατο δίχα μίξεως τεκεῖν καὶ Κηδαλίωνι τῷ Ναξίῳ ἐκεῖνον παρέδωκε διδάξαι χαλκευτικήν. Cf. Pausan. Att. c. 20, 2. Alius est Cedalion apud Hygin. Poet. Astr. II, 34, qui Orionem ad solis ortum tulerit. At hic quoque ut ille Cedalion apud Eustathium est faber ferrarius. Welckerus hunc posteriorem nomen fabulæ indidisse censet, non alium Cedalionem esse ratus nisi κηδεμόνα, eaque de causa hunc accepisse nomen, quod Orionem curaverit. Eandem fabulam a Pindaro frag. 52 commemorari ait. Cf. Heyn. ad Apoll. p. 21. At de argumento dubitari potest. Minime enim probabile est illud quod ait Welckerus argumentum Satyris convenire. Præterea etiam Cedalion primaria persona esse non potuit. Multo autem magis placet altera sententia, ex qua Vulcanus Cedalioni educandus traditur, qui eum artem ferrariam doceat. Faber enim ille quum non minus quam ipse Vulcanus sit, ambo commodæ aptæque personæ fabulæ satyricæ habendi sunt. Itaque Cedalionem crediderim Vulcanum tradidisse ministris suis i. e. Satyris, ut ab iis doceretur. At longe aliter puerum habent quam speravit Cedalion. Deliciis Vulcanus delectatur neque turpia absunt. At puniuntur re ab Cedalione comperta, postquam variis modis frustra se defendere conati sunt.

Habitatio Satyrorum describitur apud Hesychium : [706] « αὐτοκτίτους δόμους, » οὐ κατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγενημένους· ἢ τοὺς οὐκ οἰκουμένους. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι. (Codex αὐτοκτίστους.) Quum multa perverse fecerint, Cedalion eos increpat. Athen. IV, p. 164, A : Κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέους Κηδαλίωνα ἐστὶ

[707] Μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι.

Defendere illi se conantur vafra oratione, quam Cedalion se intelligere posse negat. Phot. p. 217, 9, et schol. Platon. p. 323, cum Suida v. Λευκὴ στάθμη, ἐπὶ τῶν ἀδήλα ἀδήλοις σημειουμένων, ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι·

[708] Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι,
οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.

Possunt verba etiam Vulcani esse qui quæ Satyri dicant negat se intelligere posse. Quantopere attoniti fuerint increpatione Cedalionis, ostenditur versu apud Herodianum Περὶ μονήρους λέξεως p. 30, 27 : Σοφοκλῆς ἐν Κηδαλίωνι σατυρικῷ φησι,

[709] Καὶ δή τι καὶ παρεῖκα τῶν ἀρτυμάτων
ὑπὸ τοῦ δέατος.

Ἀντὶ τοῦ δέους. Indidem Hesych. : « δέατος, » δέους. Σοφ. Κηδαλίωνι. Athenæus II, p. 67, F, ex Sophocle, « καὶ βορᾶς ἀρτύματα. » Postremo conquestio sequitur, quod omnia ad nihil recidant. Phot. p. 338, 15 et Suid. : Ὄνου σκιά, καὶ, Περὶ ὄνου σκιᾶς. Σοφ. Κηδαλίωνι·

[710] Ὅτι ἄν τι γίγνηται, τὰ πάντ' ὄνου σκιά

Apud Phot. γίν., Suid. γένηται. Dobræus :

Ὅταν γένηται ταῦτα, πάντ' ὄνου σκιά.

ΚΩΦΟΙ.

Κωφοί qualis fuerit fabula, nullo pacto constat. Welckerus, qui unus conjecturam de argumento facere ausus est, intelligi sanguinis cognati profusi piaculo inquinatos putavit, pastores fortasse, qui Icarium occiderint. Quod tamen minus placet, quod quædam inveniuntur, quæ prorsus ab istis pastoribus abhorreant. At scholiasta ad Nicandri Ther. 343 summam fabulæ memoriæ prodidisse videtur, qui sic scribit : [711] Ἄλλοι δὲ οὕτω τὸν μῦθόν φασι. Προμηθέα τὸ πῦρ κλέψαντα καὶ τοῖς ἀνθρώποις δωρησάμενον οἱ λαβόντες ἐμήνυσαν οὐ καλὴν τῆς χάριτος τίνοντες ἀμοιβήν· ἐφ' οἷς τὸν Δία φασὶν ἐπαινέσαντα

---

gravi pulsu et labori subjectam
inanimatam materiam manibus fabricantes.

707.

Mastigiæ, verberones, aliena consumentes.

708.

Tuis quidem verbis non designor,
non magis quam in albo lapide linea alba.

709.

Et sane aliquid etiam prætermisi ex frustis præ timore.

710.

Quod si quid intervenit, omnia sunt asini umbra.

φάρμακον αὐτοῖς ἀγηρασίας δοῦναι· τοὺς δὲ λαβόντας ἀποφέρειν τὸ δωρηθὲν ἐπὶ ὄνου· τὸν δὲ δίψει τειρόμενον ἐλθεῖν εἰς κρήνην, ἣν ἐφύλασσεν ὄφις· καὶ τοῦ ποτοῦ ὀρεγόμενος ἀπέδοτο τοῦ γήρως τὸ φάρμακον· διὸ πάντας μὲν τοὺς ὄφεις καθ' ἕκαστον νεάζειν ἐνιαυτὸν ἀποδυομένους τὸ γῆρας, τὸν δὲ ὄφιν τῆς κρήνης φύλακα καταλαβεῖν τὸ δίψος. Ὅθεν τοῖς δηχθεῖσιν ἐμποιεῖ δίψαν. Ἔστι δὲ ὁ μῦθος παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς. Eadem fabula ap. Ælianum N. A. VI, 51. Facile apparet quinam ii sint qui intelligantur, non muti sed imperiti qui ipsi bona non agnoscant ideoque iis uti nesciant. Tales autem homines fuerunt antequam a Prometheo docebantur, ut est apud Æschylum in Prometheo 447 seqq. Fragmentum unum apud schol. ad Apoll. Rhod. I, 972 imperitiam hominum attingere videtur. Λέγεται δὲ ἴουλος καὶ ζῷόν τι, θηρίδιον πολύπουν. ἑκατέρωθεν γὰρ ἔχει πολλοὺς πόδας, ὥσπερ ἡ σκολόπενδρα. Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις·

[712] Κυλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσόσπριος.

(Codex Par. ὥσπερ ὄνος.) Hinc Hesych. : « ὄνος ἰσόσπριος », ξῶον πολύπουν, ὁσπρίῳ ὅμοιον, ὃ καὶ ἰουλόν τινές φασιν. Aliud fragmentum est apud eundem schol. Apollon. I, 1126 : Ὅτι δὲ Νύμφη τις Οἰαξίδος γῆς ὁραζαμένη τοὺς καλουμένους Ἰδαίους Δακτύλους ἐποίησε παρὰ Στησιμβρότου εἴληφε· καὶ ὅτι διὰ τὸ ῥυῆναι αὐτοὺς διὰ τῶν χειρῶν Δάκτυλοι ἐκλήθησαν. [713] Σοφοκλῆς δὲ αὐτοὺς « Φρύγας » καλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις. Brunckius addit : « Confer Zenobium Prov. IV, 80, Κέλμις ἐν σιδήρῳ, ubi male citatur Sophocles ἐν Σατύροις, et Wesselingium ad Diodorum Sic. vol. I, p. 381, 4. » Vid. Strab. X, p. 473.

DÆDALUS.

Dædali argumentum prorsus diversum fuit ab eo, quod modo tractavimus; at est intellectu longe difficillimum. Ac ne illud quidem constat, utrum tragœdia fuerit an fabula satyrica. Vera tamen eorum videtur esse sententia, qui quum Talos, qui in illa fabula commemoratur, a dignitate tragœdiæ abhorreat, omnia inter Satyros transacta esse censent. Welckerus Dædalum tanquam Vulcanum introductum suspicatur, quem Talon ex ære fecisse putat, idque in hunc modum a poeta expositum esse conjicit, quod diserte Talos ab Vulcano fabricatus esse a grammaticis perhibetur. At si Dædalus fuit Vulcanus non intelligitur, quomodo fabula Dædalus vocari potuerit. Atque quæ Dædalus fecit, ingeniosa fuerunt summaque arte composita nequetam rudia opera qualis Talos fuisse dicitur. Ego potius crediderim a poeta festive esse inter jocos demonstratum, quantum Talos distet a Dædalo, i. e. quantum rudis materia ab arte superetur. Quod quomodo poeta fecerit, nobis prorsus incompertum est. Talos qualis fuerit memoratur a Schol. Plat. p. 396 Bk. : [714] (Σαρδάνιος γέλως) Σιμωνίδης δὲ ἀπὸ Τάλω τοῦ χαλκοῦ, ὃν Ἥφαιστος ἐδημιούργησε Μίνῳ, φύλακα τῆς νήσου ποιήσασθαι, ἔμψυχον ὄντα, τοὺς πελάζοντας φησι κατακαίοντα ἀναιρεῖν· ὅθεν ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι διὰ τὴν φλόγα τὸν σαρδάνιόν φησι λεχθῆναι γέλωτα. Ὁμοίως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ. Quibuscum conf. paræmiographos. Plura addit schol. Apoll. Rhod. IV, 1638 · [715] Τάλως μὲν ἦν τοῦ γένους ἐκείνου τοῦ χαλκοῦ· ὅλος δὲ χαλκοῦς ὢν σύριγγα εἶχεν ἐπὶ τοῦ σφυροῦ ὑμένι περιεχομένην. Σῦριγξ δέ ἐστιν ἡ περόνη. Ῥαγείσης οὖν τῆς σύριγγος εἵματο ἀλῶναι αὐτόν. Τοῦτο δὲ καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Τάλῳ. Itaque facilius conjicias potius de obitu quam de ortu illius in dramate actum esse. Cf. Apollod. I, 9. 26. Ad laudem Dædali retulerim quæ habet Pollux VII, 117 : Ἐπεὶ δὲ καὶ οἰκοδόμους Θαλῆτας τέκτονας καλεῖ καὶ ἀρχιτέκτων εἴρηται παρὰ Πλάτωνι. Βιαία γὰρ ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Δαιδάλῳ [716] « τεκτόναρχος Μοῦσα. » Reliqua prorsus obscura sunt. Schol. Aristoph. Pac. 73 : Μεγάλοι λέγονται εἶναι κατὰ τὴν Αἴτνην κάνθαροι... Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ

[717] Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ κάνθαρος τῶν Αἰτναίων πάντων. . . . .

Λέγει δὲ πάντ' εἰκάζων εἰς μέγαν. « Verba Sophoclis fuisse videntur,

Ἀλλ' οὐ μὲν δὴ κάνθαρος οὗτος τῶν Αἰτναίων.

Dindorf. Hesych. [718] « Γοργάδων, » ἀντὶ τῶν Σοφ. Δαιδάλῳ. Vid. Lud. Dindorf. ad H. Steph. Thes. Idemque Hesychius [719] « ἐσέφθην, » ἐσεβάσθην, ἡσυχάσας ἠσχύνθην. Σοφ. Δαιδάλῳ (codex παιδάλῳ). Est ἐσέφθην ex Sophocle etiam ap. Chœrob. Bekk. An. p. 1418, Phot. p. 19, 7. ἐσέβδην corrupte in Crameri Anecd. vol. IV, p. 338, 17.

MOMUS VEL COMUS.

Omnium maxima obscuritate oppletum est drama, quod Momus vel etiam Comus sive la-

712.

Volutus ut aliquis onus isosprius.

717.

At ne scarabæus quidem Ætnæensium omnium....

tine Comissatio dicitur, quum ne de nomine quidem satis constet tantaque sit fragmentorum tenuitas, ut ex illis nihil colligi possit. Welckerus, qui Κῶμον fabulam dictam putavit, Bacchi comissationem ad Althæam intellexit, cujus Euripides in Cyclope mentionem facit v. 38 :

Ὅμοιος ὑμῖν νῦν τε χὠτε Βακχίῳ
κῶμοι συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους
προσῆτ' ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι;

Ac negat Welckerus Momum esse personam dramaticam. In qua re nescio an vir præclarissimus falsus sit, præsertim quum etiam Æchæi Momus in scholiis ad Aristophanis Pacem v. 357 commemoretur. At si Momus verus est fabulæ titulus, omnibus subsidiis destituimur, quibus ad argumenti cognitionem pervenire possimus. Fragmenta maximam partem in Hesychii glossis reperiuntur; primum est : Ἀλώπηξ ὄρχησίς τις. Καὶ [720] « ἀλωπηκίαι » Μώμῳ (cod. μώμων) Σοφοκλῆς, ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι πάθος γενόμενον. Id. : [721] « ἄμφιον, » ἔνδυμα. Σοφ. Μώμῳ. Id. [722] « ἀναστῦψαι, » ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον· ἢ στυγνάσαι. Σοφ. Μώμῳ. Id. [723] « ἄνθρωσκε, « ἄνω ὅρα, ὀρχοῦ. Σοφ. Μώμῳ (cod. κώμῳ). Id. [724] « ἀποσκόλυπτε, » ἀπολέπιζε καὶ ἀποκόλουε. Φασὶ καὶ τὸν περιτετμημένον τὸ αἰδοῖον « ἀπεσκολυμμένον. » Σοφοκλῆς Μώμῳ. Grammaticus Bekkeri p. 435, 24 : « ἀποσκολύψαι, » ἀφελεῖν τὸ δέρμα· ἢ ἀπογυμνῶσαι. Σοφοκλῆς δὲ τὸ « ἀποκόλουε » ἐν Μενελάῳ. Idem Grammat. Bekkeri p. 446, 12 : [725] « ἅρπην, » ἐρέπανον. Σοφ. Μώμῳ (cod. νόμῳ) σατυρικῷ. Chœroboscus Bekk. Anecd. p. 1364 : τὸ « σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι, » ὅπερ Ἀριστοφάνης παρεμφαίνει ἐν Εἰρήνῃ (v. 357) ἐν Μώμῳ Σοφοκλέους προκείμενον ὡς ἀπὸ τοῦ δόρος ἐστίν. Apud scholiastam Aristophanis versus exstat integer quamquam ex Achæi Μώμῳ citatus :

[726] Ἄρης ὁ λῃστὴς σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.

DIONYSIACUS.

Bis Διονυσιακὸς Sophoclis a grammaticis commemoratur; semel fabulam satyricam fuisse additum est. Præterea hæc posterior commemoratio est ejusmodi, ut quod argumentum fuerit, dubitari non possit. Satyri enim gustant vinum miranturque, unde tam dulcis potio sumta sit, quæ dolores abigat. Videntur igitur omnia esse a poeta exposita, quæ cum invento vino ridicula conjuncta fuerint, nisi quod in Satyris serio id fecisse videatur. Comparem drama cum Lycurgo Æschyli, nisi quod veri vini, non cocti usus ostenditur. Choro tribuendi sunt duo versus, quos servavit grammaticus apud Bekkerum p. 385, 18 : Ἄλυπον ἄνθος ἀνίας, εἰ θέλοις εἰπεῖν ἐπί τινος πράγματος δ λύπης ἀπαλλάττει, οὕτως ἂν χρήσαιο, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Διονυσιακῷ σατυρικῷ ἐπὶ οἴνου πρῶτον γευσαμένων τῶν κατὰ τὸν χορὸν σατύρων·

[727] Πόθεν ποτ' ἄλυπον ὧδε
εὗρον ἄνθος ἀνίας;

Ὅλον δὲ τὸ μελόδριον πολιτικὸν ἄγαν γέγονε· μετὰ γὰρ τῆς ἄλλης ἐναργείας λελυμένην ἔχει τὴν ἑρμηνείαν καὶ μεθύουσιν ἁρμόττουσαν. Δεῖ δὲ τὰς λύσεις τῆς ἑρμηνείας ἁρμόττειν τοῖς νοήμασι καὶ μὴ σφίγγειν κ. τ. λ. Haud dissimile est aliud fragmentum apud Hesychium : [728] « θωχθείς », θωρηχθείς, μεθυσθείς. Σοφ. Διονυσιακῷ.

ΖΩΣΤΗΡΕΣ.

Drama quod Ζωστῆρες inscriptum fuit semel tantummodo commemoratur a Polluce idque tali modo, ut nihil de argumento assequi conjectura possis. Itaque fuerunt qui titulum ut errore ortum fabulis Sophocleis eximere vellent. Welckerus autem, qua est in rebus investigandis sagacitate et in componendis subtilitate, argumentum ex Herculis historia sumtum esse perspexit. Provocavit ad fragmentum Pindari in schol. Eurip. Androm. 798 : Οἱ μὲν πλεῖστοι Τελαμῶνά φασι συστρατεῦσαι τῷ Ἡρακλεῖ εἰς τὴν Ἴλιον, ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ Ἡλέα, παρ' οὗ ἔοικε τὴν ἱστορίαν ὁ Εὐριπίδης λαβεῖν. Λέγει γὰρ ὁ Πίνδαρος· Οὐ Ἡλέως ἀντιθέου μόχθοιν νεώτατον ἐπιλάμψαι μυρίοις. Πρῶτον μὲν Ἀλκμήνης σὺν υἱῷ Τρώων ἀμπέδιλα καὶ μετὰ ζωστῆρας Ἀμαζόνας ἦλθε. Deinde Epicharmi carmen, quod inscriptum erat Ἡρακλῆς ὁ ἐπὶ τὸν ζωστῆρα, ad stabiliendam sententiam memorat.

Quæ quum ita sint, tamen multa obscuritate Welckeri sententia obsita est. Pollux enim ita scripsit VII, 68 : Ὅτε τῆς Ἀμαζόνος Ζωστὴρ καὶ ἡ ἐν ταῖς Σοφοκλέους Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. Λέγει γοῦν [729] « Ἔχοντας εὐζώνους ἑστασαν ἱματίων ἐπιζώστρας. » At docet locus Pollucis Ζωστῆρας distingui ab Amazonibus; deinde facile patet non posse Amazones intelligi quæ cinctæ fue-

726.

Mars latro cum hasta cum scuto.

727.

Unde unquam doloris expertem adeo reperi florem tristitiæ?

rint, quippe quibus vox ἔχοντας non convenit. At rursum si Ζωστῆρες Satyri intelliguntur, magna difficultas ex eo oritur, quod Ζωστῆρες mulieres a Polluce dictæ sunt ἐν ταῖς Ζωστῆρσιν. Quocirca satius est confiteri ignorari a nobis quodnam argumentum fabulæ fuerit, nisi quis Satyros in Amazonas subornatos censeat, quos Hercules, qui cingula earum quæsierit, postea cognoverit, quales essent.

HERCULES IN TÆNARO.

Fabula inscripta est variis nominibus, ἐπὶ Ταιναρίοις, vel ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, vel Ἡρακλεῖ. Cognoscitur tamen ea quæ Herculi in Tænaro acciderint, argumentum fuisse dramatis, i. e. descensum ad inferos. Pauca de compositione exposuit Eustathius p. 297, 36: [730] Εἵλωτες ... οὐ μόνον δουλικοῦ εἰσιν ὀνόματος, ἀλλὰ καί τι ἑτεροῖον δηλοῦσιν· ἐν γοῦν τοῖς Ἡρωδιανοῦ εὕρηται ὅτι Εἵλωτες οἱ ἐπὶ Ταινάρῳ Σάτυροι. Pro certo igitur accipiendum est Satyros tanquam Helotes in choro introductos esse, at non ministros Herculis, ut patet loco apud Aristidem II, p. 310. Reliqua prorsus incerta sunt et ne illud quidem constat, sitne Hercules in scena repræsentatus antequam ad inferos descenderet, an quum rediisset. Neque ullo modo inveniri potest quæ præterea personæ a poeta adhibitæ sint. Est tamen probabile utrumque in scena esse expositum præcipueque celebratum reditum, qui multis facetiis locum præbere potuit referendo quæ apud inferos miracula viderit et quo modo convivium apparaverit. Hoc posterius contineri censeo loco corrupto Athenæi IX, p. 375, D: Χοῖρον δὲ Ἴωνες καλοῦσι τὴν θήλειαν, ὡς Ἵππώναξ ... καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις·

[731] Τοιγὰρ Ἰὼ δεῖ φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

(Libri τοιγαριώδη φυλάξαι χοῖρος ὥς τε δεσμίων.) Cibos præparavit. Pollux X, 110: Προσθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ξύλα καύσιμα καὶ κληματίδας καὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ·

[732] Συνέλεγον τὰ ξύλ' ὡς ἐκκαυμάτων
μή μοι μεταξὺ προσδεήσειεν.

(Vulgo ἐκκαύματα. Sed idem Pollux VII, 109: ἑκλυμάδας Σοφ. ἐν Ἡρ. σατ., « Συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἑκλυμάδων. ») Aquam petiit ex fonte ab angue custodito. Stephan. Byz.: Χώρα ... χωρίτης ... Σοφοκλῆς ... ἐν Ἡρακλεῖ·

[733] Στρέφουσι κρήνης φύλακα χωρίτην ὄφιν.

Jacobsius conjecit scribendum esse: Ἡρακλεῖ σ. (σατυρικῷ), Τρέφουσι, liquores *nutriunt* serpentem etc. Locus apud Aristidem II, p. 310 Jebb., p. 405 Dind. ad hanc fabulam a Brunckio relatus: [734] Ἤδη δέ τις καὶ Σάτυρος τῶν ἐπὶ σκηνῆς κατηράσατο τῷ Ἡρακλεῖ, εἶτά γ' ἔκυψε προσιόντος κάτω. » Videtur igitur Hercules a Satyris derisus esse. Ad magna opera quæ Hercules ubique exstruxerit, referam glossam Hesychii: Κύκλους καὶ τροχούς· τὰ τείχη. Τροχὸν δὲ τὸ τεῖχος: ὡς Σοφοκλῆς Ἡρακλεῖ [735] « Κυκλώπιον τροχόν. » (Musurus Κυκλώπειον.) Reliqua obscuriora sunt: Hesych. [736] « ἀλαλίαν, » πονηρίαν, ἀταξίαν. Σοφ. ἐπὶ Ταιναρίοις (codex παιενάροις). Idem. [737] « ἀργέμων, » τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων. Οἱ δὲ ὀφθαλμιῶν. Σοφ. ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικῷ. Photius p. 359, 35: [738] « οὐκ ὤφιξεν, » οὐ βλάπτει. Σοφ. ἐπὶ τεράρῳ σατύροις. De quo Dindorfius: « Corrigendum, inquit, οὐ κωφεῖ, de quo dixerunt Hesychii interpretes ad glossas Κωφεῖ et Οὐ κωφεῖ. Brunkius οὐ κωφίζει. » Brunckius præterea huc retulit, quod est apud Athenæum I, p. 23: Κατακεῖσθαι δὲ λέγεται καὶ κατακεκλίσθαι... ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι. Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτό φησιν [739] « Ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ μέσον εἰς τὸν αὐχέν' εἰσαλοίμην. » Igni si exurar, in mediam Herculis accumbentis cervicem insiliam.

HERACLISCUS.

Hæc fabula nunc primum accedit. Bis enim citatur ab Orione in Anthologonomico tit. V, 9, et tit. VI, 6. Scheidewinus, qui edidit Orionem, ad Heracliscum omnia esse referenda ait, quæ ex Ἡρακλεῖ vel Ἡρακλεῖ σατυρικῷ afferantur. At incerta sunt omnia; fragmentorum tamen is color est, ut a tragica gravitate non abhorreat. Sunt autem hæc V, 9: Ἐκ τοῦ Ἡρακλίσκου σατυρικῆς·

[740] Κρεῖσσον θεοῖς γὰρ ἢ βροτοῖς χάριν φέρειν.

731.
Itaque Ionem oportet cavere porcum ut ligatum.
732.
Collegi ligna ut quibus ad alendam flammam opus sit ne quid eorum interea mihi deesset.
733.
Vertunt? fontis custodem incolentem serpentem
740.
Melius diis enim quam mortalibus gratias agere.

[741] Τὸν δρῶντα γάρ τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

ΥΒΡΙΣ.

Non constat, quodnam argumentum fuerit fabulae, quae Ὕβρις, i. e. Contumelia, inscripta fuit. Facile tamen illud aliquis referat ad Ulixem inter procos versantem vel ad Herculem, quoniam persona fuit in fabulis satyricis celeberrima.

Duo fragmenta eaque parum emendata supersunt. Stob. XXVI, 3 : Σοφοκλῆς Ὕβρεως σατύρου·

[742] Λήθην τε καὶ τὴν πάντ' ἀπεστερημένην, κωφὴν, ἄναυδον.

Bergkius conjecit Λήθην ἔτεκε τὴν, etc. Athen. XIV, p. 657, A : Δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς εἴρηκε Σοφοκλῆς Ὕβρει·

[743] Ἐσθίειν ἐθέλων τὸν δέλφακα.

IAMBE.

Iambe semel memoratur apud grammat. Darmst. in Actis Monac. II, p. 515 : Ἔστι δὲ τὸ φεναξίζειν εἰπεῖν καὶ περὶ τοὺς [744] « φήληκας »· Σοφοκλῆς ἐν Ἰάμβῃ· καὶ φήληκας δὲ φαμὲν τοὺς πλανῶντας τὴν ὄψιν ὡς πεπείρους. Hermannus suspicabatur ἐν Νιόβῃ.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

[Ex his quae de conjectura nunc relata sint ad fabulam aliquam, numerorum conspectus infra positus docebit, in quo ἀδήλων δραμάτων ἀποσπασμάτια incipiunt a fr. 656.]

745.

Stobæus Eclog. phys. I, 4, p. 106 Heer. :

Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

Sophoclis esse versum constat ex Theophilo Ad Autolycum p. 110 ed. Wolf.

746.

Stobæus Eclog. phys. I, 9, p. 222 :

Πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει.

747.

Stobæus Eclog. phys. I, 9, p. 230 :

Χρόνος αὖ χρόνος ἅμα κραταιᾷ
τερμοσύνᾳ βίου
πολλ' ἀνευρίσκει σοφὰ μαιομένοις.

748.

Stobæus Eclog. phys. II, 1, p. 6 :

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.

749.

Stobæus Florileg. III, 14 :

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τοὺς πονοῦντας ὠφελεῖν.

750.

Stobæus III, 15 :

Ἀλλ' ἡ φρόνησις ἀγαθὴ θεὸς μέγας.

751.

Stobæus IV, 1, 5, 17 :

Ἀλλ' οἱ κακῶς πράσσοντες οὐ κωφοὶ μόνον,
ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰσορῶσι ταμφανῆ. —
Ὡς δυσπέλαστόν ἐστιν ἀμαθία κακόν. —
Ἡ δὲ μωρία
μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ.

V. 3. ἐστιν Grotius. Libri ἡ.

752.

Stobæus V, 14 :

741.

Nam qui fecit, eum pati etiam aliquid oportet.

742.

Oblivionem omnibus rebus privatam,
surdam, mutam.

743.

Comedere volens porcum.

745.

Contra dei plagam nullum homini suffugium.

746.

Omnia decelans tempus in lucem trahit.

747.

Tempus e contra tempus cum violento
exitu vitæ
multa patefacit sapientia quæque quærentibus.

748.

At enim divina diis operientibus
nunquam discas, neque si omnia scrutando adeas.

749.

Boni enim viri est miseris succurrere.

750.

Prudentia bona numen magnum est.

751.

At qui mala fortuna utuntur, non stolidi solum [sunt,
sed ne vident quidem inspectantes quæ clara sunt.—
Quam incurabile malum est insipientia. —
Stoliditas
quam maxime est soror improbitatis.

Χαίρειν ἐπ' αἰσχραῖς ἡδοναῖς οὐ χρή ποτε.

753.

Stobæus VIII, 11 :

Οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει.

754.

Stobæus XIII, 9 :

Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ,
ἡ γὰρ σιωπὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.

755.

Stobæus XXIV, 4, 6 :

Κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ,
σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν καλὸν φέρῃ στόμα. —
Ἦ δεινὸν ἄρ' ἦν, ἡνίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν
αὐτῷ συνειδῇ.

756.

Stobæus XXVIII, 5 :

Ὅρκος γὰρ οὐδεὶς ἀνδρὶ φηλήτῃ βαρύς.

757.

Stobæus XXIX, 38 :

Πόνου μεταλλαχθέντος οἱ πόνοι γλυκεῖς.

758.

Stobæus XLI, 3 :

Μή μοι κρυφαῖον μηδὲν ἐξείπῃς ἔπος·
κλῇθρον γὰρ οὐδέν· ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβοις,
γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐ διέρχεται.

759.

Stobæus XLIII, 11, 25 :

Ὅπου γὰρ οἱ φύσαντες ἡσσῶνται τέκνων,
οὔκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις. —
Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλόν.

760.

Stobæus XLV, 11 :

Πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ·
μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

761.

Stobæus LIV, 3 :

Γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένος χερῶν.

762.

Stobæus LXII, 33 :

Εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.

763.

Stobæus LXVII, 5 :

Τίς δ' οἶκος ἐν βροτοῖσιν ὠλβίσθη ποτέ,
γυναικὸς ἐσθλῆς χωρὶς, ὀγκωθεὶς γλιδῇ;

764.

Stobæus XCVI, 10 :

Πενία δὲ συγκραθεῖσα δυσσεβεῖ τρόπῳ
ἄρδην ἀνεῖλε καὶ κατέστρεψεν βίον.

765.

Stobæus XCVIII, 1 :

Ὦ θνητὸν ἀνδρῶν καὶ παλαίπωρον γένος,
ὡς οὐδὲν ἐσμεν, πλὴν σκιαῖς εἰκώτες,
βάρος περισσὸν γῆς ἀναστρωφώμενοι.

766.

Stobæus XCVIII, 43 :

Οὐ γὰρ θέμις ζῆν πλὴν θεοῖς ἄνευ κακῶν.

752.

Fœdis voluptatibus gaudere nunquam fas est.

753.

Fortuna adesse non solet pavitantibus.

754.

Verecundia in rebus afflictis nihil prodest :
silentium enim loquentem adjuvat.

755.

Quum quis in furto manifesto comprehensus est, tacere oportet, quamvis diserta lingua gaudeat. — Sane non ferendum esset, si quis bonum se esse sibi esset conscius.

756.

Jusjurandum nulli improbo grave est.

757.

Præterito labore labores grati sunt.

758.

Ne mihi ullum secretum verbum dixeris;
nullum enim claustrum est; ut autem facilius comprehenderis,
linguæ unum quodque secretum evolat.

759.

Ubi enim parentes liberis debiliores sunt,
non est hæc urbs virorum sapientium. —
Leges domesticas observare res est honesta.

760.

Multæ virtutes opus sunt ei qui recte colitur;
ex parvo certamine non magna gloria paratur.

761.

Sapientia plus valet quam vis manuum.

762.

Si corpus in servitute est, tamen mens est libera.

763.

Quæ unquam domus fortunata fuit
sine bona muliere, quamquam oppleta erat opibus

764.

Paupertas malis moribus consociata
vitam tollit evertitque penitus.

765.

O mortale hominum mis rumque genus,
quam nihil sumus præterquam umbris similes,
supervacuum pondus terræ ambulantes.

766.

Sine malis vivere diis solum concessum est.

767.

Stobæus CX, 14 :

Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.

768.

Stobæus CXVII, 4 :

Οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς ὁ νοῦς
θεία ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος.
Προμηθία γὰρ κέρδος ἀνθρώποις μέγα.

769.

Helladius Chrestom. p. 4 editionis Meursii : Ὅτι ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος,

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω,

ἔστι μὲν Σοφοκλέους, τοῦτον δὲ παρῳδήσας ὁ Φιλωνίδης ἔφη,

Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.

Οἱ δὲ τὰς γυναῖκας σκώπτοντές φασιν,

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

Sic ultimum versum, qui Xenarchi comici est, recitat Athenæus X, p. 441, E.

770.

Athenæus I, p. 33, C :

Ὦ γλῶσσα σιγήσασα τὸν πολὺν χρόνον,
πῶς δῆτα τλήσει πρᾶγμ' ἐπεξελθεῖν τόδε ;
ἢ τῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἐμβριθέστερον,
ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορον.

771.

Athenæus II, p. 39, F : Ἀπὸ τῆς ἀλλοιούσης τὴν γνώμην καὶ πρὸς τὸ ψευδὲς τρεπούσης εὐθυμίας, ἣ γίνεται κατὰ τὴν μέθην... Σοφοκλῆς φησι « τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον ».

772.

Athenæus III, p. 99, D, et ex eo Eustathius p. 1944, 26 : Καὶ Σοφοκλῆς δέ που ὁ ποιητὴς τὸν φύλακα μοχλόν που ὠνόμασεν ἐν τούτοις,

Θάρσει· μέγας σοι τοῦδ' ἐγὼ φόβου μοχλός.

Κἂν ἄλλοις δὲ τὴν ἄγκυραν Σοφοκλῆς ἰσχάδα κέκληκεν, διὰ τὸ κατέχειν τὴν ναῦν·

Ναῦται δ' ἐμηρύσαντο νηὸς ἰσχάδα.

773.

Athenæus X, p. 428, A : Καὶ Σοφοκλῆς ἐν ** σατυρικῷ φησιν ὡς ἄρα

Τὸ πίνειν πρὸς βίαν
ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ.

774.

Athenæus X, p. 433, E : Τὸ ὄψος γὰρ πᾶσιν ἰσχυρὰν ἐπιθυμίαν ἐμποιεῖ τῆς περιττῆς ἀπολαύσεως. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς φησι,

Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ
οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.

775.

Athenæus XI, p. 783, F : Ἀρύβαλλος ... λέγουσι δὲ καὶ πρόχουν ἄρυστιν. Σοφοκλῆς·

Κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη,
ἣ τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχους' ἐκώμασας.

Hesychius : « Ἀρύστεις », τὰς ἀπνευστὶ πόσεις. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἀρυστῆρας καὶ ἀρυστίχους ἐκάλουν.

776.

Etymol. M. p. 601 extrema : Νεῖκος· ἡ φιλονεικία, παρὰ τὸ νέοις ἐοικέναι· ἡ γὰρ φιλονεικία τοῖς νεαροῖς ἁρμόζει. Σοφοκλῆς·

Ὕβρις δέ τοι
οὐπώποθ' ἥβης εἰς τὸ σῶφρον ἵκετο,
ἀλλ' ἐν νέοις ἀνθεῖ τε καὶ φθίνει πάλιν.

777.

Schol. Hom. Il. II, 142 : Ἐπίστατο, ἠδύνατο. Καὶ Σοφοκλῆς·

Οὐ πώποθ' ὑμᾶς συμβαλεῖν ἐπίσταμαι.

767.

Spes est quæ plerosque mortales alit.

768.

Non est ulla senectus sapientum, in quibus mens divina die pasta relucet.
Prudentia enim hominibus magnum lucrum est.

769.

Jusjurandum adulterorum in favilla inscribo.

770.

O lingua quæ tamdiu tacuisti,
quomodo tale facinus adire audebis ?
Certe necessitate nihil est gravius
quæ te secretum herile ostendere coget.

771.

Vino miseria levari solet.

772.

Bene spera; magnum tibi sum hujus metus auxi- [lium.

Nautæ vero sustulerunt navis ancoram.

773.

Bibere cogi
perinde malum est ac si quis sitire cogatur.

774.

Sitienti enim si omnem afferas sapientiam,
non magis eum delectes, quam si potum dederis.

775.

Male tu per deos moritura,
quæ quum habeas crateres ita comissata es.

776.

Superbia profecto
nunquam ad ætatis frugalitatem pervenit;
sed efflorescit in adolescentibus et iterum occidit

777.

Nunquam vos comprehendere possum.

778.

Plutarchus Vit. p. 253: Τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων οὐδέν ἐστιν ᾧ μὴ τὰ τοῦ Σοφοκλέους (libri quidam Τιμοκλέους, quem tragicum memorat Athen. IX, p. 407, B) ἐπιφωνεῖν ἔπρεπεν

Ὦ θεοί, τίς ἆρα Κύπρις, ἢ τίς Ἵμερος
τοῦδε ξυνήψατο;

779.

Plutarchus Vit. p. 661, et Moral. p. 33, D:

Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

780.

Plutarchus Vit. p. 667:

Πολλῶν χαλινῶν ἔργον οἰάκων θ' ἅμα.

781.

Plutarchus Moral. p. 17, C:

Στενωπὸς Ἅδου καὶ παλιρροία βυθοῦ.

782.

Plutarchus Moral. p. 21, A:

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.

783.

Plutarchus Moral. p. 21, B: Τὰ Σοφοκλέους, ὧν καὶ ταῦτά ἐστι,

Γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς ἀνήρ·

καὶ,

Οὐδὲν κακίων πτωχὸς, εἰ καλῶς φρονοῖ.

[Quæ sequuntur habes fr. 522.]

784.

Plutarchus Moral. p. 84, B: Ἡ δὲ προκοπὴ τὰς ὑπερβολὰς πρότερον καὶ τὰς ὀξύτητας τῶν παθῶν ἀνίησι,

Πρὸς ἄσπερ οἱ μαργῶντες ἐντονώτατοι,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα.

785.

Plutarchus Moral. p. 107, B:

Σὺ δ' ἄνδρα θνητὸν, εἰ κατέφθιτο, στένεις,
εἰδὼς τὸ μέλλον οὐδὲν εἰ κέρδος φέρει;

786.

Plutarchus Moral. p. 141: Ταῖς Λυσάνδρου θυγατράσιν ὁ τύραννος ὁ Σικελικὸς ἱμάτια καὶ πλόκια τῶν πολυτελῶν ἔπεμψεν. Ὁ δὲ Λύσανδρος οὐκ ἔλαβεν, εἰπών· Ταῦτα τὰ κόσμια καταισχυνεῖ μου μᾶλλον ἢ κοσμήσει τὰς θυγατέρας. Πρότερος δὲ Λυσάνδρου Σοφοκλῆς τοῦτο εἶπεν·

Οὐ κόσμος, οὐκ, ὦ τλῆμον, ἀλλ' ἀκοσμία
φαίνοιτ' ἂν εἶναι, σῶν τε μαργότης φρενῶν.

787.

Plutarchus Moral. p. 394, B:

Οὐ νάβλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα, φίλα.

788.

Plutarchus Moral. p. 414, E: Πολλὰ καλὰ τοῦ θεοῦ διδόντος ἀνθρώποις, ἀθάνατον δὲ μηδέν· ὥστε «θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν, θεοὺς δὲ οὔ», κατὰ τὸν Σοφοκλέα.

789.

Plutarchus Moral. p. 458: Καὶ τὸν Νεοπτόλεμον Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας, «Ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα», φησὶν,

Ἐρρηξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων.

790.

Plutarchus Moral. p. 463, D: Ὁ δὲ Σοφοκλῆς λέγων ὅτι

Τὰ πλεῖστα φωρῶν αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν,

ἄγαν ἐοικεν ἡμῖν ἐπεμβαίνειν καὶ κολούειν. Iterum affert p. 481, F.

778.

O dii, quæ Venus aut quod desiderium
hunc attigit?

779.

Quicunque vero ad tyrannum accedit,
illius servus est, etiamsi liber venerit.

780.

Multarum habenarum opus gubernaculorumque simul.

781.

Fauces Orci et reciproca unda gurgitis.

782.

Non afferunt fructum falsæ orationes.

783.

Sit in honore etiam vir pauper.
Nulla re mendicus deterior si recte sapit.

784.

Ad quas tumentes sunt acerrimi.

785.

Tu vero virum mortalem, si interiit, luges,
nihil sciens de tempore futuro num lucrum afferat.

786.

Non ornamentum, non, o miser, sed probrum
esse videatur tuique animi stultitia.

787.

Non nabla, non lyra lamentationi conveniunt.

789.

Irruperunt in orbes æneorum armorum.

790.

Deprendere hominum pleraque est vitio obsita.

791.

Plutarchus Moral. p. 511, F: Πρῶτον μὲν οὖν ἐν ταῖς τῶν πέλας ἐρωτήσεσι σαυτὸν ἔθιζε σιωπᾶν, μέχρι οὗ πάντες ἀπείπωνται τὴν ἀπόκρισιν.

Οὐ γάρ τι βουλῆς ταὐτὸ καὶ δρόμου τέλος,

ὡς φησιν ὁ Σοφοκλῆς.

792.

Plutarchus Moral. p. 530, A: Κακὴ δὲ (ἡ δυσωπία) θαλάμου καὶ γυναικωνίτιδος ἐπίτροπος, ὡς φησιν ἡ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ μετανοοῦσα πρὸς τὸν μοιχὸν « Ἔπεισας, ἐξέθωψας ».

793.

Plutarchus Moral. p. 625, D: Σοφοκλῆς περὶ τῶν γερόντων,

Βραδεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ
μύλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου,
πόρρω δὲ λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός.

794.

Plutarchus Moral. p. 640, A: Καὶ Σοφοκλῆς εἴρηκέ που περὶ τῶν Τρώων ὡς « Φίλιπποι καὶ κερουλκοί, σὺν σάκει δὲ κωδωνοκρότῳ παλαισταί. » Δὲ apud Sophoclem post κωδωνοκρότῳ positum fuisse recte animadvertit Bergkius.

795.

tinguitur ab Ajace Oilei filio, *Ph.* 411. Nomen suum Ajax dolore oppressus a voce αἰάζειν derivat, *Aj.* 432; quare δυσώνυμος dicitur, 914. Non Menelai gratia, sed jurisjurandi ergo, quo erat obstrictus, Trojam navigavit, *Aj.* 1113; *cf.* 1099. Ejus comites nautæ Salaminii (ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἰαντος), 201. Patri adhortanti proficiscentem, ut vincere sed cum diis vincere semper studeret, vel absque deorum ope gloriam se reportaturum esse respondit, 764-769. Ejusdem arrogantiæ verbis ad Trojam compellat Minervam, 774; hinc ira deæ implacabilis, 776. Clypeum Ajax gerit septemplicem (ἑπτάβοιον ἄρρηκτον σάκος), 576. Tentorium ejus in extremis castris Græcorum, 4. Ejus captiva et concubina Tecmessa (*quod vide*), 210; ex Tecmessa filius Eurysaces, 340. Ajax solus Trojanos classem Græcorum invadentes sustinuit, 1273. Ejus cum Hectore certamen, 1283, quem halteo donavit, quum ipse ab eo accepisset gladium; dona hæc fatalia utrique, 1029. Ajax (*dum Palamedem, ut videtur, defendit,*) agere recte sed male dicere censetur Nestori, *fr.* 101. Ceterum Ajax est ἀνὴρ, οἷον οὔτινα Τροία στρατοῦ δέρχθη χθονὸς μολόντ' ἀπὸ Ἑλλανίδος, 425; quo nemo προνούστερος ἢ δρᾶν ἀμείνων ἠνρέθη τὰ καίρια, 119; post Achillem Græcorum fortissimus, 1340; est ὁ κλεινὸς Αἴας, 216; θρασὺς, εὐκάρδιος, 367; θούριος, 212, 1213, vel Ulyssi cæsus est ἄλκιμος νεκρός, 1319; simul vero est αἰθὼν ἀνήρ, 221; αἰθὼν ὑβριστής dicitur Menelao, 1088; ὠμόθυμος, 815; ὠμόφρων, 931; ὁ δεινὸς, μέγας, ὠμοκράτης, 205; δυστράπελος, 914; στερεόφρων, 925; virtutem ejus multorum, Ulyssis maxime, invidiæ obnoxiam chorus effert in parodo carmine, 148-170. — Ajax iratus ob Achillis arma ipsi denegata, 14, stragem molitur Atridis reliquisque Argivis, 44; noctu solus furtimque ad ducum tentoria accedit; cædem spirans consilium exsecutus esset, nisi Minerva falsas oculis objiciens imagines in prædam pecorum impetum ejus avertisset; itaque boum vim multam trucidans videtur sibi cædere Argivos; superstites vinctos, utpote hostes captivos, domum abducit, ibique verberat scutica (λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ, 242), 46-65, 233 sqq., 285 *sqq.* Argivis pecus et pastores occisos invenientibus, stragis auctor qui sit suspicans (omnibusque persuadens, 150) Ulysses circa tentorium Ajacis vestigia notat signaque, 21-32, 35; Minerva, postquam quid actum esset Ulyssem docuerat, foras evocat Ajacem, 76-89; egressus heros narrat, quas sumserit ab Atridis pœnas, et quod acerbius supplicium jam maneat Ulyssem (cf. 240 *sqq*), in quem odio ardet vel Minervæ verbis haud placando, 91-117. Suo exemplo testatur et vim deorum et humanæ naturæ imbecillitatem, 117-133. Mox furor desinit, 257; quæ mentis errore perpetraverit intelligens summo dolore corripitur; in media strage diu sedet taciturnus, propriaque mala contemplatur; deinde jubet Tecmessam, ut omnia ex ordine ipsi enarraret; tum demum lugubri et muliebri plane lamentationi indulget is, qui subingemiscere tantum tauri mugientis more consueverat; post hæc residet inter pecora prostrata, immotus, aperte meditans nefasti aliquid, 305-326; postremo Teucri, fratris jam absentis, nomen invocat; aperit Tecmessa tentorium; quo facto Ajax quum sociorum in conspectum venerit, tantus probri, in quod inciderit, pudor est, ut diutius vivere turpissimum ducat, 333-480; a consilio avocare student chorus et Tecmessa, 481-526; nihil his Ajax respondet, valedicit Eurysaci filio, cujus tutorem constituit Teucrum; eidem ut alia quædam mandata nuntientur jubet socios præsentes, 527-577; Tecmessa per deos obtestante, ne ipsam filiumque prodat, duris verbis mulierem reprehendit cum eaque in tentorium abit, 585-595. Mox cum Tecmessa in scenam reversus, cogitationem sortis, quæ uxorem viduam orphanumque filium mansura sit, animum labefactasse profitetur; expiata ira divina atque in humum defosso gladio isto pernicioso Hectoris dono, cum vita sperat se posse reconciliari; alia promit sophismata, quibus intimis sensibus inhærens consilium propellere fervensque pectus placare studet vir, summum qui ponit in honore nulla labe maculato; deinde Tecmessam jubet intro abire deosque pro salute comprecari; uxore filioque e conspectu semotis ad se ipse redit heros; ambiguis verbis chorum aliquitur; abit, 646-692. Calchantis de Ajace vaticinium, 750 *sqq.* In loco deserto conspicitur; gladio in solum defixo, ad deos preces facit, ut celeriter animam exspiret, ut mortuum tollant amici, inimicis ut non parcant Furiæ, ut Sol nuntium calamitatis afferat Telamoni; his dictis in ferrum incumbit, 815-865. — Corpus prima invenit Tecmessa, 890 *sqq.*; insepultum projici jubet Menelaus, 1047; fratrem contra Atridas tuetur Teucer, 1049 *sqq.*; ut jussum rex revocet persuadet Ulysses, non ultra mortem odium proferendum esse dicens; idem agnoscit summas defuncti virtutes, atque Teucro se in curanda sepultura offert socium, 1318 *sqq.* De morte Ajacis Telamonem consolatur Oileus, *fr.* 209.

Ajax Locrus (*Aj. Cassandram ab ara Minervæ abripiens*, fabula Sophocl., *p.* 273.

Alcestis, fabula Soph., *p.* 329 *sq.*

Alcmæon, fabula Soph., *p.* 304 *sqq.*

Alcmene, ex Jove mater Herculis, *Tr.* 19, 97, 1148; Tirynthe habitat, 1152.

Aleadæ, fabula Soph., *p.* 351 *sqq.*

Aletes, fabula Soph., *p.* 289.

Alexander (*i. q.* Paris), fabula Soph., p. 249 *sqq.* Alexandri βοτήρ, *fr.* 2.

Alphesibœa, Phegei filia, *fr.* 301.

Alybas s. Alibas, mons, *fr.* 866.

Amor, *Tr.* 454. Ejus vis, *Ant.* 781 *sqq.*, *fr.* 409, 427, 549.

Amphiaraus, augur et miles præstantissimus, unus e septem ducibus, *O. C.* 1313; ad Thebas cum armis et quadrigis a terra hauritur, *fr.* 281; uxoris artibus perit; in Orco πάμψυχος ἀνάσσει, *El.* 837 *sqq.* Amphiaraus, fabula satyrica, *p.* 364 *sq.*

Amphictyonum conventus (Πυλάτιδες Ἑλλάνων ἀγοραί, *Tr.* 638.

Amphilochi Acarnaniæ, *fr.* 676.

Amphion, Thebanus, *An.* 1155.

Amphitrite, πολύχοινος, *fr.* 313; Ἀμφιτρίτας μεγας ὄλβος, *mare Atlanticum*, *O. R.* 195.

Amphitryo, fabula Soph., *p.* 340 *sq.*

Amycus, fabula satyrica, *p.* 365 *sq.*

Anactorium (Ἀνακτόριον), urbs Acarnaniæ, *fr.* 323.

Anchises, memor oraculorum quæ a Venere acceperat, antequam Troja urbs caperetur, cum Ænea filio in Idam sese confert, *fr.* 139.

Andromeda, fabula Soph., *p.* 331 *sqq.*

Antenor Trojanus, cujus domus pantheræ pelle defendebatur, urbe expugnata in Thraciam migrat cum Venetis, qui postea hinc ejecti ad Adriaticum mare considunt, *fr.* 147.

Antenoridæ, fabula Soph., *p.* 274.

Antigone, Œdipi et Iocastæ f., *O. C.* 533 *sq.*, patrem ducens ad Colonum pagum venit; regio qualis sit exponit, *O. C.* 14 *sqq.*; paganorum clementiam pro patre suo implorat, 234 *sqq.* Ismenam sororem accurrentem conspicit, 312 *sqq.*; a Creontis satellitibus vi abducitur, 872 *sqq.*, a Theseo servata redit ad patrem, 1099; quem obtestatur, ut Polynicem ad colloquium velit admittere, 1131 *sqq.*; fratri suadet, ut exercitum Thebis Argos abducat,

1414 *sqq.*; ultima quæ Œdipo in Orcum descensuro cum sorore præstiterit officia, 1598 *sqq.*; pater ei valedicit, 1611 *sqq.*; Thesei fidei eam committit, 1630 *sqq.* Antigonæ post obitum patris lamentatio, 1670 *sqq.*; e Theseo petit, ut ipsam cum sorore Thebas reducat, 1768 *sqq.* — Ismenam de Creontis edicto corpus Polynicis sepeliri vetante edocet, *An.* 1 *sqq.*; frustra sororem hortata, ut contra regis voluntatem sepultura fratrem honorent, solam se id præstituram esse profitetur, 41 — 97; cadaver Polynicis clam custodibus pulvere tegit, 245 *sqq.*; in corpore denuo condendo deprehensa a custode in scenam adducitur, confitenti facinus et defendenti supplicium indicitur; 384 *sqq.* Ismenam, quæ pœnæ particeps esse vult, ut servari se patiatur, admonet, 563 *sqq.*; cum sorore domum abducitur, 577; viventem defodi jubet rex, 773 *sqq.*; ad supplicium jam abiens de morte immatura virgo queritur; cum Niobæ infortunio sortem suam comparat; recolit fata domus Labdacidarum, 806 *sqq.*; animum ejus erigere studet chorus propositis hominum nobilissimorum exemplis, similia perpessorum iis quæ jam passura sit ipsa, 944 *sqq.* Ut solvatur Antigona Creonti suadet Tiresias, 1064 sqq.; vati rex obtemperaturus est, quum nuntius venit docens Antigonam se ipsam strangulasse et ad latus ejus Hæmonem, cui desponsata erat, se transfixisse gladio, 1155 *sqq.*

Antilochus, Nestoris filius, ad Trojam cæsus, *Ph.* 425.

Ἄορνος. *V.* Avernus.

Apia terra, Peloponnesus, *O. C.* 1303.

Apollo. Φοῖβος Διός, *O. C.* 623; una cum Jove invocatur ut deus averruncus, *Aj.* 187. Φοῖβος προστατήριος, *El.* 637. Apollo et Juppiter ξυνετοὶ καὶ τὰ βροτῶν εἰδότες, *O. R.* 498. Apollo ab Jove accipit oracula, *fr.* 309. Quatenus est Διὸς προφήτης (*vide Æsch. Eum.* 19), oraculum ejus Delphicum (*ubi vide*) dicitur Διὸς ἀδευπὴς φάτις, *O. R.* 151. Templum ejus Pythicum, *O. R.* 69; Ismenii templum Thebanum, *O. R.* 21; Thymbræi templum Trojanum, prope quod Troilus ab Achille occiditur, *p.* 261 *a*; Delius, *Aj.* 703, *O. R.* 154; Φοίβου παλαιὸς κῆπος in extremo orbe terrarum, *fr.* 326; λοξίας, *O. R.* 402, 1102; λύκειος, *O. R.* 203, 919, *El.* 1379, 645, 655; λυκοκτόνου templum Argivum ἐν ἀγορᾷ Λυκείῳ, *El.* 7; ἔνοπλος πυρὶ καὶ στεροπαῖς ὁ Διὸς γενέτας, *O. R.* 469; Φοῖβος ἑκαβόλος, *O. R.* 162; εὐφαρέτρας, *Tr.* 207; ἀγρευτάς, *O. C.* 1091; Ἰήιος, *O. R.* 1096; παιάν, *O. R.* 154. ἀγυιεὺς βωμὸς (Apollinis), *fr.* 135. Apollo Achillem perdidit, *Ph.* 335; quid Oresti responderit, *El.* 36; Œdipo prædixit malorum requiem ei fore ubi a Furiis sede et hospitio exciperetur, *O. C.* 87. Cf. *El.* 1425, *O. R.* 377, 720, 909, 1011, 1429, *fr.* 144.

Apsyrtus, Æetæ ex Nereide f., *fr.* 419; Medeæ frater οὐχ ὁμομήτριος, in patris domo mactatus, *fr.* 407.

Arcadicus pilus, *fr.* 689.

Arcas Parthenopæus, *O. C.* 1320.

Archialas, nomen servi, qui Parim infantem exposuit, *p.* 249.

Archidamus Lacedæmonius, ætate provectior (γήρᾳ), *Atticam vastans sacris oleis pepercit. Quod innuit Soph. O. C.* 702.

Ἄρκτου στροφαί, *fr.* 194

Areopagus, εὐβουλος, *O. C.* 947.

Ares. *V.* Mars.

Argivi, *Aj.* 187, 440, 722; *El.* 1459, *fr.* 297, *passim.* Argivi, Ἀυρκεῖος δῆμος, *fr.* 676; apud eos Polynices profugus manum bellicam contrahit, *O. C.* 677 *sqq.*, 1301; ad eosdem venit Tydeus, *fr.* 40. Argivorum exercitus ante Thebas, ὁ λεύκασπις φῶς Ἀργόθεν βὰς πανσαγίᾳ, *An.* 106; λευκᾶς χιόνος πτέρυγι στεγανός, 114; ἀντίπαλος δράκων, 125; exercitus duces, *O. C.* 1311 *sqq.*; clades et fuga, *An.* 107 *sqq.*, 16. Argivis, ob recusata arma Achillis, stragem molitur Ajax, *Aj.* 44. — Argivorum concio (*in Tenedo ins.*), fabula Soph., *p.* 254. *sqq.* Μῦθος Ἀργολιστὶ βραχύς, *fr.* 12.

Argo, Ἀργῷον σκάφος, *fr.* 380.

Argonautas omnes Sophocles in Lemniis fabula recensuit, *fr.* 380. Argonautæ qua venerant via, eadem redierunt, 418.

Argos, Ἀργεία χθών, fr. 698; τὸ κοῖλον Ἄργος, *O. C.* 337, 1388; *fr.* 280, 260. Ἄργους γύαι, *fr.* 677. — Τὸ παλαιὸν Ἄργος, ἄλσος Ἰνάχου κόρης, *El.* 5; urbis ἀγορὰ Λύκειος, *El.* 7; τὸ Δωρικὸν Ἄργος, *O. C.* 1301; οἱ ἐν Ἄργει θεοί, *fr.* 129; Junonis templum prope urbem situm, *El.* 8.

Argus, πανόπτης, *fr.* 689

Artemis. *V.* Diana.

Asia, *O. C.* 694, *fr.* 596.

Astaci filius, *Melanippus, fr.* 40.

Atalante, φίλανδρος, *fr.* 574; mater Parthenopæi, *O. C.* 1322.

Athamas. Duas hujus nominis fabulas Sophocles scripsit; earum argumentum, p. 318 *sqq.*

Athenæ, κλειναί, *Aj.* 861, *fr.* 634; θεόδμητοι, *El.* 707; ἱεραί, *Aj.* 1221; θεοσεβέσταται, *O. C.* 260; εὐδαίμονες, *O. C.* 282; μεγίστης Παλλάδος τιμιωτάτη πόλις, *O. C.* 107; Κραναὰ πόλις, *fr.* 931; Atheniense fanum Perdicis, *fr.* 634; urbis turres e Colono conspicit Antigone, *O. C.* 14; Ἀθηνῶν ἔρεισμα, *fundamentum fortunæ civitatis Athenarum*, dicitur locus in Colono pago, ubi lucus Furiis sacratus, in eoque χαλκόπους ὁδός, quam in Orcum deducere putabant, *O. C.* 57.

Athenienses rupto fœdere Thebanos clade afficient, ut Theseo vaticinatur Œdipus, *O. C.* 616 *sqq.* Thesidæ dicuntur, 1066; τὰν ἱππίαν τιμῶσιν Ἀθάναν, 1071. Bona iis optat Œdipus, 1420. Atheniensis quidam auriga in ludis Delphicis, *El.* 707, 731.

Athos mons, Θρῇσσα σκοπιὰ Ζηνὸς Ἄθῳου, *fr.* 621; æneam bovem in Lemno ins. inumbrat, *fr.* 385.

Atlantium mare nominatur Ἀμφιτρίτας μέγας θάλαμος, *O. R.* 195.

Atreus, *El.* 1508, fratri liberos epulandos proponit, *Aj.* 1293. Atreus, fabula Soph., *p.* 336 *sqq.*

Atridæ, Agamemnon et Menelaus, *Aj.* 461, 469, 717, 931 *El.* 651, 1067, *Ph.* 315, 320, *fr.* 183. Ἄρχοντες, *Aj.* 668, ναύαρχοι Ἀχαιῶν, 1233, δίσσαρχοι βασιλῆες, 390, οἱ Ἀτρέως διπλοῖ στρατηγοί, *Ph.* 1024; δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι, *Aj.* 250; διπλοῖ βασιλῆς, 960; δισσοί, ἀνάλγητοι, 947, μέλεοι, 621; arma Achillis tribuerunt Ulyssi, 445; eos occidere putat Ajax in pecora sæviens, 56; jussu eorum Ulysses Philocteten in Lemno ins. exposuit, *Ph.* 6.

Atticæ terræ quænam commoda sepulcrum Œdipi præstiturum sit, *O. C.* 620 *sqq.*, 1552 *sqq.* Attica quomodo inter Pandionis filios distributa sit, *fr.* 539.

Aulis. Ibi classem Græcorum retinet ira Dianæ, *El.* 564

Autolycus, Erichthonii f., *fr.* 620.

Avernus, Ἄορνος, lacus νεκυομαντείῳ clarus, *fr.* 875.

Azeotæ, Ἀζειῶται, Troadis populus, *fr.* 43.

B.

Bacchæ in Parnasso, *An.* 1127; θεαὶ τιθῆναι sc. Διονύσου, *O. C.* 680.

Bacchus, *O. C.* 679, Jovis f., Καδμείας νύμφας (*Semeles*) ἄγαλμα, ὃς ἀμφέπει Ἰταλίαν (*Græciam Magnam*), μέδει δ' Ἐλευσινίας ἐν κόλποις, ὁ ματρόπολιν Θήβαν ναιετῶν, *An.* 1115 *sqq.*; ὁ Θήβας ἐλελίχθων, 151, *cl.* 1137 *et Tr.* 510; ὁ χρυσομίτρας τᾶσδ' (*Thebanæ*) ἐπώνυμος γᾶς, οἰνῶψ Βάκχος εὐιος, Μαινάδων ὁμόστολος, *O. R.* 209

sqq.; πῦρ πνεόντων χοραγὸς ἄστρων, *An.* 1147; νυχίων φθεγμάτων ἐπίσκοπος, 1148; ὁ Βακχεῖος θεὸς ναίων ἐπ' ἄκρων ὀρέων, cum Heliconiis nymphis ludere amat, *O. R.* 1105; Ἴακχος, *An.* 1152; βουκέρως Ἴακχος in Nysa educatus, *fr.* 347; ταυροφάγος, *fr.* 364; festis celebratur in Nysa monte *Euboico*, *An.* 1130; Lycurgum antro inclusit, 957. Bacchus *faces gestans* apparet iis, qui noctu flammas quasdam in Parnasso monte conspiciunt, *An.* 1126. Βάκχειος βότρυς, *fr.* 490.

Barcææ quadrigæ, *El.* 727.

Berecyntius clamor (Βερέκυς βρόμος), *fr.* 58.

Bœotus quidam memoratur, *El.* 708. Βοιώτιος νόμος, *fr.* 893.

Boreas, *Tr.* 113, *ex Orithyia* pater Cleopatræ, *An.* 985, ambabus maxillis flando fluctus maris excitat, *p.* 310 *b.*

Bospori litora, *An.* 967. Βοσπόριοι ποταμοί, *Aj.* 885. Bospori accolæ, Βοσπορῖται, thynnorum venatores, *fr.* 50.

Buthœa (Βουθοίη), urbs Illyriæ, ad Drilonem fluvium, *fr.* 308

C.

Cadmei, *O. R.* 1288. *Vide.* Thebani, Cadmus.

Καδμογενής, i. e. Hercules, *Tr.* 116.

Cadmus, Thebanus, *An.* 1155; ejus soror Idothea, *fr.* 388; δῶμα Καδμεῖον, ἄστυ Καδμεῖον, Thebæ, *O. R.* 29, 35; Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή, Thebani, *O. R.* 1.

Calchas, vates Thestoreus (*Thestoris f.*), *Aj.* 801; στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἱδρις, *fr.* 158; δεινότατος ἀπομάκτης μεγάλων συμφορῶν, *fr.* 159; ejus de Ajace vaticinium; causas exponit cur iram divinam Ajax incurrerit, *Aj.* 748 *sq.* Calchanti datum de exitu vitæ oraculum, *fr.* 75; ejus cum Mopso certamen in Pamphylia, *fr.* 984.

Camicii sive Minos, fabula, *p.* 359 *sq.*

Capaneus, dux Argivorum, de muris Thebanis, quos jam ascenderat, heros linguæ superbia insignis, Jovis fulmine dejicitur, *An.* 126 *sqq.*, *O. C.* 1319.

Captivæ (Αἰχμαλωτίδες), fab. Soph., *p.* 276 *sqq.*

Cariam Sophocles dicit pro Cilicia, *fr.* 984.

Carthaginem venit Triptolemus, *fr.* 337.

Cassiepeiæ, matris Andromedæ, arrogantia et pœna, *fr.* 456.

Castalia, fons, *An.* 1129.

Catreus, pater Aeropæ, *quod vide.*

Cedalion, fabula satyrica, *p.* 369.

Cenæum, Eubœæ promontorium, ubi Hercules post captam Œchaliam aram lucumque consecrat Jovi patri, *Tr.* 753 *sqq.*, 238, 994.

Centauri ab Hercule occisi, *Tr.* 1095.

Cephallenum rex Ulysses, *Ph.* 264, 791.

Cerberus, σῶμα ἀνικάτου θηρός, ὃν ἐν πύλαισι φασὶ πολυξέστοις εὐνᾶσθαι κνυζᾶσθαί τ' ἐξ ἄντρων ἀδάματον φύλακα παρ' Ἀΐδᾳ λόγος αἰὲν ἔχει, *O. C.* 1569. Cerberus triceps ab Hercule domatur, *Tr.* 1098.

Cerberii, i. q. Cimmerii, *fr.* 928.

Κῆρες, δειναὶ ἀναπλάκητοι, *O. R.* 472.

Ceres s. Demeter et Proserpina, πότνιαι, quæ Eleusine σεμνὰ τίθηνοῦνται τέλη θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα κλὴς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε προσπόλων Εὐμολπιδᾶν, *O. C.* 1052. Ceres εὔχλοος in Coloni pagi colle fanum habet, *O. C.* 1600. Δηώ, Eleusine habitans, *An.* 1121.

Cerva Dianæ sacra (στικτὸς, κεράστης ἔλαφος) ab Agamemnone occisa, eique magnorum causa malorum, *El.* 568.

Ceyx, Trachiniæ princeps, ad quem Hercules migravit, *intelligendus est Tr.* 40.

Chaldæus populus prope Colchidem, *fr.* 401.

Chalcodon, rex Eubœæ, *Ph.* 489.

Charites. *V.* Gratiæ.

Charnabon, Getarum rex, *fr.* 379.

Chryse, locus Apollini sacer prope Lemnum, *fr.* 160, 254.

Chryses nympha in Chryse insula aram habebat subdialem, ἀκαλυφῆ στηκὸν, custoditam a serpente, qui momordit Philoctetam aram istam Græcis ostendentem, *Ph.* 1326 *sq.* *Cf.* 194. Chryses, fabula Soph., *p.* 288.

Chrysothemis, Agamemnonis et Clytæmnestræ f., sacra ad Agamemnonis tumulum ferre a matre jussa, objurgat Electram sororem, ut quæ nimium dolori indulgens præsentia mala augeat; ipsa objurgatur ab Electra, utpote animi timiditate prodens patrem mortuum et amicos, *El.* 328—405. Narrat somnium Clytæmnestræ, 417 *sqq.*; obsequitur sorori suadenti ut dona a matre missa abjiciat, aliaque offerat, 465 *sqq.*; a patris sepulcro redit læta; lætum se nuntium afferre ait, namque manifestis indiciis prodi præsentiam Orestis, 870 *sqq.*; gaudium exstinguitur nuntio de morte Orestis interea allato, 926 *sqq.*; Electræ, quæ ipsa patrem ulcisci vult, sociam se adjungere recusat, 992.

Cilla, urbs Troica, *fr.* 160.

Κίλλειον, *fr.* 896.

Cimmerii. *V.* Cerberii.

Cithæron, mons, in quo Œdipus expositus, *O. R.* 421, 1026, 1089, 1126, 1391, 1452.

Clementia, Ζηνὶ σύνθακος θρόνων Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι, *O. C.* 1268.

Cleopatra, Boreæ et Orithyiæ f., uxor Phinei, a quo deinceps repudiata in antrum includitur, *An.* 982; mater Oarthi et Parthenii, *p.* 322 *b*; *cf.* *An.* 970 *sqq.*

Clytæmnestra Aulide præsens, *fr.* 29, Dianam Iphigeniæ necem ulturam esse significat, *fr.* 33; interfectrix mariti, *El.* 97; corpus Agamemnonis μασχαλίζει, 445; δολερά, 124, δυστανοτάτη μήτηρ, 122; Electram increpat, 289 *sqq.*, 295 *sqq.*; somnio territa, 417 *sqq.*, 644 *sqq.*, Chrysothemin mittit, quæ sacra ferat ad tumulum Agamemnonis, 406; in scenam progressa duris verbis castigat insolentiam Electræ, suique facinoris probare studet justitiam, 516 — 631; sacra votaque facit ad statuam Apollinis, ut terrores somnio nocturno excitatos deus discutiat; nuntiatur ei mors Orestis, 678-763; filii sortem dolet mater, lætatur mulier parricida, pellex Ægisthi; in palatium redit, 766-803; audiuntur voces pereuntis; 1405, 1411. Cadaver ejus velamento obtectum Ægisthus corpus Orestis esse putat, 1467.

Cnossiæ saltationes, Κνώσια ὀρχήματα, *Aj.* 700.

Cœranus, pater Polyidi vatis, *fr.* 609.

Colchi, *fr.* 401.

Colchides, fabula Sophoclis, *p.* 324 *sq.*

Colonus, *pagus Atticus tribus Antiochidis, decem stadiis ab Athenis remotus;* inde conspiciuntur turres urbis Athenarum, *O. C.* 14; ibi lucus lauro, olea, vitibus consitus, cantu sonans lusciniarum, 16 *sq.*; locus sacer Furiis, ἄθικτος οὐδ' οἰκητός· αἱ γὰρ ἔμφοβοι θεαὶ σφ' ἔχουσι, 40; ἀστιδὲς ἄλσος ἀμαιμακετᾶν κορᾶν, 126; ἄβατον νάπος, ποιαὶς, κάθυδρος οὗ κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν ἐσσύμενος συντρέχει, 156 *sq.* De crateribus (in interiore luci parte, ubi sacra Furiis offerebantur, 505, positis, *cf.* 481. In limine hujus luci Œdipus ab Antigona doctus considit, in rudium saxorum strue, 18, quæ longius se producens vocatur χαλκόπους ὁδός, ἔρισμα Δηναιῶν, 58, καταρράκτης ὁδὸς χαλκοῖς βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένος, 1590; is ὁδὸς ducit ad craterem, per quem in Orcum olim descenderunt Pirithous et Theseus, 1593, ut nunc Œdipus, 1545; qui antea in lucum se absconderat, 113, deinde vero excedere jussus, 155, denuo in rudi saxo consederat, 193, 196. Regionis hujus amœni-

tas et sanctitas celebratur, 668-715. Præter Furias in Colono pago coluntur Neptunus et Prometheus Titan igniferi, 56. Neptunus est præses sive ἐπιστάτης τοῦ Κολωνοῦ, ubi aram habet, 888, et frenos equorum invenit, 712; conditor sive ἀρχηγὸς pagi est Κολωνὸς ἱππότης, 59; ejus statua, *ibid.* In colle quodam erat fanum Cereris εὐχλόου, 1600.

Comus vel Momus, fabula satyrica, p. 370 *sq.*

Contumelia, Ὕβρις, fabula satyrica, *p.* 373.

Κωφοί, fabula salyrica, *p.* 369 *sq.*

Corinthii, οὐπιχώριοι χθονὸς τῆς Ἰσθμίας, *O. R.* 939.

Corinthus, *O. R.* 955, 1394; ibi educatur Œdipus in domo Polybi, 774.

Coronus, Dotiensis Lapitha, *fr.* 381.

Corybantes, *fr.* 796.

Coryciæ nymphæ Bacchides in Parnasso monte, *An.* 1127.

Crambis (*Carambis*), Phinei et Cleopatræ f., *p.* 322.

Κρανααὶ πόλις, Athenæ, *fr.* 931.

Creon, Menœcei f., frater Iocastæ, *O. R.* 1502, affinis (γαμβρός, 70, κήδευμα, 85) Œdipi, a quo Delphos mittitur ad sciscitandum de pestis medela oraculum, 69; redux responsum Apollinis exponit, 87 *sqq.*; Œdipo suadet, ut Tiresiam consulat, 286; regni cupidus Tiresiam subornasse videtur Œdipo, 378 *sqq.*; purgare se studet, 513 *sqq.*; jurgium componitur intercedentibus Iocasta et choro, 634 *sqq.*; abit Creon, 677; Œdipo urbe ejici postulante, exspectandum esse ait quid deus faciendum decreverit, 1421 *sqq.*; regnum ei a filiis Œdipi conceditur, quod mox ipsi arripiunt, *O. C.* 376. Œdipum invitum urbe expellit, 765 *sqq.*; Colonum venit, ut Œdipum Thebas reducat patriæ salutis causa, 728 *sqq.* (*cf.* 396); quum verbis nihil seni persuaderet, jam se abripuisse Ismenam dicit, idemque facturum esse Antigonæ nisi Œdipus obtemperaret, 818; minæ effectum habent, 830 *sqq.*; ipsum OEdipum corripere vult, 860 *sqq.*; qui diris verbis exsecratur eum, 865; ne consilium Creon exsequatur Thesei interventu prohibetur, 887 *sqq.*; justa se facere probare studet Theseo, 939 *sqq.*, qui cogit eum ut locum monstret, quo filias Œdipi abduci jusserit, 1019 *sqq.* Ejus de Polynice haud sepeliendo edictum, *An.* 22 *sqq.*, 155-232; custodibus, qui cadaver pulvere tectum invenerant, extremum supplicium minitatur, nisi edicti contemptorem repererint, 223-371; deprehensæ Antigonæ facinusque suum defendenti pœnam indicit, 401-525; Ismenam, quæ criminis particeps esse vult, amentiæ incusat, 561 *sqq.*; ne puniendo Antigonam in Hæmonem filium crudelis sit, ab Ismena monetur frustra, 568; sorores intro abduci et custodiri jubet, 677 *sqq.*; Hæmonem hortatur ut missam faciat Antigonam; quum refragetur filius, iratum iratus dimittit, 726 *sqq.*; Ismenam liberam esse, Antigonam vivam defodi jubet, 768 *sqq.*; deorum ominibus et Tiresiæ verbis monitus, sententia mutata, corpus Polynicis sepulturæ tradi concedit, et luci redditurus est Antigonam, 1032-1114; quam invenit strangulatam et ad latus sponsæ ferro tranfixum Hæmonem filium, 1209 *sqq*; Eurydices uxoris mortem comperit, 1281; auctorem se tantæ calamitatis confitens mortem sibi precatur, 1317 *sqq.*

Cretæ insulæ custos Talus, *fr.* 714.

Cretensis mulier (Aerope) mater Agamemnonis, *Aj.* 1295.

Creticum mare, πέλαγος Κρήσιον, *fr.* 117.

Creusa, fabula Soph., *p.* 344 *sqq.*

Crisa, Phocidis urbs, in qua Orestes educatur, *El.* 180.

Crisæus campus, in quo ludi Delphici celebrabantur, *El.* 730.

Κρίσις (*Paridis judicium*), fabula Soph. satyrica, *p.* 363.

Cronus, pater Jovis, *fr.* 127, 500; Neptuni, *O. C.* 712.

Cyaneum mare (*ostium Ponti Euxini*), *An.* 966.

Cycni cum Hectore contra Græcos in certamen exituri superbiloquentia, *fr.* 55; Κυκνῖτις βοή, *fr.* 62.

Cyllene, mons χιονόκτυπος, *Aj.* 695; Κυλλάνας ἀνάσσων *Mercurius*, *O. R.* 1104.

Cytheræa. *V.* Venus.

D.

Dædalus, Perdicis interfector, *fr.* 634. Dædalus, fabula satyrica, *p.* 370.

Danae; ad eam subterraneo thalamo ab Acrisio patre inclusam descendit Juppiter, *An.* 944 *sqq.* Danae, fabula Soph., *p.* 330 *sq.*

Danai, *Ph.* 1216, *Aj.* 138, 225, *passim.*

Dardanus pater Idææ, *fr.* 388; Δαρδάνου πέδον, *Ph.* 69.

Daulia s. Daulis, Phocidis oppidum, *O. R.* 734.

Deianira, Œnei f., Pleurone in Ætolia habitat, *Tr.* 6; aversatur nuptias Acheloi, proci immanis, 9 *sqq.*; quo devicto ab Hercule, 20, 510 *sqq.*, hujus matrimonio ex voto potitur, 25; quomodo et qua occasione philtrum, quod esse putabat, a Nesso acceperit, 555 *sqq.* Metu et angoribus conjux premitur, quoniam Hercules foris certaminibus occupatus perraro domum visit, deinde exantlatis laboribus, ubi post cædem Iphiti Trachinem migraverat, denuo abiit ante hos menses quindecim, nec nuntium ullum de eo Deianira accepit, 27 *sqq.* Tabellas abiens Hercules reliquit, magnæ sollicitudinis uxori auctores, 47, 156 *sqq.* Ab Hyllo filio docetur Herculem post peractum apud Omphalen servitium jam oppugnare Œchaliam, 65 *sqq.*; ob oraculum quoddam de salute ejus anxia Hyllum mittit exploratum, 76 *sqq.*; choro virginum causas ærumnæ exponit, 141 *sqq.*; nuntiatur ei Lichæ præconis Herculem salvum, victorem, mox reducem dicentis adventus, 180 *sqq.*; gaudio exsultat, 200 *sqq.*; lætam rem uberius ei narrat Lichas, captivarum simul adducens catervam; Herculemque reversurum dicit simulac Jovi patri fecerit sacra, 229 *sqq.*; dolet Deianira sortem captivarum; inter eas præ ceteris unam (Iolen) animadvertit mœstitia sua eminentem; at quænam sit neque ex ipsa neque ex Licha sciscitando elicere potest, 293 *sqq.*; mulieres omnes in ædes jubet abduci, 329 *sqq.*; ipsam retinet nuntius mendacia Licham retulisse dicens, quippe qui paullo ante inter cives declarasset Iolen se adducere, cujus amore inflammatus Hercules bellum istud suscepisset, 340 *sqq.*; deinde ipse etiam Lichas verbis Deianiræ mitissimis cedens vera esse quæ nuntius dixisset confirmat, 436 *sqq.*; amorem Herculis recuperare properat Deianira ope tunicæ Nessi sanguine utpote philtro tinctæ, quam ad Herculem portandam tradit Lichæ, 600 *sqq.*; lanam, qua usa erat in tingenda tunica, in locum solis radiis calefactum abjectam sponte sua absumi conspicata vereri cœpit ne irreparabile malum marito paraverit, 661 *sqq.* Venit Hyllus atque matrem diris devovens narrat quæ Herculi accidissent, 734 *sqq.*; abit Deianira silens, 813; quomodo in ædibus manum sibi intulerit, 871 *sqq.*; culpa matrem vacare intelligit Hyllus, 936, ex Hyllo idem discit Hercules, 1122 *sqq.*

Delphicum templum et oraculum, ἡ θεσπιέπεια Δελφὶς πέτρα, *O. R.* 463; Δελφικὴ ἑστία, *O. C.* 413 463; Πυθόμαντις ἑστία, *O. R.* 965; ἄθικτος γᾶς ὀμφαλός, 897; τὰ μεσόμφαλα γᾶς μαντεῖα, 480; τοῦ ψοφέντος φάμα Παρνασσοῦ, 473; oraculum Laio datum, 711; Œdipo, 788, *O. C.* 353; Thebanis, *O. R.* 69, *O. C.* 389; Oresti, *El.* 36. Delphici ludi describuntur, *El.* 680 *sqq.* — Delphicum trivium, *O. R.* 1398, *cf.* 734. — Delphis occiditur Neoptolemus, *fr.* 242.

Delius. *V.* Apollo.
Demeter. *V.* Ceres.
Demophon. *V.* Theseus.
Diana s. Artemis, Ἀητώα κόρη, *El.* 570; χρυσέα Διὸς θυγατήρ, *O. R.* 187; αἰὲν ἀδμήτα, *El.* 1239; δέσποινα, *El.* 570; ταυροπόλος, *Aj.* 172; Ὀρτυγία θεὰ ἐλαφαβόλος, ἀμφίπυρος, *Tr.* 214; πυκνοστίκτων ὀπαδὸς ὠκυπόδων ἐλάφων, *O. C.* 1093; κυνηγός, quam offendit Agamemnon, ut placaret iram divinam mactare filiam coactus, *El.* 565 *sqq.*; *cf. fr.* 33; aprum immittit agris Œnei, *fr.* 573; κόρα χρυσαλάκατος ap. Malienses culta, *fr.* 637; πυρφόροι Ἀρτέμιδος αἴγλαι, ξὺν αἴςι' Λύκι' ὄρεα διάσσει, *O. R.* 207; γαιάοχος (*terræ Thebanæ tutrix*) ἃ κυκλόεντ' ἀγορᾶς θρόνον εὐκλέα θάσσει, *O. R.* 160.
Dice. *V.* Justitia.
Diomedes, Tydei f., *Ph.* 416, 570, 591, propter cædem commissam exul; hoc atque patris facinora ei exprobrat Ulysses, *fr.* 40.
Dionysiacus, fabula Soph. satyrica, *p.* 371.
Dioscuri, Ἀαπέρσαι sive Laæ eversores, *fr.* 129.
Dirce, fons Thebanus, *An.* 105, 844.
Dodona. Δωδῶνος γύαι, *fr.* 273; Δωδῶνι ναίων Ζεύς, *fr.* 274; ὁ ἐν Δωδῶνι δαίμων, *fr.* 276; αἱ θεσπιῳδοὶ ἱερίαι Δωδωνίδες, *fr.* 275; Dodonæum oraculum, Σέλλων ἅλσος, *Tr.* 1167; ἡ παλαιὰ φηγὸς Δωδῶνι διοσῶν ἐκ πελειάδων quid Herculi nuntiaverit, *fr.* 171.
Dolopes sive Phœnix, fabula Soph., *p.* 276 *sq.*
Dotiensis Lapitha Coronus, *fr.* 381; Δωτιεὺς ἀνήρ, *fr.* 468; Δωτιάδος χώρας βασιλεὺς (Peleus), *fr.* 275.
Draco, Echidnæ f., malorum aureorum custos ab Hercule interfectus, *Tr.* 1099.
Drilo, fluvius Illyriæ, cui Buthœa urbs adjacet, *fr.* 308.
Dryas, pater Lycurgi Edonum regis, *An.* 955.

E.

Ἑκαταῖκι μαγίδες, *fr.* 226.
Echidna, mater draconis, qui aurea mala custodiebat, *Tr.* 1099.
Edonum rex Lycurgus; *An.* 956.
Electra, Agamemnonis et Clytæmnestræ f., palatio egressa patris lamentabile fatum, domus regiæ conditionem tristissimam, suamque ipsius miseriam deplorat; consolari eam studet virginum chorus solutionem malorum sperans venturum Orestem, *El.* 86-323; reprehendit E. Chrysothemin sororem ob mores Agamemnonis filia indignos, 341 *sqq.*; persuadet ei ut, abjectis sacris, quæ matris jussu ad tumulum patris latura erat, aliis donis manes Agamemnonis honoret, 431 *sqq.*; Clytæmnestræ petulantiam filiæ exprobranti cædemque mariti ut justam defendenti fortiter obloquitur, turpitudinem facinoris ostendens, 551-632; nuntiata morte Orestis, immanem prodit dolorem, 674 *sqq.*, 787 *sqq.*; compescit lætitiam Chrysothemidis, quæ nuntii allati ignara accurrit manifesta præsentiæ fratris vestigia sese reperisse dicens, 878 *sqq.*; fratris auxilio destituta cædem patris ipsa sola vult ulcisci; sororem consilii sociam adjungere sibi studet, sed frustra, 938 *sqq.*; urnam, quam afferunt viri Phocenses a Strophio missi, Orestes et Pylades, conspiciens denuo in lamentationem erumpit; manibus tenens vasculum cineres fratris alloquitur, 1108 *sqq.*; fratrem viventem agnoscit; gaudio exsultat, 1222 *sqq.*; ad moderationem ab Oreste revocatur, 1237 *sqq.*; ab eodem docetur qui sit pædagogus, qui falso sub nomine nuntium de morte Orestis attulerat, 1346 *sqq.*; audit clamores matris sub ferro Orestis moribundæ, 1405 *sqq.*
Eleusinia litora, dum festa sacra celebrantur, tædarum ignibus corruscantia dicuntur λαμπάδες ἀκταί, οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη θνατοῖσιν κ. τ. λ. *O. C.* 1049 *sq.* Ἐλευσίνιοι Δηοῦς κόλποι, *An.* 1121.
Elymniæ petræ, *fr.* 203; Νυμφικὸν Ἐλύμνιον, in Eubœa, ut videtur, *fr.* 204.
Ἕνετοι. *V.* Veneti.
Ἐφέσεια, *fr.* 8.
Epigoni sive Eriphyle, fabula Soph., p. 300 *sqq.*
Epistrophus, *fr.* 182.
Erebus (Σκότος) et Terra, parentes Furiarum, *O. C.* 40, 106.
Erechthidæ (γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδῶν) dicuntur Salaminii, *Aj.* 202. Erechthida Cleopatra, *Orithyiæ et Boreæ f.*, *An.* 982.
Ergane, *fr.* 705. *V.* Minerva.
Erichthonius, pater Autolyci, *fr.* 620.
Erigone, fabula Soph., *p.* 289.
Erinnyes. V. Furiæ.
Eriphyle Amphiaraum maritum prodit; sceleris pœnam luit, *El.* 838 *sqq.* Eriphyle, fabula Soph., *p.* 300 *sqq.*
Ἔρις, fabula satyrica, *p.* 303 *sq.*
Erymanthius aper ab Hercule occisus, *Tr.* 1097.
Eteocles, Œdipi et Iocastæ f., *vid.* Polynices. Eteocles et Polynices ab Œdipo cum viris Ægyptiis comparantur, sc. quod sororibus faciendum reliquerint quod ab iis curari fas erat, *O. C.* 337. Eteocles fratrem natu majorem urbe ejicit, persuasis civibus, 367 *sqq.* 1295, fratrum bellum et cædes mutua, *O. C.* 367, *An.* 56, 56, 145 *sqq.* Eteocles a Creonte sepelitur, *An.* 124, 194.
Eteoclus, Argivus, unus e septem ducibus in Polynicis exercitu, *O. C.* 1136.
Eubœa, *fr.* 539; ibi imperat Chalcodon rex, *Ph.* 489; Εὐβοΐδα χώραν, sc. Œchaliam, bello petit Hercules, *Tr.* 74; Cenæum Eubœæ promontorium, 238; Eubœæ vitis mirabilis, *fr.* 490.
Euenus, fluvius Ætoliæ, *fr.* 559.
Euippa, *Tyrimnæ Epirotæ f.*, ex Ulysse mater Euryali, *p.* 300 *a.*
Eumelus (?), fabula Sophocl. dubia, *p.* 360 *sq.*
Eumolpidæ, Cereris Eleusiniæ sacerdotes, *O. C.* 1053.
Europa, μακρὰ Εὐρωπία, *fr.* 162.
Euryalus, Ulyssis et Euippæ f., a Telemacho interficitur, *p.* 300 *a.*
Eurybœa, uxor Telamonis, mater Ajacis, *Aj.* 569.
Eurydice, Creontis uxor, domo egressa ut Minervæ preces faceret, e nuntio audit mortem Hæmonis filii et Antigonæ, *An.* 1183 *sqq.*; silens redit in ædes, 145, ubi occidit se, 1283 *sqq.*
Eurysaces, Ajacis et Tecmessæ f., *Aj.* 340, 1409, unde nomen habeat, 575; eum pater Teucri custodiæ committit, 560 *sqq.* — Eurysaces, fabula Soph., *p.* 285.
Eurystheo servit Hercules, *Tr.* 267.
Eurytus, rex Œchaliæ in Eubœa, Iolen filiam Herculi recusat; quare hic et Iphitum filium ejus occidit, et Œchaliam urbem expugnat, *Tr.* 258 *sqq.*, 354 *sqq.*, 476 *sqq.*, 74, 750.

F.

Fama, χρυσέας τέκνον Ἐλπίδος, *O. R.* 158.
Fortuna, Τύχη, *An.* 1158.
Furiæ, Ἐρινῦς Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι, *O. C.* 40; *fr.* 809, 1051, *An.* 1075, *El.* 1080, *O.* 1299, 1391; δαίμονες *O. C.* 466; Εὐμενίδες, 486; 43; σεμναὶ θεαί, 90; σεμναὶ θεῶν παῖδες, *El.* 112; σεμναὶ Ἐρινῦς τανύποδες, *Aj.* 837; ταχεῖαι, ποίνιμοι, *Aj.* 843; μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες, *El.* 1388; πολύπους καὶ πολύχειρ ἀδηνοῖς κρυπτομένα λόχοις χαλκόπους Ἐρινύς, *El.* 488; ἡ ἐκ σκότῳ λαθοῦσα Ἐρ., *fr.* 211; πότνιαι δεινῶπες, *O. C.* 84.

αἱ ἔμφοβοι θεαί, 40; μνήμονες, *Aj.* 1390; ἀμαιμακέται κόραι, ἃς τρέμομεν λέγειν καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως, ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἐέντες, *O. C.* 127; φρενῶν Ἐρινύς, animi furor, *An.* 603. Furia fabricavit ensem, in quem Ajax incubuit, *Aj.* 1034; iis sacer est lucus in Colono pago. *V.* Colonus.

G.

Ganymedes, μηροῖς ὑπαίθων τὴν Διὸς τυραννίδα, *fr.* 408.
Ge. *V.* Terra.
Getarum rex Charnabon, *fr.* 379.
Gigantes, *Tr.* 1059.
Græcorum instrumenta musica, τὰ ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἠδυμελῆ, opponuntur instrumentis Asiaticis, pectidi et magadi, *fr.* 622.
Græcia, Ἑλλανὶς χθών, *Aj*, 426.
Gratiæ, Χάριτες τρίζυγοι, *fr.* 571; iis fanum in Acro monte Argolico a Melampo conditum, *fr.* 34.

H.

Hades. *V.* Orcus.
Hæmon, Creontis f., cui sponsa Antigona, *An.* 568; cum patre expostulat quod Antigonam ob facinus civibus laudatum supplicio affecturus sit; sponsam mortuam etiam sponsum perdituram prædicit iratusque discedit, 684 *sqq.*; ad latus Antigonæ strangulatæ gladio se transfixit, 1220.
Hecate, *fr.* 424.
Hector contra Græcos qui Trojam modo appulerant, exiturus, *fr.* 54; in castra nautica Græcorum impetum facit, *Aj.* 1279; ejus cum Ajace certamen, 1283; Ajacem donavit gladio fatali, 661, 817, 1029; balteo, quem Ajax ei dederat, ad currum Achillis adstringitur, 1029.
Hecuba. De ea vide *p.* 249 *sq.*
Helena Ἴαννα vocatur a Barbaris Asiæ, *fr.* 65; mater Hermionæ, *fr.* 71; se ipsa accusat, *fr.* 70. Helenæ repetitio, Helenæ raptus, Helenæ nuptiæ, fabulæ Soph., *p.* 259, 272, *et in Addend.*
Helenus, Priami f., a Græcis capitur; ejus vaticinia, *Ph.* 605 *sqq.*, 1329 *sqq.*
Heliconiæ nymphæ, *O. R.* 1106.
Helius. V. Sol.
Helle, Athamantis et Nepheles f., Hellesponto nomen dedit, *fr.* 369.
Ἑλλησποντὶς πηλαμύς, fr. 50.
Hellespontus. *V.* Helle.
Hephæstus. *V.* Vulcanus.
Heracliscus, fabula satyrica, *p.* 372 *sq.*
Hercules, Jovis et Alcmenæ f., *fr.* 19; Καδμονενής, 116; Athamantem liberat, *fr.* 369; in Ætolia cum Acheloo certat de Deianira, *Tr.* 20, 25, 500 *sqq.*, quam uxorem ducit, 27; Nessum occidit, 566; rerum ab ipso gestarum clarissimas recenset, 1049 *sqq.*; Hesionen Telamoni dat, *Aj.* 1302; Iphitum Euryti filium interficit Tirynthe; post cædem cum Deianira Trachinem migrat, *Tr.* 48; hinc abiens tabellas relinquit uxori, 47, 356 *sqq.*; Omphalæ servit, 70; propter Iolen bellum infert Eurytо; Œchaliam obsidet et expugnat, 76, 170 *sqq.*, 244, 354 *sqq.*; Licham præconem cum captivis mulieribus ad Deianiram mittit nuntium victoriæ; ipse antequam domum redeat, Jovi patri sacra facienda statuit, 234-290; mittitur ei tunica fatalis, 580 *sq.*, 600 *sqq.*; vi veneni corripitur; Licham insaniens occidit; ab Hyllo in Trachiniam transportatur, 749 *sqq.*; in scenam affertur somno oppressus, 972; expergefactus sortem suam queritur, 994 *sqq.*, tristissimam post tot tantasque res egregie gestas, 1046 *sqq.*; Deianiram adduci jubet, 1060 *sqq.*; mortem uxoris crimine liberandæ ex Hyllo discit, 1122 *sqq.*; oraculum in animum revocat, quod a mortuo mortem ipsi imminere dixerat, 1157 *sqq.* Hyllo mandat, ut in Œta monte rogum exstruat, atque uxorem ducat Iolen, 1191 *sqq.*; cremandus effertur, 1264 *sqq.*; ignem rogo subjicit Philoctetes, *Ph.* 600, cui Hercules tradit arcum et sagittas, 670, 263; in deorum cœtum recipitur, 726 *sqq*; divina specie apparens Philoctetam permovet, ut cum Ulysse et Neoptolemo proficiscatur Trojam, 1409 *sqq.* Hercules in Tænaro, fabula Soph. satyrica, *p.* 372.
Hermæus, mons Lemni insulæ, *Ph.* 1459.
Hermione, Helenæ f., *fr.* 71, primum Oresti, deinde Neoptolemo sponsa, postremo uxor Orestis, cui parit Tisamenum, *fr.* 242.
Hesione, Laomedontis filia, quam ab Hercule accipit Telamon τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ, *Aj.* 435, 1312; e Telamone mater Teucri, 1302.
Hippodamia, Œnomai f., *fr.* 473.
Hippomedon, Talai f., unus e septem ducibus in Polynicis exercitu, *O. C.* 1317.
Hipponous, fabula Soph., *p.* 358. *sq.*
Ὕβρις, s. Contumelia, fabula satyrica, *p.* 373.
Hydrophori, fabula Sophoclis, *p.* 308.
Hyllus, Herculis f., Deianiram matrem edocet de patris apud Omphalen servitio, deque expeditione in Œchaliam suscepta, *Tr.* 67 *sqq.*; ad patrem mittitur, ut nuntium de eo afferat, 82 *sqq.*; matrem exsecrans narrat quæ patri acciderint medicata ista tunica induto, 734 *sqq.*; Deianiram culpa vacare intelligit, 936 *sqq.*; de morte ejus et innocentia patrem certiorem facit, 1122; rogum struere in Œta monte et Iolen ducere uxorem a patre jubetur, 1191 *sqq.*
Hyoessa, fons prope Taurum Argolidis fluvium, *fr.* 540.
Hyperia fons, *fr.* 429, 809.

I.

Iacchus, *An.* 1152. *V.* Bacchus.
Iambe, fabula satyrica, *p.* 373.
Ianna, Ἴαννα, a pastorum Phrygiorum choro dicitur Helena, *fr.* 65. *Cf. fr.* 155.
Iason apud Æeten in perficiendis laboribus Medeæ consilio adjutus, *fr.* 407.
Icarium mare, *Aj.* 702.
Ichneutæ, Ἰχνευταί, sive Investigatores, fabula satyrica, *p.* 364.
Ida, mons Troadis, in quem Anchises et Æneas sese conferunt instantem Trojæ expugnationem prævidentes, *fr.* 139.
Idæa terra, Ἰδαία χθών, *Troas*, *Aj.* 434.
Idæa, Dardani f., post Cleopatram uxor Phinei, *fr.* 388; ejus in privignos atrocitas, *An.* 970 *sqq.*
Idothea, Cadmi soror, (altera uxor Phinei,) cujus Sophocles in Tympanistis fab. mentionem fecisse dicitur, *fr.* 388.
Idyia, Oceani f., et Æetes, parentes Medeæ, *fr.* 419.
Ilium. *V.* Troja.
Illyria, Ἰλλυρὶς γύη, *fr.* 332.
Imprecatio, πότνι' Ἀρά, *El.* 111.
Inachi fluvii cursus, *fr.* 676. Inachus, Oceani f., rex Argolidis, *fr.* 677, 692; pater Ἰûς, *El.* 5. — Inachus, fabula satyrica, *p.* 366 *sq.*
Indicum aurum, *An.* 1038.
Ino, fabula Soph., *p.* 320 *sqq.*
Investigatores, Ἰχνεῦται, fabula satyrica, *p.* 364.
Io, Ἰνάχου κόρη, cui sacratus locus, ἄλσος, est Argos urbs, *El.* 5. Memoratur *fr.* 731.
Iobates, fabula Soph., *p.* 356 *sqq.*
Iocasta, soror Creontis, *O. R.* 577, uxor Laii, Œdipum

filium pastori necandum tradit metu oraculi, quod Laius acceperat, 1173 *sqq.*; inscia filio nubit, *An.* 862. *Cf.* Œdipus. Altercationem Creontis et Œdipi componit, *O. R.* 634 *sqq.*; causam jurgii sciscitatur ex choro, 678, deinde ex Œdipo, 697; vana esse dicit tum Tiresiæ vaticinia, tum etiam Apollinis, idque demonstrat exemplo oraculi, quod olim datum Laio, 707 *sqq.*; narratione sua, qua metum omnem pelli credit, summas Œdipo excitat sollicitudines; quærenti plura de persona Laii, de loco et tempore cædis exponit, 728 *sqq.*; cur tam anxius sit maritus ex ipso compĕrit, 770 *sqq.*; nihilo secius in sua de vanitate oraculorum sententia persistit, 848 *sqq.*; idque magis etiam ubi paullo post ad sacra facienda progressa e nuntio audit Polybum Corinthi diem obiisse, 931 *sqq.*; ubi vero deinceps nuntius declarat non natum Polybo, sed infantem ex Cithærone monte allatum esse Œdipum, repente rem totam perspicit; ne ulterius anquirat maritum obtestatur, sed frustra, 1056. Quæ deinde in palatio perpetraverit, narrat internuntius, 1237 *sqq.*

Iolaus, fabula Soph., *p.* 341.

Iole, Euryti f.; eam pellicem postulat Hercules, et quum repulsam tulisset, patrem ejus petit bello, *Tr.* 354 *sqq.*, 476; expugnata Œchalia, cum aliis captivis a Licha ducitur ad domum Deianiræ; inter omnes mœstitia sua eminet, 310; Deianiræ de genere ipsam interroganti nihil respondet, 320; eam uxorem ducere Hyllus jubetur ab Hercule moribundo, 1219 *sqq.*

Iphianassa, Electræ soror, *El.* 157.

Iphigenia ab Agamemnone patre immolata, *El.* 531, cur? 570. — Iphigenia, fabula Soph., *p.* 253 *sqq.*

Iphitus, Euryti f., ab Hercule per dolum occisus, *Tr.* 38, 270.

Iris, Arcadico pilo tecta, *fr.* 689.

Ismene clam Thebanis Œdipum patrem de oraculis, quæ de ipso edita sint, certiorem facit, *O. C.* 353; equo vehens et pilo tecta Colonum venit ad Œdipum, 312 *sqq.*, nuntia orti inter fratres dissidii, 365 *sqq.*; mox etiam Creontem oraculi causa adventurum dicit, 396; Furiis sacra pro patre peractura, 503 *sqq.*, quum abiisset, vi rapitur a Creonte, 818; a Thesei satellitibus una cum Antigona ad patrem reducitur, 1100 *sqq.*; comitatur patrem in Orcum descensurum, a quo commendatur Theseo, 1589 *sqq.*; in scenam reversæ lamentatio, 1689. — Ex Antigona discit quæ Creon rex de Polynice haud sepeliendo promulgaverit, *An.* 8 *sqq.*; improbans audax sororis consilium legi se obtemperaturam promittit, 42-99; sorore deprehensa et neci destinata, participem se criminis profitetur; ut servare se velit admonetur ab Antigona, cum qua in palatium abducitur, 536 *sqq.*; culpa et pœna a rege eximitur, 771. *Ceterum cf.* Antigona.

Ismenii *Apollinis* templum Thebanum, *O. R.* 21.

Ismenus, fons Thebanus, *An.* 1124.

Ister, fluvius, *O. R.* 1227.

Isthmus Corinthius, Ἰσθμία χθών, *O. R.* 939.

Italiam (*Græciam Magnam*) colit Bacchus, *An.* 1119; Italia frumento fortunata, *fr.* 336.

Itys, quem luget mater *Philomela*, *El.* 148.

Ixion, ὁ πελάτας λέκτρων τῶν Διός, *Ph.* 680; ejus supplicium, *ibid.* — Ixion, fabula Soph., *p.* 350.

J.

Juno Herculi inimica, *Tr.* 1048; Junonis Argivæ, *fr.* 677, templum prope urbem situm, Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός, *El.* 8.

Juppiter, *Aj.* 138, 709, 824, *O. C.* 623, *An.* 658, 1040, *El.* 766, *Ph.* 989, *fr.* 183, 188, 553, 817; Κρονίδας, *Tr.* 127, 500; ejus mater Γᾶ (*e. q. alias Rhea*), *Ph.* 391; frater Orcus, *Tr.* 1041; filiæ Minerva, *Aj.* 91, 401, 450, *fr.* 705, et Diana, *Aj.* 172; filii Apollo, *O. C.* 623, Bacchus, *An.* 116, Hercules, *Ph.* 943, *Tr.* 19, ex Alcmene, *Tr.* 1148; Juppiter Ajaci προγόνων προπάτωρ, *Aj.* 389. — Juppiter ὁ παγκρατὴς Κρόνου παῖς, *Ph.* 680; παγκρατὴς σθένει, *fr.* 549; πάνταρχος θεῶν, πανόπτας, *O. C.* 1086; ὁ πάνθ' ὁρῶν, *An.* 184; πάντ' ἀνάσσων, *O. R.* 904; unicus τῶν μελλόντων ταμίας, *fr.* 524; ὕψιστος, *Ph.* 1289; μέγας, *El.* 175; Ὀλύμπου πρεσβεύων, *Aj.* 1379; ὁ μέγας Ὀλύμπιος, *El.* 209; *cf. Tr.* 275; βαρυβρεμέτας, *An.* 1116; ἀστραπῶν κράτη νέμων, *O. R.* 201; πυρόεις ἀστεροπητὴς, *Ph.* 1198 (*O. C.* 1658). *Cf.* Διὸς κεραυνοί, *El.* 824; Διὸς ἀκτὶς, *Tr.* 1086; Διὸς πτερωτὸς βροντὴ, 1460, *O. C.* 1464, 1502; οὐ τὰν Διὸς ἀστραπάν, *El.* 1062. Juppiter χθόνιος, *O. C.* 1605; ὅρκιος, *Ph.* 1324; (ὁ πάντ' ἄϊων Διὸς ὅρκος, *O. C.* 1767;) ἀραῖος, *Ph.* 1182; ἱκέτης, *Ph.* 484; ἕρκειος, *p.* 250 *a*; ἑφέστιος, *Aj.* 497; ἀλεξήτωρ, *O. C.* 143; ut deus averruncus invocatur *Aj.* 187; πατρῷος Σίλυπος καὶ σωτήριος, cui offertur σπονδὴ τρίτου κρατῆρος, *fr.* 199; τροπαῖος, *Tr.* 303, *An.* 143; ἀγώνιος, *Tr.* 26. — Ὁ ἐν Δωδῶνι δαίμων, *fr.* 276; Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν, *fr.* 274; Διὸς ἀδυεπὴς φάτις de oraculo Delphico, *O. R.* 151; a Jove Apollo oracula accipit, *fr.* 309; Juppiter et Apollo ξυνετοὶ καὶ τὰ βροτῶν εἰδότες, *O. R.* 498. Jovis ξύνεδρος Δίκη, *O. C.* 1382; σύνθακος θρόνων Αἰῶνος, *O. C.* 1268. — Juppiter Œtæus, *Tr.* 436, 1191, τὸν Οἴτης ἄτομον ὃς λειμῶν' ἔχει, *Tr.* 200; Κηναῖος, *fr.* 238, a Cenæo Eubœæ promontorio, ubi aram et lucum ei consecravit Hercules, *Tr.* 753 *sqq.*, 994. Ζεὺς Ἀθῷος, *fr.* 621; μόριος, qui sacras oleas Atticæ tuetur, *O. C.* 705. Jovis Thebani sacerdos, princeps legationis, *O. R.* 18; Διὸς κῆποι, *fr.* 530. — Χρυσῆ μακέλλη Ζηνός, *fr.* 816; ὁ στερροβάμων αἰετὸς, κύων Διός, fr. 815; Διὸς ἄγγελος dicitur luscinia, *El.* 148. Οἱ Διὸς κύδοι semper bene cadunt, *fr.* 813. — Juppiter ad Danaen descendit, *An.* 950; fulmine necat Capaneum, *An.* 126 *sqq.* Ixioni pœnam infligit, *Ph.* 680; ἀγηρασίᾳ donat eos, qui ingratos se Prometheo præstiterant, *fr.* 711.

Justitia, *El.* 528; ἁ πρόμαντις Δίκα; *El.* 475, τελεσφόρος, *Aj.* 1390; σύνεδρος Ζηνός, *O. C.* 1382; σύνοικος τῶν κάτω θεῶν, *An.* 451; ποίνιμος, *Tr.* 868; Δίκας ὅσιον φάος, *fr.* 148; τὸ χρύσεον τᾶς Δίκας ὄμμα, *fr.* 149.

L.

Labdacidæ, *O. R.* 495, 1226, *O. C.* 221, *An.* 861; Λαβδακιδᾶν ἀρχαῖα πήματα, *An.* 595.

Labdacus, pater Laii, *O. R.* 224.

Lacænæ canes sagaces, εὑρῖνες, *Aj.* 8.

Lacænæ, fabula Soph., *p.* 268 *sqq.*

Lacnius, mons, *fr.* 676.

Laertes, pater Ulyssis, *Aj.* 1, 101, 380, *Ph.* 366, 401, *fr.* 97, 829, duxit *Anticleam* e Sisypho jam gravidam, *Ph.* 417.

Laius, Labdaci f., *O. R.* 224; rex Thebanorum, 103; 1117, 1139, 1383; ejus forma et habitus describuntur, 741, *sqq.*; oraculo (Λαΐου θέσφατα, 906) docetur esse in fatis, ut pereat manu filii, quis ei nascereturex Iocasta, 711; filium tollit Œdipum (*quod vide*), Λαΐῃονος τέκνον, 1206; Delphos proficiscitur rheda vehens, quattuor secum habens ministros, 751; ubi viæ Thebis Delphos ducentia alia ad Daulidem ducens via se adjungit (ἐν τριπλαῖς ἁμαξιτοῖς, ἐν σχιστῇ ὁδῷ), ab Œdipo occiditur, 733, 730, 715, 800 *sqq.*, 845, 114; simul interfecti sunt comites præter unum, qui aufugit, 118, 766; ex hujus narratione Laius complurium latronum peregrinorum manibus cæsus esse credebatur, 716; interfectores ut puniant Apollinis oraculo jubentur Thebani, 107.

Laocoontem Porces et Porcis dracones interficiunt, *p.* 270 *b*.

Laomedon, pater Hesiones, avus maternus Teucri, *Aj.* 1302.
Λαπέρσαι sive Laæ urbis eversores, Dioscuri, *fr.* 129.
Larissæi, fabula Soph., *p.* 333 *sqq.*
Latona, mater Dianæ, *El.* 570.
Lemnia bos ab Athο monte inumbrata, *fr.* 385.
Lemniæ, fabula Soph., *p.* 321 *sq.*
Lemnius ignis (*Mosychli montis ignivomi*), *Ph.* 800, 986.
Lemnus insula, *fr.* 384; ubi in deserto litore Philoctetes ab Argivis expositus relinquitur, *Ph.* 205. Lemni fons Lycius, 1461; Hermæus mons, 1459. *Cf.* Philoctetes, Neoptolemus, Ulysses.
Lernææ hydræ ab Hercule occisæ, *Tr.* 1094, viro tinctæ sunt Herculis sagittæ, 574.
Leucothea, *fr.* 379.
Libyca canis, pardalis, *fr.* 146.
Libyes in ludis Delphicis certantes, *El.* 702.
Lichas præco ab Hercule post expugnatam Œchaliam cum captivarum grege ad Deianiram mittitur nuntius victoriæ, *Tr.* 229 *sqq.* De unius inter captivas (*Ioles*) parentibus a Deianira interrogatus nihil se scire respondit, 317, 401, quum tamen paullo antea inter cives dixisset Iolen esse eandemque pellicem Herculis et belli causam, 420 *sqq.*; tandem cedens precibus Deianiræ quæ res sit fatetur, 476 *sqq.*; accipit tunicam Herculi apportandam, 600 *sqq.*; eam tradit domino, 757; a furente Hercule correptus occiditur, 779 *sqq.*
Ligustica terra, *fr.* 329.
Locrenses (*Epicnem.*), *Tr.* 788.
Lotrices sive Nausicaa, fabula Soph., *p.* 292 *sq.*
Loxias. *V.* Apollo.
Λύκειος ἀγορά Argis, *El.* 7. Λύκειος. *V.* Apollo.
Lycii montes, quos pererrare solet Diana *ibi nata sec. nonnullos*, *O. R.* 207.
Lycius fons in Lemno ins., *Ph.* 1461.
Lycomedes, princeps Scyri insulæ, apud quem Neoptolemus educatur, *Ph.* 248.
Lycurgus, Dryantis f., Edonum rex, a Baccho antro inclusus, *An.* 955 *sqq.*
Lycus, Pandionis f., cui regni partem pater tribuit Atticæ oram e regione Euboeæ sitam (τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας), *fr.* 539.
Lyda mulier, Omphale, *Tr.* 70. Αυδὴ πηκτίς *fr.* 604; Αυδὴ καρκίς, *fr.* 176.
Lydi, *Tr.* 248.
Λυδία λίθος, *fr.* 917.
Λύρκειος δῆμος Argolidis, *fr.* 676.

M.

Machœreus, sacerdos Delphicus, Neoptolemum interficit, *fr.* 242.
Machaon, Æsculapii f., *Ph.* 1333.
Mænadum ὁμόστολος Bacchus, *O. R.* 212.
Magnesius vir in ludis Delphicis, *El.* 705.
Maliacus sinus, Μηλὶς λίμνη, *Tr.* 636.
Maliensis populus, Μηλιεὺς λεώς, *Tr.* 194. Malienses Pœas et Philoctetes, *quos vide*. Malienses nymphæ, *Ph.* 725.
Malleatores (Σφυροκόποι) sive Pandora, fabula Soph. satyrica, *p.* 368 *sq.*
Maia, mater Mercurii, *El.* 1395.
Mars s. Ἄρης, *An.* 952, *O. C.* 1391, *fr.* 475; a Thracibus ad Salmydessum cultus, *An.* 970; χαλκοβόας, *O. C.* 1046.; λῃστής fr. 726; χαλκοθώραξ Ἐνυάλιος; is forte (ut chorus suspicatur) non eo quo par erat honore affectus, contumeliam ulciscendi causa Ajacem impulit, ut in greges sæviret, *Aj.* 179 *sqq.* Ἄρης pro λύσσα s. μανία, *Aj.* 706; ἄρης μαλερὸς, i. e. λοιμός, *O. R.* 190; ἄρης λιθόλευστος, mors per lapidationem illata, *Aj.* 252; ἄρης φοίνιος, mors cruenta; Ἄρεος πάταγος, bellum, *An.* 125, *et similiter passim.*
Medea, Æetæ et Idyiæ f., *fr.* 419; Iasonis consiliatrix, Apsyrtum fratrem interficit, *fr.* 407.
Melampus post lustratas Prœtidas Gratiis fanum consecrat in Acro monte Argolidis, *fr.* 34.
Melanippus, Astaci f., a Tydeo ad Thebas occisus, *fr.* 40. *V.* Tydeus.
Meleager, fabula Soph., *p.* 350 *sq.*
Memnon, fabula Soph., *p.* 265.
Menelaus, *fr.* 242, Spartæ rex, *Aj.* 1102 (*Cf.* Atridæ); ejus gratia Iphigenia immolata, *El.* 537; corpus Ajacis insepultum projici jubet; ejus cum Teucro altercatio, *Aj.* 1047-1160; post Trojæ expugnationem cum Agamemnone dissidium, *fr.* 186; de sorte sua conqueritur, *fr.* 77.
Menœceus, pater Creontis, *O. R.* 69, 85, 1502, *An.* 156, 211.
Mercurius, Ἑρμῆς, Majæ f., *El.* 1395; χθόνιος, πομπαῖος; *Aj.* 832, *El.* 111; δόλιος, *Ph.* 133; δόλον σκότῳ κρύπτων, *El.* 1395.
Merope, Dorica uxor Polybi Corinthii, *O. R.* 774, 990.
Minerva, Jovis f., *O. R.* 159; Διογενὲς τέκνον, *Aj.* 81: σεμνὰ παῖς (Jovis) Παλλὰς Ἀθάνα, *O. C.* 1090; ἁ Διὸς ἀλκίμα θεός, *Aj.* 401; Ζηνὸς ἡ δεινὴ θεὸς Παλλάς, *Aj.* 953, *Tr.* 1031; ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάματος θεά, *Aj.* 450; Διὸς γοργῶπις Ἐργάνη, *fr.* 705; γλαυκῶπις, *O. C.* 707; Ἱππία, *O. C.* 1071; Νίκη Ἀθάνα πολιάς, *Ph.* 134. Unde deæ in Ajacem ira sit orta, *Aj.* 776; ira hæc unius diei spatio circumscripta, *Aj.* 756; menti Ajacis insaniam injicit, *Aj.* 51 *sqq.*; Ulyssi (cui θεῶν est φιλτάτη, 14) prope tentorium Ajacis apparens quæ hic perpetraverit exponit, 39 *sqq.*; Ajacem foras evocat, 71, 89; humanæ infirmitatis hoc spectaculum præbens modestiam et in deos pietatem commendat, 118 *sqq.*; deam placare studet Agamemnon ob facinus in Cassandram commissum, *fr.* 186; Minervæ duplex apud Thebanos templum (Ἀλλάδος διπλοῖ ναοί), *alterum Onceæ*, *alterum Ismeniæ*, *O. R.* 20.
Minoi Vulcanus elaboravit Talum æneum eundemque ἔμψυχον, Cretæ insulæ custodem, *fr.* 714. Minos sive Camicii, fabula Soph., *p.* 359 sqq.
Mœra. *V.* Parca.
Momus vel Comus, Sophoclis fabula satyrica, *p.* 370 sq.
Mopsi et Calchantis certamen in Pamphylia, *fr.* 984.
Mors, Θάνατος, *Aj.* 854, Terræ et Tartari filius, *O. C.* 1575.
Mosychlus, mons Lemni ignivomus. Ejus flammæ indicantur verbis τὸ παγκρατὲς σέλας Ἡφαιστότευκτον, *Ph.* 986.
Musæ, *An.* 965; Μουσῶν χοροί, *O. C.* 692; Πιερίδες, *fr.* 258.
Musæus, *fr.* 334.
Mysia, *fr.* 396; Mysiæ juga, *Aj.* 720.
Mysi sive Telephus, fabula Soph., *p.* 353 *sq.*
Myrtilus a Pelope in mare dejectus, *El.* 509.
Μύννις, *fr.* 182.
Mycenæ, *Ph.* 525; πολύχρυσοι, sedes Pelopidarum, *El.* 9; κλεινὰ γᾶ Μυκηναίων, *El.* 161, 423.
Mycenæi, *El.* 161, 423, 1459.

N.

Nauplius Palamedis filii de mortalium genere merita enumerat, *fr.* 194, 195. Nauplius, fabula Soph., *p.* 220 *sqq.*
Nausicaa sive Lotrices, fabula Soph., *p.* 292 *sqq.*
Naxiæ Thyiades, *An.* 1150.
Nemæus leo ab Hercule occisus, *Tr.* 1092.
Nemesis, *El.* 792.

Neoptolemus, Achillis (*et Deidamiæ Lycomede natæ*) f., apud Lycomedem in Scyro insula educatur, *Ph.* 242; cine Neoptolemo et Philoctetæ sagittis Troja capi nequit, *Ph.* 1434; quare ex Scyro insula arcessitur ab Ulysse et Phœnice, 343 *sq.* — Cum Ulysse Lemnum appulsus, ut Philoctetam Herculei arcus possessorem Trojam adduceret, a socio docetur ubi situm sit antrum Philoctetæ, quod deinde ipse de rupe conspicit ac describit, *Ph.* 15 *sqq.*; arma Philoctetæ per dolum occupandi negotium ei committit, reique gerendæ rationem exponit Ulysses, cavens ne ipse in inimici conspectum prodeat; parere jussis Neoptolemus primum refragatur; mox persuasus cedit, 55 *sqq.*; comites (chorum) hortatur, ut ad rem præsentem se accommodantes præsto sint, 148; quæ Philoctetæ malorum causa fuerit, iisdem exponere cœpit, quum auditis vociferationibus nuntiatur adventus Philoctetæ, 191 *sqq.* Prodeunti declarat se filium esse Achillis jamque Troja Scyrum reverti, 239 *sqq.*, ob injuriam ab Atridis et Ulysse sibi illatam 320 *sqq.*; quærentem Philoctetam de morte Achillis, 334, et Ajacis et Antilochi, deque prosperitate Ulyssis, Diomedis et Thersitæ facit certiorem, 412 *sqq.* Jam quum ad navem se reversurum dicat, supplex eum rogat Philoctetes, ut ipsum quoque Scyrum abducat, 461 *sqq.* Obsecuturum se Neopt. promittit, 524 *sqq.* Iter parantibus supervenit minister Ulyssis, qui mercatoris habitu exornatus nuntiat Neoptolemo emissos ab Atridis filios Thesei et Phœnicem, qui ipsum prosequerentur; quod munus procul dubio datum foret Ulyssi, nisi is cum Diomede jam profectus esset, ut Philoctetam aut vi aut persuasione Trojam adduceret, 542 *sqq.* Neoptolemus Philoctetæ discessum omni modo properandum dicenti leviter refragatur, mox cedit; ab eodem obtinet ut arcum Herculeum manibus contrectare sibi liceat, 639 *sqq.*; cum eo in antrum ingreditur ad auferenda medicamenta et sagittas, 671; in scenam regressus Philoctetæ, quem vehementissimi morbi dolores repente corripuerant, data dextra promittit se neque relicturum ipsum, neque cuiquam mortalium arcus in manus traditurum esse, 730 *sqq.* Dormiente Philocteta, chorus suadet, ut cum arcu jam abeant; quod consilium Neoptolemus respuit, 827 *sqq.*; fidelitas ejus et generosa indoles ab expergefacto Philocteta summis laudibus effertur, 867 *sqq.*; quibus verbis tanto perfunditur pudore, ut post brevem hæsitationem quæ res sit profiteatur, 895 *sqq.*; jam arcum postulanti redditurus est, sed id ne fiat impedit subito prosiliens Ulysses, 965 *sqq.*; cum Ulysse ad navem abiens chorum apud Philoctetam manere jubet, 1074 *sqq.*; mox fraudis impatiens ipse ad Philoctetam redit, frustra obluctante Ulysse, 1222 *sqq.*; arcum restituit, et quoniam persuadere Philoctetæ non potest, ut volens Trojam naviget, domum se cum eo abiturum pollicetur, 1286 *sqq.* — Neoptolemi sponsa Hermione, *fr.* 242.

Nephele, dea, mater Phrixi et Helles, Athamantem ulciscitur, fr. 369. *p.* 318.

Neptunus, Croni, *O. C.* 712, et Rheæ, *O. C.* 1073, filius, ἐνάλιος θεός, *O. C.* 888; πόντιος γαιάοχος, *O. C.* 1073; τινάκτωρ γαίας, *Tr.* 502; Αἰγαίους ἔχων πρῶνας, *fr.* 136; σεμνὸς in Colono pago colitur, *O. C.* 55; ἐπιστάτης Κολωνοῦ, 889, ubi frenos equorum primus invenit, 712; ad aram Colonei dei sacra facit Theseus, 887; et supplex considit Polynices, 1158. Τειχέων (Trojanorum) Ποσιδέϊοι θρῃγκοί, *fr.* 68.

Nereis ex Æete mater Apsyrti, *fr.* 419.

Nereides ἑκατόμποδες, *O. C.* 717.

Nessus, Centaurus, *Tr.* 831, 1141. Delaniram improbis manibus contrectans ab Hercule occiditur; moriens philtrum dat Deianiræ, *Tr.* 562 *sqq.* De Nesso oraculum Herculi datum, 1159.

Nestor Pylius, *Ph.* 422, luget mortem Antilochi filii, 425. Nestoris verba de Ajace dicta, *fr.* 101.

Nice. *V.* Victoria.

Niobe, παντλάμων, *El.* 150, Tantali f., Phrygia, in Sipylo monte in saxum conversa, *Ant.* 822 *sqq.* — Nioba, fabula Soph., *p.* 308 *sqq.*

Niobidæ ab Apolline interfecti, *fr.* 317.

Niptra s. Ulysses ἀκανθοπλήξ, fabula Soph., *p.* 297 *sqq.*

Nisus, Pandionis f., Scironis litus sub imperio habet, *fr.* 539.

Noti venti impetus sine fulguribus ortus non est diuturnus. Cum eo comparatur furor Ajacis, *Aj.* 257.

Nymphæ Ἐλικωνίδες, cum quibus ludere solet Bacchus, *O. R.* 1106; Nymphæ Dianæ sociæ, *Tr.* 215; ἔνυδρα, λειμωνιάδες, *Ph.* 1454; ἅλικες, *Ph.* 1470.

Nysæi montes (*in Eubœa*), Bacchi festis resonantes, Ant. 1130, *fr.* 347.

Nysiæ saltationes, Νύσια ὀρχήματα, *Aj.* 700.

O.

Oarthus (*Parthenius?*), Phinei et Cleopatræ filius, *p.* 322 *b.*

Oceanus, κρηνῶν πατήρ, pater Inachi, *fr.* 677; pater Idyiæ, matris Medeæ, *fr.* 419.

Οἰᾶτις νόμος, ab Οἴα, *demo Œneidis tribus, prope Æmitheum montem, ut videtur*, *O. C.* 1061.

Œchalia, urbs Eubœæ, obsidetur et expugnatur ab Hercule, cui Iolen filiam Eurytus pater recusaverat, *Tr.* 74, 354, 478, 859.

Œdipus, Laii et Iocastæ f. (Λαΐῃόν τέκνον, *O. R.* 1216'; metu oraculi Laio dati a parentibus occidendus traditur pastori, die tertio postquam natus erat, pedes habens fibula trajectos ligatosque, *O. R.* 717, 1173 *sqq.* Verum Laii famulus misericordia motus infantem tradit Polybi pastori cuidam, qui greges in Cithærone monte pascebat, 1178, 1042; is puerum fert ad Polybum Corinthium, a quo liberis careute filii loco educatus est, 1021 *sqq.*; Œdipique nomen accepit ob διατόρους ποδοῖν ἀμφοῖν, 1034. Œdipus Polybum et Meropen pro veris parentibus habens, a viro quodam in convivio inter pocula vocatur nothus et supposititius patri, 779 *sqq.* Iratus rem ad parentes defert; quorum responsis haud contentus, dubitatione suborta, clam proficiscitur Delphos, ubi de eo, quod quærebat, nihil certior factus est, sed nuntiat Pythia fore ipsum patris occisorem, matris maritum, sobolisque auctorem infelicis, 785 *sqq.* Oraculi metu vitat Corinthum; iter faciens in trivio obvius fit viro (Laio), curru qui vehebatur; ejus ab auriga per vim e via dejectus, orto jurgio, et Laium et comites ejus, uno excepto, omnes interimit, 794 *sqq.* Thebas veniens a Sphinge Thebanos liberat, 36 *sq.*, 1199; a quibus rex creatur, 1202. Σωτήρ, 48; βροτῶν ἄριστος, 46; κλεινός, 8. Iocastam ducit, ex eaque liberos quattuor procreat, *O. C.* 525 *sqq.* — Œdipus quum pompam supplicem ante fores sedere cognovisset, in scenam progressus verbis, quæ paternum regis in cives animum declarant, quærit rei causam, *O. R.* 1 — 13. E sacerdote, legationis principe, comperit adesse cives rogaturos ipsum, ut pestis, qua exagitarentur, inveniret remedium, 14 — 57. Jam se Delphos misisse rex respondet Creontem affinem, qui Pythiæ peteret oraculum, 58 — 77. Relato dei responso, quo Laii cædis auctorem vel occidere vel urbe pellere jubentur, e Creonte complura sciscitatur de ratione, qua Laius perisse dicatur; ex his tamen quum certius aliquid de personæ interemptoris colligi non posset, omne studium rei inveniendæ tum civium tum suapte causa impensurus, popu-

lum in concionem vocari jubet, 78 — 145. Choro civium seniorum ingresso, proclamat rex interfectorem Laii, si ipse se prodat, passurum nihil præter exilium, ceteros, si hominem indicaverint, reportaturos præmium, occultantem vero se maleficum et celatores ejus diris exsecrationibus devovet, 216 — 275. Præsentium nemine quidquam prodente, miratur nondum apparuisse, quem Creontis monitu arcessivisset, vatem Tiresiam, 285 *sqq.* Eundem, quum advenisset tandem, neque tamen aperire aliquid vellet, acerbissimis incessit conviciis, ipsum dicens sceleris adjutorem fuisse, 319 — 349; ira percitus augur vera verba excidere sibi patitur; Œdipum Laii interfectorem denuntiat diserte, ejusdem cum matre conjugium et quæ maneat eum sors tristissima, tectius indicat, 350 *sqq.* Talia proferre Tiresiam rex suspicatur subornatum a Creonte, regni capessendi cupido, 378 *sqq.*; vatem cito se subducere jubet, 429 *sqq.* Ejus cum Creonte altercatio, 531 *sqq.*, quæ componitur interventu Iocastæ, 634 *sqq.*, quærenti huic causam jurgii exponit, 700 sqq. Nihili facienda esse verba Tiresiæ omnemque divinandi artem Iocasta probare marito studet exponens oraculum Laio datum et per omnia falsum, 707 *sqq.* Qua ipsa narratione primum scrupulus et dubitatio Œdipodis animo injicitur, 726; diligentius quærit de loco et tempore cædis Laii, deque regis persona et habitu, 732 *sqq.*; se cædis auctorem esse jam fere persuasum est ipsi, 764; unica salutis spes (836) posita in verbis famuli, qui a *latronibus* occisum regem dixerat; hunc igitur citissime advocari jubet, 765; quænam sit sollicitudinis suæ causa, fata sua narrans exponit uxori, 771 *sqq.*; e nuntio discit Polybum regem Corinthi vita excessisse, ipsum tamen non Polybo natum, sed infantem e Cithærone Corinthum allatum esse, 950 *sqq.* Advenit denique famulus, quem arcessi jusserat; is patefacit, quæ patefacienda restant, scilicet Œdipum Laii et filium esse et interfectorem, 1121 *sqq.* In palatium ingressus Iocastam reperit mortuam; fibulis ex veste ejus detractis oculos sibi effodit, 1251 *sqq.* Vehementissimo dolore correptus denuo in scenam prodit fatumque suum deplorat, 1307; e Creonte petit ut ocissime ipsum urbe ejiciat; sed Creontis jussu in domum abducitur, dum deus indicaverit quid in præsenti rerum statu faciendum sit, 1432 *sqq.* Postea quum sedatiore animo Œdipus intelligeret majores quam pro peccatis jam se pœnas luisse, neque amplius patriam relinquere vellet, tum denique invitus civitate ejectus est (*nullo jubente oraculo*), *O. C.* 430 *sqq.*, 591; 765 *sqq.* Quod quoniam non impediverant filii imperii cupidinem patris desiderio præponentes, pœnas iis imprecatus est dissidium cædemque mutuam, *O. C.* 420 *sqq.*, 454, 1376. Ceterum Apollo prænuntiaverat Œdipo post longum tempus malorum requiem fore eo loco, ubi a Furiis sede et hospitio exciperetur, ibique vitam eum finiturum cum lucro eorum, qui reciperent, cum damno eorum, qui ejecissent ipsum, 87 *sqq.* Idem Apollo Thebanis ediverat, fore ut salutis suæ causa mortuum æque ac vivum Œdipum expeterent, 389. De his Ismene clam Thebanis patrem certiorem fecerat, 353. — Œdipus urbe pulsus, ab Antigona ductus venit ad Colonum pagum, ubi considit prope locum Furiis sacratum, *O. C.* 1 *sqq.* Oraculi memor numquam hinc se abscessurum dicit, 44. Theseum regem advocari jubet, 70. Loci deabus preces facit, 84 *sqq.* Choro adveniente in lucum se penitus abdit; ad anxiam ejus vociferationem ex latebris progressus, tandem quis sit quærenti choro aperit, 111 *sqq.* Quam citissime pago excedere jussus precibus suis obtinet, ut Thesei judicio tota res permittatur, 222 *sqq.* Ab Ismene de fratrum dissidio et Creontis consilio certior factus, 325 *sqq.*, filios patris amori dominationem anteponentes denuo exsecratur, 421 *sqq.*; choro suadente Ismenam ablegat, quæ deabus loci sacra faciat, 465 *sqq.* A Theseo firmum præsidium ei promittitur; pro quo beneficio ipse ex corpore sepulto Atheniensibus, si quando fœdera Thebanorum rupta fuerint, victoriam spondet eventuram, 549 *sqq.* Creontem, qui persuadere ei studet, ut cum ipso Thebas proficiscatur, diris cumulat, 761 *sqq.*; post raptas filias ipse Creontem sequi vi coactus esset, nisi Theseus intervenisset, 818 *sqq.*; gratias agit Theseo, qui filias patri reddiderat, 1042 *sqq.*; nuntiatur ei Polynicis adventus, 1156 *sqq.*; Antigonæ precibus motus colloquium ei concedit, 1204 *sqq.*; exsecrationibus oneratum dimittit, 1348 *sqq.* Audito repente tonitru, Theseum ut quis denuo arcessat, etiam atque etiam rogat, 1457; advenienti regi dicit Jovis omine postremam vitæ horam sibi indicari; locum, quo e vita jam decessurus sit, a solo Theseo conspici licere, ab eoque nemini præter regni hæredem indicandum esse; inde maximas Atticam capturam utilitates. Post hæc nulla manu ductus abit in lucum Furiarum, ceteris comitantibus, 1505 *sqq.* Narrat nuntius Œdipum, ceteris dimissis, solo Theseo præsente, vivum ex hominum conspectu sublatum esse, 1586 *sqq.*

Œneus, Ætolus, pater Tydei, *O. C.* 1315; Deianiræ, *Tr.* 7, 405, 569, 792, 1050; agris ejus aprum immittit Diana, *fr.* 573 — Œneus, fabula Soph., *p.* 307.

Œniadæ in Ætolia, p. 307.

Œnoe (*urbs in confinibus Atticæ et Bœotiæ, prope viam sacram, quæ Athenis Thebas ducebat, sita*), *templo Pythio clara, indicatur verbis* : Πυθίαις ἀκταῖς, *O. C.* 1047.

Œnomaus, fabula Soph., *p.* 334 *sq.*

Œnotria, *fr.* 329.

Œta mons, *Ph.* 490, 728, 1430, Jovi sacer, *Tr.* 200, 1191 ad quem balnea calida Herculis, *Tr.* 635.

Œtæa terra, patria Philoctetæ, *Ph.* 479, 664.

Œtæus Juppiter, *Tr.* 436; Œtæus Pœas, pater Philoctetæ, *Tr.* 453.

Oicles, fabula Soph., *p.* 306.

Oileus Telamonem de Ajacis morte consolatur; de sui filii nece edoctus animo frangitur, *fr.* 209.

Oleuus, urbs Ætoliæ, *fr.* 630.

Olympia, Elidis regio Jovis cultu celeberrima, *O. R.* 900. Ὀλυμπιάδες θεαί, (*Oreades sive Dryades Olympi montis Mysiæ*), *Aj.* 884.

Olympii dii, *Ph.* 315. Olympius Juppiter, *El.* 209.

Olympus in Thessalia, *An.* 609, 758, *O. R.* 1088; deorum cœlestium sedes, *O. C.* 1655; pro ipsis diis positus, πατὴρ νόμων ὑψικρήδων, οὐρανίαν δ' αἰθέρα τεκνωθέντων, *O. R.* 866.

Olympus mons Asiæ, *fr.* 186. *Cf.* Ὀλυμπιάδες θεαί.

Omphalæ servit Hercules, *Tr.* 70, 248 *sqq.*

Orcus s. Hades, *Aj.* 394, 517, 635, 660, 865, *El.* 542, 834, 940, 1342, *Tr.* 120, 1085, *An.* 361, 882, 1075, *Ph.* 624, 1212, 1349, *O. C.* 1221, *fr.* 617; ὁ παγκοίτας, *An.* 810; μέγας πολύκοινος, *Aj.* 1192; Ἅιδα πάγκοινος λίμνη, *El.* 138; μέλας, *O. R.* 30; ἔννυχος, *Tr.* 501; Στύγιος δόμος, *O. C.* 1564; στενωπὸς Ἅιδου, *fr.* 781. Orci custos Cerberus, *Tr.* 1098; Ἅιδου νόμους canunt Sirenæ, *fr.* 254. Orcus δῶμ' Ἅιδου καὶ Περσεφόνης, *El.* 110 — Orcus, Διὸς αὐθαίμων, *Tr.* 1041, ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεός, *El.* 182; ἀπότροπος, ἀΐδηλος, *Aj.* 608; δημιουργος ἄγριος, *Aj.* 1035; φόνιος, *O. C.* 1690; Αἰδωνεύς, ἐννυχίων ἀναξ, *O. C.* 1580.

Orestes, Agamemnonis f., Ἀγαμεμνονίδας, *El.* 182, e Phocide in patriam reversus ut eadem patris ulciscatur, pedagogum et Pyladem comites edocet, quonam modo res aggrediendæ sit, *El.* 23 — 76; Electræ in palatio lamentantis vocem audire sibi videtur, 80; abit tamen, ut ante

omnia ex jussu Apollinis inferias faciat manibus Agamemnonis, 85. Mors ejus nuntiatur Clytæmnestræ, 673 *sqq.* Tamquam vir Phocensis a Strophio amandatus una cum Pylade affert urnam Orestis, ut qui Pythiis ludis perierit, continentem reliquias, 1093 *sqq.*; postulanti eam tradit Electræ, 1125, quam agnoscit, 1175, cuique se agnoscendum dat ipse, 1221; gaudii exsuperantiam, cui Electra indulget, moderare studet, 1235 *sqq.*; sororem docet pædagogum, qui falso sub nomine nuntium de morte Orestis attulerat, eundem esse atque illum, cui Orestem puerum ipsa olim in manus tradidisset, 1347 *sqq.*; in regiam abit, ut rem perficiat, 1375. Clytæmnestram occidit, 1409 *sqq.*; in scenam regreditur, 1423; ejus colloquium cum Ægistho, quem deinceps ad necem abducit, 1476 *sqq.* — Orestis sponsa Hermione; ejus ex ea filius Tisamenus, *fr.* 242.

Orithyia, fabula Sophocl., *p.* 310 *sqq.*

Ortygia Diana, *Tr.* 212.

P.

Pactolus, Lydiæ fluvius, quem honorat Terra, *fr.* 392.

Pæan. *V.* Apollo.

Palæmon, σεμνὸς ναυτίλοις, *fr.* 380.

Palamedes, Nauplii f.; ejus inventa et de mortalium genere merita, *fr.* 100, 194, 195. Palamedes, fabula Soph., *p.* 262 *sq.*

Pallas. *V.* Minerva.

Pallas, Pandionis f., ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων, meridionalem Atticæ partem a patre accepit, *fr.* 539.

Pamphylia; ibi Mopsus cum Calchante certavit, *fr.* 984.

Pan, ὀρεσσιβάτης, *O. R.* 1100; ἀλίπλαγκτος, *Aj.* 695; θεῶν (*Nympharum et Satyrorum*) χοροποιός, *Aj.* 699.

Pandion, rex Atticæ, quomodo regnum inter quattuor filios distribuerit, *fr.* 539.

Pandora s. Malleatores, fabula Soph., *p.* 368 *sq.*

Parcæ, *An.* 988. Ἄϊδος Μοῖρα, *O. C.* 1221.

Paridis judicium, Sophoclis fabula satyrica, p. 363.

Paris. *V.* Alexander.

Parnassus, νιφόεις, *O. R.* 476; δίλοφος πέτρα, in quo Corycium antrum et Coryciæ nymphæ; coruscantes in eo flammæ Bacchi præsentiam indicant, *An.* 1125 *sqq.*

Parthenopæus, Arcas, Atalantæ f., unus ex ducibus Argivorum ante Thebas, *O. C.* 1320.

Pastores, fabula Soph., *p.* 256 *sq.*

Patrocles, Achilli τὰ φίλτατα, *Ph.* 434.

Pelasgi Τυρσηνοὶ in Argolide, *fr.* 677.

Peleus, ὁ Αἰάκειος, *fr.* 214, βασιλεὺς χώρας τῆς Δωτιάδος, *fr.* 215; Thetidem domat τὴν παντόμορφον et uxorem ducit, *fr.* 641, 92; pater Achillis, *Ph.* 333. — Peleus, fabula Soph., *p.* 285 *sq.*

Pelias, fabula Soph., *p.* 327 *sqq.*

Pelion mons. Πηλιωτικὸν τρέφος de cane suum venatore, *fr.* 643.

Pelopidarum δῶμα, Mycenæ, *El.* 9. Π. δῶμα πολύφθορον, *El.* 10.

Peloponnesus, ἡ μεγάλη Δωρὶς νῆσος Πέλοπος, *O. C.* 695; Ἀπία γῆ, *O. C.* 1303.

Pelops, Phryx, barbarus, avus Agamemnonis, *Aj.* 1291; ejus πολύπονος ἱππεία; P. Myrtilum in mare dejicit, *El.* 504 *sqq.* Πέλοπος νῆσος, *O. C.* 695.

Peparethus, insula εὔβοτρυς, *Ph.* 549.

Perdix a Dædalo occisus, *fr.* 634.

Perrhæbi, *fr.* 676.

Pestis, Λοιμὸς, πυρφόρος θεός, *O. R.* 27.

Phæaces, fabula Soph., *p.* 294.

Phædra, fabula Soph., p. 347 *sqq.*

Phanoteus (*frater et inimicus Crisi, Crissæ urbis regnum tenentis, Pausan.* II, 29, 4), Phocensis, amicus Clytæmnestræ et Ægisthi, a quo nuntius necis Orestis sese missum dicit, *El.* 45, 671.

Phasis fluvius, *O. R.* 1227.

Pheræa, Φεραία γῆ, *fr.* 429, 809.

Pheretides, Argonauta, *fr.* 381.

Philoctetes, Pœantis f., Maliensis, *Ph.* 4; ignem subjicit rogo Herculis, 802; quare dicitur ὁ Ἡράκλειος ξύνομος, 1131; pro collato beneficio ab Hercule accipit arcus et sagittas, 670; cum septem navium classe Trojam navigat, 1027; quum ad Chryses nymphæ aram accederet, serpentis custodis morsu vulneratur, 1326 *sqq.*; pede saucius clamoribus suis, quos dolor extorquebat, turbat sacrificia Achivorum; quare Atridarum jussu in Lemni libere deserto exponitur ab Ulysse solusque relinquitur, 5 *sqq.*, 200 *sqq.*; vitæ quod per decennium ibi egit miseria, 285 *sqq.* 169 *sqq.* 681 *sqq. fr.* 117; antrum ejus describitur, 16 *sqq.*; ejus ulcera, 695 *sqq.*, 825, 1157, quæ herbis quibusdam impositis mulcere solet, 649, 700 *sqq.* Secundum Heleni vaticinia tum demum a morbo liberabitur arte Asclepiadarum, quum Trojam redierit, 1329 *sqq.*; neque Troja capi potest sine Philocteta ejusque sagittis, 68; neque Philoctetes urbem capiet sine Neoptolemo, 1434. Igitur Atridæ Ulyssem cum Neoptolemo emiserant, qui Philoctetam Trojam reducerent. *Vide* Ulysses *et* Neoptolemus. — Vox miseri in scena auditur, 201; mox prodit ipse; Neoptolemum comitesque ejus conspicatus, quum Græcos esse tum e vestitu tum verbis Neoptolemo edoctus cognovisset, summa perfunditur lætitia, 220 *sqq.*; sortis suæ tristitiam narrat utpote ignaris, 254 *sqq.*; malorum omnium auctores fatetur Atridas et Ulyssem, 314; ab iisdem injuria affectum Neoptolemum relicta Troja in patriam jam reverti ex ipso comperit; qua occasione quum diem obiisse Achillem, 334 *sqq.*, Ajacem, 412, et Antilochum, 425, sed vigere et florere apud Argivos Ulyssem et Diomedem et Thersitem audiat, deorum incusat injustitiam, 446 *sqq.*; Neoptolemum jam profecturum supplex rogat, ut ipsum in navem recipiat Scyrumque abducat, unde in patriam facile possit redire, 467 *sqq.* Precibus exauditis, ut iter paret in antrum abiturus est, quum advenit minister Ulyssis, mercatoris speciem præ se ferens; is inter alia nuntiat Ulyssem et Diomedem ab Atridis missos esse, qui Philoctetam vel invitum Trojam abducerent, 591 *sqq.* Igitur ut quam citissime solvant, Philoctetes precatur, 635 *sqq.*; cum Neoptolemo, cui arcum Herculeum manibus contrectandum concesserat, in antrum ingreditur, ut medicamenta quædam et sagittas ibi colligat, 645 *sqq.*; in scenam rediens repentinis corripitur doloribus, quos irrumpentes celare studet, mox ingravescentes fateri cogitur, 730 *sqq.*; Neoptolemum obtestatur ne morbi formidine ipsum deserat, neque arcum cuiquam committat; quod quum data dextra ille pollicitus esset, reclinato capite incidit in somnum, 757 *sqq.*; expergefactus extollit Neoptolemi virtutem et generositatem, 867 *sqq.*; ea laude victus Neoptolemus fatetur fraudem, 895 *sqq.*; arcum sibi reddi jubet Philoctetes; reluctatur Neoptolemus aliquantum, sed postremo reddidisset, nisi interveniens impedivisset Ulysses, 923 *sqq.*, qui nullis ambagibus nuntiat se vel nolentem abducturum, nam ita jubere Jovis decretum. Novam his fraudem inesse lumens Philoctetes ad summam desperationem adactus, de rupe jam se dejicere vult, 977 *sqq.*; sed comprehenditur a ministris Ulyssis, quem diris prosequitur, 1003; deinde dimissus, quum Ulysses et Neoptolemus arcus possessores abiissent, a choro manere jusso post multas lamentationes poscit gladium, 1047 *sqq*; sed ecce redit Neoptolemus, armaque restituit, 1263 *sqq*; hortatur, ut

volens Philoctetes secum Trojam veniat, at nullo successu, 1314 *sqq.*; postremo domum se cum ipso reversurum esse pollicetur, 1402; at intercedit Hercules, cui obsequens Philoctetes Trojam profecturus Lemno insulæ valedicit, 1409 *sqq.* — Philoctetes ad Trojam, *fr.* 116; ibi sanatur; *quo spectat fr.* 119.

Phineus, fabula Soph.; ejus argumentum, *p.* 322 *sqq.*

Phocenses viri, *El.* 739, 1105. Phocensis vir Phanoteus, *El.* 45.

Phœbus. *V.* Apollo.

Φοινίκια γράμματα, *fr.* 49.

Phœnix, Achillis pædagogus, *fr.* 648; cum Ulysse Neoptolemum e Scyro insula Trojam adducit, *Ph.* 343 *sqq.* Troja missus ad persequendum Neoptolemum fingitur, *Ph.* 562. — Phœnix sive Dolopes, fabula Soph., *p.* 267 *sq.*

Φοῖνιξ ἀνήρ, Σιδώνιος κάπηλος, *fr.* 291.

Phorci filiæ Sirenæ, *fr.* 2.4.

Phrixus, Athamantis et Nepheles f., frater Helles. Ejus historia, *fr.* 369.

Phrixus, fabula Sophoclis, *p.* 317 *sq.*

Phryx barbarus Pelops, *Aj.* 1291. Phrygia Niobe, *An.* 824. Phrygum rex Teleutas pater Tecmessæ, *Aj.* 488; eorum regionem vastavit Ajax, 515; *cf. Aj.* 1055. *fr.* 130. — Phryges, fabula Soph., *p.* 264.

Phthiotides, fabula Soph., *p.* 287 *sq.*

Pierides, Musæ, *fr.* 258.

Pindus mons, *fr.* 676.

Pirithoi cum Theseo fœdus, *O. C.* 1593. *V.* Theseus.

Πειθώ. *V.* Suada.

Pleuron, urbs Ætoliæ, patria Deianiræ, *Tr.* 7.

Pluto, *An.* 1200, *fr.* 680, 681.

Podalirius, Æsculapii f., *Ph.* 1333.

Poeas, Maliensis, pater Philoctetæ, *Ph.* 5, 263, 1030, 1261, 1430.

Polybus, rex Corinthi, Œdipum infantem a pastore e Cithærone allatum accepit, liberisque carens adoptavit, *O. R.* 1023 *sqq.*; uxor ejus Merope, 774; rex moritur, 943. Cf. 470, 1394.

Polyidus sive Vates, fabula Soph., *p.* 354 sq. Polyidus Cœrani f., *fr.* 609.

Polynices et Eteocles, Œdipi et Iocastæ f, non impedierunt quominus pater invitus urbe ejiceretur et deinceps mendicus vagari cogeretur, *O. C.* 427 *sqq.*, 591, 600, 449, 418; quare diris a patre devoventur, 421 *sqq.* Patre pulso, initio regnum concedunt Creonti, mox ipsi imperio potiri cupiunt; orta inter eos contentione Polynices natu major a minore fratre urbe pellitur, 367 *sqq.*; Argos confugit ibique nova affinitate contracta, sociorum manum sibi adjungens bellum Thebanis inferre parat, 377 *sqq.*, 1300 *sqq.*; Thebas obsidet, 1311; oraculo edoctus victoriam deportaturos eos, quibus Œdipus accesserit, 1331, ad patrem arcessendum proficiscitur Colonum, ubi supplex considens ad aram Neptuni, 1158, rogat ut Œdipum ad colloquendum convenire sibi liceat, 1164 *sqq.*; recusat pater, mox precibus Antigonæ motus cedit, 1177 *sqq.* Relicta ara Polynices ad Œdipum progressus queritur miserandam ejus conditionem, 1254 *sqq.*; cur venerit exponit, 1284 *sqq.*; a patre nihil obtinet, immo exsecrationibus oneratur ac fratris manu sibi moriendum esse certior fit, 1343 *sqq.*; de salute sua desperans abit; abiens sorores precatur ut mortuum certe sepultura dignum habere velint, 1399 *sqq.*; frustra persuadere ei studet Antigona, ut Argos exercitum statim reducat, 1414 *sqq.* Polynices et Eteocles mutua cæde cadunt, *An.* 56, 145 *sqq. et passim.* Polynicis cadaver insepultum reliquit jubet Creon, *An.* 26; custodes corpori apponuntur, 198 *sq.*; 217; custodes fallit, corpus pulvere tegit Antigona, 245 *sqq.*; abraso pulvere nudatum denuo condit, 407 *sqq.*; ne sepultura Polynices privetur Creontem admonent Tiresias et chorus, 998 *sqq.*, 1105; quibus rex obtemperat, 1196 *sqq.*

Polyxena, fabula Soph., *p.* 278 *sqq.*

Pontus Euxinus, Θρήκιος κλύδων, *O. R.* 197.

Priamus, pater Heleni, *Ph.* 605.

Priamus, fabula Soph., eadem quæ Phryges, p. 272.

Procne in avem mutata, *fr.* 509; sortem suam miseratur, *fr.* 510.

Procris, fabula Soph., *p.* 343 *sq.*

Proetides a Melampo lustratæ, *fr.* 34.

Prometheus, ὁ πυρφόρος θεὸς Τιτὰν Προμηθεύς, in Colono pago colitur, *O. C.* 56; pro beneficiis in mortales collatis non retulit debitam gratiam, *fr.* 711.

Proserpina, ἡ ἐνοδία θεός, *An.* 1199; Orcus, δῶμα Περσεφόνης, *El.* 110.

Pylades, Orestis socius, *El.* 16, 1373.

Πυλατίδες Ἑλλάνων ἀγοραί, Amphictyonum conventus, *Tr.* 638.

Πύθιαι ἀκταί, i. e. regio ad Œnoen urbem, *O. C.* 1047.

Pythia. *V.* Delphici ludi.

Pythicum Apollinis templum, Πυθικὰ Φοίβου δώματα, adit Creon oraculi causa, *O. R.* 69; datum responsum, 96 *sq.* Pythicum certamen, quo Orestem periisse Clytæmnestræ nuntiatur, El. 49. *Cf.* Delphi. — Πύθιαι γύαι, *fr.* 273; Πυθιὰς βοὰ dicitur Pæan, *fr.* 218. Πυθὼ πολύγρυσος, *O. R.* 151. Πυθόμαντις ἑστία oraculum Delph., *O. R.* 965.

Ῥαικοὶ Barbaris dicebantur Græci, *fr.* 58.

R.

Rhea, mater Neptuni, *O. C.* 1073. *Cf.* Terra.

Ῥειτά, rivuli prope Eleusinem, *fr.* 333.

Ῥιζοτόμοι, fabula Soph., *p.* 327 *sqq.*

S.

Salaminii Ajacis comites vocantur Erechthidæ, *Aj.* 202.

Salamis, patria Ajacis, *Aj.* 136, 860, ἀγχίαλος, 136; ἁλίπλαγκτος, 597.

Salmoneus, fabula satyrica, *p.* 366. Salmoneus Jovem imitatus, *fr.* 671, 672.

Salmydessus, ἄξενος, Thracius sinus et urbs ad Ponti introitum, ubi Phineus regnavit, *An.* 967.

Sardium electrum, *An.* 1037.

Sardonius risus, *fr.* 714.

Σαρπηδὼν ἀκτή, *fr.* 179.

Saturnus, pater Jovis, *Ph.* 680; ei homines mactant Barbari, *fr.* 457.

Scamander, Σκαμάνδρου ῥοαὶ εὔῤῥονες Ἀργείοις, Troadis fluv., *Aj.* 417.

Scironis litus Niso tribuitur a Pandione, *fr.* 539

Σκότος. *V.* Erebus.

Scyriæ, fabula Soph., *p.* 252 *sqq.*

Scyrus insula, *Ph.* 326, 359, 970, 1368; patria Neoptolemi; princeps ejus Lycomedes, 239.

Scythæ, fabula Soph., *p.* 326 *sqq.* — Scytharum mos, *fr.* 472. Scythica armatura, *fr.* 197.

Selli, ὀρεῖοι, χαμαικοῖται; eorum ἄλσος vocatur oraculum Dodonæum, *Tr.* 1167.

Semele, Καδμεία νύμφα, *An.* 1115; Bacchi mater κεραυνία, 1139; Thebas in deliciis habet, *ibid.*

Sidero, noverca, unde nomen habeat, *fr.* 355.

Σιδώνιος κάπηλος, *fr.* 291.

Sigeum promontorium, *Ph.* 355.

Simon, fabula Soph., *p.* 271.
Sipylus, mons Lydiæ, ubi Niobe in saxum conversa est, *An.* 825.
Sirenes, Phorci filiæ, τοὺς Ἅιδου νόμους θροοῦντε; ad eas venit Ulysses, *fr.* 254.
Sirius canis, *fr.* 966.
Sisyphidarum genus nequissimum, i. e. Ulysses, *Aj.* 190.
Sisyphus, *fr.* 265, frater Æsimi, *p.* 271 *b*; pater Ulyssis, *Ph.* 1311 (V. Ulysses). — Sisyphus, fabula Soph., *p.* 350.
Sol sive Helius, *Tr.* 95, *O. R.* 1426, *fr.* 424, 518, πάντα λεύσσων, *O. C.* 869, πάντων θεῶν θεὸς πρόμος, *O. R.* 660; διφρευτὴς, *Aj.* 857; αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν, *Aj.* 845; γεννητὴς θεῶν καὶ πατὴρ πάντων, *fr.* 820; φαέθων, *El.* 825. Ei somnium narrat Clytæmnestra, *El.* 424.
Sparta, *Ph.* 325; οἱ κατὰ Σπάρτην θεοί, *fr.* 129; Spartæ rex Menelaus, *Aj.* 1102.
Spercheus fluvius Œtæorum regionem percurrens, *Ph.* 492, 726.
Spes, χρυσέας τέκνον ἐλπίδος φάμα, *O. R.* 158.
Sphinx, γαμψῶνυξ παρθένος χρησμῳδός, *O. R.* 1199; ab Œdipo neci data, *ibid. et* 36 *sq.*; πτερόεσσα κόρα, 505, σκληρὰ ἀοιδός, 36, ποικιλῳδός, 130.
Stygia domus, Orcus, *O. C.* 1564.
Suada. Δεινὸν τὸ τᾶς Πειθοῦς πρόσωπον, *fr.* 185.
Sunium Atticæ promontorium, *Aj.* 1220.
Syrorum populus, *fr.* 401.

T.

Talaus, pater Hippomedontis, *O. C.* 1318.
Talus, æneus et vita præditus, Vulcani opus, Minoi Cretæ insulæ custos; ejus in advenas crudelitas, *fr.* 714, 715.
Tantalus, pater Niobæ, *An.* 825.
Taurus (Ταύρειον ὕδωρ), fluvius prope Trœzenem, *fr.* 540.
Tauropola Artemis, *Aj.* 172.
Tartarus, *O. C.* 1390, 1575.
Tecmessa, Teleutantis Phrygis f., quam captivam lecti sociam habet Ajax, *Aj.* 210, 487; ejus filius Eurysaces, 340. Tecmessa e tentorio prodiens chorum docet, quid intus Ajax nocte ista funesta patraverit et quomodo redierit ad mentis sanitatem; ipsa quid foris Ajax peregerit discit e choro, cujus opem implorat, 201 — 330; fores tentorii aperit, ut ipsi choreutæ Ajacem conspicere possint, 346; vitæ suæ finem impositurum a conatu evocare studet, 392 *sqq.*, 485 — 524; abit, 596; iterum prodit; Ajacem consilium nefastum abjecisse putans, mariti jussu denuo abit deos pro salute ejus precatura, 686; a choro arcessita, ob allatum nuntium extrema metuens, alios ablegat ad Teucrum quam citissime advocandum, alios mittit ad quærendum Ajacem, atque his se ipsa adjungit, 787 — 811; prima invenit corpus Ajacis; ejus lamentatio, 893 — 973.
Telamon uxorem habet Eriboeam, *Aj.* 569; ex ea filium Ajacem, 135, 184, 204, 463, 1008, Teucrum ex Hesione, 1302, quam virtutis præmium in expeditione Trojana ab Hercule acceperat, 435; ἀνὴρ δύσοργος, ἐν γήρᾳ βαρὺς, πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος dicitur Teucro, 1017; præceptum, quod Ajaci dedit Trojam proficiscenti, 764 *sqq.* Telamonem de morte Ajacis consolatur Oileus, *fr.* 209.
Telemachus Euryalum interficit, *p.* 300 *a*.
Telephi nutrix cerva κεροῦσσα, *fr.* 581. Alia ad historiam ejus referenda vide in fragmentis Aleadum fab., *p.* 351 *sqq.*; adde Telephum, fabulam Soph., *p.* 353.
Teleutas, rex Phrygiæ, pater Tecmessæ, *Aj.* 210.
Tereus, fabula Soph., *p.* 341 *sq.*
Terra, Γᾶ ἄφθιτος, θεῶν ὑπερτάτα, *An.* 336 Γᾶ (i. q. Rhea) ὀρεστέρα μάτηρ Διός, ἃ Πακτωλὸν νέμει, λεόντων ἔφυρος, *Ph.* 391 *sqq.* Terræ et Tartari filius Mors, *O. C.* 1575; ejus et Erebi (Σκότου) filiæ Furiæ, *O. C.* 40, 106.
Teucer, Telamonis et Hesiones captivæ filius, *Aj.* 342; ἐκ δορὸς πολεμίου νόθος, 1013; *cf.* 1228, 1302; ὁ τοξότης, 1120, 1057; sustinet Trojanos castra Græcorum invadentes, *fr.* 210; hostium agros deprædatur; ejus servæ Eurysacem filium commendat Ajax, *Aj.* 360 *sqq.* Ex prædatione reducis cum Argivis altercatio senum sermonibus composita, 720 — 752; sero nuntium mittit, qui Ajacem quærat et ne prodeat extra tentorium impediat, 737 *sqq.*; causam iræ divinæ, qua Ajax premitur, ex Calchante discit, 762 *sqq.*; deplorat mortem fratris et suam ipsius sortem, quippe quem in patriam reducem diræ Telamonis maneant exiliumque, 974 — 1039; fratrem mortuum tuetur contra Agamemnonem et Menelaum, qui corpus ejus insepultum relinqui jubent; 1222 — 1315; Ulyssem, quo suadente Atridæ a consilio destiterunt, virum optimum prædicat, ne tamen socium in funerando Ajace assumat, vetare dicit pristinas inter Ajacem et Ulyssem inimicitias, 1376 *sqq.* — Teucer, fabula Soph., *p.* 282 *sqq.*
Thamyras, citharœdus, σοφιστής, *fr.* 619. — Thamyras, fabula Soph., *p.* 357, *sqq.*
Thebæ, ὠγύγιαι, *O. C.* 1770; ἀγλααί, *O. R.* 153; θηβῶν πολυάρματος, *An.* 149; Θήβας εὐαρμάτου ἄλσος, 845; ἑπτάπυλος, 100, 118, *fr.* 825; ἄστυ Καδμεῖον, *O. R.* 35; δῶμα Καδμεῖον, *O. R.* 29; Βακχεία Θήβα, *Fr* 510; Bacchi μητρόπολις ad Ismenium fontem; Baccho et Semeli dilectissima urbs, *An.* 1122, 1135 *sqq.*; templa duo Minervæ, *O. R.* 20; templum Apollinis Ismenii, in quo δι' ἐμπύρων oracula edebantur, 21; κυκλόεις' ἀγορὰ θρόνον εὐκλέα θάσσει Ἄρτεμις γαιάοχος, 160; prope Œdipi ædes posita statua Apollinis, *O. R.* 919; Dircæ fons, *An.* 844; Θήβης πέδον, *O. C.* 415; urbs peste afflicta, *O. R.* 21 *sqq.*, 167 *sqq.* Thebis habitant liberi Alcmenæ, *fr.* 1154; urbs bello primo ab Argivis obsessa, *An.* 118; terra Thebana (ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις) Amphiaraum haurit, *fr.* 281.
Thebani, Θήβης λεώς, *An.* 733; Κάδμου λαός, *O. R.* 114, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφή, *O. R.* 1. Cadmei, *O. C.* 380, 1394, *passim*; Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος, *An.* 1155; σπαρτῶν ἀπ' ἀνδρῶν, *O. C.* 1534; a Sphinge per Œdipum liberantur, *O. R.* 35 *sq.*; peste afflicti pompam supplicem ducunt ad domum Œdipi, qui opem aliquam inveniat, 2, 31 *sqq.*; oraculo jubentur exterminare piaculum (Laii interfectorem, 107), quod intra urbem nutriatur, inexpiabile, 96 *sqq.*; longo tempore post quam maleficia Œdipi patefacta essent, urbe eum ejecerunt, *O. C.* 437 *sqq.*; oraculo docentur, fore ut salutis suæ causa Œdipum mortuum aque ac vivum expetant, *O. C.* 389; quare prope fines terræ Thebanæ Œdipum collocari volunt, 405 *sqq.*; non lætum iis fore regnum Eteocli prædicit Œdipus, 451; fœdus cum Atticis ipsis interredens aliquando rumpent et ad tumulum Œdipi gravem patientur cladem, 716 *sqq.* *Cf.* Œdipus, Creon, Polynices. Thebanum bellum primum, *fr.* 40; Thebanæ mulieres mortales solæ pariunt deos, *fr.* 825.
Themis οὐρανία, *El.* 1064.
Thersites, *Ph.* 442
Theseus, Ægei f., *O. C.* 69; Trœzene Athenas proficiscentis in itinere res gestæ, *fr.* 543 *sq.* Thesei et Pirithoi fœdus et amicitia, *O. C.* 1593; Colonum veniens firmum Œdipo præsidium promittit; quid ei pro hoc beneficio Œdipus præstiturus sit, 551 *sqq.*; ab ara Neptuni, ubi sacra faciebat, avocatur ut Œdipum contra Creontem tueatur, 886 *sqq.*; abit ut filias Œdipi a Creontis satellitibus raptas reducat, 1038; patri eas reddit, 1129 *sqq.*; Polynices

adventum Œdipo nuntiat, 1156. *sqq*; ad sacra perficienda regressus mox iterum arcessitur ab Œdipo, 6491, qui quum mortem sibi omine jam indicari docuisset, postrema ei dat mandata, et quæ ex sepulcro suo in Atticam terram redundatura sint commoda prænuntiat; Theseum vult mox videre quæ alii nemini videnda, ab eoque nemini nisi regni heredi aperienda sint, 1507 *sqq*.; *cf*. 1650 *sqq*.. 1751 *sqq*.; Œdipo in Orcum descensuro promittit curæ sibi fore Antigonam et Ismenam, 1636; solus videt quo Œdipus abierit, 1657.; filias ejus consolatur, 1751 *sqq*.; Thebas reducendas curat, 1770 *sqq*., — Thesei filii (*Acamas et Demophon*) ad Trojam, *Ph*. 562.

Thesidæ, Athenienses, Thesei manes, *O. C*. 1066.

Thessalica vestis, *fr*. 878; Thessalicus galerus, ἡλιοστερὴς κυνῆ Θεσσαλίς, *O. C*. 314.

Thessalorum possessio Æa, *fr*. 822.

Thessalus vir ludis Delphicis certans, *El*. 703.

Thestoreus vates Calchas, *Aj*. 801.

Thetis ἡ παντόμορφος a Peleo subacta, *fr*. 92, 641.

Thoricia, petra quædam prope Colonum pagum, *O. C*. 1526.

Thraces, φίλιπποι, *fr*. 518.

Thracia. Huc cum Antenore post Trojam captam migrant Veneti, *fr*. 147; Θρῇσσα σκοπιὰ Ζηνὸς Ἀθώου dicitur Athos mons, *fr*. 621. Θρῇσσαι πνοαί, *An*. 589; Θρήικιος κλύδων, Pontus Euxinus, *O. R*. 197.

Thyiades Naxiæ, *An*. 1150.

Thymbræus. *V*. Apollo.

Tiresias, Λοξίου δοῦλος, *O. R*. 410; σοφὸς οἰωνοθέτας, 483, ab Œdipo Laii interfectorem indagaturo arcessitus, 285, patefacere quidquam recusat; gravibus verbis a rege lacessitus atque ira abreptus ipsum Œdipum necasse Laium dicit, eundemque matris conjugem esse maximisque calamitatibus obnoxium fore subindicat, 316 *sqq*. Quæ omnia vates proferre putatur subornatus a Creonte, 378 *sqq*.; abire jubetur, 430 *sqq*. Sinistris oscinum vocibus infaustisque extispiciis territus Creonti suadet ne supplicio det Antigonam neque inhumatum sinat cadaver Polynicis, *An*. 998 *sqq*.

Tisamenus, Orestis et Hermionæ f., *fr*. 242.

Tiryns, *Tr*. 270; Tirynthe habitat Alcmene, *Tr*. 1152.

Titan Prometheus, *O. C*. 55.

Trachinii, *Tr*. 371, 1140.

Trachinia juga, *Ph*. 490.

Trachis, urbs Thessaliæ; quo migrat Hercules post cædem Iphiti, *Tr*. 39.

Triptolemus, fabula Soph., *p*. 311.

Troas, *Aj*. 984; Ἰδαία χθών, 434, *fr*. 186; εὐρώδης, *Aj*. 1190, 1210; Troadis populus Azeotæ, *fr*. 43.

Troja s. Ilium, *Ph*. 246, 454, *Aj*. 415, 425, 438, 459; Τρώων ἕρυμα, *Aj*. 467; Τροίας ἑδώλια, 41; muri Neptunii, *fr*. 68; sine arcu Herculeo et Philocteta et Neoptolemo urbs capi nequit, *Ph*. 98, 197, 611 *sqq*., 1335, 1435. *Expugnatio fuse exposita erat in Ajace Locro fabula : vide p*. 274.

Trojani, φίλιπποι καὶ κερουλκοί, σὺν σάκει δὲ κωδωνοκρότῳ παλαισταί, *fr*. 794; Φρύγες, Græcorum in castra impetum facientes a Teucro inhibentur, *fr*. 210.

Troilus, Priami et Hecubæ filius natu minimus, ab Achille interficitur ad templum Apollinis Thymbræi, *p*. 261.

Τύχη, *O. R*. 1080.

Tydeus, Œnei filius, unus e septem ducibus, *O. C*. 1335; pater Diomedæ, *Ph*. 416, 570; virum cognatum interficit; quapropter Argos fugit; ante Thebas cædit Melanippum; occisi bibit cerebrum, *fr*. 40.

Tympanistæ, fabula Soph., *p*. 322 *sqq*.

Tyndareus Oresti spondet Hermionen, *fr*. 242. *Cf*. *fr*. 241.

Typhon, *fr*. 975.

Tyro de sorte sua queritur, *fr*. 356. Tyro, fabula Soph., *p*. 315 *sqq*.

Tyrrhenica tuba, *Aj*. 17.

Tyrrhenus sinus, *fr*. 329.

Τυρσηνοὶ Πελασγοί in Argolide, *fr*. 677.

U.

Ulysses, Laertæ f., *Aj*. 1, 101, γεραιοῦ σπέρμα Λαέρτου, *Aj*. 1293; ὁ ἐμπολητὸς Σισύφου Λαερτίῳ, *sc*. f. Anticleæ, quam e Sisypho gravidam emerat et uxorem duxerat Laertes, *Ph*. 417; τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς, *Aj*. 190. *Cf*. *Ph*. 1311, *fr*. 265; Ὀδυσσεὺς nominis etymologia, *fr*. 253. Rex Cephalleum, *Ph*. 264; ξένος Κεφαλλήν, *Ph*. 791; πολύτλας ἀνήρ, *Aj*. 955; φὼς πανουργός, 440, eloquens et maledicus, 151 *sqq*; τὸ πάνσοφον κρότημα Λαέρτου γόνος, *fr*. 97, 829; αἰμυλώτατος, ἐχθρὸν ἄλημα, *Aj*. 389; ἁπάντων ἀεὶ κακῶν ὄργανον κακοπινέστατον ἄλημα στρατοῦ, 380 *sq*. — Ulysses Furens, fabula Soph., in qua μάγος (?) vocatur, *fr*. 16. Ejus cum exercitu Græcorum Aulide versantis ad Clytæmnestram verba, *fr*. 29. Philoctetam jussu Atridarum exponit, *Ph*. 5; verba Ulyssis Achillem e Scyro insula abducturi, *fr*. 17; Achillem e Tenedo domum rediturum timoris et ignaviæ incusat, *fr*. 41, 42; cum Phœnice Scyrum profectus Neoptolemum Trojam advocat, *Ph*. 343 *sqq*.; ejus cum Diomede altercatio, *fr*. 40; adjudicantur ei arma Achillis, *Ph*. 470 *sqq*., *Aj*. 445; Ajacis in Ulyssem odium implacabile, *Aj*. 104 *sqq*.; *cf*. 240 *sqq*.; explorandi causa tentorium Ajacis circumeunti apparet Minerva, *Aj*. 1 *sqq*., ex qua comperit facinus ab Ajace patratum; impedire studet deam quominus furentem inimicum foras evocet, 74; Ajacem tantopere afflictum misericordia prosequitur, 121; post necem Ajacis dehortatur Agamemnonem ne sævire velit in defunctum; summis laudibus evehit virtutem viri olim inimici; Teucro offert amicitiam suam et in funerando societatem, 1318 — 1401. Helenum vatem Trojanum capit, *Ph*. 608; Philoctetam Trojam se adducturum promittit, 614 *sqq*.; cum Neoptolemo Lemnum appulsus, de situ antri ubi vitam degat Philoctetes, socium edocet, 1 *sqq*.; quomodo per dolum cum Philocteta agendum sit Neoptolemo exponit; ne tale munus proles Achillis in se recipere recuset suadendo efficit; ipse cur in conspectum Philoctetæ venire nolit probabiles rationes prætexit, 56 *sqq*.; ad navem abit, 132; ministrum mercatoris habitu exornatum mittit ad Neoptolemum, qui nuntio suo Philoctetam impellat, ut quam celerrime cum Neoptolemo navem conscendat, 542 *sqq*. Quum arcum Neoptolemus redditurus esset, id ne fieret impediens prodit; fatetur venisse se ut Philoctetam vel invitum Trojam abducat, quoniam ita vellet Juppiter, 975; Philoctetam manum sibi infere minantem comprehendi jubet, 1003; mox eum dimittit et cum Neoptolemo abit ad navem, 1047; Neoptolemum ad Philoctetam repente revertentem frustra studet ab incepto revocare, 1222 *sqq*. Ad Sirenas pervenit, *fr*. 254; idem apud Circen, ut videtur, *fr*. 255. Ulyssis ex Euippa filius Euryalus, *p*. 300. Ulysses ἀκανθοκλὴξ sive Niptra, fabula Soph., *p*. 297 *sqq*.

Ursa. Ἄρκτου στροφάδες κῦκλοι, *Tr*. 130

V.

Veneti, Ἐνετοι, cum Antenore Troja in Thraciam se recipiunt, deinde ad Adriaticum mare migrant in regionem, quæ Ἐνετικὴ ab iis dicta est, *fr*. 147.

Venus, χρυσάνιος, *O. C*. 693; εὔκαρπος Κυθέρεια, *fr*. 910; Κύπρις, *Tr*. 497, *fr*. 409, 778; Κύπρις εὔλεκτρος, *Tr*. 515; assidet certamini, quod de nuptiis Deianiræ ineunt

Hercules et Achelous, *Tr.* 515; Anchisen de sorte, quæ Trojam urbem maneat, oraculis certiorem facit, *fr.* 139.
Vis veneris, *Tr.* 497 *sqq.* *Cf.* Amor.
Vesta, Ἑστία, *fr.* 228.
Victoria, Νίκα ἀ μεγαλώνυμος, *An.* 148.
Vulcanus s. Hephæstus, τεχνίτης, *fr.* 649, Talum æneum eúndemque ἔμψυχον fabricavit Minoi, *fr.* 714. Τὸ σέλας Ἡφαιστότευκτον de flammis montis iguivomi, *Ph.* 988.

X.

Xerxes, rex Persarum, juvenis (ἁβός), *qui eversa Athenarum acropoli oleam sacram perdere non potuerat* (v. *Herodot.* VIII, 55), *intelligendus O. C.* 702.
Ξοανοφόροι, fabula Sophocl., *p.* 361.

Z.

Ζωστῆρες, fabula Satyrica, *p.* 371 *sq.*

FEB 4 1996

OCT 28 1919

APR 7


Ga 9.168
AEschyli et Sophoclis tragoediae et
Widener Library 002763135
3 2044 085 080 414